


37
44 E
19

# R. P. PAVLI
# SHERLOGI,
SOCIETATIS IESV,
HIBERNI,

## ANTIQVITATVM HEBRAICARVM DIOPTRA

*IN DVOS LIBROS TRIBVTA,*

I. Orbem conditum, & memorabilium ſub lege naturæ doctrinam continet.

II. eſt de Opere ſex dierum.

Cum triplici INDICE, I. Dissertationum & Sectionum, II. Locorum Scripturæ quæ [illegible], III. Rerum, & verborum.

*OPVS POSTHVMVM.*

NVNC PRIMVM LVCEM VIDET






LVGDVNI,
Sumptib. PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, & CLAVDII RIGAVD.
M. DC. LI.
CVM SVPERIORVM PERMISSV.

A G



*ADMODVM REVERENDO PATRI*

# LVCÆ GVADDINO,

## SOCIETATIS IESV,

Εὐπράττειν.

AD te redit, (PATER REVERENDE,) quod typis mandandum ad nos miſeras, Viri præſtantiſſimi Opus poſthumum, vt cuius curâ emerſit è tenebris, tibi lucis adſpergat nonnihil, & à te ſibi viciſſim deſumat commendationis plurimum. Quo nempe perficietur, vt quotquot Sherlogi tui lucubrationem hanc, ſeipsâ quà ſermonis venuſtate, quà rerum præſtantiâ commendabilem idcirco plurimi facient, quòd tibi probetur, intelligant quàm facilis & expedita ad eam, quæ ex ſingularibus in rem literariam meritis enaſcitur immortalitas, tibi ſit via, qui vitâ functos tantùm non exprimis è mortis faucibus, vt non modò viuant in ore omnium, ſed penè imperent Dynaſtis omnibus, & extincti, (vti faciet iſto volumine Paulus noſter,) vitam temperent eorum, qui cùm ad rem gerendam acceſſerint, cæteris debent omnibus moderari. Creſcebat olim ſub oculis parentis ſeduli proles inclyta, ſpem quam

de ſe concitarant editæ iamdudum ab eodem in Cantica explanationes laudatiſſimæ, abundè impletura: quando vix dùm tribus ex libris quos de Hebræorum publicâ re meditabatur, enixus vel vnicum, morte oppreſſus eſt. Videbatur haud Parenti ſuperſtes fore nondum matura, vt putabatur, luci, quia delibata duntaxat fuerat triſtis ſoboles: & vnà ſanè interiiſſet, ni qui Viri amiciſſimi deſiderium ferebas omnium ægerrimè, cùm leniendi dolorem eum, qui nos à prærepto immaturè Sherlogo inceſſerat, curam ipſe ſuſcepiſſes, quod illo ex funere vendicare potuiſti, illud à te traditum nobis eſſet ſingulari beneficio, vt continuò publicum faceremus. At vide Guaddine colendiſſime, ne hæc, tuæ in Paulum beneuolentiæ, Paulíque in doctos omnes, dum extabunt monumenta, quæ ad ægritudinem noſtram mitigandam ſepoſueras, ea ipſa iam conceptam augeant vehementer, cùm ex eâ quam prompſeris, nobiſque donaueris, (heu quantulâ operis tanti portione!) coniiciemus quot & quantarum, & intima ex eruditione petitarum rerum iacturam luctuoſo illo caſu fecerimus. Næ! Ita eſſet, & te tantæ prouidentiæ virum non latet: At habebas huic malo præſentem medicinam, cùm, quam iniiciebas operis abſolutiſſimi cupidinem, eam poteras explere cumulatiſſimè: veróque eſt ſimile, quòd poſtquam in illâ tuâ Imperatoriâ Academiâ quod non ita pridem præ-

ſtabat Sherlogus, quæ ad Artes Politicas pertinent acutè pro more diſputaris, iniquum ratus, ea concludi ſeptis Gymnaſij, quibus excoli Orbis terrarum poſſet vniuerſus, ea quæ fœlici omine exordiebatur Paulus, gloriæ quam amico delatam velles integram, particeps vel inuitus, exitu longè fœliciori perficies. Nec putes id te flagitari ab iis, qui quot diſtinearis rebus neſciant; Vberior eſt quâ collucet quantum quantum eſt Hiſpaniarum Imperium lux tua, vt in circumfuſas non latè diffundatur prouincias. Miſſam itaque facimus quam tanta cum dignitate ſuſtines Politicorum Præceptoris perſonam, non attingemus quæ labore fructúque pari obis, ſancti Officij Qualificatoris munia; Eſt plus quàm ſatis ad ſtuporem, quòd qui te his nominibus commendare non deſinunt, perinde ac ſi quibus angare curis ignorarent, ſuas omnes ad te deferunt, adeunt continenter inſtar Pythij, nec ritè quidquam ſapientérque à ſe factum iri arbitrantur, niſi quid facto ſit opus priùs edixeris: ita vt manibus plurimis, mente tamen vnicâ, tuâ videlicet, grauiſſima quæque geri adminiſtraríque videantur. Adeò tamen, non irati ſumus moleſtis illis tuis admiratoribus, vt expectemus te ſummam affecto huic operi adhibiturum manum, tametſi te iubente in ſpem venimus fore, vt primo quoque die ſubiiciamus prælo eximium illud opus, quo proſecutus es accuratiſſimè, quidquid diſputatum

hactenus ſubtiliter, acutè inuentùm, aut à veterum ſapientiâ erutum ſagaciter, aptéque collocatum à Theologis eſt. Ita vt puteris quod alteri impendas labori, virium adeò non habere reliquum quidquam, vt quidquid operæ & induſtriæ congerere vnà poſſet eruditorum turba, illud in exequendo vno illo, quod expectamus, volumine abſumptum iure credatur. At quì velis ſentiamus de te communiter, qui commune habes nihil præter beneficia, quæ dignitate tamen & amore in nos tuo ſingularia, eâ quam optimus quiſque percipiet vtilitate fient publica. Quocirca patere honeſtam hanc cupiditatem noſtram: & quæ à te proficiſcuntur cuncta, cùm ſint eiuſmodi, vt contra quàm ſoleant alia pleraque omnia, reſtinguant ſitim ſimul, & irritent, confidemus te poſtquam præceperis quid de Deo ſentire homines deceat: dein quid mortales pariter de mortalibus cogitare, Principes de ſuditis ſtatuere, aliáque id genus quamplurima, noua politicæ ſcientiæ diſputatione aliquando expoſiturum.

R. Veſtræ

*Addictiſſimi ſerui*

Philippus Borde, Laurentius Arnaud, & Claudius Rigaud.

## *APPROBATIO DOCTORVM Parisiensium.*

NOs infrascripti Doctores Theologi Parisienses, Ordinis Prædicatorum, hunc *de Antiquitatibus* librum, non sine admiratione eruditionis Authoris illius perlegimus. Quare cùm nihil quod fidei, & Sanctis Patribus sit dissonum, imò cùm multa, quæ ad Dei totius naturæ conditoris gloriam prouehendam edoceat, vt in lucem prodeat operæ pretium iudicauimus. Actum Lugduni hac die 1. Octobris 1651.

Fr. IOANNES ROBE',
Ordinis Prædicatorum.

Fr. FRANCISCVS LORNET,
eiusdem Ordinis.

## *LICENTIA ORDINARII.*

VIsa per nos præfatorum Magistrorum attestatione, quin hic *de Antiquitatibus* liber, R. P. PAVLI SHERLOGI, *Societatis* IESV, in publicum edatur non obstamus, Lugduni die 2. Octobris 1651.

DEVILLE, Prouicarius Generalis.

CONSENSVS.

## *CONSENSVS.*

HVNC librum, qui inscribitur, R. P. PAVLI SHERLOGI, *Societatis* IESV, *Hiberni, Antiquitatum Hebraicarum Dioptra*, typis mandari, & in lucem edi hac in vrbe, sumptibus PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, & CLAVDII RIGAVD, Bibliopolarum Lugdunensium, Ego Regis in Præfectura Lugdunensi Procurator non impedio, die 2. Octobris anno 1651.

LORIN.

## *PERMISSIO.*

VISO Procuratoris Regis consensu, hunc librum typis mandari supradictis Lugdunensibus Bibliopolis concedimus, & ne quis vltra dictam facultatem denuò excudat prohibemus. Lugduni die 2. Octobris 1651.

SEVE.

SERIES



# SERIES
## Librorum, Dissertationum, & Sectionum.

*LIBER PRIMVS*

# DE ORBE CONDITO.

## DISSERTATIO I.

*Dei vnius subministrans notitiam.*



## DISSERT. II.

*Deum sub ea, qua Trinus est, norma, repræsentans.*



## DISSERT. III.

*Mundus quando prodiit? qua norma? quos ob fines conditus?*

## *LIBER SECVNDVS*

# DE OPERE SEX DIERVM.

### DISSERTATIO I.

*Mundi prima luce quid enatum? quali modo?*

DISSERT. II.

*De iis, quæ secunda Mundi dies exhibuit.*



3. Cælum



# R. P. PAVLI SHERLOGI, SOCIETATIS IESV, ANTIQVITATVM HEBRAICARVM DIOPTRA.

## *LIBER PRIMVS* DE ORBE CONDITO.

### *PROOEMIVM.*



CVPIENTI mihi antiquissimam Naturæ infantiam delineare, & à primordiali rerum exordio vestigationem ducere, æquum videbatur Moysis diuini Polyhistoris ideam exprimere, & à corporeo hoc, omnibúsque aspectabili Mundo dissertationes incipere; sic enim ille Geneseos sublimes contemplationes orditus est. Nam de Trinitate subobscurè loquutus est, & Angelorum naturam, superbientis Luciferi in barathra præcipitium tacuit: sed vt ille sic disponeret, non leuis inter alias causas ratio populi, quem edocturus erat, hebetudo; nec enim Hebræis ad tam nobilem Philosophiam sufficiens intellectus pro illorum temporum ruditate: at nobis sub Euangelij splendore versantibus sublimior affulget oculus; iustum igitur, sanctúmque est, ne Angelorum spiritalem quamuis Rempublicam, aut Triados velatam, licèt scientiam omninò taceamus, præsertim cùm huius viæ duces habeamus ex antiquis Ecclesiæ luminibus Claudium Marium Victorem præfatione commentariorum in Genesim, quæ poëticis ligauit numeris, & libri primi eorundem commentariorum vestibulo: ex Græciæ autem Christianis scriptoribus Georgium Pisidam initio operis de mundano opificio, Ioannem Zonaram exordio Annalium; inter Latinos verò id argumenti fusiùs pertractàrunt Vincentius Bellouacensis tomo 4. seu speculi historialis libro primo, per multa capita, Gotfridus Viterbiensis Chronicorum parte 1. neque omittendum iudicauerunt ex recentioribus duo insignes Chronographi, Augustinus Torniellus, & Iacobus Salianus ingressu sacrorum Annalium veteris Instrumenti; quod si Romæ vrbium reginæ magnitudinem describere studentes, id cum primis curant, vt qualem nacta sit conditorem, quantæ claritudinis, operosè declarent, nec Heroum, per quos administrata est ciuitas, laudes

conticeſcunt; quamobrem nobis in vitium conuertatur, ſi Orbis terrarum natiuitatem, & incrementa perſcrutantes, deinde quam ſibi Numen peculiaribus inſtitutis Hebræorum Rempublicam aſſociauit vberiori pingentes ſtylo, quædam de Magno Opifice, quædam de tantæ OEconomiæ adminiſtris, & cuſtodibus, Angelicis nempè ſpiritibus, tradamus; quibus in articulis, aliíſque ab amœniori Philoſophia emendicatis cùm de Hexaëmero diſputandum fuerit, nec tantam nobis exſpatiandi aſſumemus licentiam, quantam ſibi vendicant qui eas ſeorſim quæſtiones diſcutiunt; nec tam illiberales erimus, vt neceſſum ſit Lectori, quo materiam vtcumque percipiat, exterorum conſulere lucubrationes. Controuerſiarum igitur, quæ magis floridæ, & excellentiores videbuntur, & imprimis quas ad rem magis facere iudicabimus, pertractandæ erunt, vt non diffusè nimiùm, ita tamen vt de breuitate iuſtæ querelæ locus non ſit.

---

## DISSERTATIO I.

### *Dei vnius ſubminiſtrans notitiam.*

### SECTIO I.

### *Dari ſupremum Numen rerum vltimam cauſam.*

1. *Numen ſempiternum.* REVS per ſe notis lucem voluiſſe afferre otioſi ingenij induſtria cenſeri queat, & tamen cogimur probationibus firmare Numen exiſtere ſempiternum, quòd rebus dederit vt ſint: at quæ tam efferata & barbara natio, vt hoc ignorauerit? quamobrem Arnobius lib. 1. contra Gentes: *Quiſquámne eſt hominum, qui non cum iſtius Principis notione diem primæ natiuitatis intrauerit, cui non ſit ingenitum, non affixum, imò ipſi penè in genitalibus matris non impreſſum, non inſitum, eſſe Regem, ac Dominum cunctorum quæcumque ſunt moderatorem? ipſa denique hiſcere ſi animantia muta poſſent, ſi in linguarum noſtrarum facilitatem ſolui, imò ſi arbores, glebæ, ſaxa ſenſu animata vitali vocis ſonitum quirent, & verborum articulos integrare; ita non duce natura, & magiſtra, non incorruptæ ſimplicitatis fide, & intelligerent eſſe Deum, & cunctorum Dominum ſolum eſſe clamarent?* Sed Ethnicum producamus ſcriptorem Marcum Tullium, qui lib. 1. de natura Deorum: *Quæ eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam Deorum?* & libro primo de legibus: *ipſiſque in hominibus nulla gens eſt neque tam immanſueta, neque tam fera, quæ non etiamſi ignoret qualem habere Deum deceat, tamen habendum ſciat*; in eundem ſcopum Dio Chryſoſtomus oratione duodecima, quæ eſt de Dei cognitione: *De Deorum autem natura in genere, & maximè omnium rerum præſidis primùm quidem, & imprimis opinio & conſideratio eſt communis totius generis humani tam Græcorum, quam barbarorum, neceſſaria, & inſita, in omnique ratione prædito animanti innata ſecundùm naturam abſque mortali magiſtro, & initiatore, abſque errore, & anfractu*; quamobrem rectè intuliſſe viſus P. Suarez tom. 2. Metaphyſ. diſp. 29. ſect. 3. num. 34. quamuis in rigore non ſit notum nobis Deum eſſe tanquam omninò euidens; eſſe tamen veritatem hanc ideò conſentaneam naturali lumini, & omnium hominum conſenſioni, vt vix poſſit ab aliquo ignorari; & hinc Lactantius lib. 1. inſtitutionum cap. 2. *Nemo eſt enim tam rudis, tam feris moribus, quin oculos ſuos in cælum tollens, tametſi neſciat cuius Dei prouidentia regatur hoc omne, quod cernitur, non aliquam tamen eſſe intelligat ex ipſa rerum magnitudine, motu, diſpoſitione, conſtantia, vtilitate, pulchritudine*; & Minutius Felix in Octauio: *Quid enim poteſt eſſe tam apertum, tam confeſſum, támque conſpicuum, cùm oculos in cælum ſuſtuleris, & quæ ſunt infrà, citráque luſtraueris, quam eſſe aliquod Numen præſtantiſſimæ mentis, quo omnis natura inſpiretur, moueatur, alatur, gubernetur.*

Arnobius. Tullius. Chryſoſt. Suarez. Lactantius.

2. *Dicere Deū nō eſſe, quantum ſceleris ſit.* Sed quantum ſceleris eſt ſub tam radioſo veritatis iubare adhoc pugnare verbis Deum non eſſe? feſtiuè Tertullianus Apologetici cap. 17. *& hæc eſt ſumma delicti nolentium recognoſcere, quem ignorare non poſſunt*, qua phraſi vſus eſt Cyprianus tractatu de idolorum vanitate; dementiæ adſcribit Arnobius lib. 1. contra Gentes; *niſi fortè audet quiſquam, hoc enim furioſæ reſtat inſaniæ, ambigere, dubitare, an ſit iſte Deus, an non ſit?* Sed effractis conſcientiæ repagulis, verecundia ablegata, quid non audeat mens à vitio poſſeſſa? *Satanæ*, (inquit Damaſcenus lib. 1. de fide Orthodoxa, cap. 3.) *improbitas tantum aduersùs mortalium naturam inualuit, vt nonnullos etiam in ſtolidiſſimam, ac quouis malo grauiorem exitij voraginem detruſerit, vt Deum eſſe inficientur, quorum amentiam ille diuinarum rerum interpres Dauid oſtendens ait, Dixit inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus.* Huius amentiæ patronos, quos olim ſuperſtitioſa gentilitas parturiuit, latè eoumerant, neque tam copioſam eſſe ſegetem, quantam aliqui putauerint, oſtendunt Raynaudus in Theologia naturali, diſtinct. quinta, quæſt. 1. art. 8. à num. 152. Iulius Cæſar Recupitus tom. 1. in 1. p. lib. 1. quæſt. 3. cap. ſecundo; & eiuſdem libri quæſt. 20. ſanè non multos fuiſſe perhibet Auguſtinus tract. 106. in Ioannem: *Nam quòd Deus dicitur vniuerſæ creaturæ etiam omnibus gentibus antequam in Chriſtum crederent, non omnimodo potuit hoc nomen eſſe ignotum; hæc eſt enim vis veræ diuinitatis, vt creaturæ rationali iam ratione vtenti non omninò, ac penitus poſſit abſcondi; exceptis enim paucis, in quibus natura nimium deprauata eſt, vniuerſum genus humanum Deum mundi huius fatetur authorem*; & ſermone decimo de verbis Domini: *Pauci*

Tertull. Cyprian. Arnob. Damaſcen. Raynaudus. Recupitus. Auguſtin.

*Pauci inueniuntur tanta impietatis, vt impleatur in eis quod scriptum est: Dixit stultus in corde suo, Non est Deus; insania illa paucorum est.* Sed numquid etiam pauci post enatas posteriores hæreses? post infanda Lutheri dogmata, post Caluini apostasiam? Vtinam nemo, vtinam saltem infrequentes, & rari; dolor est multos inueniri; vt etiam ex ipsorum Sectariorum testimoniis comprobat Serrarius Prolegomenis Bibliacis cap. 2. quæstiuncula 2. plangunt tam virulentam afflasse pestem recentes hæreses, Vasquez tom. 1. in 1. part. disput. 20. cap. primo, Possevinus toto lib. 8. Bibliothecæ, Lessius de prouidentia Numinis, lib. 1. cap. 2. Petrus Gregorius tom. 3. commentariorum in syntaxes artis mirabilis, cap. primo: concinne Maldonatus subintexuit ad cap. 26. Matthæi, versu 26. in illud, *Hoc est corpus meum*; cuiusdam qui ea Caluinista Atheus euasit, non falsam vocem, *oportere prius Caluinistam fieri, qui Atheus esse vellet. Verissima*, (inquit,) *sententia. Nam quisquis Caluinista est, si ea, quam ingressus est, incredulitatis via ire pergat, ad nihil credendum perueniat, necesse est.*

(Serrarius. Vasquez. Possevin. Lessius. Gregorius. Maldon.)

3. Hactenus prolata mirificè commendat Apostoli locus ex cap. 1. ad Romanos, vers. 19. *Quia quod notum est Dei, manifestum est illis, Deus enim illis manifestauit, inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles*; subindicat enim ex creaturarum notitia veluti per scalam potuisse quoscumque ad Numinis ascendere cognitionem, nec ideò excusandos, qui Deum colere respuerint, quòd de diuinitate nihil scirent, quibus non difficile erat euidentem consequi notitiam; quare hoc maximè argumentandi genere vsi fuêre contra Paganos vetusti Ecclesiæ Patres Dionysius Areopagita de diuinis nominibus, cap. 7. Clemens Romanus lib. 8. Recognitionum, Basilius Hom. 4. in Hexaëmeron, Athanasius oratione contra idola, Chrysostomus Hom. 9. & 10. ad populum Antiochensem, Philo Hebræus de Monarchia, Eusebius oratione de laudibus Constantini, Nyssenus de opificio hominis, cap. secundo, Theodoretus sermone 1. de prouidentia, Nazianzenus oratione 34. Nemesius libro de hominis natura, cap. 1. Lactantius libro de opificio Dei, cap. 7. Arnobius lib. 1. contra Gentes, num. 18. Minutius Felix in Octauio, Tertullianus Apologetici cap. 17. Prosper lib. 2. de vocatione gentium, cap. 4. & ob eandem causam corporeum & visibilem orbem Idiotarum librum, quòd nullus sit, qui in tam facili pagina Deum legere non valeat, appellauere Gregorius lib. 5. Moralium, cap. 20. & lib. 26. cap. 8. Augustinus in Psalmum 148. in illud, *confessio eius*, &c. Basilius Hom. 4. in Hexaëmeron, Chrysostomus Hom. 9. ad populum Antiochenum, & in Psalmum 110. in illud; *in omnes voluntates eius*, &c. Sed Pauli authoritatem non eam suadere euidentiam, quæ per physica principia demonstrationis, vel à posteriori colligitur, statuunt Vasquez tom. 1. in 1. part. disp. 20. cap. 3. num. 7. Christophorus Gilius lib. 1. de diuinis perfectionibus, tract. 8. cap. 5. num. 5. Nam data probabilissima cognitione existentiæ supremi Creatoris, ut vtpluri- mum euidentia morali fundata rationibus, quæ licèt metaphysicè certæ non forent, prudenter tamen obligarent ad assentiendum, hæc notitia sufficeret, vt inexcusabiles meritò haberentur, quibus cùm ita Numen manifestaretur, eum debitis prosequi obsequiis noluerunt. Certè si eulus vnquam veritatis data est moralis euidentia, nomine imprimis diuinæ existentiæ. Hoc clamat omnium gentium, omnium, quibus sana fuit mens, consensio, vt edocet Eugubinus de perenni Philosophia, lib. 3. & 4. hoc vociferatur mundi artificiosa structura, hoc partium eius similis per seculorum millia, & indefatigata obedientia, hoc miracula, hoc prædictiones, hoc Christianæ religionis innocentia, & detriumphatæ per eam Nationes, de quibus tractant Ludouicus Granatensis de Symbolo fidei 1. part. cap. 3. Lessius lib. 1. de prouidentia Numinis, cap. 2. Recupitus tom. 1. in 1. part. lib. 1. quæst. 14. & seqq. Sed tamen cùm non solùm morali demonstratione, verùm & physica Deum extare innotescat, nihil quidem vetat Apostolum de euidentia per physicam demonstrationem comparata, intellexisse; tum quia litteræ sonus rigidè interpretandus est, si inde absurdum non deriuetur aliquod, tum quia expositorum ea est ordinaria declaratio Caietani, Cornelij à Lapide in præfata verba, Benedicti Iustiniani, Toleti annotatione 34. Peterij disput. 16. Adam Contzen versu 19. quæst. 2.

(Ateopagita. Clem. Rom. Basilius. Athanas. Chrysost. Philo. Euseb. Nyssen. Theodor. Nazianzen. Nemesius. Lactans. Arnobius. Minutius Fœlix. Tertull. Prosper. Gregor. Augustin. Basil. Chrysost. Vasquez. Gilius. Eugubin. Granatens. Lessius. Recupitus. Caietan. Coro. à Lap. Iustinian. Tolet. Pererius. Contzen.)

4. Iam ergo physicis agere rationibus conemur; obseruo autem causam non existentem non posse operari; *de potentia*, (inquit S. Thomas 1. part. quæst. 1. art. 3. §. prima autem, &c.) *non potest aliquid reduci in actum, nisi per aliquod ens in actu*; acutè verò D. Bernardus lib. 5. de consideratione, cap. 6. *Nisi fortè quis putauerit quòd non erat dari sibi potuisse vt esse inciperet, aut fuisse aliquid antequam esset, quod vtrumque, quia ratio non consentit, constat nihil sibimet extitisse principium; quod verò aliud principium habuit, primum non fuit; verum ergo principium nequaquam cœpit, sed totum ab ipso cœpit.* Scholasticè autem omninò Richardus de S. Victore parte 1. lib. 1. de Trinitate, cap 6. *Quicquid enim ex tempore esse cœpit, fuit quando nihil fuit, sed quamdiu nihil fuit, omnino nihil habuit, & omnino nihil potuit; nec sibi ergo, nec alteri dedit vt esset, vel aliquid posset, alioqui dedit quod non habuit, & fecit quod non potuit.* Nam causa possibilis non habet actu esse, sed tantùm non repugnantiam vt actu sit, siue vt trahatur extra causas suas; cùm autem nemo det alteri quod in se non habet, causa non habens actu esse, non potest dare alteri vt actu sit; his firmatis quæritur respectu eorum, quæ existunt, num existentia fuerit futura sit, & contingens, an verò ita existant, vt nunquam non potuerint actu esse? equidem sublunaria hæc interitui obnoxia esse quis tantillum dubitet? quòd si & idem dicendum sit comparatione quarumcumque entitatum; fieri igitur potuit, vt nulla res penitùs existeret; demus ergo respectu cuiustiun nullam dari existentiam, obsecro quomodo res futuræ essent vnquam? Nam tunc cùm nulla causa haberet actu esse, nulla etiam operari potuisset, quippè, vt ostendimus, causa in esse

(S. Thom. D. Bern. Richard.)

possibilis tantùm non dat esse effectui, quia nemo dat, quod non habet in se; tunc autem causæ vniuersæ haberet solùm esse possibile, quoniam, vt supponimus, nihil penitùs actu existeret: imò quidem ne daretur ipsa possibilitas rerum; quippè hoc quod est posse produci, seu possibilitas proxima rerum exigit esse aliquam virtutem, à qua produci valeat, tum autem nulla fuisset virtus, quia omnis causa solùm esset possibilis: causa autem in esse possibilis nequit dare actu esse alicui effectui; & hæc est tertia via, qua sanctus Thomas dicta quæst. 2. primæ partis, articulo 3. demonstrat Numinis existentiam: *quia quod possibile est non esse, quandoque non est. Si igitur omnia sunt possibilia non esse, aliquando nihil fuit in rebus; sed si hoc est verum, etiam nunc nihil esset, quia quod non est, non incipit esse, nisi per aliquid, quod est*; quo etiam discursu vsus fuit Richardus de S. Victore, prima parte lib. 1. de Trinitate, cap. 4. Si igitur respectu omnium entium non est fortuita, & contingens existentia, sequitur dari aliquod ens quod necessariò extiterit semper, & cui existentia sit de formali conceptu essentiæ, vt ei perpetuò idem fuerit existere quod esse: tale autem ens causa prima est, supremúmque Numen, cùm enim omni tempore extiterit, potuit dare esse cæteris rebus, quæ ob existentiæ contingentiam potuerunt non esse; audiamus hunc in scopum venusta quidem ex Authore de diuina sapientia secundùm Ægyptios inter opera Aristotelis, qui libro tertio, c. 3. *Deum esse hac demonstratio maximè inter omnes videtur efficere, quòd nihil in potestate sit, quin aliud antecedat quod actu existat, alioqui ne ipsa quidem potestas in actum suum educeretur, cùm illa aliud non sit quàm ad actum quadam facultas, nec possit sua vi in actum exire; non enim rationi consentaneum est aliquid à seipso vt ab agente existere, præsertim cùm agens omne ea re priùs habeatur, quàm sua vi efficit, falsúmque sit idem seipso in vna, eadémque ratione prius, ac posterius esse: itaque si potestas in actum educitur, necesse est actum quendam purum existere, quòd hic nihil habere possit, à quo in actum excitetur; eiusmodi verò est ens necessarium, perpetuum, à quo actiones manant, & cuius nutu potestas omnis in actum excitatur, ipsum quoque incommutabile, quoniam ab alio procreari non potuit.*

S Thom. Richard. Aristot.

5. Dici valeat, his quidem constare, operæ pretium esse aliquod tale admittendum ens, quod necessaria existentia potiatur, non tamen conuinci, illud ens necessarium habere esse à se, quod exigebatur vt Deus foret, & causa prima vniuersalis; quòd si inferas, nisi in vno aliquo ente necessario sistamus, quod tantæ necessitatis sit, vt cùm ab eo cætera quæque profluant, ipsum à nullo dependeat, prolapsuros nos in processum infinitum, quia terminus nullus assignari poterit dependentiæ vnius entis ab alio; hoc nullum absurdum æstimant, quin verò est eorum præcipuum suffugium, sic enim eludunt disputantes, quia in serie infinita nunquam ad determinatam causam peruenietur, de qua affirmari valeat, hæc causat, & non est causata. Verùm nec his adquiescendum est; sumamus enim totam illam collectionem entium, quæ vsque in infinitam multitudinem excreuit, sequeretur illam collectionem esse ab alio, & non esse, dependere à causa, & non dependere: dependere quidem, quoniam ita supponunt, nempè conflatum quoddam esse entium, quorum alterum ab altero causetur vsque in processum infinitum; non dependere, quia vel dependeret à seipsa, vel ab aliquo extra ipsam; non dependeret à seipsa, alioqui esset causa sui ipsius, quod implicat; non ab aliquo extra ipsam, quoniam extra collectionem illam nihil est, ipsa enim est aggregatum vniuersa suum intra sinum complectens. Quòd si asseras totam collectionem esse à se, singulas autem species, singula indiuidua ab alio, atque ita nunquàm signari posse aliquod particulare ens, quod non sit ab alio; hoc etiam reiicitur, quia prædicatum essentialiter conueniens singularibus, conuenit etiam speciei, seu collectioni, sicut quia ratio extensi competit omni entitati corporeæ, & materiali, quadrat pariter collectioni ex omnibus corporibus, & quia hominibus singulatim essentiale est esse viuentem, rationalem, risibilem, speciei quoque, etsi ex infinitis hominibus conflatæ, idem conueniret; ergo si collectio illa penes quasque suas species est producta, ipsa quoque in ratione collectionis erit producta, & ab alio: aut demum si quatenus collectio est habet prædicatum essentiale non repertum in entibus particularibus, videlicet, esse improductam; ergo & quatenus collectio est ens à se, & rerum cunctarum fons atque scaturigo: igitur tandem deueniendum est ad causam aliquam, quæ cùm necessariò & à se existat, & ideo infinitæ, & illimitatæ sit potentiæ, Numen censeatur, à quo vniuersæ creaturæ recipiant vt sint, & operentur. *Numen quod sit.*

6. Dici quoque possit, quamuis negari non queat dandum aliquod ens, cui debitum sit necessariò existere, imò eius naturæ plura non repugnare entia; tamen non deduci vt aliquod ens sit à se, & improductum, nam illa entia, quæ necessariò existerent, se alterutrum causerent: contra hoc est, quoniam causa aliqua non potest seipsam physicè causare, vt omnes admittunt; igitur nec eadem causa potest physicè alteram causare, à qua ipsa quoque vicissim physicè produci debeat: nam sanè ex mutua illa causalitate idem inferri absurdum posset, ac si semetipsam immediatè causaret, quippè seipsam causando fit vt prior natura esset respectu suiipsius, quia esset causa sui, posterior quoque esset semetipsa, quia esset effectus causalitatis à se progredientis; hoc etiam sequitur in alterna illa causalitate: ponamus *leonem*, & *equum* se causare adinuicem; vt *equus* sit proximè aptus causare *leonem*, debet præsupponi cum existentia pro priori naturæ, & causalitatis; ostendimus namque à causa solùm possibili nullum prodire effectum: vt autem equus existat, debet præsupponi causa vnica, à qua eius existentia dependet, sine hac enim deficeret, & eius existentia concipi nequeat; sed causa vnica à qua *equus*, (ex hypothesi quam sequimur,) dependet, est *leo*; igitur etiam præsupponitur pro priori naturæ, pro quo equus est proximè aptus ad causandum: at equus est proximè aptus causare leonem; ergo leo, qui est pro eodem naturæ priori cum equo, est causatiuus suiipsius, quia est causatiuus effectus, quem equus causauerit: equus autem producit leonem, & leo equum; igitur leo foret prior & posterior seipso, prior, quoniam causa sui, posterior, quia causatus à semetipso; ergo eadem implicantia resultat *Positio.*

resultat siue aliqua entitas seipsam immediatè physicè causet, seu detur mutua physica causalitas inter duas entitates. Cùm igitur nihil seipsum producere valeat, vel duo se mutuò causare; tandem deueniendum est ad aliquid, quod improductum sit, & quòd cætera vniuersa producat. Hoc autem est Deus; *nam significat* Suarez. *hoc nomen Deus*, (inquir Suarez tomo 2. Metaphysicæ disput. 29. sect. 2. num. 5.) *quoddam nobilissimum ens, quod reliqua omnia superat, & à quo omnia dependent, quod vt supremum Numen coli debeat.*

---

## Sectio II.

### *Supremum MVNDI Rectorem non posse esse nisi vnum.*

7. QVanquam ex nuper dissertatis conati sumus demonstrare existere primam rerum omnium causam, ens quod necessariò, & à se extiterit, nulli debens originem, atque hac via Atheismum debellare studuerimus, restat tamen altera hydra fingentium plures Deos; ea sub caligine longas olim perpessa est tenebras vana Gentilitas, atque extremis terrarum finibus etiamnum imperia aliqua cæcutiunt; prodigium tamen est vel apud Christiani nominis professores non defuisse, qui diuinitatem varia in Numina distraherent, nota Marcionis, nota Manichæorum deliria, quorum imitatores & nouæ hæreses præsentium temporum fouere Bellarm. non erubuerunt; docebunt Bellarminus lib. 1. Gualter. de Christo cap. 1. Gualterus in Chronographia seculo secundo cap. 20. & seculo tertio cap. 19. Recupitus. Recupitus tom. 1. in 1. part. lib quinto quæst. 3. Dicturi igitur hi, esto concedant ens, quod à se, & necessariò existat, non tamen repugnare vt *Entia plura qui statuant.* eius generis plura entia concipiantur, nam sicut vnum ens improductum, & necessariò existens; quamobrem non tria & quatuor? verùm frustrà proloquuntur. Nam implicat Deum esse si non Tertull. vnus, & simplex habeatur. quemadmodum Tertullianus probè aduertit lib. primo contra Marcionem cap. 3. *Principalis itaque & exinde tota congressio de numero, an duos Deos liceat introduci, si fortè poetica, & pictoria licentia, & tertia iam heretica, sed veritas Christiana districtè pronunciauit, Deus si non vnus est, non est, quia dignius credimus non esse quodcumque non ita fuerit vt esse debebit: Deum autem vt sciatis vnum esse debere, quare quid sit Deus*; ingeniosè postremum istud, *vt sciatis vnum esse debere, quare quid sit Deus.* nam, Bonauent. (vt inquir S. Bonauentura in 1. distinct. 2. art. 1. quæst. 1. in corpore,) *impossibile est plures Deos* *Deus vnus, & non plures vnde arguatur.* *esse, si rectè accipiatur significatum huius nominis DEVS, nec solum impossibile est, sed etiam non intelligibile*, quamobrem licet ex Arianorum hæresi deducebant ritè Catholici Doctores ab eis diuinam multiplicari substantiam, ipsi tamen renuebant verbis fateri plures concedendos Deos, imò, teste Phæbadio Episcopo initio tractatus contra Arianos aiebant: *Duos Deos nec posse, nec prædicari debere scimus, Deus enim si non vnus, Deus non est*; quare inter Ethnicos ipsos, qui altiùs sapiebant, intelligebant futilia nomina esse, quibus Deorum copia significabatur, vt obseruat Paulus Orosius lib. 6. cap. 1. *quippè cùm* Orosius. *& Philosophi eorum, vt de nostris Sanctis sileam, dum intento mentis studio quærunt, scrutanturque omnia, vnum Deum authorem omnium repererunt, ad quem vnum omnia referuntur*; de quo etiam monet S. Thomas 1. p. quæst. vndecima, art. 3. in proba- S. Thom. tione secundæ conclusionis: Philosophorum autem consensum de vno tantùm Deo consule apud Eugubinum de perenni Philosophia libro Eugubin. tertio, quarto, quinto, sexto, Raynaudum in Raynaudus. Theologia naturali, distinct. 7. q. 1 art. 1. num. 13. Recupitum tom. 1. in 1. p. lib. 5. quæst. 12. Recupitus.

8. Igitur non posse dari duo entia à se, siue multiplicem diuinitatem, inde primò colligimus, *Duo ne dentur Entia.* quoniam aut essent diuersa in specie, & secundùm prædicata essentialia, aut numero, & quoad indiuiduum discreparent, vtrumque implicat: nam si specie differrent; ergo in vno aliqua perfectio essentialis, & specifica reperiretur, qua alterum careret: hoc autem inconueniens est, quoniam de conceptu diuinitatis est cùm sit perfectionis infinitæ, & illimitatæ simpliciter, omnem in se formaliter includere perfectionem, atque hoc more probat Angelicus Doctor 1. p. S. Thom. quæst. 11. art. 3. argumento secundo; quò tendit etiam Prudentius in Hamartigenia versu 85. Prudentius.

*Quæ tandem natura potest consistere duplex?*
*Aut vnus DEVS est, rerum cui summa potestas:*
*Aut quia iam duo sunt minuuntur dispare summo,*
*Porrò nihil summum est, nisi plenus viribus vnum.*

*plenus viribus*, id est, habens omnem virtutem, atque perfectionem cogitabilem: dici autem posset, quamuis ex entibus à se distinctis alterum clauderet prædicatum aliquod specificum, quo aliud careret: at hæc prædicata fore æqualis nobilitatis, & æstimationis; quamobrem licèt prædicata in se diuersa forent, & specificè dissimilia, quia tamen vnum alterum non superaret dignitate & præstantia, ideo vtrumque Numen futurum eiusdem perfectionis licèt non realiter, æquiualenter nihilominùs, quia prædicatum diuersum repertum in vno æquiualet prædicato reperto in altero: verùm gratis admisso, eiusmodi prædicata dari, quæ cùm specificam diuersitatem generent, perfectione tamen æqualia sint, adhuc enti infinito simpliciter, atque in omni genere perfecto, non satis est habere prædicatum æquiualens alterius deitatis prædicato, nisi formaliter claudat quoduis prædicatum Deo conueniens; quod in omnipotentia clarius elucet: quanquam enim daremus producere leonem, & producere equum, esse prædicata eadem per æquiualentiam, quia productio vnius non esset nobilior productione alterius, tamen Numen carens potentia ad producendum leonem, non posset censeri omnipotens, cùm de ratione omnipotentiæ sit posse producere quicquid absolutè non repugnat; sic etiam & in ratione entis non esset omnimmodè perfectum carens perfectione, à qua ens perfici queat, quia ens in omni genere consummatum, quale est ens à se, & deitatem constituens non solùm exigit habere perfectiones, quæ aliis æquiualent perfectionibus, sed omnem perfectionem simpliciter simplicem, quemadmodũ omnipotentiæ non satis est potentia ad producendum leonẽ quatenus hæc æquiualet potentiæ ad producendum equum, sed oportet vt habeat formaliter quoque ipsam potentiam formaliter equi productiuam;

deinde Numen supremum oon vtrumque magnum, & perfectum est, verùm summè magnum. *At qua erit conditio ipsius summi magni?* (interrogat Tertullianus lib. primo contra Marcionem, cap. 3.) *nempe vt nihil illi adaequetur, id est, vt non sit aliud summum magnum, quia si fuerit, adaequabitur, nec erit iam summum magnum euersa conditione, & lege, qua summo magno nihil sinit adaequari*; ergo iuxta Tertullianum repugnant deitates multae, quamuis paris fingerentur nobilitatis, atque virtutis, quia diuinitas talis esse debet, cui nihil par esse valeat.

Tertullian. *Summum magnum quod.*

9. Quòd si adstruas, Numina illa multiplicia noo quidem specie distincta esse, sed oumero solùm, & quoad iodiuiduationem; hoc etiam refellitur, quoniam inter multa indiuidua opus est aliquo determinatiuè extrinseco, per quod in lucem prodeant; cùm enim sint eiusdem rationis omninò, vt vnum prae alio producatur, opus est à superiori aliquo agente praescribi, & determinari; sed ens à se non potest ab altero aliquo agente determinari vt existat, alioqui iam noo esset ens à se, sed ab alio, oimirum à determinatiuo existentiae ipsius; igitur ens à se nequit in plura entia diuina multiplicari: sin autem dixeris enti quod necessariò existit, opus non esse vt determinetur ab aliquo ad existendum, quoniam impossibile est, vt non existat cùm necessariò existat; tum vrgendum erit, igitur omnia entia diuina, quae valent existere de facto existunt, quia respectu eorum diuini & à se idem est noo repugnare existere, ac reipsa existere, quoniam status possibilitatis & existentiae non distinguuntur penes ens à se; sed dato semel quòd multiplicari entia diuina & à se queant, multiplicabuntur in infinitum, à quo enim coërceri valeat ens simpliciter infinitum? alioqui tale noo esset, cùm limitari posset eius multiplicitate coërcita; ergo de facto existunt infinita suprema Numina, quo nihil magè absurdum; iocatur meritò in parcam eorum illiberalitatem Tertullianus, qui diuinitatem scindere oon veriti, duo solùm Numina constituerunt; ait lib. primo contra Marcionem cap. 5. *Aut qua ratio duo summa magna composuit? primò enim exigam, cur non plura, si duo, quando locupletiorem oporteret credi substantiam diuinitatis, si competeret ei numerus? honestior, & liberalior Valentinus, qui simul ausus est duos concipere, Bythum, & Sigen, cùm vsque ad triginta Æonum foetus tanquam Æonia Scropha examen diuinitatis effudit; quacumque ratio plura summa magna non patitur admitti, eadem nec duo.*

Tertullian.

10. Patres celebri argumentatione multiplicium Numinum inuentores vexant, quam à Mundi gubernatione deriuant, hunc enim noo nisi ab vno tantùm vt oporteat, regi posse; quo vtuntur Cyprianus tractatu de vanitate idolorum, Lactantius lib. de ira Dei, cap. vndecimo. Minutius Felix in Octauio. Prudentius Hamartigeniae ioitio. S. Thomas lib. 1. contra Gentes cap. 42. num. 17. quod vt scholae rigidis accommodent disputationibus, & aduersarium fortiter vulnerent, interpretantur de pugna voluntatum, & potentiae imminutione, Suarez tom. 2. Metaphys. disp. 29. sect. 2. num. 27. Bellarminus lib. 1. de Christo cap. 2. §. *Sexta, si plures*, &c. Hurtado de Mendoza disp. 20. Metaphys. sect. 1. num. 15. Nam sanè cùm ex distinctis omninò Numinibus quoque libero frueretur arbitrio, & hoc in operando à nemine impediri possit, aliàs noo esset Deus, aut iofinitae libertatis qui ab altero fraenari poterat, posset vnumquodque velle, aut oon velle quaecumque infinitae bonitati non indecora: vnum igitur possit velle efficaciter mũdi creationem, alterum nolle efficaciter eandem; igitur mundus & existeret, & oon existeret. Nam decretum Dei absolutum, & efficax non potest non sortiri effectum, sed vtrumque decretum voleodi, & nolendi mundi futuritionem esset efficax, vtrumque esset diuioum, quia esset à duobus entibus à se, ac proinde diuinis; igitur vtrumque effectuum volitorum productiuum foret; sed effectus voliti essent omninò incompossibiles, quia opponerentur cootradictoriè per esse moodi, & noo esse illius; ergo & ipsa decreta inter se pugnarent. Hinc etiam fieret, vt eorum Numinum nullum esset omnipotens, quia altero efficaciter contradicente, impossibile esset ab alio quidquam produci: aptè igitur Lactantius lib. 1. Institut. cap. 3. *Non vident qui Deos multos esse credunt, fieri posse, vt aliquid diuersum velint, ex qua re disceptatio inter eos, & certamen oriatur, sicut Homerus bellantes inter se Deos finxit, cùm alij Troiam capi vellent, alij repugnarent; vnius igitur arbitrio Mundum regi necesse est*; & Damascenus lib. 1. de fide Orthodoxa cap. 5. *Quid insuper afferri potest, quin si Mundus à multis gubernetur, non dilabatur, atque intereat, quippè cùm inter gubernatores pugna perspiciatur? discrimen siquidem pugna, ac contentioni aditum patet.*

Cyprian. Lactant. Minut. Fel. Prudent. S. Thom. Suarez. Bellarm. Hurtado. Lactant. Damascen.

---

## Sectio III.

## *Dei essentia qualisnam aestimanda? & quibus praedicatis constet?*

11. Quandò Numen existere sempiternum, atque incomparandae maiestatis, & hoc vnicum esse ostenderimus, iuuat & de huius excelsa natura aliquid indagare. Porrò illud in confesso est, si semel concedatur Deum esse, huic quicquid gloriosum & perfectum est adscribendum ipso naturae ductu; quam ob causam Richardus de S. Victore lib. primo de Trinitate cap. 20. ait, *Contingere autem videtur quasi quadam dote naturae, quòd cuncti penè tam eruditi, quàm minùs eruditi, solent habere familiare, & quasi prò regula tenere, Deo videlicet, quicquid optimum iudicant, incunctanter attribuere; & quod quosdam de hac re perspicua ratio ratiocinando non docet, sine dubietatis ambigua deuotio persuadet; hinc est quòd ipsum Deum immensum, aeternum, incommutabilem, summè sapientem, omnipotentem, indubitanter affirmant etiam illi, qui quomodo idipsum probari possit, ignorant*; apud ipsum sunt quaecumque praeconiis, & admirationibus digna censentur, sed in ipso vna atque indiuisibilis entitas sunt, quia, vt praecedenti capite monstrauimus, nullum *ens à se* potest realiter à diuinitate seiungi, cum ipsa omnes identificantur perfectiones, quibus infinitas, & improductas esse conuenit. Cùm igitur in diuina natura realiter considerata non sit aliud & alind per distinctiooem realem, quia cum natura diuina quaeque praedicata identificantur quae Deo competuot; hanc ob ratiooem

*Dei essentia praedicatis.* Richard. de S. Victor.

nem natura, siue essentia diuina realiter accepta est totum, quod in Deo est, nam à parte rei totum est idem; quæ idcircò admonenda diximus, quoniam Patres non rarò Dei essentiam hac sub consideratione describunt, asserentes non aliud esse diuinitatem, seu nobilissimam supremi rerum Gubernatoris essentiam, quàm inexplicabilem omnium perfectionum aggregationem, quàm iustitiam, fortitudinem, clementiam, pulchritudinem, sapientiam, & sexcentorum aliorum nominum inexhaustam scaturiginem; atque in hunc modum proloquebatur Magnus

Dionysius.

Dionysius libro de diuinis nominibus cap. 1. §. 7. *Sic igitur ei, qui omnium rerum causa est, & supra omnia congruit carere nomine, & congruunt rursus omnia rerum omnium nomina, vt sit perfectè regnum vniuersitatis rerum, & circa ipsum sint omnia, & ipse sit, vt ait Scriptura, omnia in omnibus*; & cap. 5. §. 9. *Quamobrem vniuersa ipsa entia secundùm vnam omnibus eminentem copulationem sunt attribuenda, quandoquidem dum ab ipsa essentia substantificæ promanationis ac bonitatis exordiens per omnia dimanat, & vniuersa per semetipsum implet; omnia quidem in se præhabet excellentia simplicitatis, quæ omnem refugit duplicitatem; cuncta verò similiter continet secundùm plusquam simplicem infinitatem suam*;

Nazianz.

concinnè Nazianzenus orat. 38. in Christi natiuitatem, numero vndecimo. *Vniuersum enim id, quod est, in se complectitur velut pelagus quoddam essentiæ immensum, & interminatum*;

Damascen. & alij.

quibus ipsis ferè verbis vtitur Damascenus lib. 1. de fide Orthodoxa. cap. 12. Similia etiam inuenies apud Arnobium lib. 1. contra Gentes. Lactant. lib. 1. Institut. cap. 3. Augustinum lib. 5. de Trinit. cap. 1. & lib. 6. cap. 4. Ambrosium libro vnico de filij Diuinitate cap. 4. Gregorium Papam lib. 2. in Iob. cap. 7. Boëthium lib. 3. de Philosophiæ consideratione, metro 9. Bernardum libro quinto de consideratione, cap. 6. & 7. & cap. 11. & 13. Anselmum in Monologio cap. 3. & 16. & in Prosologio cap. 5. Richardum de S. Victore 1. parte, libro primo de Trinitate, cap. decimo septimo.

12. Verùm quamuis reipsa omnes perfectiones diuinæ sint essentia Dei, quia omnes à parte rei sunt vna, atque indiuisibilis entitas, tamen simplicissimam illam reipsa substantiam intellectus noster præscindendo diuidit, & multiplicat, & aliquam formalitatem, naturam, siue essentiam appellat, alias perfectiones, attributa & quasi proprietates ad naturam veluti sequutas nuncupat,

Basil.

iuxta mentem S. Basilij lib. 1. contra Eunomium, inquienris, *Consideremus, quòd in communi quidem vsu quæcumque repentina comprehensione simplicia videntur, ac vnica; varia verò ac multiplicia si subtiliùs exquiruntur, hæc cùm mente diuiduntur τῇ ἐπινοίᾳ, id est, opinione sola diuisa dicuntur*; in eundem scopum Gregorius Theologus oratione 35. quæ est tertia de Theologia, n. 49. *eodem modo vnam quoque Dei essentiam, & naturam, & appellationem esse, tametsi per cogitationes quasdam distinctas nomina quoque simul distinguantur*; quem in locum benè obseruat Scholion Eliæ Cretensis, naturam diuinam in se, & ex parte obiecti indiuisam esse ab attributis, distinctionem tamen ei formaliter prouenire ab intellectu; sed propiùs ad scholarum vsum

Damascen.

declarauit lib. 1. de fide Orthodoxa cap. 4. Damascenus dum ait; *ita siue bonum, siue iustum, siue sapientem, siue quodcumque tandem aliud dicere libeat, non Dei naturam, sed quæ naturæ insunt, exponis*;

Nicetas.

& simili dictione Nicetas commentario in Nazianzeni orationem 42. num. 7. *Iam verò bonum, iustum, & sanctum naturam quidem comitantur, cæterùm ipsam naturam haudquaquam operiunt*; & num. 8. *Sed aliud est diuina natura, aliud simplicitas, quæ circa naturam consideratur*; quare

S. Thom.

S. Thomas in 1. distinct. 2. art. 2. ad 1. *Dicendum*, (inquit,) *quòd pluralitas attributorum in nullo præiudicat summæ vnitati, quia ea, quæ in aliis sunt vt plura, in eo sunt vnum, & remanet pluralitas tantùm secundùm rationem, quæ non opponitur summæ vnitati in re*; & art. 3. in corpore, *Dicendum, quòd, sicut suprà dictum est, sapientia, & bonitas, & omnia huiusmodi sunt omninò vnum re in Deo, sed differunt ratione; & hæc ratio non est tantùm ex parte ipsius ratiocinantis, sed ex proprietate ipsius rei*; id est, distinctio inter perfectiones & formalitates diuinas non est solius rationis ratiocinantis, sed etiam rationis ratiocinatæ, quæ amplior distinctio est.

Quoniam igitur ratione nostra aliud est in Deo essentia, aliud proprietas, siue attributorum formalitates, indagare præstat, quónam in prædicato ex pluribus, quæ Numini insunt, essentiæ constitutio metaphysicè sumptæ ponenda sit? 13.

*Essentia constitutio.*

Porrò ad essentiæ conceptum logicè formatum duo consueuêre exposci, vt obseruant

Herice.

Herice in primam partem, tractat. 1. disp. 3. cap. 3. num. 10.

Recupitus.

Recupitus ibidem tom. 1. lib. 2. cap. 2. num. 5. nempè vt sit primum & antiquissimum in re illa prædicatum, ex quo tanquam ex radice cæteræ prorumpant formalitates quasi passiones illius, & secundaria rei ornamenta; deinde entitatem ita constituat, vt etiam vltimò diuidat à cæteris perfectionibus, sicut essentia hominis est per quam homo specificè & in esse hominis differt ab equo, & leone; videlicet non animalitas, in qua conueniunt, sed rationalitas, quæ propria est homini, & speciem determinat; Dei igitur essentiam cum his additamentis visum est in prædicato entis à se, & necessariò existentis constituere

Raynaudus. Recupitus.

Raynaudo in Theologia naturali, distinct. 6. quæst. 1. art. 2. num. 25. Recupito tom. primo. in 1. p. lib. 2. q. 14. cap. 4. num. 18.

Auersa. Tannerus.

Auersæ quæst. 2. sect. 2. Tannero tom. primo, disput. 2. quæst. 1. dubio 5. num. 6. Nam tale prædicatum fundamentum est omnium, quæ Deo adiudicantur perfectionum, ideo enim quod summum est, in quoquo genere illi conuenit, quia est ens improductum, ac proinde illimitatum, & infinitum; & per idemmet prædicatum maximè distinguitur à creaturis, quibus intrinsecum est dependere, & esse ab alio; verùm soli diuinæ intellectioni inter omnes Dei perfectiones competere essentiæ nomen, defendunt

Suarez. Mendoça. Herice. Fasolus. Ribas.

Suarez lib. vndecimo de Trinitate. cap. 5. num. 16. Hurtado de Mendoça Metaphysicæ disput. 20. sect. 2. §. 21. Herice in 1. partem tract. 1. disp. 3. cap. 3. num. 10. Fasolus ibidem tom. 1. quæst. 4. art. 2. dubitatione 9. num. 49. Ribas tom. 1. in 1. p. tract. 1. disp. secunda, cap. 2. Sed excludi à ratione diuinæ essentiæ Dei volitionem non gratè ferunt

Zuinga. Meratius. Perez.

Zuinga de Trinitate disp. 2. dubio 20. membro 8. Meratius tom. 1. tractatu de Deo, disput. 44. sect. 4. Martinus Perez de Deo trino, disp. vndecima, sect. 6. num. 4. quin & omnes perfectiones simpliciter simplices ingredi essen-

Ruiz. Ioſeph. Auguſtin. Martinon.

tiam diuinam, prout logicè, & ratione noſtra efformatam, ſubindicant Ruizius de Montola de Trinitate diſp.8.ſect.quinta,num.6.Ioſephus Auguſtinus tom. 5. in 1. part. quæſt. 13. art. 4. difficultate 2. n.25. Martinon in 1. part. diſp.3. ſect.8. num.51.

14. Ex his opinionibus quæ diuinam eſſentiam in ſola conſtituit intellectione, eo benigniùs recepta eſt, quòd eâ ſtabilitâ non operoſum ſit ſtatuere diſcrimen inter Verbi generationem in diuinis, & proceſſionem Spiritus ſancti, eo quòd natura vtpotè ſola intellectio communicatur ſecundæ perſonæ primariò & ex vi proceſſionis: Spiritus autem ſanctus non accipiat intellectionem ex vi proceſſionis, ſed materialiter, identicè, & ſecundariò. Attamen hac in ſententia illud difficultate non vacat, oportere quidem reſpectu cognitionis diuinæ aliquod prædicatum concipere, quod ideo ſit virtualiter & ratione noſtra prius ipsâ, quoniam obiecti primarij atque determinatiui vices obit; ſi enim in creatis, quia ex obiecto, & potentia generatur notitia, obiectum eſt prius realiter & cauſa intellectionis; quamobrem non in diuinis ratione noſtra obiectum futurum ſit prius virtualiter cognitione diuina, ſicut ipſa diuina cognitio eſt prior per rationem, volitione Dei, eo quòd in creatis intellectio eſt prior realiter volitione?

Perez.

Soluit hunc nodum Martinus Perez tractat. de Deo trino, diſp.vodecima, ſect.4. num.5. in Deo

*In Deo directa cognitio, & reflexa.*

diſtinguens cognitionem directam, & reflexam: directa autem cùm reflexam præcedat ratione noſtra, eſt prior illa, & obiectum ipſius, & ratione ratiocinata diſtincta ab ea: admittunt cognitiones reflexas in Deo multiplicabiles vſ-

Salas. Granado.

que in infinitum Salas tom. 1. in 1. 2. quæſt.3. tract.2.diſp.3. ſect.4. num. 24. Granado in 1. p. controu.2. de ſcientia Dei, tract.1.diſp.4.num.9. Verùm interrogo de cognitione reflexa, an ipſa incognita maneat? haudquaquam; nam cùm Deus ſeipſum perfectiſſimè comprehendat, nulla diuina formalitas, præſertim ex neceſſariis, eum latere poteſt; igitur debet altera reflexa cognitio deputari, ne illa incognita maneat, & ad hanc ſecundam reflexam alia tertia, & ad tertiam quarta, & ſic in infinitum; quin verò præter abſurditatem proceſſus in infinitum haud ſatis percipi queat, quomodo quantumcumque multiplicentur reflexiones cognitionum, non aliqua maneat cognitio non cognita abſolutè, quia excepta prima notitia, quæ fuit directa, reliquæ ſemper reflectant vna ſupra alteram: in aggregatione autem cognitionum reflexarum quantumcumque infinitarum ſi non manet aliqua incognita, ideo eſt, quia in illa collectione aliqua reflectit ſupra ſeipſam formaliſſimè, & ita non indiget cognoſci; hoc autem ſemel conceſſo iam non eſt vnde ſequatur vt cognitio directa & reflexa diſtinguantur, cùm poſſint eſſe formaliter idem, reditque principalis controuerſia, quomodo ſcilicet diuina cognitio à ſuo obiecto increato diſtinguatur? Quamobrem

Herice.

Herice in 1. p. tract. 1. diſput.4. cap.1. num.4. cùm perſpiceret ab omnibus fatendum diuinam intellectionem cùm ſit comprehenſiua omnium diuinarum formalitatum, ſine quibus Deus abſolutè eſſe nequeat, etiam ſeipſam cognoſcere, viderque inter ipſam vt habentem ſe pro obiecto non poſſe dari prioritatem, alioqui ipſa ſe prior eſſet, nec conducere ſuffugium cognitionis directæ & reflexæ propter allata incommoda, aſſeruit obiectum increatum reſpectu cognitionis diuinæ non eſſe motiuum, ſed terminatiuum ſolùm; vnde cùm de ratione obiecti motiui ſit tantùm vt diſtinguatur ſeu realiter, ſeu virtualiter, & ratione noſtra à cognitione, ideo non tendere diuinam intellectionem ad obiectum increatum, quòd ſit virtualiter prius ipſa, & moueat ratione noſtra, atque determinet ad ipſam; huic tamen dicendi modo non quadrat communis quædam Scholaſticorum aſſeueratio docentium frequentiſſimè, vt oſtendunt Rui-

Ruizius. Granado.

zius de ſcientia Dei, diſput. 8. ſect.2. num.1. & ſect.6. num.1. Granado in 1.p. controuerſ.2. de ſcientia Dei, tract.1. diſp.3. ſect.2. num.7. ſcientiam in Deo ratione ratiocinata diſtingui ab illius eſſentia; & iuxta principia Herice id ſuſtineri nequeat, cùm Dei eſſentiam in intellectione adæquatè conſtituat, & hanc à ratione cogniti nec per præciſionem aliquam intellectus diſtingui poſſe velit, relata paulò antea diſp.4.cap.1. num.6.

15. Quo autem Theologorum receptam aſſertionem tueri valeamus, notamus in Deo principium dari intelligendi ratione ratiocinata diſtinctum ab actuali intellectione Dei, quæ potentia vocari queat *aptitudo intentionalis vt quod*, ad intelligendum: cauſa eſt, quoniam vt perhibet Angelicus Doctor lib. 1. contra Gentes,

D.Thom. Ruizius.

cap. 31. & Ruizius veterum firmat teſtimoniis, diſp.12. de Trinit. ſect. 3. quo diuinarum perfectionum numerum æſtimat intellectus, & quid cuique formalitati aptum ſit, diducat, creaturarum functionibus manuducitur; ſic cùm videt quædam in creatis realiter diſtingui, ea in Deo virtualiter & ratione ſeparat; quare ſicut in homine diſtinguit ratione ratiocinata animalitatem, & rationalitatem, vel propter operationum diuerſa connotata, vel ob ſimilitudinem, & diſſimilitudinem, ita & in Deo: cùm igitur in homine & Angelo potentia in actu primo eliciriua intellectionis diſtinguatur realiter ab actuali intellectione, cur etiam in Deo *aptitudo intentionalis vt quod* ad intelligendum non poterit concipi ad inſtar potentiæ intellectiuæ ratione ratiocinata diſtinctæ ab actuali Dei infinita

*Deus Angelo ſimilis, & diſſimilis.*

ſcientia? & quidem Deus ſimilis eſt Angelo in hoc, quod eſt eſſe aptum intentionaliter ad intelligendum, & diſſimilis in eo, quòd talis aptitudo in Deo ſit ſimul intellectio: igitur *aptitudo ad intelligendum vt quod* in Deo valet præſcindi ab actuali eius intellectione; quamobrem potentiam ad intelligendum in Deo diſtingui ratione ratiocinata ab eius ſcientia, & eſſe priorem & radicem illius per conceptum intellectus,

Molina. Vaſquez. Arrubal. Granado. Tannerus. Alarcon.

edocent Molina in 1.p. quæſt.41. diſp.2. art.3.§. *tota huius rei difficultas*, &c. Vaſquez diſput.102. cap.1. num.2. Arrubal diſput.28. cap.5, num.17. Granado controu. 2. de ſcientia Dei, tractat.1. diſput.1. ſect.1. num.6. & 7. & diſput.3. ſect.2, num. 7. Tannerus diſput. 2. quæſt. vndecima, dub.5. num. 4. Alarcon tract. 2. diſput.1. cap.1. num. 4.

16. Cùm igitur in Deo inueniatur prædicatum antecedens ratione noſtra diuinam intellectionem, & ab ea ratione ratiocinata diſtinctam, quod correſpondet potentiæ cum aptitudine ad intelligendum in actu primo, in hoc arbitrantur

conſtituendam

constituendam adæquatam rationem diuinæ essentiæ; fauet non obscurè B. Thomas 1. part. quæst. 26. art. 2. in corpore: *Non est aliud esse, & intelligere secundum rem, sed secundum intelligentia rationem*; hoc est, à parte rei essentia & intelligere idem sunt; ratione tamen differunt essentia, & actualis scientia: & quæst. 1. de potentia, art. 1. ad 1. *licèt essentia diuina non habeat aliquod principium neque re, neque ratione, tamen operatio diuina habet aliquod principium secundum rationem*; nomine autem *operationis* denotat actus intellectus, & voluntatis, vt constat ex prima parte initio quæstionis 14. Indicat igitur esse aliquod prædicatum ratione distinctum, quòd sit intentionaliter principium actus intelligendi; hanc amplexantur sententiam Arrubal in 1. p. disp. 28. cap. 3. num. 8. & cap. 5. num. 17. in fine. Granado tract. 1. de scientia Dei, disp. 3. sect. 2. num. 7. & sect. 4. num. 21. Arriaga tom. 1. in 1. p. tract. de scientia Dei, disp. 1. sect. 3. subsect. 2. & 3. & disp. 16. sect. 4. num. 21. Nam cùm ad strictam essentiæ rationem duo exposcantur, nempè vt sit prima radix eorum omnium, quæ in entitate reperiuntur, & vt sit vltimum distinctiuum eius à qualibet alia formalitate; hoc totum elucet in dicto prædicato aptitudinis intentionalis *vt quod*, ad intelligendum: quanquam enim istiusmodi formalitas aliàs velut antiquiores supponere videatur, vt quòd Deus sit substantia, quòd sit Spiritus, & imprimis quòd sit ens à se, independens à quouis, simpliciter infinitum; tamen huiusmodi nomina vniuersalia sunt, & transcendunt tam absoluta, quàm relatiua, & quicquid de Numine affirmamus: essentia autem non constituitur formaliter per prædicata transcendentia; ideò ratio entis ab alio non dicitur constituere essentiam hominis, leonis, equi, aliàs omnibus vna foret essentia, cùm omnibus ratio entis ab alio competat; & vt bene aduertit Hurtado de Mendoçã Metaphys. disput. 20. sect. 2. §. 19. Relatio vt relatio formaliter in diuinis est ens à se, & tamen relatio est extra conceptum diuinæ essentiæ, quemadmodum ostendit Ruizius de Trinitate, disput. 14. sect. 2. & 3. ergo illud prædicatum ad strictam essentiæ formationem eligendum est, quod ita primum in specie aliqua locum obtinet, vt simul eam sufficienter à quauis alia distinguat; iuxta quam considerationem nihil priùs in Deo concipi valeat, quàm esse principium intellectiuum, reliqua enim, quæ aliquo genere prioritatis logicæ antecedere queant, sunt prædicata transcendentia, & communia: est etiam huius sententiæ non contemnenda vtilitas, quod iuxta eam trita Scholasticorum assueratio, quæ habet, vt suprà vidimus num. 14. ad finem, diuinam essentiam ratione ratiocinata distingui à Dei intellectione, facilè saluari valeat; insuper & alterum eorundem vulgare effatum, eandem essentiam habere rationem obiecti primarij, & motiui, ac proinde virtualiter, aut ratione ratiocinata distincti à diuina intellectione, in qua essentia tanquam primario obiecto cognoscuntur diuina attributa & relationes, ipsaque cognitio, & creaturæ possibiles, hæc enim vniuersa cùm sint obiecta secundaria & connexa cum illo primario, quæ est diuina essentia, in ipsa cognita penetrantur.

S. Thom.

*Operationis notio.*

Arrubal.

Granado.

Arriaga.

Hurtado.

*Relatio vt relatio formaliter quid.*

Ruizius.

17. Asseras, saltem non rectè totam & adæquatam diuinæ essentiæ rationem collocari in solo principio intellectiuo; nam quemadmodum in Deo ponimus principium ad intelligendum ratione diuersum à scientia diuina, ita oportet statuamus principium volitiuum distingui à volitione actuali; atqui hæc duo principia non distinguuntur inter se ratione ratiocinata, sed sunt idem formalissimè; igitur in ambobus, non autem in solo principio ad intelligendum diuina consistit essentia; quod autem illa duo principia inter se non distinguantur per rationem ratiocinatam, liquet: nam ideò in Deo ponimus distinctionem rationis ratiocinatæ inter principium intelligendi & scientiam, quia in Angelo & homine creaturis intellectualibus cernimus distingui realiter potentiam intelligendi à cognitione; sed in iisdem non distinguuntur realiter principium intellectiuum, & volitiuum, quia licèt in scholis feratur sententia non incelebris tenentium potentiam proximam ad intelligendum, aut volendum realiter ab anima distingui, tamen omnium assensu principium intellectiuum & volitiuum radicale identificantur cum anima, & ideò realiter sunt idem, quia sunt ipsamet animæ substantia, quæ simplex, & indiuisibilis est; igitur cùm potentia intellectiua & volitiua non distinguantur realiter in homine, vel Angelo, non debent virtualiter, aut per præcisionem rationis ratiocinatæ in Deo distingui: dicimus ad hæc, licèt ob titulum distinctionis realis, quæ in creaturis elucear, non valeant in Deo per rationem ratiocinatam separari principium intellectiuum à principio volitiuo, tamen posse ob alia fundamenta, nec enim tota ratio distinguendi formalitates in Deo pendet ab eo solùm, quòd duæ entitates realiter differant in humanis: nam diuersitas operationum æquè conducit, ideò namque animalitas præcisiuè & logicè distinguitur à rationalitate, quoniam animalitas connotat sensationem, quæ est diuersa operatio à discursu, quem rationalitas producit. Cùm ergo principium intellectiuum ex natura sua dicat ordinem ad cognitionem, principium volitiuum ad amorem, quæ sunt operationes intentionales magnæ varietatis, insuper & intellectus feratur ad verum, voluntas ad bonum, quæ sunt rationes obiectiuæ formales plurimum diuersæ: ideo principium intellectiuum potest ratione ratiocinata optimè separari non solùm in Angelo, & homine, sed etiam in Deo ipso à principio volitiuo; qua data præcisione stat essentiam Dei in solo principio intellectiuo adæquarè posse saluari, quoniam principium volendi non est de eius formali ratione.

Aduersùs præfata congeruntur Patrum varia testimonia, quibus subsignificare videntur de conceptu diuinæ essentiæ esse quicquid de Deo legitimè prædicari consueuit, ea coaceruat Fasolus tom. 1. in 1. patr. quæst. 4. art. 2. dubitat. 5. à num. 28. & dubitat. 9. num. 61. & ostendit sermonem esse de natura diuina, non vt logicè, & præcisiuè sumpta, sed quemadmodum extat à parte rei, & ante operationem mentis, de quo & admonuimus Patrum locis recensitis ingressu huius sectionis; exhibebimus tamen nos paucas aliquas authoritates non omninò tritas, quas dissoluemus: & primum 18.

Fasolus.

S. Athanas. mum S. Athanasius oratione secunda contrà Arianos; *eiúsque rei denuò magnum argumentum documentúmque ex sacris litteris; eo ipso, quo Verbum Patris sui est filius, & filius Verbum est Patris, eiúsque sapientia*; quem simul in modum D. Augustin. D. Augustinus lib. 7. de Trinit. cap. 2. *eo quippè filius, quo Verbum, & eo Verbum, quo filius; & non eo Verbum, quo sapientia, quia Verbum non ad se dicitur, sed tantùm relatiuè ad eum, cuius Verbum est, sicut filius ad Patrem; sapientia verò eo, quo essentia, & ideo, quia vna essentia, vna sapientia*; & statim, *Verbum enim relatiuè, sapientia* Magist. sent. *verò essentialiter intelligitur*; quæ recipit Magister sententiarum in 1. distinct. 27. §. *quòd sunt alia*, littera E: de his subinfertur, essentiam, siue naturam diuinam, & intellectionem esse formaliter idem, ac proinde rationem diuinæ essentiæ sitam esse in diuina cognitione; constat hoc, quia filius eo filius, quoniam procedit in similitudinem naturæ, siue essentiæ; Verbum autem eo Verbum, quòd per intellectionem procedat: si ergo eo Verbum quo filius, atque è diuerso; ergo natura siue essentia & intellectio erunt formaliter idem, aliuqui, quam ob causam Verbum eo quòd sit Verbum, filius pariter habeatur, nisi quia idem est accipere intellectionem atque essentiam formaliter, & non identicè solùm, ac proinde accipiens intellectionem ex vi processionis non possit non etiam filius nasci, quia cognitio & essentia idipsum omninò est? Iuuat etiam singulariter illud Augustini dictum: *Sapientia verò eo quo essentia; Verbum relatiuè, sapientia essentialiter*, indicans sapientiam & essentiam ad summum ratione ratiocinante distingui, & esse solùm nomina duo eiusdem formalitatis; quod voluisse etiam apparet Ioannem Theologum in Concilio Florentino sessione 21. §. *sequitur deinde textus noster*, &c. Dum inquit, *& quòd filius à Patre audit, idem est, quod scientia; scientia verò in diuinis idem est, quod esse; & audire à Patre, iuxta expositionem Latinorum, atque Græcorum, quos in sequentibus producam, nihil aliud est, quàm accipere essentiam, & scientiam à Patre*, atqui auditio in diuinis resultat ex acceptione scientiæ, & intellectionis à Genitore, correspondet enim dictioni, seu loquutioni paternæ; sed auditio iuxta Latinos & Græcos Doctores est accipere essentiam; igitur essentia & intellectio formaliter sunt idem.

*Essentia, & intellectio formaliter idem est.*

*Sapientia eo quo essentia; Verbum relatiuè, sapientia essentialiter*, Augustini dictum.

Ioan. Theolog.

*Auditionis notio.*

*Essentia & intellectio formaliter idem sunt.*

19. His tamen dici queat, scopum esse non posse dari in diuinis quocumque modo secundam personam, quæ non sit & Verbum & filius simul, cùm enim ibi non possit esse nisi purissima generatio, scilicet mentis, communicando vitales actus supremæ excellentiæ, quales sunt prodeuntes ab intellectu comprehensiuo omnium, quæ sciri valeant, nequit persona producta non esse Verbum, quoniam procedit per intellectum, nequit non esse filius, quia intellectio per quam procedit cùm sit substantia Dei, aut est natura ipsius, aut specialiter connexa cum ea: significatio igitur est, *eo quòd sit filius esse Verbum, atque eo quòd sit Verbum esse filium*, quia vnum sine altero inueniri nequeat, vti reperitur in creatis, vbi neque filiatio intellectionem arguit, nec intellectio filiationem; & quidem in secunda Trinitatis persona quamuis realiter sint idem esse filium, & esse Verbum, tamen ratione nostra esse duas formalitates inadæquatas, vnum terminum realem totaliter constituentes, ostendit Ruizius disp. 58. de Trinit. sect. 3. Sicut enim Ruizius. in actu supernaturali intellectus esse vitalem, esse repræsentationem, esse supernaturalem, est idem reipsa, tamen, formaliter loquendo, non dicitur vitalis, quia ab habitu supernaturali oritur; sed quoniam est ab intellectu, vti nec supernaturalis, quoniam à potentia naturali intellectiua causatur, sed quia ab habitu ordinis supra naturam, & esse repræsentationem accipit à specie impressa; ita in secunda persona, non ideo est filius, quia accipit intellectionem, sed quoniam accipit naturam, neque ideò est Verbum, quia communicatur ei natura, sed quia procedit ex scientia & cognitione; quare Fasolus, qui omninò contendit, Fasolus. & latè propugnat diuinam essentiam consistere adæquatè in sola Dei intellectione, admittit nihilominus tom. 3. in 1. part. quæst. 27. art. 2. dubitat. 9. num. 86. concomitanter & identicè se habere in secunda persona rationem Verbi ad conceptum filij, vti & filiationem ad Verbi proprium conceptum. Sed esto in sensu formali & stricto, *eò Verbum quo filius*, rursúmque *eò filius quò Verbum*, nec hoc repugnat nobis constituentibus diuinam essentiam in potentia, *seu aptitudine intentionali vt quod ad intelligendum*; quippè admissa distinctione rationis ratiocinatæ inter principium intellectiuum in Deo, & actualem intellectionem, tamen hoc peculiare est diuino intellectui, vt non possit esse quoquo modo quin actu intelligat non solùm ob communem rationem, qua omnia diuina prædicata non opposita relatiuè identificantur inter se, sed specialem ob titulum, quia intellectus cùm sit potentia necessaria, si nullum habeat impedimentum, non potest non elicere actus simpliciter necessarios, Dei autem intellectus vt seipsum cognoscat, & vt Verbum producat, nullatenus impediri potest, alioquin non naturaliter seipsum cognosceret, aut Verbum produceret. Hinc igitur prouenit, vt intendens communicare intellectum, non possit non eo ipso intendere communicationem scientiæ, qua necessariò &. actu intellexit, quia licèt ratione nostra distinguitur potentia intellectiua, & cognitio necessaria in Deo, tamen inter ipsas est inseparabilis connexio; quare, sicut intendens Deus habere decretum absolutum & efficax de futuritione Mundi, non potest non intendere hoc ipso Mundi existentiam, quoniam licèt decretum voluntatis diuinæ efficax, & Mundus sint res diuersæ, vnum inseparabiliter est connexum cum altero; ita Deus intendens communicare potentiam diuinam ad intelligendum, non potest non intendere communicationem scientiæ necessariæ cum hac inimpedibiliter connexa; quamobrem persona, quæ ex vi processionis suæ accipit intellectum, ex vi eiusdem formaliter accipit intellectionem; sicut etiam qui ex vi processionis accipit intellectionem, accipit intellectum, nam accipit intellectionem vt intelligat, quod impossibile est non accipiendo intellectum, cui essentialiter conuenit intelligere per scientiam; igitur secunda persona ex vi processionis suæ accipiens intellectum, accipit ex vi processionis vnà naturam diuinam, seu essentiam,

&

& intellectionem, essentiam videlicet, quia hæc consistit tota & adæquatè in intellectu, intellectionem verò ob causas memoratas; procedit igitur non identicè & materialiter, sed formalissimè, nempè ex vi processionis & filius & Verbum: filius, quia recipit naturam, Verbum quia accipit potentiam ad intelligendum, & intellectionem, & cùm tam naturam, quàm scientiam accipiat ex vi processionis eiusdem formaliter, quia non potest intendi processio vnius, quin intendatur processio alterius, idcirco eo ipso, quòd procedat vt filius, procedit quoque vt Verbum, & quatenus etiam procedit vt Verbum, procedit quoque vt filius: hoc etiam vult effatum Ioannis Theologi asserentis secundùm expositionem Latinorum, atque Græcorum, *audire à Patre nihil aliud esse, quàm accipere essentiam, & scientiam*; nam qui accipit scientiam, ac proinde audit, accipit quoque essentiam, non identicè, sed ex vi processionis eiusdem formaliter, ob rationes propositas; quare sicut esse filium & Verbum est idem formaliter, & non tantùm identicè, quia eo filius, quo Verbum, sic audire & accipere essentiam, erant idem formaliter, quia audire correspondet Verbo, essentia filio. Si ergo esse filium & Verbum est idem formaliter, nempè ex vi eiusdem formaliter processionis; ergo audire & accipere essentiam erit formaliter idem: quanquam cùm dicitur sapientiam Dei eius constituere essentiam, vt suprà ab Augustino, explicari valeat de scientia in actu primo, nimirum de potentia ad intelligendum: aut si de scientia in actu exercito interpretemur, dicemus arguitiuè nominari Dei essentiam, quatenus ex ipsius communicatione arguitur essentiæ communicatio, non ex argumento communi identitatis, quo more omnia attributa inferunt communicari essentiam; sed ob specialem titulum scientiæ particulariter conuenientem, quatenus ex vi processionis intendentis communicare intellectionem, intendi etiam formaliter debeat communicatio essentiæ, nimirum intellectus, qui formaliter est essentia; cùm igitur scientiæ communicatio secum adoebat ob proprium & singularem titulum essentiæ communicationem, quemadmodum paulo antea monstrauimus, idcircò de scientia affirmatur speciali nomine, illam reputari essentiam.

Ioan. Theol.

*Audire à Patre, pro accipere essentiam, & scientiam.*

20. Illud etiam forsitan quispiam obtrudat ex Concilio Florentino in litteris vnionis, seu in definitione sanctæ OEcumenicæ eius Synodi, prope finem sessionis 25. vbi Eugenius Papa quartus; *& quoniam omnia, quæ Patris sunt, Pater ipse vnigenito filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum quòd Spiritus sanctus procedit ex filio, ipse filius à Patre æternaliter habet, à quo æternaliter genitus est*; adstruit Patrem gignendo, id est, per actionem generatiuam omnia filio dedisse, sed per actionem generatiuam, formaliter loquendo, non communicatur nisi natura, hoc enim spectat assimilare productum in natura producenti; igitur si gignendo communicantur omnia præter esse Patrem, omnia præter esse Patrem habebunt rationem essentiæ, ac proinde hoc non consistit in solo principio intellectiuo; insuper ex D. Basilio homilia de fide: *cuncta existens, quæ est & Pater, filius, inquam, & Pater; has mihi proprietates probè custodi: manens igitur in essentia filius, omnia est quæ Pater est secundùm ipsius Domini vocem, dicentis: Cuncta quæ habet Pater, mea sunt*; quæ relata in Concilio Florentino sessione sexta §. *Reuerendissimi Patres*, &c. ita habent. *Eundem Basilium volo testem adducere in sermone de fide, dicentem: Quæcumque habet Pater, habet & filius, nisi quod filius non est Pater: omnia est filius quæcumque Pater, eo vno dempto quod non est Pater; Patrem dixi & filium, has mihi serua proprietates: manens igitur filius in esse filij, omnia est quæcumque Pater secundùm ipsius Domini vocem docentis, Quæcumque habet Pater, mea sunt.* Si igitur filius *in esse filij*, hoc est, reduplicatiuè, & quatenus filius formaliter est omnia quæ Pater, præter esse Patrem; ergo per generationem, per quam habet esse filius *in esse filij* accipit omnia: at generationis proprietas est communicare naturam; igitur omnia præter esse Patrem, quæ communicantur, habent rationem essentiæ, siue naturæ; & hinc Basilius paulò inferiùs; *ex ipsa igitur filij appellatione, discimus quòd naturæ socius est*; videlicet, quia generatio hoc vnicè conatur, vt genito paternam communicet naturam. Admitto, generationem ad hoc ordinari vt naturam communicet, sed non communicat naturam absque proprietatibus, humanitatem enim generat completam in esse talis, id est, cum potentiis suis; cùm igitur attributa sint quasi proprietates & passiones diuinæ naturæ, generatio, per quam communicatur essentia primatiò, communicat secundariò attributa. Deinde esto generatio per se non intendat formaliter nisi solam naturam communicare; tamen ob connexionem identitatis inter essentiam & proprietates, debet per concomitantiam alias etiam formalitates sic alligatas communicare; quemadmodum dictio *licet* per se & formaliter intendat communicare scientiam, quia intendit loqui, & verbum *producere*, nihilominus volitionem concomitanter & secundariò communicat ob illius connexionem cum diuina intellectione ratione identitatis; ac proinde non ex eo, quòd per generationem omnia communicantur filio præter esse Patrem, sequitur omnia habere rationem essentiæ prout hæc metaphysicè in Deo consideratur.

Eugenius PP.

D. Basilius.

Concil. Florent.

D. Basilius.

*Sic, licet & producere notio.*

---

## Sectio IV.

### *Nomen DEVS, an Creatoris rerum proprium vocabulum?*

Dei naturam quo potuimus sermone expressimus, eundem necessariò existere demonstrauimus, quare & quibus vocetur nominibus, & imprimis, num propriæ appellationis insignitus charactere, operæ pretium est dicamus; sed quomodo vocem Deo quæramus cùm ineffabilis, atque innominabilis, id quod etiam Gentium sapientes agnouerunt? Nam inter hos vetustissimus ille Hermes in Pimandro multoties, speciatim cap. 5. & 8. cuius Trimegisti effatum, quo asserebat, *Deum quidem mente concipere arduum esse, loqui impossibile*, encomio dignum censuerunt Lactantius lib. 1. de ira Dei, cap. 11. & Cyrillus lib. 1. contra Iulianum prope finem; *Hermes porrò Trimegistus in hunc fermè modum ait, nimirum, intelligere Deum esse, difficile* 21.

Trimegist.

Lactant.

Cyrillus.

exprimere

*exprimere verò supra humanas vires positum, si quis*
Plato. *etiam intelligere posset*; Plato autem Hermetis frequens imitator in Timæo, non longè à principiô: *Parentem huius vniuersitatis inuenire difficile est, & cùm iam inueneris, indicare in vulgus, nefas*, quæ repetit in Parmenide, legibus, epistola secunda ad Dionysium, & aliis locis; quod eius
Cicero. dictum memorant Cicero in fragmento Timæi,
Xenophon. Xenophon epistola ad Æschinem apud Sto-
Alcinous. bæum sermone 78. Alcinous institutione ad
Plotinus. doctrinam Platonis, cap. 9. aliàs 10. Plotinus
Apuleius. Enneade 6. lib. 9. cap. 4. Apuleius libro de do-
Sixtus Phil. gmate Platonis, propè initium, Sixtus Philoso-
Tertullian. phus in sententiis, sententia 25. laudant Tertul-
Athenagor. lianus in Apologetico, cap. 46. Athenagoras le-
Minutius. gatione pro Christianis, Minutius in Octauio,
Clem. Alex. Clemens Alexandrinus stromat. lib. quinto,
Theodoret. cap. 5. Theodoretus lib. 1. de Græcorum affe-
Bessarion. ctibus; expendúntque Bessarion Cardinalis
Giraldus. lib. 2. in calumniatorem Platonis, cap. 3. Giraldus in historia Deorum syntagmate 1. Iacobus
Carpentar. Carpentarius in Alcinoum, digressione 3. in caput nonum: multaque huius generis apud Pa-
Dionysius. tres creberrimè, Dionysium cap. 1. de diuinis
Nazianz. nominibus, §. 1. Nazianzenum orat. 36. quæ est 4.
Arnob. de Theologia. Arnobium lib. 1. contra Gentes,
Augustin. Augustin. lib. 7. de Trinitate, cap. 4. Marcum
Marc. Erem. Eremitam, capitolis de temperantia, num. 9. &
Concil. Lat. maximè in Concilio generali Lateranensi sub
*Deus ineffabilis.* Innocentio III. cap. 1. *Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quòd vnus solus est verus Deus, æternus, & immensus, omnipotens, incommutabilis, incomprehensibilis, & ineffabilis, Pater, filius, & Spiritus sanctus, tres quidem personæ, sed vna essentia*, &c.

22. Verùm his significatur, non quòd omninò Deus sit ineffabilis, atque nominis cuiusuis incapax; sed quoniam vocabulum nullum excogitari valeat, quo Dei natura sicut in se est, & quidditatiuè hominibus, exprimatur, sed nec infinita, vt coniungantur nomina sufficiant ad integram, & comprehensiuam Dei notitiam, omnem puræ creaturæ intelligendi facultatem longè superantem, quantuncumque eleuetur,
Suarez. quemadmodum rectè obseruat Suarez tom. 1. in 1. p. lib. 2. cap. 31. num. 23. & insinuauit Author de oper. cardin. apud Cyprianum, in prologo: *Nec patitur ad liquidum se videri diuinitas, quam vtique inuestigatio fidelis aliquo modo odorat, vel sentit, sed puram eius essentiam nec conspicit, nec*
S. Dionys. *comprehendit*; quamobrem S. Dionysius Areopagita cùm ad longum, & subtilissimè de sanctis Dei nominibus dissertasset, sub finem cap. 13. §. 4. ait: *Hæc nos diuina nomina, quæ ratione intelliguntur congesta, pro viribus explicuimus, non solum non satis pro eorum merito congruè, (hoc enim etiam Angeli verè dixerint,) sed neque paribus, quibus ab Angelis celebrantur*, quæ in verba Scholion S. Maximi; *quoniam etiam Angelis res diuinæ incomprehensibiles existunt, & postremus Angelorum omnibus Ecclesiæ Theologis, atque adeò Apostolis, maiora de Deo speculatur*. Scitissime proloquutus
Augustin. est Augustinus lib. 1. de doctrina Christiana, cap. 6. penitùs ineffabilem non esse, hoc est, de quo nihil omninò fari queat, cùm saltem hoc ipsum de eo prædicetur, quòd sit ineffabilis; *& fit nescio quæ pugna verborum, quoniam si illud est ineffabile, quod dici non potest, non est ineffabile, quod vel ineffabile dici potest*; acutissime verò Areopagita de diuinis nominibus, cap. 1. §. 7. Areopagita.
*Sic igitur ei, qui omnium rerum causa est, & supra omnia, congruit carere nomine, & congruunt rursus omnium rerum nomina*; vides absque nomine infinitis præditam nominibus! videlicet nomina habet quamplurima, alia affirmatiua, alia negatiua, alia substantialia, & quoad seipsum præcisè, alia cum relatione ad creaturas, atque effe-
ctus productos, quæ expendit B. Thomas 1. part. S. Thom.
quæst. 13. art. 2. & seqq. & de quibus ante eum
S. Damascenus lib. 1. de fide Orthodoxa, cap 4. Damascen.
& 15. omni autem caret appellatione, nimirum eiusmodi, per quam quidditatiuè repræsentetur, aut qua vniuersæ de eo notitiæ exhauriri
valeant; concinnè Ioannes Cyparisiotus deca- Cyparisiot.
de 4. cap. 10. *Ex his igitur manifestum fit, esse ipsum vnum Deum, tum nullius nominis, tum multorum: nullius quidem quoad quid est, multorum verò quatenus ex iis, quæ fecit, probatur esse, verum enim est, quòd humana mens nomina Dei adinuenit, vtens vice materiæ rebus miris, quas in vniuerso speculatur, & contemplatur*; & quidem Hebræi decem excellentiora celebrabant vocabula, quibus diuinæ naturæ præcipuas functiones indicabant,
quæ S. Hieronymus exponit epistola 136. ad S. Hieron.
Marcellam; hoc postea Rabini, (vt enarrat Au- Aug. Nebr.
gustinus Nebrensis Episcopus in Psalmum 119.) in tres subpartiti sunt classes, quarum vnaquæque septuaginta claudebat vocabula; prima quidem classis fortitudinis continebat nomina, secunda amoris, tertia legis.

Sed DEI memorabilis admodum vox! *Audio* 23.
*vulgus*, (inquit Minutius in Octauio,) *cùm ad* *Vox DEI*
*cælum manus tendunt, nihil aliud, quàm Deum di-* *memorabilis*
*cunt; & Deus magnus est, & Deus verus est, & si* *valde.*
*Deus dederit: vulgi iste naturalis sermo est, an Christiani confitentis oratio?* Cyprianus autem tractatu de vanitate idolorum, num. 64 *Nam & vulgus in multis Deum natura aliter confitetur, cùm mens, & anima sui authoris, & principis admonetur, dici frequenter audimus, ô Deus! & Deus videt, & Deo commendo, & Deus mihi reddet, & quod vult Deus,*
*& si Deus dederit.* Hæc ipsa apud Tertullianum Tertullian.
Apologetici cap. 17. Est autem dissidij fomes hac de nuncupatione Creatoris, eiúsne naturam denotet, an operationem? operationem autem
solùm denotare probat S. Basilius relatus à Basil.
Ioanne Cyparisioto decade 4. cap. 4. Nam scribens contra Eunomium, ait, *Si diuinam naturam in se contemplari possumus, & quod proprium eius est, & quod alienum per ea, quæ cernuntur, inuenire, penitus non indigeremus rationibus, neque coniecturis ad comprehendendum quod quæritur; sed quia celsior est, quàm vt perspici possit quod quæritur, ex coniecturis autem cognitionem eorum, quæ nos fugiunt, venamur, necesse est omninò vt ad scrutandam diuinam naturam per operationes deducamur*; ac si dis-seratur, eo modo supremum Numen vocibus explicari valeat, quo mente concipitur, si ritè declarandus sit, voces enim id tantùm repræsentare possunt, quod cognoscimus, nemo enim quæ penitus ignorauit, aliis externè indicare poterit: at Deum prout in seipso immediatè est, pro huius vitæ caligine non attingimus, non enim quidditatiuè penetratur; igitur per effectus, seu operationes cognoscitur, ac proinde nomen, quod ei imponitur, ab operationibus deriuatur; quare statim ibidem Sanctus idemmet Pater, *Nos verò ex operationibus Deum nostrum cognosci dicimus,*

*dicimus, ad essentiam tamen eius appropinquare non promittimus; operationes enim Dei descẽdunt ad nos, at essentia eius manet inaccessa*; adducitur & ab eodẽ Ioan. Cypar. præfat. decad. c. 2.

S. Maximus. S. Maximus scholiis in c 1. B. Areopagitæ de diuinis nominibus, inquit; *quamobrẽ non audent Theologi laudare Deũ ab iis, quæ ipsius sunt, id est, a natura, & essentia eius, (hæc enim ignota sũt,) sed ab emanatione, quæ est prouidentia eius in ea, quæ ab ipso authore effecta sunt*; quibus ipse subscribit c. 8 *ex quibus patesit quod cũ Theologi respiciunt unde nomina Dei nobis collecta sũt, ab iis scilicet, quæ in vniuerso mira speculamur, & ab effectis ipsis, operationẽ, & effectionem Dei aiunt repræsentare, & non qui est, & ipsam substantiam*; idẽ

Nyssen. fusè probat Greg Nyssen. tractat. *Quòd non sint tres Dij*, & subinfert; *quoniã nobis per orationis structuram mediocriter demonstratum est, quod non naturæ, sed efficientiæ, vocabulum Deitatis sit.*

Anastasius. Anastasius verò Sinaita libro, cui inscriptio *Via Dux*. c. 2. tit. *Quid Deus?* interrogat, *Num Dei appellatio essentiam, an operationem denotat? responsio. operationem significat quod per se liquidũ, neque enim ipsam Dei substantiam intelligentia nostra subiicit: fieri namque non potest, ut ea cognoscatur, sed solã potentiã agendi, quã Deo in esse cogitatione apprehendimus, vocabulũ Dei nobis repræsentat.*

Damascen. Damasc. itidem lib. 1. de fide Orthod. c. 12 differens de duobus vocibus, *Boni* nẽpè, & *Dei*; *ac prius quidem vocabulũ hoc demum nobis declarat quid sit, non autem quid sit, alterũ autem operationem indicat.*

Nouatian. Nouat. lib. de Trinit. c 2. *Quicquid omninò de illo retuleris, rem aliquam ipsius magis & virtutem, quàm ipsum explicaueris*; & c. 4. *ex quo effectũ est, ut nec nomen Dei propriũ possit edici, quoniam nõ possit nec concipi, id enim nomine continetur quicquid etiã ex natura sua conditione cõprehenditur; nomen enim significantia est eius rei, quæ cõprehendi potuit ex nomine: at quado id, de quo agitur, tale est, ut condigne nec ipsis intellectibus colligatur, quomodo appellationis dignè vocabulo pronũtiabitur?*

24. Angelicus tamen Doctor statoit (, atque ea est peruagata in scholis sententia, ) 1. p. q. 13. art. 8. *Deum* nomen esse, quo Dei natura significatur, non autem sola operatio eius aliqua; Asserunt Tertullianus lib. contra Hermogenem c. 3. *Deus substantiæ ipsius nomen, id est, diuinitatis, Dominus verò non substantiæ, sed potestatis; substantiam semper fuisse cum suo nomine, quod Deus est, postea Dominus, accedentis scilicet rei mentio*; & B. Hilarius lib. 11. de Trinit. non longè à fine; *sed ne in vnigenitũ quidem Deum demutandæ naturæ cadit necessitas, Deus enim est, quod plenæ, ac perfectæ diuinitatis est nomen*;

*Dei nomen quo eius natura significatur, ex D. Thom.*
Tertull.

Athanas. & alij. Sanctus quoque Athanasius epistola, seu Narratione de Synodi Nicenæ contra hæresim Arianã decretis; *Quum igitur dicit, Ego sum qui sum, & ego sum Dominus Deus, & vbicũque dicit Scriptura Deus, nos qui vocabulũ audimus, nihil aliud nisi ipsã incomprehensibilem substatiam indicari intelligimus, & quod ille ipse est, qui vocabulo Dei significatur.* Sed num oppositæ hæ Patrum sententiæ, quarũ altera contẽdit τὸ Deus significare operationem, altera naturam? conciliat vtramque Diui Thom. legens vestigia P. Vasq. tom. 1. in 1. p. disp. 58 c. 2. n. 3. affirmat enim ex nominibus, quæ Deo tribuuntur, alia semper actionem designare seu adiectiuè efferantur, siue in morem substantiuorũ, vt *omnipotens, sapiens* adiectiuè; *creator, iudex, gubernator* substãtiuè; alia verò, quæ deriuationem appellationis ab actione sumpserunt, eam tamen iam amplius formaliter non significãt, sed ipsam substãtiam; cuius generis est τὸ Deus; quare cùm dicimus, Pater est omnipotens, aut creator, denotamus aliquid operationis connotatiuum; cùm autem affirmamus, Pater est Deus, non designamus quidpiam respectiuum creaturarũ, sed Dei naturam & substantiam, vt intra ipsum; eadem Suarez tom. 1. in 1. p. lib. 2. de diuinis perfectionibus, c. 32. n. 17. Quemadmodum ait τὸ *Angelus*, licèt vox à ministerio & operatione ducta fuerit, quia sunt internuncij, tamen iam ex vsu substantiam, & naturã repræsentat. Fasolus tom. 1. in 1. p. q. 13. art. 8. in commentario, n. 2. breuiter dicendũ adstruit τὸ Devs quoad significationem esse nomen naturæ, esse autẽ nomen operationis quoad etymologiam, & quidem hæc explicatio Augustinum fautorem habet lib. 1. de doctrina Christiana, c. 6 *Non enim reuera in strepitu istarum syllabarum*, (quibus nimirum vox Devs constat,) *ipse cognoscitur, sed tamen omnes Latinæ linguæ scios, cum aures eorum sonus iste tetigerit, monet ad cogitandam excellentissimam quandam, immortalemque naturam; nam cum ille vnus cogitatur Deorũ Deus ab his etiã, qui alios & suspicantur, & vocãt, & colunt Deos, siue in cælo, siue in terra, ita cogitatur, vt aliquid, quo nihil melius sit, atque sublimius, illa cogitatio conetur attingere*; tãquam innuat, licet vox secundùm etymologiam operationem aliquam diuinæ prouidentiæ significat, Latina nihilominus lingua doctos, in actione & efficientia non sistere, sed progredi ad intimum diuinæ essentiæ penetrale, & hanc intelligere per vocabulum; iuuant & illa Ioann. Cypariss. decade 4. c. 9 *Ex his igitur patet vtrumque verum esse, operationẽ diuina nomina propriè repræsentare, & non naturam diuinam, quando materiam eorum consideramus, & vnde nobis hæc comparata, & collecta sunt, ac rursus etiam substantiam Dei propriè significare quod est, non autem quid est, quando ex vnoquoque nomine ad ipsam rem subiectã deducimur.*

Sed quoniã ex his vocis Devs exponendi for- 25.
mis colligitur dictioni primitus significationem ab operatione inditam, quæ tamẽ postea demutata est voce ad diuinam repræsentandam naturam translata, præstat de etymologia classicos audisse scriptores; ac vt de prophanis nonnihil dicamus, Plato sanè in Cratylo, *Primi*, (inquit,) *homines, qui Græciam olim incoluerunt, videntur eosdem agnouisse Deos, quos etiamnum barbarorum plures, solem nimirum, lunam, terra, astra & cælum, quàm igitur omnia illa perpetuo quodam cursu meantia, & currentia homines conspicarentur, ab illius naturæ ratione* θεοὺς *cognominarunt, a* θεῖν, *quod est curro*. Platonis verborũ meminit Theodoretus sermone 2. de curandis Græcorum affectibus; meminit etymologiæ, quã excogitauerat à θεῖν quod est curro, Eusebius lib. 11. præpar. Euang. c. 7. quibus æmula Plutarchus lib. 1. de placitis Philosophorum, c. 6. *cùmque viderent stellas perpetuò moueri, & in causa nobis esse vt solem, & lunã contemplaremur, Deorũ iis nomen fecerunt à cursu ductũ*; & Macrob. Saturn lib 1. c. 23. θεοὺς *enim dicunt sydera, & stellas* ἀπὸ τοῦ θεῖν, *id est* τρέχειν, *quòd semper in cursu sint*, sed hæc illi vanorũ Numinum delíramentis obcæcati, nec enim absurdè *à currendo* originem vocis duxerũt si exponere nossent, quid cursus ille denotaret; percipiamus ab illuminatis, nempè Ecclesiæ beatis Doctoribus, ex quibus Athanasius tractatu de definitionibus: *Dicitur autem à currendo: estque illud currere non intelligendum de motu locali, transitus videlicet de aliquo loco in aliũ, sed de Dei prouidentia, & efficaci operatione ad omnia perueniẽdi.* Theophyl. Antioch. lib. 1. ad Autolycum

Plato.
Athanasius.
Antiochen.

*P. Sherlogi Antiq. Hebr. Diopera.* B

lycum *Deus nominatur* διὰ τὸ τεθεικέναι, *id est, ab eo, quòd omnia in suam securitatem collocauit; idem nomen & à* θεῖν, *id est, currendo, sortitus est, omnia enim mouet, in operationem producit, nutrit, sua prouiden-*
Nazianz. *tia disponit, gubernat, vegetat, & viuificat.* Nazianzenus orat. 4. de Theologia, quæ est 36. in ordine, num. 71. *Quamuis enim Dei vox vel à verbo* θεῖν, *vel ab* αἴθειν, *vt putant qui in hoc genere sibi sciti, atque arguti videntur, hoc est, à currendo, vel ab vrendo, rationem originis suæ ducat, tum propter sempiternam agitationem, tum propter vim illam vitiosarum affectionum consumptricem, nam hinc quoque*
Damascen. *ignis consumens dicitur.* Damascenus lib. 1. de fide Orthodoxa, cap. duodecimo. *Secundum nomen est* θεὸς, *hoc est, Deus; quæ vox vel à verbo* θέειν *ducta est, hoc est, quia curat, & res omnes confouet; vel* ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, *hoc est, quòd omnia perspiciat; nihil enim ipsius oculos fallere potest, vtpote rerum omnium inspecto-*
Nicetas. *rem.* Damascenum imitatur Nicetas commentario in orationem Nazianzeni 42. num. 7. in illud. *Deus & semper erat, &c. Secundum nomen Deus est, quod actionem significat;* θεὸς *enim dicitur à verbo* θέειν, *id est, currere, & res vniuersas confouere, vel* ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι τὰ πάντα, *id est, quia omnia spectet;* quare S. Maximus Monachus in expositione liturgiæ §. *& non solùm quidem, &c. & eo quòd currat* θεὸς *dictus, vt ij opinantur, qui veram verborum rationem inquirunt, quod omnibus quæ sunt vt sint, & permaneant, & moueantur, largitur;* ergo siue à cursu, siue à prospectu Deo nomen inditum sit, vtroque infinitæ eius prouidentiæ vis omnipotens subsi-
Psalm. 138. 6 gnificatur; an non currit de quo Psaltes 138. vers. 6. *Mirabilis facta est sciẽtia tua ex me,* (nempè scientia, qua futura conditionata, atque absoluta certò & infallibiliter cognoscit, in qua præuidentia consistit excellentior prouidentiæ ratio,) *confortata est, & non potero ad eam; si ascendero in cælum, tu illic es, si descendero in infernum, ades; si sumpsero pennas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua;* an non currit de quo idemmet
Ps. 147. 15 Vates Psal. 147. vers. 15. *velociter currit sermo eius;* legit ibi Augustinus, *vsque in velocitatem currit,* quasi cum ipsa velocitate de cursu contendens, quam & vincit, infinita nimirum gradiens celeritate; sed & prospectus quanta lux, cui nec tenebræ caliginem afferunt? *oculi enim eius super vias hominum, & omnes gressus eorum considerat,*
Iob 34. 21 (Iob cap. 34. vers. 21.) *non sunt tenebræ, & non est vmbra mortis vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem;* sed quid moramur ex prouidentia veram indagare etymologiam, cùm antesignanum
Areopagita. habeamus Areopagitam de diuinis nominibus cap. 12. §. 2. *Deitas autem idem est atque omnium conspicax prouidentia omnimoda bonitate cuncta cir-*
Pachymera. *cumspiciens;* in quam sententiam Pachymera; θεότης *verò, seu diuinitas* ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, *id est, à videndo, & obseruando, ac prouidendo, vel* ἀπὸ τοῦ θέειν *id est, à circumagendo, & vndique continendo vniuersa, vt in se omnia prouidentia muneribus fruentia adim-*
Dionysius. *plẽs.* S. Dionysius verba allegat B. Thomas, & eius adhæresscit 1. p. q. 13. art. 8. in corpore; *imponitur enim hoc nomẽ ab vniuersali rerum prouidentia, omnes enim loquentes de Deo, hoc intendunt nominare Deum, quod habet prouidentiã vniuersalem de rebus.*

26. Ergo Deus rerum opificem denotat quatenus
Deus rerum opifex. gubernat, & prouidet vniuerso; prouidentia autem ad intellectum potissimè spectat, vt edocet
S. Thom. & alij. S. Thomas 1. p. q. 23. art. 4. in corpore: *Prouidentia sicut & prudentia est ratio in intellectu existens præceptiua ordinationis aliquorum in finem; ab huius autem operatione,* (inquit idem q. 13. art. 8. in corpore ad finem,) *hoc nomen DEVS assumptum, impositum est ad significandam diuinam naturam;* vox quidem ex primæua origine Mũdi Prouisorem designat, & probè equidem, nam causam primam creaturarum rectricem non nisi per effectus ab ea dimanantes humanus intellectus corporeis irretitus organis attingere philosophando potuit; sed quamobrem ex prouidentiæ speciatim operibus nomen translatum est, vt diuinam in seipsa naturam minueret? rectè penitùs; siquidem vocabulum semper *Deus prouidentem* inclamabat, vt perspeximus ex prophanorũ, sactotúmque scriptorum testimoniis: Deus autem prouidens & prouidentiam ipsam, & huius operationes connotat; prouidentia autem excellentiori sui parte, & in recto constat ex actibus intellectus, vt ex communi Theologorum asseneratione commõstrat Ruizius disp. 3. de prouidentia, sect. 3. iam verò naturam diuinam strictè & metaphysicè consideratam consistere adæquatè in potentia diuina intellectiua ostendimus sectione præcedenti; si igitur prouidentia est maximè actus intellectus, & rationis, diuina autem natura intellectu & ratione conflatur, sanè Deitas erit natura diuina cum iis rationis, & intellectus actibus, ex quibus prouidentia formaliter consurgit, ac proinde sub Dei vocabulo ritè comprehenditur natura diuina, videlicet intellectus Dei, quæ propriè est eius natura, quatenus elicitiua actuum rationis, in quibus gubernatio, & prouisio creaturarum sita est; Deum etiam supremam causam rerum quatenus prouidentem indicare ex altera vocis θεὸς constructione deducitur; nam Dama- Damascen.
scenus imitatus Nazianzenum orat. 36. q. 4. de Theologia, n. 71. lib. 1. de fide Orthodoxa, cap. 12. deriuari ait, à verbo αἴθειν, *quod vrendi significationem habet, Deus enim ignis est vitium omne absumens;* sed quorsum Deus nuncupetur ab ignibus iuxta nostri instituti metam, declarat Athanasius Athanasius.
tractatu de definitionibus; *vel ab ardendo ab eo* Deus ab ignibus nuncupatus, & cur.
*quod omnia contemplatur, dicitur; nam nihil eorum, quæ sunt, visum illam, quæ cuncta prospicit, effugere potest,* itaque ab eo quòd in ignibus lucendi facultas est, symbolicè indicatur diuina cognitio, qua efformatis à se rebus prospicit, *quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospectans,* vt loquitur Boë- Boëthius.
thius lib. 5. de consolatione, prosa 6. Finiamus omnem hunc de prouidẽtiæ intuitu sermonem, & ab hac Dei contextam nomenclaturam Gregorij Nisseni suffragio tractatu, *Quòd nõ sint tres* Nyssen.
*Dij, &c. Quoniam igitur varias superna potentia efficacias animaduertentes, à qualibet nobis nota efficacia appellationes adaptamus, atque vnam, nimirum etiam hanc efficaciam inspectricem, & visitatricem, & vt aliquis dicere possit* θεατικὴν, *id est, spectatricem esse cognoscimus, quia omnia inspicit, omnia intuetur, cogitationes videns, & vsque ad ea, quæ spectari non possunt, contemplatrice virtute penetrans;* ἐκ τῆς θέας, *id est, visione, & inspectione* θεότητα, *id est, Deitatem denominatam esse existimamus,* τὸν θεατὴν ἡμῶν, *id est, inspectorem, contemplatorem nostrum,* θεὸν *id est, Deum, & à consuetudine, & à Scripturarum doctrina appellari arbitramur.* Quòd si certè, vt hactenus comprobare à nobis elaboratum est, τὸ DEVS naturam supremi effectoris denotat, huiúsque appellatio sit, sed cùm non eandem repræsentet qualis foret si nihil producere Numen decreuisset, non enim haberet tunc quas regeret creaturas,

ras, & quibus prouideret, verùm vt prospicientem condito mundo, & attingentem à fine vsque ad finem fortiter, & disponentem omnia suauiter; equidem nomen ipsum, seu adiectiuè vsurpetur, siue efferatur substantiuè, connotatiuum est, & operationem adsignificat, prouidentia enim operationem infert, & arguit, vt notum est: DEVS autem appellatio est Numinis quatenus gubernantis, & prouidentis.

27. Pompeius. *Alia vocis* DEI *etymologia.* Quanquam autem Festus Pompeius de verborum significationibus genuinam Latinæ vocis DEVS originem à Græco nomine θεὸς dempta aspiratione duci arbitretur, alias tamen profert etymologias, inquiens: *Deus dictus est, quòd ei nihil desit, vel quia commoda hominibus dat: siue à Græco δέος, quod significat metum, eò quòd hominibus metus sit.* Seruius. Seruius etiam Grammaticus illud Æneid. lib. 12. *Diua Deam stagnis,* &c. *Deus autem, vel Dea generale nomen est omnibus, nam θεὸς Græcè dicitur φόβος, id est, timor, vnde factum est Deus, quia omnis religio sit timori*; Papinius. inde illud Papinij lib. 3. Thebaidos, vers. 660. *Quid inertia pectora terras? Primus in orbe Deos fecit timor*; quare & Bruno. Beatus Bruno Herbipolensis Episcopus commentario in Symbolum Athanasij, vers. 15. *ita Deus Pater, Deus filius,* &c *Nam Deus Græcè θεὸς dicitur, id est, timor, vnde tractum est Deus, quòd eum* Isidorus. *colentibus sit timor.* Quod etiam Isidorus Hispalens. tradidit originum lib. 7. cap. 1. *Nam Deus Græce θεὸς dicitur, quasi δέος, id est, timor: vnde tractum est nomen Deus, quòd eum colentibus sit timor.* Nec his dissonat vox Hebræa אלוהים *Eloim*, quæ Deum significat, iuxta Hieronymi interpretationem epistola 136. ad Marcellam, quo more transferunt Septuaginta & Vulgatus; quo de vocabulo Arias Montanus in Ioseph. cap. 2. *grauissimum profectò, magneque authoritatis cognomen ab Hebraicis Elohim dictum, sub qua voce efficiendi, gubernandi, regendi, ducendi, & iudicandi ratio, & sententia perpetuò subiicitur, atque* infrà inquit, *plusquam bis mille, & quadraginta in veteri Testamento loca enumerauimus, quorum sententia sine huius cognomenti expositione commodè teneri non possit*; certè iudiciariam ea dictione exprimi potestatem communissima interpretum asseueratio est: Deum quatenus vindicem, & scelerum punitorem specialiter indicari contendit Oleaster ad cap. 1. Genes. vers. 1. & admittunt Pererius, & Alapide; sanè & ob hanc causam *ignis consumens* vocatus est à Deut. 4. 24. Moyse Deus Deuter. cap. 4. vers. 24. ex opinione Nouatiani de Trinitate, c. 7. *Nam in veteri Testamento ideo Deus ignis dicitur, vt peccatori populo metus incutiatur dum iudex ostenditur.* Sed vt Dei à timore formatam vocem præbeamus, id primò concipere valeamus, quia timore reuerentiali per actus religionis colendus sit ob sanctitatem, & dominium; quare de ipso quòd timor sit obiectiuè dicetur, quoniam reuerentiæ à nobis exhibendæ scopus est, & in hunc modum vocabulum quidem immediatè respicit cultum nostrũ, translata verò ad terminum, in quem religio fertur, hic est imprimis, & maximè Dei essentia. Sin autem non de timore reuerentiali, quem deuotionibus, & pietate indicamus, sermo existat, sed de iusta Numinis ira in peccatores, & modis, quibus audaciam frænat eorum, quibus in omne vitium licentia est, sanè vt *Deum punientem* vox exprimat, non hoc est naturam diuinam formaliter repræsentare, sed attributum aliquod, nempè rationem iustitiæ vindicatiuæ: quare germana, nobiliorque tam Hebrææ dictionis Eloim, quàm Græcæ θεὸς, & Latinæ DEVS, etymologia est, quæ prouidentiam, artesque regendi creaturas designant, nam à significãdis prouidentiæ effectibus facilis est via ad naturam, & essentiã Dei repræsentandam, vt indicauimus numero præcedenti.



---

## SECTIO V.

### *QVI SVM, an propria Dei appellatio? & an eius tantùm naturam exprimat?*

ALtera Dei nuncupatio est QVI SVM, vulgo licèt peregrina his sub vocibus, sed Patrũ, & Theologorum dissertationibus ad modum familiaris: id publicauit nomen Deus ipse, quo Moysis legationem tanto nobilitatet monumẽto: iacet Exodi c. 3. historiæ ratio: *Si dixerint mihi,* (versu 13.) *quod est nomen eius? quid dicam eis? Dixit Deus ad Moysem: Ego SVM QVI SVM: ait, sic dices filiis Israel: qui est, misit me ad vos.* Sed num legitima interpretatio primitiui idiomatis SVM QVI SVM? Hebraicè legi אהיה אשר אהיה *Ehie aser ehie*, hoc est, *ero qui ero*, post Chaldæum interpretẽ docuère Lyra, & Caietanus, atque eam germanam esse lectionem contendunt omninò Paulus Burgensis additionibus ad c. 3. Exodi, & Oleaster ibidem, quare exponentes SVM QVI SVM à veritate Hebraica manifestè recedere. Admittunt quidem Hebræas dictiones futuri esse temporis, & ad rigorẽ benè interpretatas; *ero qui ero*, Eugubinus, Lippomanus, Pereira, Ystella, à Lapide, Bonfrerius ad c. 3. Exodi, vers. 14. Molina in 1. p. q. 13. in expositione vndecimi articuli. Vasquez tom. 1. in 1. p. disp. 59. c. 2. n. 4. sed aiunt optimè vertisse Septuaginta ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, καὶ εἶπεν. οὕτως ἐρεῖς τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς: id est, *Ego sum qui sum, sic dices filiis Israel: Qui est misit me ad vos*, eadẽ prorsus norma, qua Latina translatio: nempe moris esse Hebræorum futuro indicatiui pro eiusdem præsenti tempore vti, quod à Paulo Burgensi non fuisse animaduersum, miratur Eugubinus, vt proinde à carpenda vulgata interpretatione SVM QVI SVM abstinere debuerit. Agnosco linguæ sanctę consuetudinem pro actu futurum vsurpantis interdum, quod exemplis stabiliunt Lippomanus, & Steucbus, sed hinc sequatur genuinam magis esse versionem eorum, qui transferunt, *ero qui ero*, quam explicantium Hebræas dictiones per SVM QVI SVM, nam posteriores hi ad figuram trãseunt, qua vnum tempus pro altero substituitur; priores nullius tropi adiumentum emendicant, sed iuxta originariam vocum significationem declarant: præstantior autem translatio est, quæ voces vt sonant, exprimit, quàm ad figuratã confugiens loquutionem. 28. *Altera Dei nuncupatio, Qui sum.* Exod. 3. 13. Burgensis, & alij.

Dico igitur primùm, seu Hebræa interpretemur, *ero qui ero*, siue *SVM QVI SVM*, vtrobique scopum orationis retineri; nam eò potissimũ spectat, vt Deum à se, & necessariò existere, & hoc tam sublimi prædicato à creaturis differre insinuet: id autem translatio, *ero qui ero*, pariter euincit; nec enim polliceri absolutè valet se in perpetua extiturum sæcula, nec posse non esse nisi cui necessarium est, & inimpedibile vt existat; quanquam enim & Angeli, & anima rationalis, & visio beatifica in perpetuum du- 29.

raturæ sint, sed quemadmodum vt essent, & inciperent, Deo acceptum referunt, ita simpliciter ab eodem destrui, & annihilari potuerunt;

Chrysost.

& rectè sanè Chrysostomus Hom. secunda in Ioannem in cap. 1. vers. 1. *In principio erat Verbum*, &c. de τῶ *erat*; *quemadmodum igitur E S T verbum, si de homine dicatur, præsens duntaxat tempus signat: sin autem de Deo sempiternum, atque perpetuum; itidem & E R A T; nam cùm de humana natura sermo habetur, præteritum tempus, & hoc ipsum finitum; quando verò de Deo, æternitatem ipsam ostendit*; pari modo Origenes in catena Græca in Ioannem: sed Chrysostomi penè

Mopsuasten.

verbis ibidem Theodorus Mopsuastenus; *quemadmodum enim verbum E S T de homine quidem dictum, tempus tantùm præsens denotat, de Deo verò pronunciatum, æternitatem indicat; ita etiam E R A T de nostra quidem natura prolatum, præteritum tempus insinuat, idque determinatum; de Deo autem enunciatum, eiusdem æternitatem nobis declarat: & vniuersim, cùm Scriptura de rebus creatis verbum E R A T enunciat, simul etiam auditoris intellectum praoccupat, ne æterni quidpiam de eisdem mente concipiat; quando verò id de vnigenito effertur, nihil humile, vel abiectum de eo patitur cogitare:*

Caietan.

quamobrem Caietanus in præfata cap. 3. Exodi verba, cùm obseruasset permanentiam essendi tantùm Deo conuenire suaptè natura; alias quascumque res etiam immortales, & incorruptibiles per Deum habere, vt perseuerent, à quo dependent, & cui debent esse, subnectit; *quia itaque nulla alia res à Deo ex propriis viribus habet perseuerantiam essendi significat.um futuro indicatiuo verbi subiunctiui E R O; quia, inquam, nulla res alia à Deo potest omninò asserere E R O, eò quòd in potestate Dei stat oppositum, & solus Deus potest omninò asserere E R O; ideò proprietatem diuinæ naturæ manifestat Deus Moysi dicendo, E R O QVI E R O, hoc est, Ego sum ille perseuerans in esse, cui suaptè natura conuenit perseuerare in esse.* Dico se-

LXX. Interp.

cundò, translationem Septuaginta & ordinarij interpretis, SVM QVI SVM esse penitùs litteræ consonam, siue quia olim Hebræa verba essent præsentis temporis, seu quoniam ambiguæ significationis, & apta ad futuram, præsénsque denotandum tempus, quare & præferendam versioni adstruenti ERO QVI ERO; nam ea est litteræ germanissima versio, & cæteris nobilior, in qua tradenda Patres Græci, & Latini vnanimiter conspirant, & quam explicantes figuræ nullius meminere; sed Patres infrà numerandi omnes SVM QVI SVM legunt, nec futurum pro tempore præsenti subrogatum indicant; idque ipsum ex Hebræis Philo, & Rabbi Moyses Ægyptius locis indicandit; imprimis verò habenda ratio est Septuaginta Interpretum ita restantium, & Hieronymi, qui epistola 136. ad Marcellam in recensu nominum diuinorum; *Sextum*, (inquit,) אהיה אשר אהיה *eser ebeie*; *quod in Exodo legitur, QVI E S T misit me.*

30. Ego SVM QVI SVM, authentica, & indubitanda lectio est; sed num Deo proprium nomen? Beda expositione in Exodum declarat:

*Nomen, sum qui sum, an Deo propriũ.* Beda, & alij.

*Ego S V M, id est, qui cum patribus vestris fui*; itaque non appellationem indicare significat, sed opem duris in casibus, maioribus eorum latam; Hugo etiam de S. Victore subinnuit aliter construi posse, quàm vt Dei nomen exprimatur, nam annotationibus in Exodum capite 8. *Ego sum, qui tecum sum, id est, quo iuuante facies illa miracula*; eiusmodi interpretationes nihil fastidiunt Oleaster ad cap. 3. Exodi, Hieronymus Prado in cap. 1. Ezechielis parte 1. primæ visionis, sect. 4. Goropius Becanus Hermathenæ lib. 1. Verùm hi Authores, & speciatim antiquiores illi duo Beda & Hugo, haud inficiantur Deo proprium significare nomen; sed addunt nomine benè intellecto, eo patrocinij firmam spem includi; hac tamen in materia contentiosior est Paulus Burgensis additionibus ad cap. 3. Exodi, neque enim satis ei fuit Rabinorum anteponere opinionem, qui adstruunt non aliquam Dei exprimi appellationem, sed tantùm promitti à Numine, se in aduersis opitulaturum, addit insuper nullibi in sacro Instrumento eiusmodi vocibus Dei intimari nomen; verùm audiendus non est, cùm Patrum, & Theologorum aduersetur iudicio; horum autem vt ordiamur à suffragiis, prima sententia est, verbis, Ego SVM QVI SVM, Dei repræsentari æternitatem;

*Verbis, sum qui sum, Deo repræsentatur æternitas.*

D. Augustin.

plura in hunc scopum, & sæpè B. Augustinus libro de vera Religione, c 49. in fine; *in ipsa æternitate nulla spatia temporis cerno, quia spatia temporis præteritu, & futuru rerum motibus constant: nihil autem præterit in æterno, & nihil futurum est, quia & quod præterit, esse desinit, & quod futurum est, nondum esse cœpit; æternitas autem tantummodo est, nec fuit quasi iam non sit, nec erit quasi adhuc non sit; quare sola ipsa verissimè dicere potuit humanæ menti, Ego S V M QVI S V M, & de illa verissimè dici poterat, qui est, misit me*; & in eadem verba libro de fide, & Symbolo cap. 4. *De solo Deo propriè dici potest hoc verbum; quod enim verè est, incommutabiliter manet, quoniam quod mutatur, fuit aliquid, quod iam non est, & erit quod nondum est.* Sic etiam lib. 3. contra Maximinum Arianorum Episcop. cap. 26. & in Psalm. 8. in illud, *& sperent in te omnes*, &c. *in Dei autem natura non erit aliquid quasi nondum sit, aut fuit quasi iam non sit, sed est tantùm id, quod est, & ipsa est æternitas*; & in Psalm. 121. in illud; *cuius participatio eius in idipsum*, &c. tract. 38. in Ioannem; & sermone 17. de diuersis: *Quid est hoc ô Deus, ô Domine noster quid vocaris? E S T vocor, dixit: quid est, E S T vocor, quia maneo in æternum, quia mutari non possum; ea enim quæ mutantur non sunt, quia non permanent: quod enim est, manet, quod autem mutatur, fuit aliquid, & aliquid erit, non tamen est, quia mutabile est: ergo incommutabilitas Dei isto vocabulo se dignata est intimare, Ego S V M QVI S V M.* eundem in morem

Hilarius, & alij.

Hilarius lib. 1. & lib. 12. de Trinitate non longè à principio: de æternitate, & incommutabilitate Dei promiscuè explicat S. Gregorius in 1. Reg. c. 1. in illud, *neque enim est alius extra te*, &c. lib. 18. in Iob c. 27. in illud, c. 28. *Nec commutabuntur pro ea*, &c. in Psalmum quintum pœnitentialem, in illud: *Tu autem idem ipse es*, &c. lib. 1. in Ezechielem Hom. 2. sub finem, Ambrosius in Hexaëmeron lib. 6. cap. 7.

Nazianz.

Nazianzenus oratione 38. quæ est in Natiuitatem Christi, num. 11. *Deus & erat semper, & est, & erit, vel, vt rectiùs loquar, semper est; nam erat, & erit nostri temporis, fluxæque naturæ segmenta sunt: ille autem semper est, atque hoc modo seipsum nominat, cùm in monte Moysi oraculum edit*, quem locum eximiè commentatur Nicetas:

Bernard.

Bernardus autem lib. 5. de consideratione cap. 6. *Qui est, misit me ad vos, meritò quidem, nihil competentius æternitati, quæ Deus est.* Chrysostumus

Chrys. & alij.

fostomus Hom.4.de incomprehensibili Dei natura ; & Hom. 14. in Ioannem , Theodoretus
quæst.5. in Exodum , Bernardinus Senensis ser-
Nouatian. & alij. mone 33.qui est de Dominica in Passione , No-
natiannus de Trinitate cap. 4. æqoè de immuta-
bilitate Numiois,atque de illius æternitate de-
clarat, *& ideo dicit, Ego SVM QVI SVM,*
*quod enim est , ideò hoc habet nomen , quoniam ean-*
*dem semper obtinet qualitatem ; immutatio enim tol-*
*lit illud nomen,quod EST,quicquid enim aliquando*
*vertitur,mortale ostenditur hoc ipso quod conuertitur;*
patem in formam ad cap.3. Exodi, Beda, Nico-
laus de Lyra,Tostatus,Caietanus,Oleaster.

31. Rectè autem quòd Patres indifferenter nunc
ex immutabilitate Dei , nunc ab eius æuiterni-
Suarez. tate disputant , nam , vt probè obseruat Suarez
in 1.part. tom.1. lib. 2. cap.4. num.1. æternitas
ferè nihil addit immutabilitati , ita vt difficile
sit illa duo attributa distinguere , certè ex defe-
ctu immutabilitatis colligitur statim nec Deum
esse æternum , quippe vt mutari possit Numen,
ideò mutaretur , aut quia amisit aliquid , quod
habuit , aut quoniam adquisiuit , quod non
possidebat ; primum autem si contingeret , se-
queretur affirmari posse de aliqua diuioa perfe-
ctione , *fuit* , sed non *est* , quia vt supponimus
destructa & amissa est ; secundum vt conceda-
tur , adstrui queat , aliquando non fuisse , nunc
autem esse ; sed æternitati repugnat fuisse , &
non esse , cùm finem non habeat , & ideo nun-
quam desinat , contradicit quoque non fuisse,
& modò esse , quia nec ioitium sortitur , & ita
semper fuit ; ergo coniunctissima sunt immuta-
tio , atque æuiternitas in Deo , ac proinde ab
vtroque attributo Patres nullo penè obseruato
discrimine argumentantur:Non æquè facilè ca-
pitur alterum , sed vulgatissimum sanctorum
Doctorum effatum , nempè æternitati non
*Æternitati* competere *fuit* , aut *erit* , sed tantùm *EST*, &
*non competet* hanc esse insignem differentiam diuinæ huma-
*fuit,aut erit,* næque existentiæ, quam amplexatus doctrinam
*sed tantùm* Boëthius lib. quinto de consolatione Philoso-
*est.*
Boëthius. phica, prosa sexta. *Æternitas , ( inquit , ) est in-*
*terminabilis vitæ tota simul , & perfecta possessio;*
*quod ex collatione temporalium clarius liquet : nam*
*quicquid viuit in tempore , id præsens à præteritis in*
*futura procedit : nihilque est in tempore constitutum,*
*quod totum vitæ suæ spatium pariter possit amplecti,*
*sed crastinum quidem nondum apprehendit , hester-*
S. Thom. *num verò iam perdidit.* Boëthio S.Thomas adhæ-
rescit 1. part.quæst.decima, art.1. Nam quidem
de Christo Seruatore quatenus Deus est iuxta
frequentiorem Patrum expositiooem Aposto-
Hebr. 13.8. lus ad Hebræos cap. 13. vers. 8. *Iesus Christus*
*heri , & hodie , ipse & in secula* , quibus verbis &
futurum tempus, & præteritum Creatori rerum
adscribitur ; verùm , ne quis obiiciat Pauli sen-
tentiam de Christo homine interpretandam,
locus expressus est de sempiterna Numinis di-
Apoc. 1. 4, 8 uinitate, nemine refragaote, Apocalypsis cap.1.
vers.4. *Gratia vobis & pax ab eo,qui est,& qui erat,*
*& qui venturus est* ; versu autem octauo : *Ego*
*sum α & ω, principium,& finis,dicit Dominus Deus,*
*qui est, & qui erat, & qui venturus est* ; igitur non
aptè , quòd nota æternitatis supponatur EST,
seu actu permanere,ab ea autem relegetur men-
tio omnis elapsi , & venturi temporis. Deinde
esto character æternitatis habeatur actu semper
esse , sed iuxta probabilem aliquorum opinio-
nem creaturæ permanenti non repugnat æter-
nitas , quia Deus potuisset absolutè ab æterno
Angelum producere ; tunc igitur Angelo per
æternitatem non conueniret *fuit* , aut *erit* , sed
solum *est*. Non ergo Deo solùm ista quadrant,
ac proinde oomen ab æternitate desumptum
non erit proprium creatori,neque eiusmodi per
quod secernatur diuinitas à rebus mortalitati
obnoxiis.

Nihilominus Patrum subtilis,& verissima est 32.
doctrina ; duratio enim per quam Numen ab
æterno,& in æternum est,cùm sit perfectio Deo
intrinseca , & secundùm se absoluta ab omni
tempore realiter extituro , quia licèt nunquam
foret tempus , Deus non secùs ac modò æterna-
liter fuisset , in formali sua entitate talis est , vt
successionem,& mutabilitatem respuat : quam-
obrem nec incipit , nec desinit , nec incremen-
tum, nec diminutionem capit : & hoc est totum
esse simul, hoc , quod præteriti, & futuri deno-
minationes ignoret ; quamobrem diuina dura-
tio,(vt adnotat Suarez tom.2.Metaphys.disp.50. Suarez.
sect.5. num.29.) non est maior hodie,quàm fuit
heri, nec minor,quàm erit cras, quooiam ei nec
durationis aliquid addi , nec detrahi valeat:
quare cùm in omni differeotia temporis dura-
tio increata semper sibi sit similis, Deus non est
dicendus plus durasse cras,quàm hodie : verùm,
quamuis æternitas in se nec maius , nec minus
habeat ex temporum computo , tamen quia ex-
trema,quibus coëxistit, longioris, aut breuioris
ætatis capacia sunt, etiam Dei æternitas per de-
nominationem extrinsecam pullulantem à ter-
mino,quem connotat,plus,aut minus coëxistit,
& ita plus coëxistat viuenti per mille annos,
quàm per centum : at hoc totum æternitati in
sua intrinseca & formali ratione consideratæ,
extrinsecum,& contingens est,&,si placet,dicas
cum Arriaga disput.14.Logicæ,sect.5.subsect.1. Arriaga.
n.79. duplicem cogitandam æternitatem,aliam *Duplex cogi-*
Intrinsecam, hoc est, Deo intrinsecam formali- *tanda æterni-*
tatem , ob quam necessariò durat , & coëxistit *tas.*
omni tempori,seu imaginario, seu vero;alteram
extrinsecam , videlicet tempus ipsum imagina-
rium,vel quod realiter existit:prior indiuisibilis
est,& eius possessio est tota simul;posterior suc-
cessiua & diuisibilis est, atque ideò minuitur, &
augetur, præterito, & futuro constat ; igitur de
hac æternitate extrinseca, & causa illius Deo in
sacris litteris tribuuntur denominationes pro-
uenientes à *fuit*, & *erit*, vt rectè suggerit P. Sua- Suarez.
rez lib.2. de attributis cap.4.num.7. Egregiè in
hunc sensum Augustinus tract. 99. in cap. 16. Augustin.
Ioann. in illud ; *quæcumque audiet , loquetur* , &c.
*Nec moueat quòd verbum futuri temporis positum*
*est , illa quippè audientia sempiterna est, quia sempi-*
*terna scientia , in eo autem quod sempiternum est sine*
*fine, & sine initio, cuiuslibet temporis verbum pona-*
*tur, siue præteriti,siue præsentis,siue futuri,non men-*
*daciter ponitur;quamuis enim natura illa immutabi-*
*lis,& ineffabilis non recipiat fuit,& erit,sed tantùm*
*est ; ipsa enim veraciter est , quia mutari non potest,*
*& ideò illi tantùm conuenerat dicere , Ego SVM*
*QVI SVM ; tamen propter mutabilitatem tem-*
*porum , in quibus versatur nostra mortalitas , &*
*nostra mutabilitas , non mendaciter dicimus , &*
*fuit , & erit , & est ; fuit in præteritis seculis , est*
*in præsentibus , erit in futuris* : ita Augustinus
quem excutimus locum de tertio Exodi capite,

Ego SVM QVI SVM, declarat omnioò ioxta firmatam à nobis doctrinam; quæ Augustini
Prosper. verba leguntur io sententiis à B. Prospero ex eodem collectis ad calcem tom.3. sententia 367. Quòd si contendas similia dici potuisse de Angelo, quem Deus ab æterno crearet, & quem decreuisset absolutè nullo tempore, aut circumstantia annihilare, quoniam & huius duratio intrinsecè constans, atque inuariabilis fuisset; dicemus imprimis, de hoc casu metaphysico
Nicetas. non loqui Patres; quare Nicetas ad orationem Nazianzeni 42. num. 7. *Angelus*, (inquit,) *est quidem, & erit, at non item semper erat, sed essentia initium habuit*; admissa autem hypothesi subiungimus, Deum potuisse non creare Angelum ab æterno, vt de facto non creauit, potuisse insuper non statuere, vt nulla occasione annihilaretur ab eodem; quamobrem Angelus secundùm se, & absolutè potuit incipere, & desinere: hoc autem implicat respectu Dei, quoniam habens esse à se, & necessariò, repugnat vt non semper & necessariò existat; & hanc ob rationem Deo solùm æternitas simpliciter conuenit, atque hoc in sensu Patres Numinis sempiternitatem tantopere commendant, quia & initium, & occasum, & mutationis labiles fluxus auersatur; con-
Suarez. sideratè igitur Suarez tom.2. Metaphys. disp.50. sect.5. num. 30. impropriam & falsam locutionem vocat, quæ Deo in se plus, aut minus durasse adiudicat; respectu verò Angeli habet minorem impropriatem talis loquendi modus, quoniam Angelus ita durauit heri, & hodie, vt simpliciter potuerit durare heri, & non hodie, non ratione solùm alicuius denominationis extrinsecæ prouenientis ab alio termino desectibili, cui coëxistit, sed quia intrinseca duratione, qua hodie existit, despoliari potuit, qua dum hodie non priuatur, dici vtrumque valet plus durare, non quoniam per accretionem durationis, tanquam additamento maior euaserit, sed quia ipsamet longiori tempore conseruata est, & non est destructa, cùm destrui potuerit. Suario
Hurtado. consentit Petrus Hurtado Metaphys. disput.17. sect.4. §.23.

33. Cùm igitur Ego SVM QVI SVM denotet aliquid Deo speciale, nimirum æternitatem per essentiam, omnem quidem Deo proprium constituet, sed hoc tamen inquisitioni nostræ non sufficit, disquirimus quippe an illis verbis non attributum aliquod diuinum, qualis est æternitas, sed natura Creatoris designetur, & vtrùm essentiæ maximè propria censeatur appellatio, quam intimat SVM QVI SVM? Nec sanè Patres si quando insinuant eis verbis æternitatem repræsentari, excludere visi sunt significationem naturæ per eadem verba, potiùs denotant ab æternitate Dei colligi naturam; nam essentia, quæ sic durat, vt nec incipere, nec desinere potuit, nec augeri, nequeminui, non potest non diuina esse, non illimitatæ, & simpliciter infinitæ perfectionis; quamobrem his, & similibus locutionibus id præcipuè spectant, vt doceant rationem entis à se, & necessariò existentis soli Deo conuenire: quò autem hoc vehementiùs significent, creaturam adeò deprimunt, vt Numini comparatam potiùs *non ens* di-
Philo. cendam velint; sic Philo Hebræus libro, *quòd deterius potiori insidiari soleat*, non longè à fine; *Ego sum qui sum, ac si quicquid post eum est, non per essentiam sit, sed sola opinione hominum*; & lib. 1. de vita Moysis, *Ego sum qui sum, vt discant differentiam inter ens, & non ens.* Origenes Hom. vnica in libros Regum in illud, cap.2. lib.1. Regum: Origenes.
*Non est præter te*, &c. *Nam & ad comparationem corporis vmbra non est, & fumus ad comparationem ignis non est. Sic ergo & quæ in cælo sunt, & quæ in terra, visibilia & inuisibilia, quantum ad naturam pertinent, non sunt.* Iustinus Martyr Parænetica Iustin. Mart.
ad Gentes ad medium; Irenæus lib.3. aduersùs & alij.
hæreses, cap.6. Eusebius de Præparatione Euangelij libro vndecimo, cap.9. Augustinus de fide & Symbolo, cap.4. Hieronymus lib.2. commentariorum in epistolam ad Ephesios, in illud cap.3. *propterea curuo genua*, &c. quem imitantur Isidorus Hispalens. originum lib. 7. cap. 1. & Rabanus in Exodum, cap.6. Sic etiam Theodoretus lib.2. de curatione Græcarum affectionum non longè à principio, Rupertus in Exodum lib. 1. cap. 14. Bernardus serm. 31. in Cantica, in principio, Anselmus in Prosologio, cap.22. Richardus de S.Victore lib.2. de Trinitate, c.13. atque hinc occasionem non pauci ex Theologorum schola sumpsere, vt assererent conceptum entis respectu Dei, & creaturarum analogum habendum, quia nimirum Deo soli propriè conueniat nomioari *ens*; quo sermociandi more *Ens soli Deo*
quamuis vtantur plerique eorum, quos exhibui, *propriè conuenit.*
Patrum nonnunquam, sed non excludunt à creaturis veram entis rationem, cùm satis intelligerent non posse non esse verum ens, quod realiter, & verè existit: significant autem, dum esse creaturarum extenuant, quanto interuallo nobilissimum illud, & infinitum Dei esse labiles & caducas entitates ab eius nutu pendentes in quodlibet momentum, excedat; quare Augusti- Augustin.
nus lib. 12. de ciuit. cap.2. creaturas quidem habere esse fatetur, sed non *summum esse*, quod Dei solius prærogatiua est; & in Psalm.121. in illud, *Hierusalem, quæ ædificatur*, &c. *Quid est quod est? quod æternum est; nam quod semper aliter, atque aliter est, non est quia non manet: non omnino non est, sed non summè est*; rectè, *non omninò non est*, quia absolutè habet verum esse, at non *summum esse*, quod est esse diuinum, & infinitum simpliciter. Elias Cretensis in orationem Nazianze- Elias Cret.
ni 24. num. 13. & Deum & creaturas entis habere rationem: Deum autem ens eximiè, & præcellenter esse, aptè scriptor ille incertus tom.7. operum Augustini Hypognostici contra Pelagianos, lib. 1. cap.4. *essentia enim dicitur ab eo, quod est, quæ tantum de solo Deo dici debet, secundum illud, quod scriptum est in Exodo: Qui est misit me ad vos; tamen & de cæteris creaturis dici potest quòd habeant essentiam, sed non sicut de Deo, qui initium non habet, sed ex quo accipientes initium, quod sunt esse cœperunt*; quamobrem licèt maxima sit interuallo entis à se, & entis dependentis ab alio, tamen non esse iustum Analogiæ fundamentum, benè obseruant Hurtado de Mendo- Mendoça.
ça disput.9. logicæ sect.4. subsect.6. §.45. Arria- Arriaga.
ga disput. vndecima logicæ. sect.2. imò cùm ratio entis à differentiis abstrahi valeat, atque non solùm de Deo, sed etiam de creatura verè dicatur, vnionem posse censeri, à Neotericis aliquibus non malè iudicatum est.

Duo itaque combinanda sunt, nempè præfatis verbis, Ego SVM QVI SVM, significari 34.
Deum esse ens à se, & necessariò existens; itidem &

& dicta verba nominis diuini rationem habere, nec qualemcumque esse Dei appellationem, sed qua maximè & propriissimè eius declaratur natura; ac quidem formalitatem entis à se immutabilis, æterni, subinnuere hactenus satis ostendimus. Porrò nuncupationem esse non attributi alicuius in Deo, sed naturæ, atque diuinitatis simpliciter intellectæ, suggerunt Nazianzenus oratione 36. quæ est quarta de Theologia, n. 70. *Quantum ergo nobis assequi concessum est, E N S, & D E V S magis quodammodo essentiæ nomina sunt, ex iisque entis vox ad eam indicandam aptior est, non hoc solum nomine, quod ipse cum Moysi in monte oraculum ederet, ita seipsum appellauit, dicens videlicet ei, vt ad populum his verbis vteretur, Qui est misit me, sed etiam, quia nomen illud magis proprium esse comperimus.* Gregorium per omnia Damascenus imitatus est, lib. 1. de fide Otthodoxa, cap. 12. & Nicetas commentario in orationem 42. Nazianzeni num. 7. Athanasius verò epistola, seu narratione de decretis Synodi Nicenæ contra Arianos: *Cum igitur dicit, Ego S V M Q V I S V M, nos qui hoc vocabulum audimus, nihil aliud nisi ipsam incomprehensibilem substantiam indicari intelligimus*; & epistola de Synodo Arimini, & Seleuciæ: *Cum audimus, Ego S V M Q V I S V M, non aliud quidpiam, sed ipsam simplicem, & beatam, & incomprehensibilem eius qui est, essentiam intelligimus.* Cyrillus Alexandrinus lib. 8 contra Iulianum, testu secundo, *perfectam Dei appellationem* vocat, & nomen, quod ei, à quo pronunciatur, simul cum voce cogitationem diuinæ virtutis inicit. Nyssenus oratione 7 contra Eunomium circa principium, *vera Deitatis characterem* appellat; aptissimum diuinæ essentiæ nomen esse perhibent Theodoretus quæst. 5. in Exodum, Rabanus in Exodum capite octauo, Rupertus lib. 1. commentariorum in Exodum, cap. 14. Rabbi Moyses Ægyptius ductoris dubitantium lib. 1. cap. 61 S. Bonauentura in 1. distinct. 8. dubio 4. B. Thomas 1. part. quæst. 13. art. vndecimo, in corpore; ibidémque passim Scholastici, & sacræ paginæ interpretes in cap. 3. Exodi, vers. 14. At quanquam hæc tam manifesta Doctorum suffragia, laborem tamen aliquem exposcit edicere, quónam modo verba, quibus ratio *entis à se* designatur, eadem si quod aliud diuinæ essentiæ proprium conficiant vocabulum, nam conceptus *entis à se* diuinas omnes formalitates peruadit, atque eam ob causam transcendens est; præcisus autem à differentiis, sapientiæ, amoris, omnipotentiæ, & aliarum perfectionum, vniuocus, & communis fit. Porrò essentiæ constitutio non à communi, & velut generica formalitate desumitur, verùm à differentiis, nec enim hominis essentia, quam esse diuersam à leone, & equo oporteat, animalitate, in qua cum equo, & leone conuenit, explicamus, sed per rationalitatem, & discursus principium.

*Nazianz.* — *Nicetas.* — *Athanasius.* — *Cyrill. Alex.* — *Nyssen.* — *Theodoret. & alij.*

35\. Video hoc de argumento afferentem Nicetam in orationem 42. Gregorij Theologi, num. 7. *Nec verò ex omnibus nominibus, quæ de Deo prædicantur, vllum æquè proprium videtur atque E N T I S nomen, quod ipsam quidem essentiam indicat, non autem quænam ea sit.* Nec pugna verbornm est cùm adstruit essentiam indicare, non verò quæ ea sit; interpretor enim de duplici consideratione diuinæ essentiæ; concipitur enim vel physicè & à parte rei, & tum diuina essentia est totum quicquid in Deo est, & omnes illius perfectiones includit; vel metaphysicè & ratione nostra, & tum, propriè loquendo, non completur formaliter omnia prædicata, sed cùm in vno, vel duobus essentia determinetur, cætera attributorum vicem gerunt; Nicetas igitur fortassè voluit S V M Q V I S V M, seu rationem entis à se nomen fore essentiæ physicè, & à parte rei sumptæ, non autem denotare quid metaphysicè, & ratione nostra essentiam formaliter componat; & idem S. Thomas 1. p. quæst. 13. art. vndecimo, in corpore: *Quolibet enim alio nomine determinatur aliquis modus substantiæ rei; sed hoc nomen Q V I E S T nullum modum essentiæ determinat, sed se habet indeterminatè ad omnes*; rectè penitus, quippe ratio entis à se nihil determinat, quia indifferens est comparatione omnium, quæ de Numine prædicantur: si autem constituatur essentia in vna aliqua perfectione, vt contingit metaphysicè eam delineantibus, iam ad hanc determinabitur, & restringetur esse diuinum; bibit à Patribus Angelicus Doctor eam mentem, nam & ipsi per Q V I S V M intellexerunt Dei essentiam physicè & à parte rei intellectam cum omni latitudine, & infinito cumulo diuinarum perfectionum, quas vniuersas Numen exposcit habere, eò quòd sit ens à se & necessariò existens; cùm enim nequeant esse duo, aut plura entia à se quæ separatas realiter diuinitates sibi vendicent, hoc ipso ens à se exigit identificare secum perfectiones quasque Deo non repugnantes. Quamobrem luculentè animaduertit Boëthius ad Symmachum de Trinitate propè initium in eteatutis, quoniam ex partibus realiter distinctis componuntur, non posse vna de parte affirmari, quòd sit alia. Nam neque anima est corpus, nec humanitas subsistentia, secus in Deo, ideoticè quippe, & reipsa iustitia est misericordia, & amor est sapientia, & hanc ob rationem Deo singulariter conuenit appellatio Q V I E S T; eò enim quòd Deus essentialiter E S T, hoc est à seipso, & necessariò existens quicquid cogitari valeat perfectionis simpliciter simplicis in Deo est, & totum est realiter vnum, & idipsum *diuina substantia*, (inquit laudatus Author,) *sine materia forma est, atque ideò vnum, & est id quod est, reliqua enim non sunt id quod sunt, vnumquodque enim habet esse suum ex his, ex quibus est, id est, ex partibus suis, & est hoc atque hoc, id est, partes suæ coniunctæ, sed non hoc; vel hoc singulariter; igitur in parte non est id quod est*, &c. S. Thom. — Boëthius.

36\. Est itaque Q V I S V M nomen essentiæ in Deo, sed non huius per considerationes metaphysicas vnius formalitatis, aut alterius limitibus circumscriptæ, verùm ptovt includentis à parte rei totum quicquid diuinitas in omni vbertate & plenitudine sua secum identificat; ita Areopagita cap. 2. de diuinis nominibus §. 1. *Et rursum illud, Ego S V M Q V I S V M, nisi de tota concedant diuinitate pronunciatum, sed secundum vnam duntaxat partem descriptam contenderint, quomodo illud intelligent: Hæc dicit qui est, & qui erat, qui venturus est omnipotens.* Nazianzenus autem oratione 38. quæ est in Christi natiuitatem, numero vndecimo; *ille autem semper est, atque hoc modo seipsum nominat cùm in monte Moysi oraculum edit; vniuersum enim id, quod est in*

*Qui sum; quomodo in Deo nomen essentia.* — Areopagita. — Nazianzen.

*in se, complectitur, nec principium habens, nec finem habiturum, velut pelagus quoddam essentiæ immensum, & indeterminatum, omnem tum temporis, tum naturæ cogitationem superans.* Gregorij verbis suam expressit mentem Damascenus lib. 1. de fide Orthodoxa, cap. 12. quem interpretatur S. Thomas 1. part. quæst. 13. art. vndecimo, in corpore: *Quolibet alio nomine determinatur aliquis modus substantiæ rei; sed hoc nomen QVI EST, nullum modum essendi determinat, sed se habet indeterminatè ad omnes; & ideò nomen ipsum est pelagus substantiæ infinitum;* quo autem pacto aliæ Dei appellationes substantiæ eius *modum*, hoc est, attributum, aut perfectionem quampiam determinant, nisi quia significant particularia quædam in Deo, videlicet vnum est nomen sapientiæ, alterum voluntatis, alterum summæ potentiæ; nomen autem QVI SVM, vniuersa convoluit, & velut in mare omnia intrant flumina, sic in Dei essentiam quatenùs designatam per QVI SVM, omnia diuina prædicata, & ipsa est aggregatum cunctorum; quare nihil determinatum indicat QVI SVM, cùm enim sit idem ac ratio entis à se, tale est quodcumque in Deo existit, siue absolutum, siue relatiuum: hoc autem non de alia essentia verum, quàm de natura diuina, prout à parte rei; nam logicè spectata nec est indeterminata, quia restringitur ad vnam perfectionem, videlicet rationem intelligendi, nec est pelagus alias formalitates tanquam sinu complectens, quia vt sic concepta tantùm radicaliter & identicè attributa includit, quatenus exigit ob infinitatem suam, vt cum ea identificentur, eámque compleant; & in eandem mentem D. Bernardus lib. 5. de consideratione, cap. 6. *Si bonum, si magnum, si beatum, si sapientem, vel quicquid tale de Deo dixeris, in hoc verbo instauratur, quod est, est; nempè hoc est ei esse, quod hæc omnia esse;* & Tostatus in cap. 3. Exodi, quæst. 8. *Nam inter omnes formas perfectissima, & simplicissima est Esse, quia in qualibet alia forma includitur; in hoc enim, quod est ESSE, includitur esse omnipotentem, sapientem, bonum, æternum, infinitum, immensum, immortalem, &c. Dicendo igitur simpliciter, Deus est QVI EST, attribuitur ei esse sine aliqua limitatione, aut restrictione;* eodem pacto explicant ex Recentioribus Valentia tom. 1. disput. 1. quæst. 13. puncto 2. Ruizius de Montoja de Trinit. disp. 8. sect. 5. num. 8.

Damascen. Bernard. Tostat. Valentia. Ruizius.

37. Leguntur & in Philosophorum voluminibus, eorum speciatim, qui ex Platonis discipulatu, quæ cum his nimirum congruere in modum videantur; equidem Beatus Gentium Doctor in ea, quam habuit, prædicatione stans in medio Areopagi Actor. cap. 17. inquit vers. 28. *In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus. Sicut & quidam vestrorum Poëtarum dixerunt, ipsius enim & genus sumus;* quibus denotat existere causam primam, & ens à se, à quo cætera omnia dependeant tam in esse, quàm in operari, vt explicat S. Thomas 1. p. quæst. 18. ad 1. denotat autem & hac imbutos notitia Ethnicorum peritiores; quod verò citat hemistichium, legitur in Arato Poëta statim sub Phænomeni principio: πάντη δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες, τοῦ γὰρ καὶ γένος εἰμέν; hoc est, *vbique autem Ioue indigemus omnes; huius etenim genus sumus;* quam in sententiam de Iouis nominibus, quæ sapientum celebrata gymnasiis Plato in Cratylo differens ait; *& quidam* Ζῆνα,

Actor. 17. 28. Aratus.

alij Δία vocant, *quæ quidem duæ hominis partes si in vnum nomen componantur, Dei naturam significant, cui quidem affirmamus huiusmodi nomen maximè conuenire, quod demonstrare possit ipsum esse, qui ipsam existendi vim, rationémque efficiat, nulla enim est vel nobis hominibus, vel omnibus aliis animantibus viuendi causa alia, quàm Princeps ille, & Rex omnium rerum;* & Diogenes Laërtius lib. 7. in Zenonis vita aliquantulum à fine; *Namque Græcis* Δία *appellari, quòd per ipsum sint omnia; eundem* Ζῆνα *vocari, quod vitæ omnium sit author.* Sed clariùs adhuc pro significationis nominis QVI SVM denotantis conceptum ENTIS A SE, Plato in Timæo; *principio, meâ quidem sententiâ, hæc ponenda & distinguenda sunt: QVID est, quod semper SIT, neque vllum habet ortum;* & quòd gignatur, *nec vnquam sit?* vbi, quod & mox explicat, insinuat discrimen entis à se, & ab alio. Deinde in secunda parte Timæi: *ERAT nimirum, & ERIT, æternæ essentiæ non rectè attribuimus; dicimus enim erat, est, & erit: at reuera illi æternitati EST propriè tantùm quadrat; ERAT, & ERIT, temporis illius, quod nascitur, articulis conuenit, sunt enim motus;* quam eius de summa illa natura tam exactam definitionem ex Patribus commendarunt Iustinus in oratione exhortatoria ad Gentes in medio, Eusebius de Præparatione Euangelij lib. vndecimo, cap. 9. Augustinus lib. 8. de ciuit. cap. vndecimo, Theodoretus de curandis Græcorum affectionibus sermone 2. Nicetas commentario in orationem 42. Nazianzeni num. 7. Platonem ex eadem schola imitatur Plotinus Enneadis sextæ lib. 6. cap. 19. At Platonem ferè superat Plutarchus, vel potiùs Amonius Philosophus apud hunc opusculo inscripto, de εἰ in foribus templi Delphici; nam cùm Dei perfectam appellationem eo subtegi vocabulo adstruat, subnectit; *nos vicissim respondentes Deo* εἶ, *id est, es, dicimus, veram, certam, solámque soli conuenientem ei appellationem, qua ESSE dicitur, tribuentes; reuera enim essentiæ nos nequaquam sumus participes, sed vniuersa mortalis natura in medio ortus, & interitus versatur; quid ergo reuera est quod sit? id, quod sempiternum est, ortus, & interitus exsors.* Plutarchi collaudat effatum Cyrillus Alexandrinus lib. 8. in Iulianum, textu secundo, Eusebius de Præparatione Euangelij lib. vndecimo, cap. vndecimo; apud quem ibidem cap. 10. similia quoque Numenius Pythagoricus Sophista; lege Eugubinum lib. 3. de perenni Philosoph. cap. 7.

Diogenes. Plato. Iustin. & alij. Cyrillus, &c.

---

## SECTIO VI.

### *Varia de nomine Dei, quod Tetragrammatum, & ineffabile nuncupatur, disquisitio.*

Hebræi olim inter Orbis Philosophos rerum diuinarum melioribus collustrati radiis celsiora de Deo cogitarunt, quem multis nominibus compellantes, insigniori affecerunt vocabulo, quod ob litteras quatuor, quibus constabat, τετραγράμματον, & ob arcanum dixerunt *impronunciabile*; eo de tam celebrato vocabulo hauriamus primo loco quid antiquitas edoceat; ac 38.

*Nominis Iehoua notio ex veteribus*

Philo. ac Philo quidem Hebræus lib. 3. de vita Moysis, non longe à principio: *adhæc lamina aurea quasi corona insculpta erat quatuor litteris nominis illius, quod solis auris, linguaque sapientia purgatis fas est audire, nominareque in sacris, præterea nemini; id Theologi aiunt esse tetragrammaton, fortasse quòd significet primos numeros, vnum, duo, tria, quatuor*; quibus innuit quatuor Alphabeti constasse elementis, & non nisi ab initiatis Deo viris, iisque morum integritate conspicuis, atque dum sacris operarentur, vel pronunciari, vel audiri potuisse; Iosephus. quare Iosephus altius esse, quàm quod à se explicari valeat, suggerit lib. 2. antiquit. cap. 5. num. 13 *tum Deus aperit ei suum nomen, nunquam antea hominum vlli auditum, aut cognitum, quod mihi eloqui nec ius, nec fas esse arbitror*; libro autem tertio cap. 9. laminæ aureæ *sacris characteribus* inci- Nazianzen. sum fuisse memorat; tradit verò Nazianzenus characteres eiusmodi, quibus aliud quàm ipsum Dei nomen conscribi, irreligiosum duxerint Iudæi: *Deus*, (inquit oratione 36. num. 65. *nullo nomine exprimi potest, idque ostendunt Hebræorum doctissimi, atque antiquissimi quique, quantum quidem nobis coniiciendum dederunt; nam qui propriis notis summum illud nomen honorandum duxerunt, ac ne iisdem quidem litteris aliud quidquam eorum, quæ post Deum sunt, ac Deum ipsum scribi sustinue-* Euseb. Cæs. *runt*. Eusebius Cæsariensis Præparationis euangelicæ lib. vndecimo cap. 6. Hebræos, ait, definire solitos summæ illius naturæ nomen proprium, nec vlla voce repræsentari, nec cogitatione comprehendi posse; quamobrem inexplicabilibus quibusdam litterarum signis occultasse dicti libri cap. 12. insinuat; *similiter enim Moyses ac Prophetæ Hebræorum vniuersi naturam diuinam verbis explicari non posse doceant, eiusque reconditi nominis quandam veluti notam, singulari, quam ipsimet efferre non possunt, elemen-* Origenes. *torum formatione repræsentent*, &c. Origenes Hom. 4. in Ezechielem, in illud: *ipsi in iustitia sua saluabuntur*, &c. *primo nomen Dei quatuor litterarum est, quod interpretatur naturaliter Deus*; Augustin. & Augustinus quæstionum lib. 2. quæst. 120. in Exodum. *Quomodo formetur in lamina sanctitas nescio, nisi aliquibus litteris, quas quidem quatuor esse dicant Hebræas. quod, vt Græci appellant τετραγράμματον, nomen Dei ineffabile credunt fuisse, vel* Hieron. *esse adhuc vsque*. Hieronymus autem & litteras ipsas quatuor Dei appellationem claudentes, quales fuerint, exponit epistola 128. ad Fabiolam de vestitu Sacerdotum; *octaua est lamina aurea, in qua scriptum est nomen Dei Hebraicis quatuor litteris*, י, ה, ו, ה, *quod apud illos ineffabile nuncupatur*, & epistola 136. ad Marcellam de decem nominibus creatoris: *Nomen τετραγράμματον, quod ἀνεκφώνητον, id est, ineffabile putauerunt, quod his litteris scribitur*, י, ה, ו, ה, *quod quidam non intelligentes, propter elementorum similitudinem, cum in Græcis libris reperirent, Pipi legere consueuerunt*. Hieronymum imitantur Beda, & alij. Beda expositione in Exodum cap. 27. 28. &c. & lib. 3. de Tabernaculo, & vasis, &c. Isidorus Hispalensis lib. 7. etymologiar. cap. 1. agens de nono Dei nomine, Rabanus Maurus lib. 4. in Exodum cap. 6. Rupertus lib. 4. commentariorum in Exodum cap. 24. *Scribitur enim quatuor litteris Iod, He, Vau, He, quæ in syllabam, aut vocem articularem comprehendi nequeant; arcanum scripturæ hactenus latet*. Porrò & ex Iudæis Rabbi Moyses Ægyptius in Ductore dubitantium lib. 1. cap. sexagesimo, nomen quatuor conflari ex litteris, & idcircò τετραγράμματον vocatum perhibet, & ex omnibus Dei appellationibus hanc solam Dei ita repræsentare substantiam, vt nihil commune cum creaturis referat; subnectit pronuntiari non potuisse *nisi in Sanctuario, & à Sacerdotibus sanctis tantummodo in benedictione sacerdotali, & à maiori Sacerdote in die ieiunij*. capitis 61. initio suggerit paucos admodum fuisse, qui nossent quo more pronuntiandum esset vocabulum illud: alia ex Rabinis suppeditabit Galatinus lib. 2. de arcanis cap. decimo, omittendum tamen non est, docere Eusebium lib. vnde- Eusebius. cimo Præparat. Euang. cap 6. ab Hebræis traditum, *septem vocalium inter sese commissionem eiusmodi nomen efficere, quod explicari voce non possit, quódque iisdem Hebræi quatuor elementis inclusum summæ Dei potestati exprimendæ attribuunt, sic tamen vt idem proferri vulgo non posse longa serie posteri à maioribus acceperint*.

39. Ex his instruimur nomen Dei Tetragrammatum esse, atque indeclarabile, quæ-nam ex litteris illis vox efformata sit, quídnam repræsentaret: Clemens igitur Alexandrinus lib. 5 stromat. Clem. Alex. cap. 3. *quin etiam mysticum illud nomen tetragrammaton, quod iis solis imponebatur, qui poterant ingredi adytum, dicitur autem Iehoua, quod exponitur, qui est, & qui est futurus*; & Theodoretus ex ver- Theodor. sione Francisci Zephyri Catena Græca in Pentateuchum, in illud cap. 6. *& nomen meum Adonai*, &c. *Ego, inquit, sum qui sum, hoc enim sonat apud Hebræos nomen illud arcanum Dei, quod ideò tetragrammaton dicitur, quia quatuor litteris exprimatur: Iaueh sonat apud Samaritanos, apud Hebræos Iehoua*: at sciendum est neque Clementem Stromatæum, neque Theodoretum quoquo modo tradere quadrilitterarium illud nomen dictum esse *Iehoua*, sed vtriusque interpretem eam substituisse dictionem, quod fortasse putarent sensum eundem, licèt verba discreparent: habent autem Græca Clementis ἀλλὰ καὶ τὸ τετράγραμμον ὄνομα τὸ μυστικόν, ὃ περιέκειντο οἷς μόνοις τὸ ἄδυτον βάσιμον ἦν. λέγεται δὲ Ἰαού: vbi liquet non *Iehoua* reperiri, sed *Iao*. Theodoretus etiam Theodoret. quæst. 15. in Exodum, in illud cap 6. *& nomen meum Dominus non indicaui*, &c. τοῦτο δὲ παρ' Ἑβραίοις ἄφραστον ὀνομάζεται, ἀπείρηται γὰρ παρ' αὐτοῖς διὰ τῆς γλώττης προφέρειν. γράφεται δὲ διὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων, διὸ τετραγράμματον αὐτὸ λέγουσι. καλοῦσι δὲ αὐτὸ Σαμαρεῖται μὲν Ἰαβέ, Ἰουδαῖοι δὲ Ἰά: *Hoc autem nomen*, (videlicet, Ego sum qui sum,) *apud Hebræos dicitur inenarrabile: prohibetur enim apud eos lingua pronuntiari, scribiturque quatuor litteris, & ob id τετραγράμματον appellatur: Samaritani vocant nomen illud Iabe: Iudæi verò Ia*; igitur quibusdam *Iao* habetur, aliis *Ia*; postremam hanc dictionem Hieronymus octauum inter Dei apud Iudæos nomina refert; *octauum*, (inquit epistola 136.) יה *Ia, quod in Deo tantum ponitur, & in alleluia extrema quoque syllaba sonat*; applaudit Isidorus Hispalensis lib. 7. originum cap. 1. Isidorus, & alij. recenset & inter Numinis varias appellationes Epiphanius lib. 1. hæresi 40. contra Archonticos, & *Dominum* interpretatur: olim Hæretici, præsertim Gnostici, quibusdam Dei sacris abusi nominibus, etiam in fabulis vocem *Iao* reposuerunt, vt edocet Epiphanius lib. 1. contra hæreses, hæresi 26. Tertullianus de præscript. aduersùs

uetsùs hæreticos, cap.49. & contra Valentinianos cap.14. Irenæus lib.1. contra hæreſes,cap.1. num. 43. & cap. 34. num. 11. *Iao* autem exiſtimaſſe eos ſummi cæli maximum Principem, narrat Epiphanius dicta hæreſi 26. & ſolem quòd *Iaos* diceretur, ſummum reputari Numen, admonet primo Saturnal.cap.18. Macrobius ex Apollinis oraculo, Diodorus autem Siculus lib.1. Bibliothecæ, numero marginali 59. ἐπὶ δὲ τοῖς Ἰουδαίοις Μωσῆν τὸν Ἰαὼ ἐπικαλούμενον θεὸν, &c. nempè, *apud Iudaeos Moyſem Deum, qui Iao nuncupetur, legum datorem confingere.* Porrò licèt in operibus S. Hieronymi correctis per Marianum Victorium ſcriptor commentariorum in Pſalmos, qui tomo 7. inſertus eſt, initio explanationis in Pſalmum octauum, dicat, nomen Domini apud Hebræos ineffabile eſſe, quatuórque litterarum *Iod, He, Vau, He*, & legi poſſe *Iehoua*, tamen antiqui codices non præferunt, (quam ſuo arbitrio intexuit Epiſcopus Reatinus,) dictionem *Iehoua*, ſed vocem *Iahe*; itaque veterum lectio triplex eſt, ſcilicet *Ia, Iahe, Iao*; ſed trium iſtorum vocabulorum ſignificatio eadem eſt. nam *Ia* interpretatio eſt *SVM QVI SVM*, iuxta Theodoretum paulo antea allegatum, & conſentit Nicetas Theſauri Orthodoxi lib.2.cap.29. vbi *Iahe* Samaritanorum Dei appellationem idipſum denotare obſeruat; traditque Epiphanius lib. 1. hæreſi 40. inquiens: *Iahe, qui erat, & eſt, & ſemper eſt, ſicut interpretatur Moyſi: Qui eſt, miſit me, dices ad ipſos,* &c. *Iao* hoc ipſum exprimere docuit nos ſuperiùs Clemens Alexandr. lib.5. ſtromat. cap.3. quanquam Euſebius lib.4. demonſtrationis Euangelij *Iao* ſalutem denotare innuat Ἰησοῦ δὲ ἐστιν Ἰαὼ σωτηρία, τοῦτ' ἐστι θεοῦ σωτήριον: *Ioſue verò eſt Iao ſalus, hoc eſt, Dei ſalutare:* *Ia* autem duplicari adſtruit Iſidorus Hiſpal.lib.7. etymol.cap.1. fortaſſe, quò litteræ quatuor appareant, ex quibus nomen ineffabile conſurgit, vt & ob eandem rationem *Aiia* pronuntiandum vult Nicetas loco nuperrimè indicato.

Diodor. Siculus.

Epiphan.

Euſeb.

Iſidor.

40. *Eiuſdem nominis notio, ex recentioribus.*

Audiuimus veterum placita, auſcultemus quid & recentiores opinentur? excipiunt libenter eam nominis interpretationem, qua ſignificare exiſtimatur: Qui eſt, aut qui erit, & hanc ob cauſam adſtruunt, appellationem Dei Tetragrammatum, eandem prorſus eſſe cum nomine Creatoris QVI SVM, de quo fusè actum eſt capite præcedenti; recipiunt quoque vocem quatuor ex litteris conflatam, & ideò nuncupari τετραγράμματον: quomodo autem pronuntiaretur, non omnium eadem ſententia eſt, plerique legunt יהוה *Iehoua*; ratio eſſe queat, quia nomen illud quatuor litterarum, & nomen QVI SVM ſignificant vnam, eandémque rem, Dei ſcilicet eſſentiam quatenus improductam, & omnes continentem perfectiones; quare futurum verbi SVM proximam habet ſimilitudinem cum voce *Iehoua*; nam היה *haia* præteritum *fuit* correſpondet, cui, vt obſeruant Eugubinus & Lippomanus in c.3. Exod.verſ.14. in futuro tertiæ perſonæ additum *Iod* litteras vocis *Iehoua* ferè omninò exprimit, nempè *Iehoua* ſunt יהוה, tertia verò illa perſona יהוה ERIT eorundem characterum, duntaxat protracto *Iod*, vt fiat *Vau*; ob hanc igitur analogiam ſtatuunt nomen ineffabile exprimi idonee per vocem *Iehouah*; certè nomen tetragrammaton, & nomen QVI SVM, eſſe ſynonyma, & per vtramque dictionem repræſentari diuinam naturam ſpeciatim cum neceſſitate, vt exiſtat à ſe, affirmant Lyra & Abulenſis ad cap.6. Exodi, in illud, *& nomen meum Adonai,* &c. amplexantur hoc ipſum, & inſuper addunt nomen, quod cenſebatur *ineffabile*, congruè exprimi per dictionem *Iehoua*, & hac ſignificari QVI SVM, vt Deo appropriatur, eſſeque Numinis germanas, & præcellentiores appellationes, Paulus Burgenſis additionibus ad cap. 3. Exodi: ibidem ad 14. verſum Lippomanus, Eugubinus, Yſtella, Titinus, Marſilla: ad cap. 6. Exod. verſ. 3. Caietanus, Vatablus, Oleaſter, Bonfrerius, Galarinus: lib. 2. cap. 10. Maſius in cap.6. Ioſuë verſ. 2. Angelus Caoinius de locis ſacræ Scripturæ noui Teſtamenti, Stephanus de Salazar in Symbolum Apoſtolorum, diſcurſu 8. Goropius Becanus Hermathenæ lib.1. Ioannes Druſius commentario in loca difficiliora Exodi cap.5. Tena in cap. 2. epiſtolæ ad Hebræos, difficult.4. ſect. 4. num. 25. Leonardus Marius ad cap.15. Exodi, digreſſione de nominibus Dei, cap.9. num. 103. Nicolaus Cardinalis Cuſanus Exercitationum lib.1. in illud: *In principio erat Verbum*, &c. Pagninus in Lexico, in dictione יהוה *Iehoua*. Fortunatus Scacchus in Elæochriſmate parte 2. Myroth.x. cap.50. Molina 1. parte, quæſt.13. art.vndecimo. Suarez lib.2. de attributis, cap.31. num.25. Vaſquez tom.1. in 1.p. diſput.59. cap.3. Salmeron tom. 1. quinquagena 2. canone 9. Barradas lib.1. in Exodum c.15. Magallanez in cap. 7. Ioſue ſect. 2. annotat. 6. num.2. Ioannes Fernandez Theſauro ſacræ Scripturæ, verbo *Deus*, num.12. Alcazar in Apocal. cap.1. verſ.4. annotat.3. Pintus de Chriſto crucifixo lib. 4. titulo 4. loco 4. num.9. Prado in cap.1. Ezechielis parte 2. primæ viſionis, ſect.4.

Lyra. Abulenſ.

Paul. Burg. & alij.

Sed tam confertum licèt agmen pro voce *Iehoua*, non deſunt tamen viri graues, qui contendunt nouitiam eſſe vocem *Iehoua*, & priſcis ignotam expoſitoribus, quare aliter formandum vocabulum: certè id minimè verum, quod Petrus Faber in Decamenone cap. quinto §. *vt vt fit*, &c. conatur, videlicet vocis *Iehoua* vſum ab eo perhibendum tempore ſaltem, quo puncta à Maſſoretis adinuenta noſcuntur; nam ſi ita eſt, cur his poſteriores multi ex ſacris Doctoribus, apud quos *Elohim, Adonai*, & aliæ Dei appellationes crebrò inueniuntur, *Iehouam* recenſere omiſerint? cuius ne Lyranus, & Toſtatus, qui omnium facere mentionem conſueuerunt, allegationem habent; à Pauli Burgenſis temporibus, vel nonnihil antea caput extuliſſe videatur, Arias Montanus in Ioſeph. cap.2. initio, ſi quid de pronuntiatione, quod aptius exiſtimetur, cenſendum, non *Iehouah*, ſed *Iehueh* dicendum eſſe: Genebrardus præfatione in Pſalmos ad Chriſtianum lectorem propè finem inquit, *neque Chriſtianum, neque Iudaicum vocabulum eſſe*; acerbiùs etiamnum inuehitur ad finem commentarij in Pſalmum 82. & lib.1. de Trinitate, & Chronologiæ lib. 1. anno mundi 2670. vbi ſuggerit, vt aliquid conſimile admittendum ſit, potiùs dicendum *Ihue*, vel *Iehue*; Bellarminus etiam exercitatione in Pſalm. 33. ſub finem Grammaticæ Hebrææ non pauca congerit argumenta, vt oſtendat nomen *Iehoua* apud veteres inauditum fuiſſe; ſubdit verò non diſplicere eorum coniecturam, qui de nomine adſtruunt tertiam eſſe perſonam futuri verbi ſubſtantiui, 41.

Faber.

Arias Mont.

Genebrard.

Bellarm.

&

& fcribi, atque pronunciari debere יהיה *iihie*, quod fignificat ERIT, fiue ERAT, fiue EST, quod foli Deo propriè conuenire docemur Exodi cap. 3. fubfcribunt Peretius in cap. 6. Exodi difp. 2. num. 13. Collectaneorum in Clementem Alexandrinum Author pag. 814. num. 569. Rutilius Benzonius in Magnificat lib. 2. cap. 34. dubio 6. Verùm ego confentio dictionem *Iehoua* fub bis fyllabis peregrinam fuiffe antiquis, fed adftruo hodie meritò vfurpari, nec profanam, aut irreligiofam putandam; nam quotiefcumque vox aliqua à Patribus non eft reprobata, & antiquioribus Theologis, hæc fi vtilis exiftimetur, à recentiori fchola introduci valeat; fed vocabulum *Iehoua* Patres nunquam auerfati, neque enim illius meminere aliquando: eft autem commodum, quia Dei effentiam non minus propriè exprimit, quàm nomen QVI EST, cùm fit eiufdem prorfus fignificationis; ergo eius vfus ad laudem potius fpectat, quàm ad vituperationem: & quidem Patres dictiones æquiualentes non defpexerunt, nempe *Iao*, *Iaja*, *Iahe*, quibus fignificari *ens à fe cum neceffitate exiftens* oftendimus ex teftimoniis eorundem; ergo nec *Iehoua* contemnerent deriuatum ab eadem radice, verbi nimirum היה *haia*, quo repræfentatur *effe independens* fummi rerum artificis, inde formato per antonomafiam QVI EST; nec malè Cornelius à Lapide in cap. 6. Exod. verf. 3. quæftio fecundo, obferuat vocem *Iehoua*, feu *Iehoua*, iuxta Oleaftrum & alios deriuantes יהוה ab *houa*, non effe verbum, fed nomen a verbo deductum, & ideò potiùs efferendum *Iehoua*, quàm *Iehoue*, quo nominis ratio elucefcat fignificantis *ens*, fiue eum QVI abfolutè eft.

Peret. & alij.

42. Difficilior multò nodus, quamobrem Dei qualecumque tandem extiterit nomen, *impronunciabile*, & *ineloquibile* reputatum fit? nam ob hanc caufam ἀνεκφώνητον dictum eft, Hieronymo affertore epift. 136. equidem Philo lib. 3. de vita Moyfis fuggerit non fuiffe penitus *incnuntiabile*, fed à vulgi auribus tantùm remotum, quod etiam tradit Eufebius lib. 11. de præparat. Euangelij cap. 6. idque ex ipforum Hebræorum traditione; & Rabbi Moyfes Ægyptius, quamquam in Directorio perplexorum, lib 1. cap. 60. afferat efferri & pronunciari non folitum nifi in Sanctuario, & à Sacerdotibus fanctis Domini tantummodo in benedictione facerdotali, & à maiori Sacerdote in die expiationis & ieiunij; quod admittunt Lyra in cap. 6. Exodi, & Burgenfis in additionibus ad cap. 3. Exodi, pronuntiato vndecimo; tamen idem Moyfes Ægyptius cap. 61. infinuat, edoctos à fapientibus filios ipforum, non folùm de pronunriatione, fed etiam de fignificato nominis ineffabilis; quamobrem Beda lib. 3. de Tabernaculo & vafis, &c. cap. 7. *Sanctum autem Domini, quod in lamina fculpi iubetur, nomen eius fanctum, & venerabile fignificat, quod apud Hebreos quatuor litteris vocalibus fcribi folet, hoc eft* יהוה, *cuius interpretatio lingua eorum ineffabile fonat, non quia dici non poteft, fed quia finiri fenfu, & intellectu creatura nullum poteft, & quia nihil de eo fuus dignè dici poteft, ideò ineffabilis rectiffimè vocatur*, eadem eft prorfus D. Ifidori Hifpal. fententia lib 7. etymolog. cap. 1. in nomine nono Dei, & Rabini lib. 4. in Exodum cap. 6. itaque vocatur appellatio *ineffabilis*, non quia vox pronunsiari a quouis non poffit, verum vt denotarent effentiam Creatoris tali defignatam nomine effe incomprehenfibilem refpectu intellectus finiti hominum, & Angelorum; quidam afferunt cùm eloqui poffint, abftinuiffe à pronuntiando Hebræos reuerentiæ in diuinam maieftatem caufa; quibus modis explicant Peretius in cap. 6. Exod. difp. 2. num. 13. Bonfrerius ibi verf. 3. Cornelius ad eundem verfum quæft. 1. Galatinus lib. 2. de Arcanis cap. 10. in fine. Sixtus Senenfis lib. 2. Biblioth. littera P. 5. *Pontificalis veftimenti*, &c. Gueuara in cap. 2. Habacuc, nom. 136. Salmeron prolegom. 10. quinquagena 2. canone 9. & rectè Lippomanus admonet in cap. 6. Exodi verf. 3. cùm etiam litteræ, ex quibus coalefcebat, referantur, has enim Hieronymus, Beda & alij Patres huius fectionis initio producti memorant fuiffe *Iod*, *He*, *Vau*, *He*; dictionem fimpliciter *impronuntiabilem* cogitandam non effe; verùm, fi nominis *ineffabilitas* ex eo fumatur, quia fignificatum *Deus*, videlicet comprehendi, & ad liquidum exhauriri nequeat, eum fanè in morem cuncta vocabula *Deum* fignificantia, *Adonai*, *Sabaoth*, *Elohim*, *Saddai* erunt impronuntiabilia, quin & omnium Prouinciarum vocabula, quibus Numen defcribitur: certè cùm nomen Tetragrammaton Deum innuat quatenus eft *Ens à fe*, *& neceffariò*, cùm hæc veritas difcurfu naturali probetur manifefte, vocabulum, quo adumbratur, cunctis innotefcere debuit? & nifi materialis pronuntiatio fupra ingenij captum fuiffet, quamobrem Iudæi, & his morem gerens Latinus interpres pro illo nomine ineffabili occurrente fubrogant ארני *Adonai*, vel אלהים *Elohim*; Septuaginta autem κύριος fubftituunt, hoc eft, *Dominus*, quæ eft etiam interpretatio vocis *Adonai*? imò & Chriftus, & Apoftoli idipfum præftant, cùm ex veteri fœdere loca depromunt, quibus nomen τετραγράμματον continetur, vt commonftrat Bellarminus, aliaque in hunc fcopum digna profert argumenta initio exercitationis in Pfalmum 33. Caufa igitur aliqua fingularis fuit ex parte fcriptionis; quamobrem non nifi magno labore, & à peritiffimis occultæ illæ litterarum notæ penetrari non valerent, & ob quam nomen arcanis latens fub characteribus *impronunciabile* vocari cœptum eft.

*Dei nomen cur impronuntiabile, & ineloquibile.* Hieronym. & alij. Beda. Ifidor. & alij.

Dici queat litteras illas præter confuetum Hebræorum Alphabetum fuiffe, Hieroglyphicas nimirum, & fymbolicæ atque reconditæ fignificationis; nam Iofephus tertio Iudaicarum Antiquit. cap. 9. *facros characteres* appellat, quo nomine eæ fcribendi notæ, quas vulgus propter ænigma confequi nequit, declarantur; & Nazianzenus oratione 36. refert propria diuini nominis elementa fuiffe, quibus aliud infra Deum repræfentari nefas habebant; non igitur ad commune alphabetum fpectabant, quia huius characteribus tam humana, quàm diuina fcribebantur. Eufebius lib. 11. de præparatione Euangelij, cap. 2. fanctum Dei nomen an *fingulari elementorum formatione* expreffum Rupertus lib. 4. in Exodum cap. 24 *arcanam fcripturam* vocat. Clemens Alexandrinus lib. 5. ftromat. cap. 3. *Myfticum nomen dicit*. Origenes Hom. 14. in Numeros fub initio; *Ille ergo Deus Ifrael, Deus vnus, & creator omnium certo quodam litterarum figno fcribitur, quod apud illos Tetragrammaton dicitur. fi quando ergo fub hoc figno in Scripturis fcribitur Deus, nulla eft dubitatio, quin de vero Deo,* 43.

Iofephus. Nazianzen. Eufebius. Rupert. Clem. Alex. Origenes.

*&*

*& mundi creatore dicitur; si quando verò aliis, id est, communibus litteris scribitur, incertum habetur vtrùm de Deo vero, an de aliquo ex illis dicatur, de quibus Apostolus dicit; tametsi sunt qui dicantur Dij*,&c. Vides nomẽ tetragrammaton non communibus vulgatis Alphabeti characteribus conscribi, sed propriis, & singularibus? His tamen

Hieron.

repugnat, quod Hieronymus epist. 128. ad Fabiolam,& epist.136.ad Marcellam apertus testis est ordinarij apud Iudæos Alphabeti notis conscriptum, ipsásque refert singulatim litteras, nimirum י, ה, ו, ה; verùm rectè obseruat Alcazat.

Alcazat.

in cap.1. Apocal. vers.4. notatione 3.sect.1. quanquam litteræ vsuales essent, & de alphabeto omnibus cognito sumptæ, occultarum nihilominus vicem subire potuisse; potuerunt enim initiales esse quatuor variarum dictionum; quod genus Scripturæ cùm diuersa exprimere queat, difficillimum est attingere ad quæ in particulari repræsentanda ordinetur; tale I.N.R.I plurimarum vocum hæ litteræ duces esse possent; quis autem dicat significare, *IESVS, Nazarenus, Rex, Iudæorum*, nisi edoceatur ab iis, qui vt eas dictiones speciatim exprimerent, intenderont? talem fuisse abstrusam illam scripturam Danielis cap.5.vers.25. *Mane, Thecel, Phares*, docti cogitant interpretes, quam Chaldæorum sapientes non penetrarunt, quoniam primis solùm constabat elementis; potuerunt etiam vnam tantùm formare dictionem inuerso litterarum ordine noua emergente voce soli Deo, qui significationem imponebat, manifesta, qui Moysi reuelauerat quid insolita communium litterarum combinatione indicari statuebat; quare siue istius normæ, siue alterius sublimioris arcam extiterint characteres, aliquos fuisse æquum est iudicemus, à quibus nomen Dei *impronunciabile* redditum est; sic enim conciliantur Patres, quorum pars aliqua communibus scriptum litteris, nomen tetragrammaton prodit, pars neque exigua Hieroglyphicis, & absoletis exaratum characteribus mauult; nam & priores verum dicunt: secundi pariter, quando & litteræ etsi tritæ, communisque scriptionis, sic tamen dispositæ essent ob causas assignatas, vt in Hieroglyphicas, & obscuræ intelligentiæ notas euaderent; sic omnium vox de nomine tetragrammato, quod nimirum *ineffabile* esset, propriè saluatur; nam cùm litteræ insonæ essent, quia initiatiuæ solùm, & vocalium quarumcumque ope carentes, articulari non poterant, vt obseruat Pererius in cap.6. Exodi, disp.1.

Pererius.

num. 5. & ideo impronuntiabiles erant, non quòd absolutè pronuntiari repugnaret, sed quoniam litteræ, vocales, aut syllabæ, quæ subintelligebantur, vt nomen confici possit, nemini communicabantur, nisi fortasse tantùm supremo Iudæorum Pontifici; quare quod vnus tantùm sciebat, & multitudo ignorabat, pro *ineffabili, & indicibili* habebatur, & ideò *ἄρρητον* vocabatur.

44. Secundùm hæc fortasse venustiùs locus Exodi declarandus, cap.6. vers. 3. *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob; & nomen meum Adonai non indicaui eis*: Hebraicè est, *Nomen meum Iehoua non indicaui eis*. Porrò *Iehoua* nomen Geneseos historia sæpè resonat, nempè cap. 4. vers.1. cap.14. vers.22. cap. 15. vers. 7. cap. 21. vers. 33. & alibi; quónam igitur pacto verum

Exodi 6. 3. declaratur.

Abrahæ, Isaac & Iacob non innotuisse; volunt S.Gregorius hom.16. in Ezechielem, & ad c.6. Exodi vers.3. Beda, Interlinearis, Lyra, Tostatus, Caietanus, Lippomanus, Bonfrerius, Pererius disp.3. num.23. non significari omninò incognitum fuisse nomen *Iehoua* Abrahæ, cæterisque Patriarcharum Moyse vetustioribus, sed obscuriorem fuisse notitiam; Moyse verò vberiorem infusam lucem ænigmaticæ vocis; sed quidem litteræ natiua constitutio esse videatur, Deum ex plurimis, quibus excellit nominibus, multa tribus illis reuelasse Patribus; occultasse tamen nomen *Iehoua* (pro quo substituitur vox *Adonai* præfata Exodi sententia,) quoniam hanc gratiam Moysi reseruauerat, vt primus appellationem *Iehoua* & audiret, & intelligeret; hæc expositio Theodoreti quæst.15. in Exodum, docet; *quanto honore, quantáque beneficentia Moysem Dominus prosequeretur; quod enim Patriarchis nomen non explicuit, hoc ipsum aperuit Moysi*: Cyrillus autem productus à Lippomano in catena; *& nomen meum Adonai non indicaui eis, hoc est, nomen meum tetragrammaton, quod Deum semper viuere significat, Patriarchis non indicaui; neque sigillatim ipsi Iacob interroganti, quod est nomen tuum?* Cur autem Patriarchis celauerit, & Moysi aperire dignatus sit, rationem ibidem Cyrillus præstat, quo magni nominis tanto beneficio præoccupata Iudæorum natio erubesceret Deos inanes colere, & vanis Ægyptiorum pollui superstitionibus; *idque hac à me causa factum est, quia cùm Patriarchæ pleni fide essent, hac re non indigebant, sed totum posteris declaratum est, quorum fidei imbecillitas vitulum sibi in Deum factura erat*; similia Diodorus catena Græca in Pentateuchum, ad cap.6. vers. 3. Theodoreti, atque Cyrilli expositionem sequuntur ad cap.6. Exodi vers.3. Cornelius à Lapide, & Leonardus Marius, Petrus Faber in Dodecamenone ad finem cap. quinti. Nierembergius de origine sacræ Scripturæ lib.3. cap.24. At quorsum in Genesi crebrò occursat nomen *Iehoua*, si ante Moysem latebat? Respondent prædicti recentiores Moysem per Prolepsim anticipasse nomen priusquam vulgaretur, & huius vsus apud sacros & prophanos scriptores exempla suggerit Faber Dodecam. cap. 6. sub initio; huius figuræ consuetudinem in sacra pagina agnoscit Augustinus lib.3. Quæstionum veteris Testamenti, quæst.23. in Leuiticum; *quando Moyse ascendente in montem iubentur non ascendere Sacerdotes, quos intelligere alios non possumus nisi filios Aaron: non quia iam erant, sed quia futuri erant, hoc eos iam tunc Scriptura appellanit per anticipationem sicut sunt pleraque talium loquutionum*; & Gregorius præfationis in Iob cap. 1. *morem sacri eloquij nescientes: quia in superioribus suis partibus solet breuiter longè post secutura perstringere cùm studet ad alia subtiliùs enuntianda properare.* Quòd si adstruas Moysem scripsisse librum Geneseos dum in eremo habitaret, & soceri gregem pasceret, vt quorundam opinio est: sed tum Dei nomen tetragrammaton ei reuelatum non fuerat, nam de hoc edoctus est postquam è deserto euocatus legatione ad Pharaonem tyrannum fungi iussus est Exod. cap.3. vers.14. igitur historiæ de mundi primordiis inserere non potuit; dicemus, vt ea certior existat sententia de tempore conscriptæ per Moysem Genesis, potuisse tamen ab eo confecto

S.Greg.&c.

Theodoret.

Cyrillus,&c.

Augustin.

Gregor.

operi

Greg. &c. operi in secundis curis reponi quibusdam locis Numen Dei *Iehoua*; admonet quippè Andreas Masius in cap. 15. Iosue, vers. 5. *limes verò ad Orientem*, &c. perpetuum, ferè sacrarum rerum scriptoribus morem esse vt recentissima quæque nomina vsurpent vetustiora, nisi iocorum celebriorum, dissimulent silentio; quo ex more Hieronymus pro *Alexandria* antiquo vocabulo *No* modernam vocem substituit; inquit enim lib. 9. in Ezechielem, ad cap. 30. initium, in illud, *faciámque iudicia in Alexandria*, &c. *cæterùm pristinum nomen habet No, quod Aquila, Symmachus, & Theodotio, sicut in Hebræo positum est, transtulerunt; pro quo nescio quid volentes L X X. dixêre Diospolim, quæ Ægypti parua ciuitas est; nos autem pro No Alexandriam posuimus per anticipationem, quæ Græcè* [illegible] *appellatur, iuxta illud Virgilianum, Lauiniaque venit littora, non quòd eo tempore quando venit Æneas in Latium Lauinia dicerentur, sed quæ postea Lauinia nuncupata sunt, vt manifestior locus fieret lectoris intelligentia*; hoc igitur ex ritu vbi de creatore in Genesi mentio elucet, voluit frequenter Moyses pro antiquis nominibus Dei recentem appellationem *Iehoua* subrogare Esdram. Denique sunt qui volunt in recognitione veteris Instrumenti per ipsum facta, post absolutam Babylonicam captiuitatem etiam in Genesi pro antiquatis nominibus nouè exorta substituisse, vt pro *Cariath Arbe* Genes. cap. 13. vers. 18. *Hebron*; & pro *Lais*, siue *Lesem* Genes. cap. 14. vers. 14. *Dan*, vt insinuant Pererius Genes. cap. 14. vers. 14. num. 38. & Genes. cap. 23. vers. 1. num. 6. Serrarius in Prolegomenis Bibliacis cap. 12. quæstiuncula 1. & apertè Tornielius tom. 1. anno Mundi 3610. num. 20. Simili igitur modo potuisse ab illo pro aliis Dei nominibus subrogari quibusdam locis Dei nomen tetragrammaton, & *ineffabile*.

Hieronym.

Theodoret.

Cyrillus, &c.

Pererius, & alij.

45. Moysis igitur gloria est, nominis *ineffabilis* nec Abrahæ, nec Isaac, neque Iacob concreditam accepisse notitiam. Verùm quid ea tam abstrusa, & compendiariis litterarum notis obuoluta appellatione indicabatur? Galatinus lib. 2. de arcanis, cap. vndecimo, & duodecimo ex Rabinorum expositionibus visus est probare voluisse eo designari nomine Trinitatis mysterium; nec Galatini conatus in eadem propensio displicuit Viegas commentario 2. in cap. duodecimum Apocalyps. sect. 1. numer. 3. Sed rectè adnotauit Bonfrerius ad cap. 3. Exodi, vers. 3. ibidémque à Lapide, considerationes has Rabinorum non fundari nominis etymologia, & genuina significatione, de qua tamen indagamus, sed mysticis, & symbolicis quibusdam discursibus, itaque litteralis non est expositio, sed allegorica, vel potiùs accommodatitia, quia tamen ex penu Iudæorum nata, ad hos de Trinitatis mysterio conuincendos nonnihil conducere poterit; quod solùm arbitror spectasse P. Vasquez tom. 1. in 1. part. disput. 108. cap. 3. acriùs verberat Alcazar in cap. 1. Apocalyps. vers. 4. annotatione 3. sect. 2. *Cabalisticam* reputans. Alij volunt *Iehoua* & *Iesua*, *siue IESV* nomen eadem esse; quare *Saluatorem* designare, sic namque Iesum Angelus interpretatur Matth. cap. 1. vers. 21. *Et vocabis nomen*

Augustin.

Gregor.

Alcazar, & alij.

Matth. 1. 21.

*eius IESVM, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum*; Angeli explicationem de vocis origine miro consensu Orthodoxi excepère Theologi, idque à nascentis Ecclesiæ infantia, vt obseruat Iansenius concord. cap. 7. & quod negare ausi fuerint Iudæorum quidam R. Elias in Tisbi voce ישו *Iesbu* inuidentiæ deputat: *Dicunt Christiani Messiam ipsorum vocatum fuisse Iesbua iussu Angeli Gabrielis, eo quòd liberaturus esset totum mundum*, &c. *& quia Iudæi non credunt, quòd ipse sit Seruator ille, idcircò nolunt ipsum vocare* ישוע *Ieschua, sed tollunt Hain litteram, & pronuntiant* ישו *Ieschu*; hæc adscribi sententia consueuit Burgensi additionibus ad cap. 3. Exodi in fine, & Galatino lib. 3. de arcanis cap. 20. Sed Galatinus cum suo quid affirmet ex iudicio exprimit, ab ea discedit. Paulus à Sancta Maria solùm denotat significatum vtriusque vocis combinari posse; eam docere visus Iacobus de Valentia Christopolitanus Episcopus ad calcem expositionis in Psalmum 117. vers. 15. *Deus meus es tu*, &c. pro more conatus ex Sectariorum grege Andreas Osiander in cap. 1. Matthæi quem passim cæteri interpretes reiectant; ac primùm quidem ne quatuor litterarum esse vtramque dictionem volunt aliqui, ideo nomen *IESV* non esse tetragrammaton, scribitur quippè litteris יהושוע *Iehoschuah* quæ sunt sex; at huius argumenti non magnam putamus vim; rectè enim diiudicant Lorinus ad cap. 7. Actorum vers. 45. Cornelius in c. 13. Numeror. vers. 17. Franciscus Lucas in cap. 1. Matth. vers. 21. Adam Contzen ibidem quæst. 1. præfatam vocem, & illam quæ contractiùs scribitur per quatuor litteras ישוע *Iesuah* idem penitus designare, & inter positas litteras in nomine sex elementorum non reputandas essentiales; nam siue hoc, siue illo modo scribautur 1. Paralipom. cap. 7. vers. 27. & lib. 2. cap. 31. vers. 15. Esdræ 1. cap. 3. vers. 2. cap. 2. vers. 36. & 40. & lib. 2. cap. 12. vers. 26. Aggæi cap. 1. vers. 1. cap. 2. vers. 3. Zachariæ cap. 3. vers. 1. Septuaginta & vulgatus, Philo quoque Hebræus, & Iosephus Iosue nonnunquam Iesum communissimè transferunt; & de Iosue author Ecclesiastici cap. 46. vers. 1. *Fortis in bello Iesus Naue, qui fuit magnus secundùm nomen suum, maximus in salutem electorum Dei, impugnare insurgentes hostes*; tribuens ei *Iesu* appellationem, & nominis etymologiam, hoc est, *saluus faciens*; quod vtrumque ei conuenisse in typum Messiæ ex trita Patrum expositione commonstrat Suarez tom. 2. in 3. part. disputatione 15. sect. 2. §. *Secundò obseruandum*, &c. Verùm vt nomen eorum, quibus ante Christum Dominum obtigit, *IESV* appellatio vltrà quatuor litteras Hebræorum Alphabeti excreuerit, sed filij Dei nuncupationem quatuor absolui hereis titulus sanctæ Crucis, qui Romæ patebat, confirmat, vt obseruant Salmeron tom. 3. tractat. 37. §. verùm isti, &c. Toletus in cap. 1. Lucæ, annotatione 85. Viegas commentario 2. in cap. 12. Apocalyps. sect. 1. num. 6.

R. Elias, & alij.

Eccli. 46. 1

Suarez, & alij.

Esto igitur ambæ dictiones *Iehoua*, & *Iesuah* quatuor fuerint litterarum, at non ob hoc idem nomen, quia nec iisdem constabant litteris, nec ab eadem deriuantur radice; ישוע *Iesuah* quippè, 46.

siue I e s v litteræ quatuor sunt, nimirum י, ש, ו, ע; alterius autem dictionis יהוה *Iehouah* quatuor, de quibus coalescit, litteræ sunt י, ה, ו, ה; origines etiam ambarum vocum diuersæ; nam *Iehoua* trahitur à radice היה *haiah*, quo verbo significatur E s s e; *Iesuah* verò, siue I e s v s deducitur à ישע *Iasah*, quod valet apud nos idem ac *saluare*, vnde I e s v s Græcis dicitur σωτήρ, Latinis *Saluator*, ostendit Bellarminus ad finem Grammaticæ Hebrææ exercitatione in Psalmum 33. versu 6. Agnoscit Magister Ludouicus Legionensis lib. 3. de nominibus Christi, vocabula *Iehoua*, & *Iesuah*, siue I e s v m diuersis scribi characteribus, sed tamen adstruit quatuor litteras nominis *Iehoua* includi in I e s v nomine, quod pluribus quàm quatuor litteris constat; idem sentit Stephanus de Salazar Carthusianus discursu octauo in Symbolum fidei, sequutus Reuchlinum lib. 3. de verbo mirifico, cap. 14. Verùm vt hoc concedatur quid inde gloriosum salutari vocabulo I e s v? Nam, vt benè perpendit in locis noui Testamenti, Angelus Caninius cap. 1. sub finem, & Salmeron tom. 3. tractat. 37. §. *primò igitur*, &c. alia etiam nomina, quibus promiscuè omnium ordinum homines appellantur, litteras dictionis *Iehoua* includunt, exempli causa יהודה *Iehudah*, siue *Iuda*: opportunius illud videbatur, quod parte 2. in Canticum Salomonis Epithalamio 1. vespertino, appendice ad cap. 1. versum 3. admonet Salazar, videlicet nomen regale I e s v claudere ineffabile illud *Iehoua*, quia verbum *Iehosuagh*, hoc est, *IESVS*, sic enim Hebraicè scribendum autumant nonnulli, coalescit ex *Iehouah*, & *Iesagh*, & significat ita, *Dominus, siue Deus Saluator*. Sanè *Dominus salus* interpretandum existimat Iansenius concord. cap. 7. Galatinus autem lib. 3. cap. 20. *Dominus, seu Deus saluabit*; nec Patrum ope hæc destituta est cogitatio, nam Hieronymus in cap. 1. Aggæi in illud, *Ad Zorobabel filium Salathiel*, &c. *id autem, quod Pontifex erat, portabat cognominis eius Iesus, qui interpretatur, Deo salus, id est, Domini salus, & est filius Iosedech*; Eusebius autem demonstrationis Euangelicæ lib. 4. cap. vltimo adfinem, Ἰησοῦ δ᾽ ἐστὶν Ἰαὼ σωτηρία, τοῦτ᾽ ἔστι, θεοῦ σωτήριον: *Iosue verò est Iao salus, hoc est, Dei salutare*; per *Iao* autem *Iehouam* intelligebant, vt ostendimus num. 39. sed vereor ne Hieronymus mysticè, & non litteraliter etymologet nomen I e s v, nam L X X. & ipsi in translationibus σωτήρ est, id est, *Saluator* absque adiuncto Dei vocabulo, & radix ישע *Iaschah saluare* tantùm innuit; denique id probant qui eum in modum explicant, non sanè quod vox *Iehoua*, & *Iesuah*, seu I e s v s, eadem sit, sed quòd I e s v nomen combinetur ex duplici vocabulo, altero *salutem*, altero *Deum* significante. Sed quid desudamus, vt *Iehoua* & I e s v nomina computentur eadem, quando etsi *Iehoua* vox quatuor litterarum habeatur, incertum tamen sit num appellatio fuerit, quod apud Iudæos nomen Tetragrammaton, & *ineffabile* dicebatur? omnes recipiunt nomen *Deo* fuisse, quod *impronunciabile* Hebræi æstimarent, sed an huius appellationis germanum vocabulum fuerit *Iehoua* sub lite iacet nitentibus in oppositum viris doctis, quos retuli num. 41. Quare non firma argumentatio est, nomen *Iesu*, & *Iehoua* idem esse; igitur & nomen I e s v est nomen, quod olim *ineffabile* Synagoga putauerat.

Bellarmin. & alij.

Galatin.

Hieronym.

Eusebius.

47. Verùm licèt sub disputatione versetur, quænam fuerit vox Hebræa, quæ nomen *ineffabile* conficiebat, Patres tamen & interpretes hoc & superiori articulo recensiti agnoscunt, dictione illa expressum diuinum, *quod à se, & necessariò* Deus habet E s s e: at probe aduertunt in cap. 3. Exodi, vers. 14. & in cap. 6. vers. 3. Caietanus, Steuchus, & Lippomanus non denotare E s s e Dei quatenus hoc præcisè refertur ad Deum ipsum, & nihil sonat aliud, quàm Deum in suo E s s e constitui, sed quatenus etiam Deum facit omnis creatæ essentiæ Authorem; dicitur ergo Q v i e s t, non solùm quia in semetipso sit omnis essentiæ, & vitæ plenitudo, sed quia ab ipso cuncta habent, vt sint, & viuant; & non malè exposuere quidam apud Galatinum lib. 2. cap. 10. Q v i e s t, hoc est, *qui essentiat*, videlicet *qui dat omnibus esse*; quæ placet declaratio Ariæ Montano in Ioseph. cap. 2. Masio in cap. 6. Iosue, vers. 2. Sixto Senensi Bibliothecæ lib. 2. littera P. verbo *Pontificalis vestis*, &c. & lib. 3. titulo *de Physica expositione*. Ac meo quidem iudicio nomen tetragrammaton, & ineffabile sub hac consideratione est nomen *salutis*, & nihil differt sensu spectato à nomine potentissimo I e s v: quid est enim *saluum facere*, nisi vitam tribuere, sanitatem conseruare? ex hoc autem debuisse omnes nationes summum illud Numen cognoscere, agnitum religiosè venerari argumentabatur Paulus Actor. cap. 17. vers. 25. *Cum ipse det omnibus vitam, inspirationem, & omnia*, & vers. 28. *In ipso enim viuimus, mouemur, & sumus*; & Ioannes cap. 1. vers. 4. *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum*; non solum quia Deus in seipso vita perfectissima est, sed quoniam ab ipso omnis vita, salúsque & corporum, & animarum profluit, vt exponunt Cyrillus lib. 1. in Ioannem cap. 6. Chrysostomus Hom. 4. Theodorus Mopsuastenus in catena Græca, Theophylactus, atque Euthymius in præfatum versum; quare & pro nomine ineffabili communissimè vices gerit dictio אדני *Adonai*, pro qua apud L X X. κύριος, seu δεσπότης, apud vulgatum *Dominus*, non solùm, quia sit vocabulum quatuor ex litteris conflatum, sed quoniam absoluta & suprema illa potestas non aliud denotat, vt existimat Bellarminus lib. 1. de Christo cap. 7. §. *præterea nomen*, &c. quàm quod nomine tetragrammato indicatur, videlicet, eum Q v i e s t *esse fontem essendi, & cùm non habeat esse ab alio, dare rebus omnibus vt sint*; quamobrem nomen I e s v mirificè concidit cum nomine tetragrammato hanc in normam exposito, vtriusque enim est omnem curationem & sanitatem largiri, vtriosque *salutem*, quo vocabulo apud Hebræos, omnium bonorum cumulus significatur, spiritu & corpore ægrotis; atque hac sub etymologia nomen I e s v *proprium* est solius Dei filij carnem induentis, & ritè de eo Isaias ex aliquorum interpretamento, cap. 62. vers. 2. *Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit*; nam respectu eorum, qui sub lege floruerunt, appellatiuum erat, & vulgare, omnes enim temporaneam attulerunt opem; redimere à peccatis solus poterat

Arias Mon. & alij.

*τὸ Tetragrãmaton. salutis nomen.*

Actor. 17. 25. 28

Ioann. 1. 4.

Cyrillus, & alij.

Isai. 62. 2.

poterat Homo Deus, gratiámque, & gloriam contribuere.

48. *Quæstio.* Quæstio autem obotitur; nam si Dei nomen tetragrammaton eius designabat essentiam cum virtute rerum productrice, quam ob causam hæc, quæ lumine naturali vniuersis patebant, vocabulo *impronuntiabili* occultare Numini visum est? Non enim claras veritates abscondere Deo moris est, sed vel supernaturalium donorum cognitionem, vel quæ ad Triados arcanum spectant, alioquin si & existentiam suam caligine inuoluat, quo pacto illuminatutus sit omnem hominem venientem in hunc mundum? aut ipsi homines quomodo inexcusabiles erunt eò quòd creatorem suum non agnouerint? Deinde cùm sub hac notitia Deus egregiè patuerit Abrahæ, Isaaco, & Iacob, cur Moysi dictum *Exodi 6. 3.* Exodi cap. 6. vers. 3. *& nomen meum Adonai non indicaui eis?* esto enim vocabuli alicuius Dei existentiam & virtutem significantis non habuerint lucem, sed hoc exiguæ laudis Moysi fuerit, si meliora de Deo non nouerit, neque enim Theologus nobilior habetur, qui plurium idiomatum, quibus Deus exprimitur, significationes tenuit, sed qui de ipso Deo altiora rimatur. *Respondetur.* Dicimus, esto nomine tetragrammato non iudicaretur supremum Numen vt gratiam, & beatitudinem supernaturalem conferens, sed solùm vt Author naturæ est, tamen æquum fuisse vt Hieroglyphicis integeret characteribus; nam Moyses Ægyptiorum sapientia eruditus fuerat: hi autem eo sub tempore cùm se mortalium omnium doctissimos vniuersæ disciplinarum encyclopædia arbitrarentur, maximo tamen fastu turgebant ob Hieroglyphicas litteras, & totam symbolorum atque ænigmatum facultatem, qua cæteris Gentibus longè *Philo, & alij.* præcellebant, testibus Philone in vita Moysis lib. 1. non longè à principio, & Clemente Alexandrino stromatum lib. 5. cap. 2. & lib. 6. cap. 2. vide Pererium disput. 8. & 9. in cap. 2. Exodi, Salianum tom. 2. anno Mundi 2470. num. 10. Sandæum lib. 6. Theologiæ symbolicæ exercitatione 1. & 2. Quo igitur horum superbiam confunderet Numen, voluit seruum Moysem, eiusmodi vulgarem de Deo notitiam Hieroglyphicis comprehensam litteris, quam Ægyptiorum cuncti sapientes ne leuiter attingere valerent; deinde propter Hebræos ipsos, quippe natio illa cùm ceruicosior esset maiestate, & timore frænanda erat: ad hanc autem conducebat opinio de inaccessa Numinis essentia, & nomine in tantum augusto, vt profari non posset nisi à sacratissimo omnium Hierarcha; quid enim non trepidarent ab eo, qui posuit tenebras latibulum suum, non magnæ solùm diuinitatis, sed etiam vocis, qua hæc repræsentabatur? Iam quod significatum numinis tetragrammati non latuerit Patriarchas Abraham, Isaac, Iacob, fatemur quidem, sed folgentiori luce donatus est Moyses, itaque de Deo vno cumulatissimè edoctus est, quem nomen *ineffabile denotabat*, & Abrahamo, Isaac, atque Iacob in Theologia eruditior factus est, quæ est interpretum ad cap. 6. Exodi vers. 3. trita sententia, nec mirum quando & Deum intuitiuè à Moyse ad internallum fuisse visum opinio non futilis habeatur; illud pro colophone *S. Thom.* addendum S. Thomam 1. part. quæst. 13. art.

*P. Sherlogi Antiq. Hebr. Dioptra.*

vndecimo ad 1. insinuare nomina Dei QVI SVM, & tetragrammaton esse diuersa, nobiliotémque, & *propriam* magis esse appellationem ex quatuor litteris conflatam; & fieri quidem potuit vt nomine *ineffabili* satis penetraro, quod Moysi licuit, diuinæ essentiæ perfectiones & distinctiùs, & clariùs attingerentur; sequitur B. Thomam Burgensis additionibus *Burgensis, & alij.* cap. 3. Exodi §. *circa quartum*, &c. equidem & D. Hieronymus epistola 36. ad Marcellam duo nomina facit, idémque Isidorus Hispal. originum lib. 7. cap. 1. *Quod autem dici consuenit*, & Lyra ad cap. 6. Exod. vers. 3. Galatinus lib. 2. cap. decimo memorant, per nomen tetragrammaton eiusmodi in Deo repræsentari perfe- *In Deo repræsentari perfectionem.* ctiones, quarum in creaturis nec similitudo, nec vestigium reluceat, Vasquez non recipit disput. 59. in 1. part. cap. 3. num. 9. neque Tena in cap. 2. epistolæ ad Hebræos, difficultate 4. sect. 4. num. 26. Nam si denotat ESSE in Deo, conuenit rebus creatis quoque *esse*, sin vlteriùs addat *virtutem productricem*, est quoque potentia ad producendam in creatura; nec obstat, quòd esse in Deo non sit ab alio vti in creaturis, sic enim nec cognitio, nec amor in creatis eodem se habent modo atque in Deo, ac proinde fieret contra scholæ commune placitum cognoscentis & amantis denominationes non esse in quibus assimilentur Numini Angelus, & homo; non immeritò igitur rigore nominum spectato tetragrammaton ex communicabilium serie esse perhibetur.

---

## SECTIO VII.

### *Nomen Dei Tetragrammaton, & ineffabile, an Ethnici cognouerint? & quæ Ara Deo Ignoto inscripta?*

IEhouæ nomen, siue quodcumque allud ineffabile, & tetragrammaton nuncupatum vix ipsis Hebræis familiare, solus enim pronunciabat maior sacrorum Antistes, idque in Sanctuario, & magnis festiuitatibus, imò ne hæc ipsa tam exigua fandi copia fatis explorata, vt Pererius vidit disputatione 2. in cap. 6. Exodi, numer. 13. testibus enim nititur Rabinis; sunt nihilominùs, qui ab omnium Prouinciarum mortalibus vsurpatum existimant; sanè inter Iudæos ipsos, qui à vera religione ad vanorum Numinum cultum defecerant, ausos ementiris Diis reconditam illam quatuor litterarum appellationem tribuere, indicat Sapientiæ Author cap. 14. vers. 21. *Quoniam aut affectui, aut Regibus deseruientes homines, incommunicabile nomen lapidibus, & lignis imposuerunt*; & ex Iudicum cap. 17. vers. 2. & 3. *Benedictus filius meus Domino; reddidit igitur eos matri suæ, quæ dixerat ei: Consecraui, & vouihoc argentum Domino*, &c. elicitunt ibi Burgensis in additionibus, Caietanus, Bonfrerius, à Lapide, Serrarius quæstiuncula 4. Ribera in cap. 4. Oseæ num. 34. Alphonsus de Mendoça quæstion. 7. expositiua, num. 3. in fine; hinc igitur coniectari possimus, quemadmodum vitulī

49. *Iehoua nomen vix ipsis Hebræis familiare.*

*Pererius.*

*Sap. 14. 21.*

*Iudic. 17. 2, 3.*

*Burgensis, & alij.*

C 2 &

& stellarum, aliorúmque falsorum Numinum vetitam adorationem Hebræi ex finitimarum Gentium disciplina ab Assyriis, Phœnicibus, & potissimum ab Ægyptiis didicerunt; sic etiam vicissim Iudæos aliorum regnorum hominibus communicasse notitiam appellationis ineffabilis, quam verò Deo negatam Diis inanibus deferebant; siue igitur ex hoc fonte haustam, seu aliunde deriuatam, *Iouis* appellationem à nomine Hebræo *Iehouah* mutuatos fuisse Paganos opinantur Eugubinus lib. 3. de perenni Philosophia cap. 13. Angelus Caninius de locis Scripturæ noui Testamenti cap. 1. Burgensis additionibus ad cap. 3. Exodi, circa primnm. Salmeron Prolegom. 10. quinquagena 2. canone 9. Escalante in Clypeo Concionatorum lib. 4. cap. 9. qui duo augurant dæmonis instinctu Gentilium Poëtrastros ad veri Numinis irrisionem eius appellatione abusos *Iehouam* in *Iouem* conuertentes. Fortunatus Scacchus tom. 2. Elæochrismaton. Myrothecio 2. cap. 50. §. *quamobrem*, &c. & latè Ioannes Seldenus de Diis Syris syntagmate 2. cap. 1. Equidem elapso capite num. 39. perspeximus nomen Tetragrammaton declaratum à Patribus, quod *Iao* sonaret, aut *Iaia*, aut *Iabe* quæ non longè discrepant à voce *Iouis*: tum etiam apud Augustinum lib. 1. de consensu Euangelistarum cap. 22. *Varro autem ipsorum, quo doctiorem apud se neminem inueniunt, Deum Iudæorum Iouem putauit, nihil interesse censens quo nomine nuncupetur, dum eadem res intelligatur, credo illius summitate deterritus; nam quia nihil superius solent colere Romani, quàm Iouem, eúmque Regem omnium Deorum arbitrantur; cùm animaduerteret Iudæos summum Deum colere, nihil aliud potuit suspicari, quàm Iouem*; & tradit Aulus Gellius Atticar. noctium, lib. quinto, cap. 12. *Iouem Latini veteres à iuuando appellauêre, eundémque alio vocabulo iuncto Patrem dixerunt; nam quod est in elisis, aut immutatis quibusdam litteris Iupiter, id plenum, atque integrum est Iouis pater*; & quidem olim declinatum in recto *Iouis* perhibet Varro lib. 7. de lingua Latina propè finem; Iupiter igitur, hoc est, *Iouis pater*; hoc autem *Iouis pater* quasi *Iehoua pater* adiuncto *Iehouæ* patris vocabulæ, vt supremum esse Numen ostendatur.

*Iouis appellatio vnde mutuata.* Eugubinus, & alij. *Declaratur à Patribus.* Augustin. Aul. Gellius. Varro. *Iupiter, Iouis pater.*

50. Sed quanquam inter voces aliqua cernatur affinitas, obstat veram esse suspicionem, quoniam probari nequeat *Iehouam* fuisse vocem, quæ nomen tetragrammaton & ineffabile reipsa, & genuinè constituebat, imò recentem esse dictionem à centum & quinquaginta annis, aut nonnihil ampliùs in apricum erutam, suggessimus cap. præcedenti, num. 41. & quanquam largiremur, id nominis fuisse, quod Moysi reuelatum, sed illud Iudæi nec audiebant, nec pronuntiabant, solus efferebat Princeps Sacerdotum, ac fortasse ne iste quidem, nec alteri quàm soli Moysi reuelatum; quónam igitur pacto aliarum Gentium idololatræ per Hebræos de voce *Iehouah* edoceri poterant, si hæc fuit vox illa *ineloquibilis*, atque *impronuntiabilis*? Nam quod Forerius præfatione in Isaiam §. in nominibus Dei, &c. affirmant L X X. Interpretes pro *Iehouah*, eò quod pronuntiari non debuerit quoties substituerunt aliud vocabulum, fecisse quidem, non quia non effari dictio potuerit, sed ne Iudæos, qui à pronuntiando ob superstitionem abstinebant, offenderent, haudquaquam placet; minùs verò quod Ioannes Seldenus syntagmate secundo de Diis Syris cap. 1. adstruit, Rabinorum nugis, scilicet nimium indulgere qui opinantur data opera eius absconditam pronuntiationem antiquioribus seculis; demonstrauimus quippè anteacta sectione ex Patrum doctrina nomen illud vel Hieroglyphicis occultatum litteris, vel vt effari posset, proloqui non ausos Iudæos ob religionem in Deum; quamobrem L X X. non vt vulgò morem gererent, sed ne sacratiora mysteria, omnium familiaritati exponerent, à vocis propria nuncupatione abstinentes κύριος, quod *Adonai* respondet, substituebant; quare à Iudæis non audiebatur alia vox pro nomine tetragrammato, & ineffabili, quàm *Adonai*, vel *Elohim*, quæ ambæ dictiones germanitatem cum *Iouis* vocabulo non habent, atque ideo *Iouis* appellatio à nomine tetragrammato non est deriuata. Addo, vt concedamus, qui *Iouem* pro *Iehoua* vsurpari posse contendunt, se per *Iouis* vocabulum nihil aliud intelligere, quàm quod *Iehoua* sonat, nimirum primam rerum causam, ens improductum, cui necessarium sit vt existat, à quo vniuersa pendent, cuius gubernatione, & prouidentia reguntur, quem in morem prisci de *Ioue* Sapientes disserunt; tamen ferendum non esse, quando sub *Iouis* nomine nullum turpitudinis genus non fuerit consecratum, (vt expendit Arnobius lib. 5. aduersùs gentes,) *vt videatur prorsus nullam esse ob aliam causam natus, nisi vt esset criminum sedes, maledictorum materia, locus quidam expositus, in quem spurcitiæ se omnes scenarum colluuionibus deriuarent*, vt huius appellatio in verum Deum omnis sanctitudinis purissimum fontem deriuetur; quare Augustinus lib. 7. de ciuit. cap. 9. *Hunc sanè Deum, penes quem sunt omnes causæ factarum omnium naturarum, naturaliúmque rerum, si Iouem populi appellant, & tantis contumeliis, tamque scelestis criminationibus colunt, tetriore sacrilegio sese obstringunt, quàm si prorsus nullum putaret Deum*; & Origenes lib. 5. contra Celsum; *quapropter quosuis cruciatus perferimus potius, quam Iouem fateamur esse Deum, nec enim eundem credimus Deum, & Sabaoth, imò ne Deum quidem Iouem, sed dæmona quendam qui delectetur hoc nomine, infensum hominibus, & inimicum vero Deo.* Lactantius autem diuinarum Institut. lib. 1. cap. 11. *Vana igitur persuasio est eorum, qui nomen Iouis summo Deo tribuunt; solent enim quidam errores suos hac excusatione defendere, qui conuicti de vno Deo, cùm id negare non possint, ipsum se colere affirmant; verùm hoc sibi placere vt Iupiter nominetur: quo quid absurdius? Iupiter enim sine contubernio coniugis, filiæque coli non solet: quid, quòd huius nominis proprietas non diuinam vim exprimit, sed humanam?* Quamobrem non rectè statuêre qui definiunt *Iouem* pro *Iehoua* concipi posse, propugnant Galatinus lib. 2. cap. 10. Genebrardus Præfatione in Psalmos ad Christianum lectorem, & lib. 1. Chronologiæ.

Forerius. LXX Interp. & alij. Arnobius. Augustin. Origenes. Lactant. Galatin. Genebrard.

51. Quanquam autem à nomine *Iehoua* nullo sit tempore formatum *Iouis* vocabulum, tamen iam inde

inde à Protoplasti ætate,& sub ipsis rerum exordiis maoifestatam vocem *Iehouah*, & omnium Gentium iuuocationibus celebratam scribunt Augustinus Steuchus lib. 3. perennis Philosophiæ, cap. 7. & seqq. Maldonatus initio commentarij in Psalmum 109. Goropius Becauns Hermathenæ lib. 1. & in origioibus Antuerpianis lib. 5. qui *Indoscythicus*; verùm iam nou semel admonui dictiooem *Iehoua* priscorum temporum noo esse vocabulum, sed à nuperis hebraizantibus adinuentum. Si igitur non de voce *Iehoua* loquamur, aut alia particulari dictione, sed in genere de nomine tetragrammato & ineffabili, quoeomque demum vocabulo repræsentaretur, disquirere quidem possumus, verùm aliarum uationum mortalibus, apud quos Ethnieæ vigebant superstitiones, communicata sit fama à Iudææ habitatoribus Deum coli sub titulo ineffabilis, & nomen habentis speciale, quod nee prouunciari, nec edoceri valuerit? Porrò hac sub consideratione nominis tetragrammati aliquo donatos rumore Paganos illud suadet, quòd præter Altaria, quæ cognitis falsorum Deorum titulis erigebant, vt Ioui, Apollini, Mercurio, Vulcano, Aras quoque anonymo, siue IGNOTO DEO ædificabant; nam Celtiberos,& qui ad Septentrionem eorum sunt vicini, innominatum quendam Deum io plenilunio cum ehoræis adorare memorat Strabo lib. 3. Geographiæ; de Gallorum autem idololatria S. Martialis epist 1. ad Burdigalenses, cap. 3. *nam dum altaria Dæmonum in puluerem redigerentur, Aram Ignoti Dei ad consecrationem reseruari iussimus*, &c. Lilius Giraldus in historia Deorum, syntagmate 17. titulo, *Supplicationes & lectisternia*, &c. inquit, Arabes sacrificare eamelos pingues, & saginatos in ara ignoti Dei, & Indi Peruani, nouæque Hispaniæ Deum ignotum veneraros, euios pronunciare nomeo abstinebant, referunt Acosta lib. 5. historiæ naturalis & moralis Indorum, cap. 3. Nierembergius in historia naturæ lib. 8. cap. 13. Notior cæteris Ara Ignoti Dei apud Athenas, de qua Lucas Actorum cap. 17. vers. 23. introducit Paulum loquentem; *præteriens enim,& videns simulachra vestra, inueni & aram, in qua scriptum erat, IGNOTO DEO.* oam Pausanias in Attica, seu lib. 1. iuxta initium apud Athenienses aram conspici ignotorum Deorum affirmat; itidem & lib. 5. seu in Eliacorom priori, ad medium: Laërtius lib. 1. in vita Epimenidis Philosophi, ob liberatos à peste Athenienses Deo Anonymo aras posuisse narrat; Herodotus lib. 2. seu in Euterpe ante medium, docet Pelasgos, qui in regione Atheniensium ipsis permixti viuebant, nulli Deorum aut nomen, aut cognomen imponere solitos, Philostratus lib. 6. vitæ Apollonij Thyanæi cap. 2. in fine, ait, Athenis aras Diis ignotis constitutas; Lucianus, seu quis alius author Dialogi, cui inscriptio, *Philopatris*, bis meminit *ignoti Numinis* apud Athenas; de his Rhodiginius lection. antiquar. lib. 25. cap. 5. Giraldus syntagmate 1. de Diis. Natalis Comes Mytholog. lib. 1. cap. 7. Tiraquellus in Alexandri ab Alexandro lib. 6. cap. 26. Iulianus Aurelius lib. 1. de cognominibus Deorum Gentilium, cap. 5. Dausquius de sanctitudine B. Pauli lib. 5. cap. 20.

Steucus, & alij. Martialis. Giraldus. Acosta, & alij. Actor. 17. 23 [illegible] Pausanias. Laërtius. Herodotus. Philostrat. Lucianus. Giraldus. Natalis, & alij.

52. Sed quid sub DEI IGNOTI coluisse appellatione nationes paganis irretitas superstitionibus arbitrabimur? Tertullianus lib. 1. contra Marcionem cap. 9. subindicare visus fabulosum aliquod Numen adorasse; *inuenio planè Ignotis Deis aras prostitutas, sed Attica idololatria est.* Chrysostomus verò Hom. 3. in cap. 1. epistolæ ad Titum non longè à principio, refert accersitos in vrbem suam ab Atheniensibus Deos peregrinos aliarum Gentium, vt *Pan* ex Arcadia; metuentes autem ne existeret & alios Deus, quem ipsi nescirent, huic quicumque esset, fabricato Altari titulum inscripserunt DEO IGNOTO: OEcumenius in Acta Apostolorum cap. 36. narrat Panis simulachrum apparuisse Atheniensibus cùm Philipidem mitterent petitum auxilia à Lacedæmoniis Persas Græciam inuadentes, & obiurgasse, quòd se neglecto alios Deos colerent; victoria autem potitos templum ei consecrasse, & tanquam veritos ne quid simile eis contingeret si quod aliud illis incognitum Numen præterirent, huic peregrino licèt velut præoccupata obseruantia Aram molitos,& inscripsisse IGNOTO DEO; qua ex Chrysostomi, & OEcumenij narratione colligitur Deum ignotum eos putasse Numen aliquod peculiare ex plurimis quæ falsò Ethnici adorabant; cùm enim omniom regnotum Deos cognitos non haberent, placandos existimabant si sub Anonymi titulo coluissent; nihil igitur erat *Deus ignotus*, quàm aliquid de fictorum Numinum multitudine, cuius eò quòd appellationem ignorarent, Aram *Incogniti* vocabulo superscripserant. Amplexanda tamen sententia est, quæ adfirmat verum Mundi creatorem, & rerum supremam causam infinitis exundantem perfectionibus IGNOTI DEI vocabulo significatum, docente Clemente Alexandrino Stromatum lib. 1. cap. 9. Nam ad locum Apostoli ex Actor. cap. 17. vers. 23. *Ex quibus clarum est, quod etiam poeticis vtens exemplis ex Arati Phænomenis approbat quæ apud Græcos rectè dicta sunt; & per Ignotum Deum honorari quidem per circumlocutionem à Græcis opificem Deum significauit*; docente pariter Augustino lib. 1. contra Cresconium Grammaticum cap. 29. *Habes in hoc ipso B. Pauli sermone, quem suprà ex Actibus Apostolorum commemoraui cum de Deo loqueretur, quia inscriptum in ara inuenerat Ignoto Deo; quem vos, inquit, ignorantes colitis, hunc ego annuntio vobis. Nunquid dixit, quia extra Ecclesiam colitis, non est Deus ipse, quem colitis? sed ait, quem vos ignorantes colitis, hunc ego annuntio vobis: quid eis præstare cupiens nisi vt eundem Deum, quem præter Ecclesiam ignoranter, atque inutiliter colebant, in Ecclesia sapienter, & salubriter colerent?* Sed quam ob causam sempiternum, verúmque Numen sub Ignoti Dei phrase colebant? Equidem licèt vulgus oberraret Deum corporeum existimans, & prolem, & matrimonia adscriberet, Sapientes tamen mentem, & Spiritum eum esse, & nullas sectilem in partes edocebant; atque hinc quod inaspectabilem & ignotum ipsum visibus humanis prædicabant, tantísque ornamentis cumulatum, vt nec mente, nec verbis comprehendi à quoquam possit, & ideo ineffabilis & ignotus computaretur; sic de Numine loquutos Philosophorum Antesignanos ostendimus in superioribus sect. 4. num. 51.

*Dei ignoti, verúmque cultus.* Tertullian. Chrysost. OEcumen. *Deus ignotus quis.* Ara Incogniti *vocabulo superscripta.* *Verus Mundi creator, & rerum suprema causa infinitis exundans perfectionibus Ignoti Dei vocabulo significata.* Clem. Alex. Augustin. *Sempiternum verúmque Numen sub Ignoti Dei phrasi colebatur.*

*P. Sherlogi Antiq. Hebr. Diatrib.*

cùm autem Sapientum numero,& delectu Athenæ imprimis florerent, horum suasu inter varia Deorum nomina, Deo non ficto Ara consecrata, qui quoniam supra nomen & intelligentiam vniuersam fuisset, *Anonymus & Ignotus Deus* vocatus est; sic de loco Actorum ex cap. 17. vers. 23. & inscriptione IGNOTI DEI opinatur Abulensis in Iudicum cap. 1. quæst. 8. in 4. Reg. cap. 5. quæst. 21. eadem est Baronij sententia tom. 1. anno Christi 52. num. 9. adstruentis, quoniam secundùm placita veterum philosophantium, Trimegisti & aliorum receptum erat, atque idipsum Sibyllina edocebant Oracula, nempè vnum esse Deum imperceptibilem, eundémque innominatum, & ineffabilem, ne cui Numini suus deesset honor, aram cum *Ignoti* epitheto, quo more à Philosophis exprimebatur, fabricarunt; Baronio accedunt in cap. 17. Actor. vers. 23. Lorinus, à Lapide, Tirinus, Serrarius opusculo de S. Paulo, & Iuda proditore, parte 3. num. 48. Massutius lib. 6. de vita S. Pauli cap. 7. Haloix tom. 1. de vitis Sanctorum Orientalium cap. 2. vitæ S. Dionysij Areopagitæ, F. Ioannes de la Puente de conuenientia duarum Monarch. lib. 2. cap. 23. §. 5. F. Raphael de Torres tom. 2. de religione in commentario art. 4. quæstionis 94. §. *Hæc non*, &c.

Abulens. Baronius. Lorinus, & alij.

53. At si verum esse Deum, vnicum, nec sensibus corporeis obuium, sed spiritalem, ineffabilem, incomprehensum Philosophi Ethnicis prædicabant, & ob hanc causam Ara *Dei Ignoti* cum epigraphe substructa est, quamobrem non patiter edocebant commentitiam esse cæterorum Numinum turbam, & admonebant eorum delenda sacraria? quibus respondemus, timidos fuisse Magistros; quare certè vel Platonem illum, quem in tantum laudarunt, vt propè diuinum nuncuparent Theodoretus sermone 3. de curandis Græcorum affectibus suggillat, quod vulgo placere cupiens, aut offendere metuens, veritatem dissimulabat; *ex quo planè constat*, (ait,) *Atheniensis populi metu adductum populari errore implicitum permansisse*; & de Socrate Lactantius lib. 3. diuinar. institut. cap. 19. *Quis iam superstitiones Ægyptiorum audeat reprehendere, quas Socrates Athenis auctoritate confirmauit sua?* idémque de Marco Tullio lib. 2. cap. 3. *Intelligebat Cicero falsa esse quæ homines adorarent, ait tamen non esse illa vulgò disputanda, ne susceptas publicè religiones disputatio talis extinguat*; de Seneca autem Augustinus lib. 6. de ciuit. cap. 10. *Sed iste, quem Philosophi quasi liberum fecerunt, tamen quia illustris populi Romani Senator erat, colebat quod reprehendebat, agebat quod arguebat, quod culpabat adorabat*; Philosophi igitur mali præceptores, aut timore mortis si aduersùs antiquas superstitiones concionarentur, aut spe gratiæ humanæ, aut vt vitia sua exemplis Deorum honestarent, mendacia Numina simul cum vero Creatore rerum adorari posse suggerebant; quare Paulus ad multitudinem Atheniensium Act. cap. 17. vers. 24. *Quòd ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis*; non quia ignorarent verum esse Numen, sed quia simul cum ipso Deos hesternos opera manum hominum colebant; hæc enim inscitia erat, & crassa quidem, idololatriæ nempè delictum; vnde Chrysostomus apud Photium Bibliothecæ codice 270. oratione in sanctum Paulum vocat *aram Ignoti Dei, aram Diaboli, & inscriptionem erroris*, non quòd illud falsis Diis consecraretur, aut titulus de Numine vano esset, vt idem Chrysostomus Homilia 38. in Acta Apostolorum expendit, inquiens: *Dic enim de quo dicitur proprie, Ignoto Deo, de conditore omnium, an de dæmone, quum & illum ignorarint, hunc verò scierint?* sed quia error maximus erat vero Deo associare Dæmones, aut homines, & litare iis tanquam diuinitate præditis; hoc autem licèt esset ingens peccatum, quia tamen multitudo approbationem Philosophorum obtendere poterat, eò quòd Polytheismum excusabant, Apostolus culpam mitigaturus *ignorantiæ* vocabulo attenuat.

Theodoret. Lactantius. Augustin. Actor. 17. 24. Chrysost. *Ara Ignoti Dei, ara Diaboli, ex Chrys.*

Præfata expositio sufficiens est, & rectè locum Actorum declarat, sed nec minùs polita est, quæ interpretatur de Deo per nomen tetragrammaton, & ineffabile significato; habet Hieronymum patronum lib. 14. in Ezechielem, in illud cap. 16. *& coronam decoris in capite tuo*, &c. *Signum Dominicæ sanctificationis nomen est omnipotentis Dei, quod quatuor litteris Hebraicis scribitur, & apud eos vocatur ineffabile, dum nomen eius non potest dici; cuius maiestatem etiam Gentilitas non ignorat, & Atheniensium testatur ara Ignoto Deo.* Actorum verba sic aptiùs explicanda opinatur Sanchez ibi cap. 17. num. 9. ac suppono quidem notitiam delatam ad Nationes Paganismo infectas de sacris Iudæorum, quemadmodum videlicet, vnum Numen colerent, quod innominabile, atque ineffabile prædicarent, siue hanc Ethnici cognitionem assequuti fuerint à Iudæis, qui exteras inhabitabant Prouincias, quorum multitudo ingens erat, seu quia Gentilium Doctores in Palæstinam, & Ægyptum peregrinati didicerint ab Hebræis; certè Platonem ita didicisse, quomodo Hebræorum Deus sibi appellationem indiderit SVM QVI SVM, Augustino placuit lib. 8. de ciuit. cap. vndecimo, Eusebio insuper lib. 11. de præparar. Euangelij, cap. 8. & probat fusè Steuchus Episcopus lib. 3. de perenni Philosophia, cap. 7. & 13. Sed de nomine tetragrammato, & ineffabili speciatim Eusebius Pamphili memorato lib. vndecimo Euangelij præparationis, cap. 6. *Nam & septem quoque vocalium inter sese commissionem eiusmodi nomen efficere volunt, quòd explicari voce non possit, quódque Hebræi quatuor elementis inclusum summæ Dei potestati exprimendæ attribuunt, sic tamen vt idem proferri vulgò non posse longa serie posteri à maioribus acceperint: & verò vnus etiam aliquis è Græciæ Sapientibus idipsum vnde hauserit, subobscurè his versibus adumbrauit:* 54.

Hieronym. Sanchez. Augustin. Eusebius. Steuchus.

*Me septem interitus expers vocalia Numen,*
*Cunctorúmque Patrem septem elementa vocant.*

Iudæam Plinius lib. 13. cap. 4. *gentem contumelia Numinum insignem vocat*, nempè, quia de Hebræis percrebuerat fama, solos esse mortalium, qui vnum tantùm rerum opificem agnoscerent: hunc autem quo ritu colerent, Tacitus subindicat, nam histor. lib. 5. cap. 5. postquam Plinij corroborauit effatum, inquiens, *Nec quidquam priùs imbuuntur, quàm contemnere Deos*; mox subaddit; *Iudæi mente solà, vnúmque Numen intelligunt*; non quòd vocali oratione Deum Hebræi non laudarent, quibus in hymnis & canticis, melodísque salutare instrumentis frequens erat, sed quoniam sub nomine proprio tetragrammato non inuocabant, quoniam istud

Plinius. Tacitus.

labiis

labiis impronuntiabile erat, atque ita mente tantùm concipiebatur, de quibus eam ob causam cecinisse Lucanus cogitatur vers. 590. *Lucanus.*

*Cappadoca mea signa timent, & dedita sacris*
*Incerti Iudæa Dei.*

ideo videlicet *non certus Deus*, quia nomine carens, sic enim docebant Hebræi, *ineffabilem* nuncupari. Sed pulchra verba sunt apud Dionem Cassium lib. 37. non longè à principio: *Cassius.* κεχωρίδαται δὲ ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, ἔς τε τὰ ἄλλα τὰ περὶ τὴν δίαιταν πάνθ' ὡς εἰπεῖν, καὶ μάλισθ' ὅτι τῶν μὲν ἄλλων θεῶν οὐδένα τιμῶσιν, ἕνα δέ τινα ἰσχυρῶς σέβουσιν. οὐδ' ἄγαλμα οὐδὲν οὐδ' ἐν αὐτοῖς ποτε τοῖς Ἱεροσολύμοις ἔσχον, ἄρρητον δὲ δὴ καὶ ἀειδῆ αὐτὸν νομίζοντες εἶναι, περισσότατα ἀνθρώπων θρησκεύουσι. καὶ αὐτῷ νεών τε μέγιστον καὶ περικαλλέστατον, πλὴν καθ' ὅσον ἀχανής τε καὶ ἀνώροφος ἦν, ἐξεποίησαν. καὶ τὴν ἡμέραν τὴν τοῦ Κρόνου καλουμένην ἀνέθεσαν. *Iudæi distincti sunt à cæteris gentibus cùm in omnibus ferè rebus, quæ ad viuendi normam spectant, tum maximè quòd aliorum Deos cunctos negligunt, vnus quidam est, cui soli amplissimos, & maximos honores habent; simulachrum nunquam Hierosolymis habuerunt, sed ei Deo, quem ineffabilem, & aspectui non obnoxium arbitrantur, magnificè præter cæteros homines, religioséque seruiunt; cui templum maximum, & pulcherrimum, nisi quòd vastum, & sine tecto vllo est, construxerunt; diémque, qui Saturni appellationem habet, consecrauerunt.* Vides, quemadmodum de Hebræorum Deo quatenus *inuisibilis*, & *innominabilis* censebatur, non obscura apud Ethnicos notitia? quòd autem Dio Nicæus affirmat Templum subdiale atque apertum fuisse, accipiendum de templo exteriori, vbi atria Israëlitarum & Sacerdotum, quò orandi gratia confluebant; nam interior pars vbi sancta, & oracolum, tegebatur; lege Theodoretum quæst. 22. in lib. 3. Regum, & quoniam sub patenti area externi ambitus Templi preces Hebræi fundebant subleuatis in æthera luminibus à Paganis existimatum cæteris repudiatis diis, *nubes & lucem eos* colere solùm, vnde Iuuenalis Satyra 14. vers. 97. *Iuuenalis.*

*Nil præter nubes, & cæli lumen adorant.*

55. Ergo cùm perciperent Athenienses de Hebræorum Deo, *Ignotum* haberi, quia cùm forma careat, humano aspici lumine nequeat, & eiusdem quatuor litterarum nomen *ineffabile* reputari, & has ob rationes incerta esse, quæ de eo tradantur, inducti sunt vt inter Deorum varias consecrationes, etiam Iudæorum *Ignotum Deum* *Iudæorum Ignotus Deus.* colerent, eíque Aram fabricarent; equidem non contemnenda est illa OEcumenij c. 26. in Acta *OEcumen.* Apostolorum narratio, scilicet dicere quosdam, pestem quondam Athenis grassatam fuisse; cùm *Pestis quondam Athenis.* autem nihil adiumenti à Diis indigenis accepissent, opinantes fortasse quendam esse Deum, quem ipsi honore prosequi omisissent, quique pestem immiserit, nouam extruentes Aram, inscripserunt *Ignoto Deo*; cumque ipsi sacrificassent, statim curati sunt; ac sanè pestilentis morbi, quo Athenarum ciuitas miserè afflicta est, *Ara Athenis Ignoto Deo inscripta.* Thucydides lib. 2. de bello Peloponensi aliquantum à principio; & de eodem, positisque eam ob causam aris Deo Anonymo, testatur Laërtius lib. 1. circa initium vitæ Epimenidis Philosophi. Quid igitur? an suspicandum Athenienses à Iudæis inter eos commorantibus admonitos vt à vero, simplicique Numine, quem ipsi venerantur, & cuius tam sit incomparanda Maiestas, vt vel nomen indicibile existimetur, opem aduersùs grassantem pestilentiam exposcerent, & medicina implorata Aram cum characteribus *Dei Ignoti* ædificauerint? atque vt olim Cuthæi, *cùm Dominum colerent, Diis quoque*, (vt loquitur Regum textus lib. 4. cap. 17. vers. 33.) *seruiebant iuxta consuetudinem Gentium, de quibus translati fuerant Samariam*; fuit igitur Mundi sincerus artifex, cuius nomen incognitum, atque impronuntiabile ferebant Iudæi, cui Ara inscripta est per Athenienses IGNOTO DEO; nec repugnat, *4. Reg. 17. 33.* legem fuisse Atticam antiquissimæ authoritatis, *venerandos esse Deos, atque Heroas patrios, & indigenas*, proinde vt non licuerit eam introducere *Legis Atticæ authoritas.* in vrbem Deos extraneos, quale erat Hebræorum Numen; & quidem Paulus ad iudicij locum, nempè Areopagum ductus, quia *nouorum demoniorum* videbatur annuntiator esse Actor. cap. 17. vers. 18. hoc est, quoniam *Deos alienos* *Act. 17. 18* *prædicabat*, vt Syra habet translatio; quanquam enim ea olim viguerit lex, verùm vt Samuel Petitus in commentario ad leges Atticas, titulo 1. pag. 2. obseruat, ea paulatim derogata posteà aduecti sunt Athenas omnium ferè Gentium Dij; subinnuit Chrysostomus Hom. 3. in cap. 1. epi- *Chrysost.* stolæ ad Titum: *Athenienses namque quoniam ab initio Deos omnes non acceperunt, verùm per tempora illorum sacra vrbem ingressa sunt, sicuti quæ ex Hebræis allata referuntur, sicuti Pan ex Arcadia, sicuti parua quælibet, ac magna mysteria; coniicientes ex hoc fieri posse vt esset & alius Deus, qui ab ipsis nesciretur, vt etiam illi seipsos deuouerent, eam Aram instituerunt, quam inscriberent*, Ignoto Deo; ex qua B. Patris authoritate licet nostro proposito aptissima sint verba illa, *sicuti quæ ex Hebræis allata sunt*, nam egregiè insinuant id, quod probamus, videlicet à Iudæis mutuatos cultum Dei Ignoti, dissimulare tamen non placet aliter habere Græcum textum, ὡς τὰ ἐκ τῶν ὑπερβορέων, ὡς τὰ τοῦ Πανός; *sicuti quæ ex Hyperboreis allata dicuntur, velùti Pan*, qui inde, nimirum ex Arcadia; sed Chrysostomi effatum de admissis diis aliarum Gentium per Athenienses Strabo confirmat *Strabo.* lib. 10. Geographiæ propè medium inquiens; *Athenienses quemadmodum alias morem suum peregrina addiscendi; ita etiam quod ad Deos attinet, tenuerunt; multa enim sacra peregrina receperunt, quo nomine etiam in comœdiis exagitati sunt*; author Satyræ Aristophanes, de quo habito de Athenis sermone ad finem lib. 2. de legibus Tul- *Tullius.* lius: *Nouos verò Deos, & in his colendis nocturnas peruigilationes sic Aristophanes facetissimus Poeta veteris comœdiæ vexat, vt apud eum Sabazius, & quidam alij Dij peregrini iudicati è ciuitate eiiciantur.*

Suggeras, inscriptionem Aræ apud Athe- 56.
nienses non fuisse *Deo Ignoto*, tradit disertè S. Hieronymus lib. 1. commentariorum in epi- *Hieronym.* stolam ad Titum, in verba cap. 1 dixit quidam ex illis, &c. *Inscriptio autem Aræ non ita erat, vt Paulus asseruit, Ignoto Deo, sed ita, Diis Asiæ, & Europæ, & Africæ, Diis Ignotis & peregrinis, verùm quia Paulus, non pluribus Diis indigebat, sed vno tantùm Ignoto Deo, singulari verbo vsus est, vt doceret suum esse Deum, quem Athenienses in ara titulo prænotassent*; equidem & pluraliter Deos *Ignoti Dei, in plurali.* Ignotos referunt Pausanias in Attica, & in priori Eliacorum. Philostratus lib. 6. vitæ Apollonij cap. 2. & plurium anonymorum Deorum aras

propè Athenas extitisse memorat Laërtius lib. 1. in vita Epimenidis Philosophi: *Ignoti Dei, Attica idololatria, apud Tertull.* Tertullianus Deos ignotos Atticam vocat idololatriam lib. 1. contra Marcionem cap. 9. Dici valeat per enallagen pluralem adhibitum numerum pro singulari honoris gratia, quemadmodum & apud ipsos Hebræos cùm *Deus* significandus est, communiter prodit dictio אלוהים *Elohim*, qua Dij pluraliter exprimuntur, nam vox singularis est *Eloah*, quod non alia ratione fieri arbitratur Bel- Bellarm. larminus lib. 2. de Christo cap. 6. quàm iuxta Scripturæ consuetudinem, in qua mos est vt nomina illustrium personarum ponantur in numero multitudinis, licèt verba contineant numerum singularem; verùm nomen *Elohim* apud Hebræos vnius Dei solita fide imbutos, esto honoris causa vsurparetur, quia aliud denotare non poterat, nisi fortasse in quorundam sententia Trinitatem designabat; at vox *Dij* inter Paganos quid repræsentaret, nisi quòd ipsi profitebantur multitudinem vanorum numinum? *Dij inter Paganos quid.* Itaque litteralis & genuinus inscriptionis sensus alius esse non potuit, ac proinde Apostolus occasione subministrata ab Aræ titulo contra plurium Deorum indebitam religionem efficaciter argumentari non poterat: Hieronymum Reatinus Episcopus Marianus notis ad præfata Commentarij verba interpretatur, quasi multæ erectæ fuerint aræ, & in quadam titulus *Diis Asiæ*, in altera *Diis Europæ*, in aliis *Diis Africæ*, in quarta *Diis Ignotis*; recipimus Altaria multa fuisse pro Deorum varietate, quorum magnam fuisse turbam, quam Athenienses colerent, no- *Altaria pro deorum varietate plurima.* Iustin. Mart. tat Iustinus Martyr in Parænesi; Pisistratum Hippiæ filium eo tempore, quo magistratum Athenis gessit, duodecim Deorum in foro, & Apollinis in Pythio aram ædificasse scribit Thucydides lib. 6. de bello Pellepon. habuerit & suam quæque inscriptionem: at non de his controuersia, sed num alicuius titulus fuerit *Ignoto Deo* in singulari? negat B. Hieronymus *An alicuius titulus fuerit Ignoto Deo, in singulari.* apertè loco præmonstrato expositionis epistolæ ad Titum; præferenda tamen omnino ea est lectio, in primis, quia correcta Latina Biblia ita habent; deinde quia, vt aduertit Caietanus, potuissent Athenienses Paulum arguere falsitatis, si in nulla eorum ara fuisset inscriptum, *Ignoto Deo*, certè disputationem contemnere volentis, vt *Dij* pluraliter vnum significaret Numen apud pertinaces multorum Deorum assertores; po- Hieronym. stremò, quoniam ordinaria Patrum versio, Hieronymus ipsemet lib. 14. in Ezechielem, in illud Augustin. cap. 16. *& coronam decoris*, &c. Augustinus lib. 1. Clem. Alex. contra Cresconium Grammaticum cap. 29. Clemens Alexandrinus lib. 1. stromatum, cap. 9. Mi- Syngell. chaël Syngellus Encomio in S. Dionysium Metaphrast. Areopagitam; Metaphrastes in eius vita, Ni- Niceph. cephorus Calixtus histor. Ecclesiasticæ lib. 2. Beda. cap. 20. Beda in cap. 17. Actorum; denique & inscriptionem à S. Hieronymo in cap. 1. epist. ad OEcum. Titum productam, hunc in morem refert OEcumenius cap. 26. in Acta Apostolorum: *Tota autem aræ inscriptio hæc est:* Θεοῖς Ἀσίας, ϗ Εὐρώπης, ϗ Λιβύης, θεῷ ἀγνώστῳ, ϗ ξένῳ: *hoc est, Diis Asiæ, & Europæ, ac Libyæ; Deo ignoto, & peregrino.* Chrysost. Chrysostomus sæpenumero *Ignotum Deum* in singulari lectitat, hom. 3. in cap. 1. epistolæ ad Titum: in Acta Apostolorum hom. 38. orat. de laudibus S. Pauli apud Plotium in Bibl. cod. 270.

Ac quidem hactenus recensitæ opiniones 57.
Aram Deo Ignoto nuncupatam de Opifice vniuersi secundùm se considerato, & cum sola diuina natura, intellexerunt, siue hîc exprimatur sub nomine tetragrammato, & ineffabili, iuxta Hebræorum enarrationes, seu quatenus naturali discursu à Philosophis cognitus vt inuisibilis, & incomprehensus. Est adhuc altera sententia, quo perhibet Aram ignoto Deo consecratam Numini supremo carnem induto, & in similitudinem hominum facto, Christo denique Seruatori fabricatam; occasionem verò referunt eclipsim, quæ sub Iesu Redemptoris morte contigit; hanc enim cùm in Ægypto apud Heliopolim versaretur, contemplatus sanctus Dionysius Areopagita, exclamauit Deum ignotum in carne pati, curauítque ab Atheniensibus Altare dicari filio Dei crucifixo, cum inscriptione *Deo Ignoto*, ita disertè tradere Michaëlem Syngellum encomio in S. Dionysium, qui id partim ex traditione, partim ex scriptis monumentis acceperit, narrat eius productis verbis Salmeron tractat. 47. Salmeron. in Acta Apostolor. §. *præteriens enim*, &c. atque hanc interpretationem versus 23. cap. 17. Actorum ipse reliquis omnibus præfert; quem in versum eadem Syngello Lorinus adiudicat, Lorin. & Thomas Massutius lib. 6. de vita S. Pauli c. 7. Massutius. equidem occasione eclipseos in Christi Domini extremo funere suberectum Altare ab Atheniensis scholæ Sapientibus vnde vnde acceperint, perhibent Hilduinus in vita S. Dionysij Hilduin. apud Surium tom. 5. ad Octobris diem nonum. Magister historiæ scholasticæ Actuum Apostolicorum c. 93. Vincentius Bellouacensis tom. 4. Magister. Bellouacens. seu in speculo historiali, lib. 8. cap. 98. S. Antonius de Florentia tom. 1. summæ historialis titulo cap. 28. in principio. S. Antonius, & alij. Hugo Cardinalis & Nicolaus de Lyra in cap. 17. Actor. vers. 23. ibidem Carthusianus art. 17. in fine. Iacobus de Voragine in legenda Sanctorum, cap. 147. in vita S. Dionysij Areopagitæ. Petrus de Natalibus lib. 9. cap. 41. Michaelis Syngelli authoritas non contemnendum sententiæ pondus attulisset, diligens enim est scriptor, & martyrio atque eruditione conspicuus; sed nescio vnde hauserit doctissimus noster Salmeron, quæ illi vendicat, Salmeron. dum asserere eum profert; *Cum Philosophi, qui tunc Athenis erant*, (videlicet obscurato sole Christo Seruatore patiente,) *intelligerent naturæ vices maximè mutari, & verti, posuisse Aram Ignoto Deo, de quo nunc loquitur Paulus; & fortasse Dionysius ex Ægypto reuersus auctor fuit, vt talis Ara Ignoto Deo erigeretur*; nam huiusmodi relationem nec Syngelli encomium pro S. Dionysio Latinè editum ab Aloysio Lippomano primæ historiæ Sanctorum parte; neque Græcè & Latinè editum & castigatum secundo tomo operâ B. Areopagitæ, quæ nostræ Societatis Theologus Balthasar Corderius commentario illustrauit, complectitur; Hilduinus verò Abbas de Ara fabricata omnino tacet; habet quidem ille Dialogismum inter Paulum Apostolum, & Dionysium, qui interrogatus de Aræ titulo, respondit, *Deum Ignotum*, quem inscriptio præferebat subintelligi Deum verum pariter & hominem, qui mundum renouaturus esset; Paulúmque adiecisse, hunc ipsummet se prædicare; & mox nescio quod miraculum de cæco sanato, &

Dionysium

57. Dionysium eam ob causam ad Christi fidem conuersum subnectit. Hæc quidem ille, quæ apocrypha nonnullis visa, admonet à Lapide in c.17. Actor. vers.23. sed de Ara ædificata silet.

58. Comestor. Petrus Comestor in historia scholastica c.93. in Acta Apostolorum deponit Philosophos, qui Athenis erant videntes tenebras, quibus diei retracta est lux Saluatore patiente, cùm naturales earum causas non attingerent, inductos vt assererent, *quia Deus naturæ patiebatur, & dixisse: Constituamus Aram illi Deo, qua dedicata, inscripserunt, Ignoto Deo*: hanc narrationem adiunctis quibusdam excerptis ex Hilduini Abbatis relationibus Bellouacensis, Hugo de S.Caro, Lyra, Antonius de Florentia, Carthusianus, Equilinus, Iacobus de Voragine recipiunt; vnde ista deprompta sint, ignoramus; Michael Syngellus encomio in S. Dionysium testatur, hunc in Ægypto commorantem in vrbe Heliopoleos simul cum Apollophane viro Philosopho necessitudine & genere ei coniuncto sole in calliginem obducto, cùm Seruator Christus supplicio affectus est, exclamasse Ignotum Deum in carne pati; sed verba Syngelli ipsissima referamus: ὅτι τῷ παραδόξῳ θαύματι τι θεωρῶν, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερβεβηκὼς γνῶσιν, κατανοήσας τὸ γενόμενον, ὁ ἄγνωστος, ἔφη, σαρκὶ πάσχει Θεὸς, δι' ὃν τὸ πᾶν ἐζόφωταί τε καὶ σεσάλευται; *præ tam admirabili, & inopinato facto vehementer stupefactus, humanámque cognitionem supergressus, factum illud perpendens, inquit: Ignotus in carne patitur Deus, cuius causa Orbis vniuersus tenebris offusus est, & turbatione concussus est.* Hæc contineri apud Syngellum docet Suidas verbo *Dionysius Areopagita*; ὡς ὁ μέγας Διονύσιος ἔτος κατὰ τὸν τοῦ σωτηρίου καιρὸν, ἡνίκα μεσούσης ἡμέρας ὁ ἥλιος ἐκρύπτετο, ἐπὶ τῷ παραδόξῳ θαύματι τι θεωρὸς, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερβεβηκὼς γνῶσιν, κατανοήσας τὸ γενόμενον, ἄγνωστος, ἔφη, σαρκὶ πάσχει Θεὸς, δι' ὃν τόδε τὸ πᾶν ἐζόφωταί τε καὶ σεσάλευται. *Magnum hunc Dionysium tempore salutiferæ Passionis, cùm in meridie Sol absconderetur, eo miraculo vehementer obstupefactum, & vltra humanam cognitionem euectum, vbi mente quod fiebat, perpendisset, dixisse: Ignotus Deus patitur, ob quem hoc vniuersum caligine obtenebratum est, ac concussum.* Porrò, quòd *Ignotum Deum* nuncupauerit Areopagita, quanquam de Numine per Philosophiæ principia euidenter cognito interpretari valeat, nam lumine ingenij eum incomprehensibilem esse probari demonstratiuè queat, & hanc interpretationem iuuant lectiones Romani Breuiarij, dum aiunt; *exclamasse traditur, Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissoluetur.* Nihilominus verosimilius arbitramur, *Deum Ignotum* subintelligi rerum opificem, quatenus ab Hebræis *ineffabilis, & innominabilis* appellabatur; esto enim Dionysius per naturalem Theologiam assequutus sit veras cognitiones de Deo vno, sed quo pacto Sacramentum à sæculis absconditum nosse potuit, Deum videlicet mori posse? atque vt in passione Christi insueta attonitus eclipsi tanquam maiori agitatus afflatu pronuntiauerit, *Deum in carne pati*; sed cùm sibi restiturus hoc ipsum dictum perpenderet, an non repugnare prorsus statueret? Quid enim tam alienum quàm vt Deus vel homini m assumat, vel fato concedat, si ratione & Philosophia ducamur tantùm? quare suauius est vt arbitremur Philosophorum Coryphæos Trimegistum, Platonem, Pythagoram & alios didicisse ab Hebræorum Sapientibus, Deum Moysi nomen quoddam suum tetragrammaton, & impronuntiabile reuelasse, cuius appellationis causa, *Deus absconditus ignotus* vocabatur; futuris autem temporibus hunc eundem Ignotum Deum ob generis humani medelam de Virgine cum humana indumentis nasciturum; hoc annuntiare Prophetas Iudæorum, hoc Sibyllina Oracula testari; qua notitia imbutus Areopagita faciliùs diuinare potuit, hunc Deum in terras delapsum, & morti traditum, esse cui astrorum Princeps Phœbus luce, cùm fulgentior esse deberet, in noctem astram conuersa, parentaret.

Et quidem hæc qualia sunt Beato solùm Dionysio Areopagitæ Michaël Syngellus, & ex eo Suidas adscribit: Comestor autem, & hunc sectantes Hugo, Lyra, Carthusianus, Vincentius Burgundus, S. Antoninus, de Natalibus, & à Voragine locis iam allegatis proceribus Atheniensis Lycæi tribuunt, & nouæ Aræ, quæ crucifixo Deo consecrata est communibus Academiæ suffragiis occasionem præbuisse volunt; verùm si Athenarum Philosophi Deum in carne passum fuisse non ignorabant, neque hoc leuiter solùm considerarunt; sed cùm maturè expendissent, æquum putarunt honoribus prosequi, & tantæ in rei continuam memoriam inter publica religionis monumenta Aram cum inscriptione attollere, quid est quod omnis contra Paulum concionantem accusatio est, *nouam* ab eo prædicari *doctrinam, nouorum dæmoniorum* inuentorem, eò quòd *Iesum, & resurrectionem annunciabat* Actorum cap.17. vers.18. Nec vulgus tumultuatur solùm, sed Areopagi iudices, qui Academiæ primi Magistri, & Senatores erant? *Noua enim quædam*, (inquiunt,) *infers auribus nostris*; nam certè Paulus quid inauditum afferebat, nisi verbum Patris Deum verum de Deo verò mortalitatis non respuisse iniurias, & carne amictum pro redimendo genere humano crucia pertulisse acerbos cruciatus? Sed hæc iam eis nota erant ab eo tempore, quo sol per orbem totum supra astronomicas mutationes obtenebratus est. Præstat igitur Aram *Ignoto Deo* ab Atheniensibus constitutam non Deo ex Virgine nato, & supplicio affectum extremo dicatam fuisse, sed eidem vt in Deitate solùm est, & absque vnione cum humanitate; quem scilicet *Ignotum Deum* ideò appellauerint, quia ab Hebræis, apud quos recta de Numine Theologia florebat, didicerant Dei spectatissimum nomen tetragrammatum, hoc est, quatuor litterarum vocatum, eum occultare, quoniam dictionis intimam penetrare significationem, vel quo more articulanda esset scire, vix vlli concessum. Ac sanè Beatus Gentium Doctor in eo, quem habuit, sermone de Deo occasione visæ inscriptionis *Ignoto Deo* totus est in refutanda vanorum Numinum multiplicitate, Deoque vno comprobando: quamobrem Caietanus in cap.17. Actorum, vers.28. *in ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus. Sicut & quidam vestrorum Poetarum dixerunt, ipsius enim & genus sumus*, acutè obseruat, inquiens, *ad Philosophantes philosophicum sermonem habet*; sanè quidam è Philosophiæ penu, quoniam causam primam ex effectibus probat, ex quibus deueniendum est tandem ad causam aliquam improductam, & à qua cæteræ profluxerint.

Syngellus. Suidas. 59. Act.17.18. Caietan.

præfluxerint. Hæc autem est Deus, vt commonstrauimus huius dissertationis sect. 1. insuper, & quia ab authoritate disputaturus ad Philosophos recurrit; *sicut & quidam vestrorum Poetarum dixerunt*. Syra translatio habet, *prout & quidam è Sapientibus vestris dixit*, nec enim quia Aratus, (quem Apostolus citat,) Poëta, ideo non & Philosophus insignis, Musa enim, quæ ad Philosophiam spectant, exprimit; igitur Apostoli scopum est Deum vnum probare, vt hoc stabilito ad filij Dei Incarnationem perueniat; quod præstat vers. 30. Sed iterum non minus ingeniosè Caietanus vers. 31. expendit; *eò quòd statuit diem, in quo iudicaturus est Orbem in æquitate, in viro, in quo statuit*: quam ob causam non prodit Deum hominem factum natum ex muliere, sed *virum* appellat tanquam solus homo esset? *Philosophantibus*, (ait laudatus Cardinalis,) *noluit primo sermone Paulus aperire Iesum esse verum Deum, sed quatenus hominem introducit, in quo statuit iudicare mundum, vt paulatim per hominem discerent cognoscere Deum*. Sed quid meteret annuntiare esse hominem pariter & Deum, si titulus Aræ *Ignoto Deo* insculptus hoc proclamaret? Si Deum in carne passum fuisse iamdiu Philosophi Athenienses probè nouerant? Ergo inscripta Ara *Ignoto Deo*, non de Verbo cum humana natura interpretanda est, sed de eodem antequam caro factum est, & sub communi tribus diuinis personis nomine tetragrammato, & *ineffabili*; ratione enim huius nuncupationis Deum vt à Iudæis colebatur, verum & vnicum Gentium Sapientiores agnoscebant, sed imperuium, quia ignotabilibus litteris eius occultabatur nomen, & ideo sub *Anonymi*, & *Ignoti titulo* eius inscribebantur Altaria.

## DISSERTATIO II.

## *Deum sub ea, qua Trinus est, norma, repræsentans.*

### SECTIO I.

*Supra naturalem omnem creati intellectus indagationem Trinitas; qualem de ea Philosophi lucem consequuti? vnde hauserint?*

1. VM Deus non tantùm vnus existat quoad essentiam, sed Trinus in personis, professi Deum qualis sit exprimere, post eum delineatum qua ratione simplex est, & in natura vnus, operæ pretium est de eodem sub ea forma, qua trinus est, disputatio non sileat; exordiamur verò à tanti mysterij ignorantia, & dicamus arcanum hoc magnum Angelici, & humani ingenij captum vniuersum excedere; quantumcumque enim vterque naturæ suffultus viribus laboret, nonquam perueniet vt cogitando iudicet, posse tres personas realiter distingui essentia nequaquam multiplicata, sed hac simplici, & eadem numero in omnibus persistente; de hoc potissimum articulo vera sunt illa Iob cap. 28. vers. 21.

*De Deo qua trinus est.*

Iob 28. 21

*abscondita est ab oculis omnium viuentium, volucres quoque cæli latet*, & Apostoli, priore ad Corinth. cap. 2. vers. 21. *Quæ Dei sunt nemo cognouit nisi Spiritus Dei*; speciatim verò Matth. cap. 11. vers. 27. *Nemo nouit filium nisi Pater, neque Patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare*; quare & ingeniorum Coryphæi Ecclesiæ Patres ad tantum fulgorem caligare se vltrò fatentur, Hormisdas Papa epistola 79. ad Iustinum Augustum: *Quis ergo illi secreto æterna, impenetrabilisque substantia, quod nulla vel inuisibilium naturarum potuit inuestigare natura, profanam diuisionem tentet ingerere?* Iustinus Martyr in expositione fidei de vera, rectâque confessione ante medium; *nam & vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate intelligitur; quod quomodo fiat, nec quærere alios velim, nec mihi ipsi persuadere possum me verba, quæ de rebus abstrusis sunt linguâ luteâ, impuráque carunculâ audere proferri*; & S. Fulgentius ad Thrasymundum lib. 2. cap. 1. *Quæ ergo humana disciplina peritia? quæ viuacitas animi? quæ cordis sagacitas illius essentia, id est, Trinitatis, quæ vnus. verus, & solus est Deus, contingeret arcanum?* Iam de æterna filij increati generatione nónne Isaias cap. 53. vers. 8. *generationem eius quis enarrabit?* de qua lib. 4. Concilij Nicæni ex his, quos noster Alphonsus Pisanus digessit, in fidei formula; *quippè cùm modus eius generationis à nulla naturali natura vel verbis exprimi, vel cogitatione comprehendi possit*; & Hilarius lib. 2. de Trinitate non longè à principio: *Ego nescio, non requiro, & consolabor me tamen; Archangeli nesciunt, Angeli non audierunt, secula non tenent, Propheta non sensit, Apostolus non interrogauit, filius non edidit*. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi vndecima, ante medium: *Quid igitur doles te nescire è homo quod & cæli ignorant, sed & vniuersa natura?* Nazianzenus orat. 35. quæ est tertia de Theologia, num. 26. *Haud magna esset hæc generatio si à te percipi possit*; eundem in modum Chrysostomus Hom. secunda in cap. 1. epistolæ ad Hebræos in principio. Basilius lib. 2. contra Eunomium. Augustinus tract. 99. in Ioannem. Ambrosius lib. 1. de fide, cap. 5.

Cor. 2. 21

Matth. 11. 27

Hormisd. PP.

Iustin. Mart.

Fulgen.

Isai. 53. 8

Pisanus.

Hilarius.

Cyrill.

Nazianzen.

Chrysost.

Basil.

Augustin.

Ambros.

Hoc mirum, nam cùm Deus abstractiuè cognitus, quo more attingitur ab intellectu in via, nec aliter ab eo suis viribus relicto indagari valeat, cognoscatur per creaturas; per has Trinitas personarum in diuinis attingeretur, quoniam vel prodirent ab ea tanquam effectus à causa, vel intra se continerent naturam aliquam cognatam, & similem Trinitati; sed creaturæ, vt argumentator B. Thomas 1. p. quæst. 32. art. 1. in corpore, quatenus à Deo emanant, non respiciunt Trinitatem personarum, quia virtus creatiua & productiua in Deo cùm sit communis toti Trinitati, pertinet ad vnitatem, non ad distinctionem personarum, qua de causa propter emanationem creaturarum à Deo solùm cognosceretur vnitas essentiæ, non autem personarum distinctio, & multiplicitas realis; insuper nec in creaturis aliquid respondet, quod non prorsus conforme sit principio naturæ lumini familiarissimo: *quæ sunt eadem vni tertio, sunt idem inter se*; hoc creaturæ omnes vociferantur, hoc oculis & auribus ingerunt; quanquam igitur post reuelationem mysterij Trinitatis percipi queat, enti à se, & simpliciter infinito axioma illud non repugnare, quoniam & simplex est, pariter 2.

S. Thom.

pariter & fœcundum: fœditas autem exigit distinctionem realem inter personam producentem, & productam; simplicitas verò requirit identitatem vtriusque cum eadem essentia, & hæc ob fundamenta, respectu Dei vulgare non tenet effatum, *vt quæ sint eadem vni tertio, sint idem inter se*; tamen natura consulta nullius considerationem subire possit, vt paternitas & filiatio essent idem cum diuina essentia, nihilominus inter se realiter distinguerentur; quare ne ab Angelico quantumcunque perspicaci intellectu, vel cum minima aliqua probabilitate colligi potuisse, non repugnare mysterium Tri-
Suarez. nitatis, inferunt Suarez lib. 1. de Trinitate c.11.
Ruizius. num.13. Ruizius disp.41. de Trinit. sect.5. n.8.
videlicet, quia Trinitatis propria aliqua, & vera imitatio, quæ arcanum illud genuinè exprimat, intra naturæ sphæram non reperiatur; nam quæ Trinitatis vestigia quodammodo dici consueuerunt, propter allegorias numeri ternarij, impropria sunt, & nimium remota, quæ cùm non admittant, *vt quæ eadem sunt vni tertio non sint idem inter se*, manuducere nequeant; quare
S. Dionys. S. Dionysius cap.13. de diuinis nominibus, §.3.
*Nulla autem vnitas, vel Trinitas, neque numerus, nec vnitas, vel fœcunditas, nec aliud quidpiam eorum, quæ sunt, aut eorum, quæ alicui existentium sunt cognita, explicat arcanum illud omnem rationem, & mentem superans.*

3. Sed his opponas Theologorum notissimum pronunciatum, nimirum *productiones ad extrà*
Areopagita. *communes esse toti Trinitati*; suggerit B. Areopagita cap.2. de diuinis nominibus, §.1. & 5. quem
Pachymera. in Paraphrasi ad §. 5. exponit Pachymera inquiens: *Porrò prouidentia, benignitatésque creationis trinæ vnitati sunt communes; ne itaque cùm audies distinctionem, existimaueris vni quoque personæ alicui seorsim competere creationem, prouidentiámve, sed distinctiones appellauit emanationes creationis, ac prouidentiæ tanquam effusiones bonitatis à beata, & inconfusa Trinitate distinctas*; ex hoc autem pronunciato sequitur actionem productiuam & conseruatiuam effectus creati pendere per se, & necessariò à tribus diuinis personis, & ideo Angelus comprehendens naturam termini, vel actionis creatæ, deueniret in cognitionem trium diuinarum personarum, quia comprehenso effectu non potest non cognosci causa à qua per se dependet effectus, & cum qua habet inseparabilem connexionem; quare cùm Angelus naturaliter comprehenderet effectu tales, (quia comprehensi entium aliquorum ordinis naturæ non est supra vires intellectus angelici,) fieret, vt naturaliter deuenire possit in cognitionem Trinitatis; & quidem huius discursus præcipuus articulus est, an creaturæ dependeant per se immediatè & necessariò à tribus diuinis personis; quòd verò ita pendeant, suadetur imprimis, quia iuxta tritum axioma,
Ioan.Theol. *& vt omnis Philosophia docet*, (inquit Ioannes Theologus in Concilio Florentino sect. 18. §. *Ego affirmaui quod dicimus*, &c.) *actiones sunt suppositorum*; sed suppositum in diuinis sunt tres personæ Trinitatis, igitur his competunt operationes, quibus creaturæ producuntur, & conseruantur: deinde quia creaturæ fiunt à Deo per Verbum & amorem, Scripturæ enim affir-
Psalm.32.6. mant Psalm.32. vers.6. *verbo Domini cœli firmati*
Psalm.148.5. *sunt*, & Psalm.148. vers.5. *quia ipse dixit, & facta*
*sunt, ipse mandauit, & creata sunt*; Sapientiæ cap.9. Sap.9.1.
vers. 1. *qui fecisti omnia verbo tuo*; Iudith autem Iudith 16.17.
de verbo pariter, & diuino amore c.16. vers.17. *Quia dixisti, & facta sunt, misisti Spiritum tuum, & creata sunt*; nam per Verbum, quod dicitur ars & Sapientia genita, loquitur Pater, & imperat quæ exequi oporteat, & hinc *Dei virtus* nomi-
natur ab Apostolo 1.Corinth.cap.1.vers.25. per 1. Cor.1.25.
amorem autem, volitionem nempe efficacem exequutioni mandat, quæ imperio statuta fuerant; cùm igitur creaturarum emanatio verbum & amorem supponat, ab his pendebit, sed non pendet per accidens, quoniam hæc dependentia est impropria, & sine qua entitas consistere valeat, absque verbo autem & amore Deus creaturas non produceret; ergo pendent essentialiter necessariò, & per se; qualem creaturarum à
Trinitate dependentiam concedunt Valentia Valentia.
tom.1.disp.3.quæst.2.punct.3.§.secundò certum
est, &c. Zuniga de Trinitate disput.vndecima, Zuniga.
dub.4.num.8. Ruizius de Trinit.disp.111. sect.2. Ruizius.
& seqq. Granado in 1. part. tractatu decimo de Granado.
Trinitate, disp.8. à numero quinto.

Hunc vt dissoluam nexum statuo, personali- 4.
tates diuinas nec physicè influere in effectus creatos, nec requiri per modum conditionis vt ab omnipotentia producantur; quippe, eo ipso, quòd concipiamus dari artem rerum faciendarum in Deo, dari pariter imperium vt fiant, seu decretum efficax de existentia rei, intelligimus quicquid ad factibilitatem rerum integre desideratur; sed hæc omnia cogitantur absque personalitatibus diuinis, imò ab eis virtualiter distinguuntur, quia sunt ex absolutis in Deo, actus nempè intellectus & voluntatis diuinæ; asserere verò, licèt personalitates physicè non influant, esse tamen conditiones per se, & necessariò requisitas ad hoc, vt omnipotentia sit proximè potens ad operandum, gratis dicetur, nam quemadmodum non sunt conditiones, vt Deus existat à se, vt sit æternus, aut immensus, quamobrem erunt conditio per se requisita, vt Deus intelligat, & velit: eò autem quòd Deus habeat scientiam de factibilitate creaturarum, & velit absolutè & efficaciter vt extra causas prodeant, habetur quicquid ad productionem creaturarum necessarium est; & quidem, generatim loquendo, subsistentiam concomitanter se habere
ad hoc vt natura aliqua operetur, P. Vasquez Vasquez.
edocet tom.1.in 3.p.disp.31.cap.3.num.18. Mæ- Mæratius.
ratius tract.de Incarnat.disp.14. sect.2. §. neque
verò Theologi, &c. Gaspar Hurtado de Incarn. Hurtado.
disp.1.difficult.16. num.81. Bernal.de Incarnat. Bernal.
disp.7.sect.2.§.1.num.17. Ouiedo Metaphysicæ Ouiedo.
controu 6. punct.3. num. 16. & insinuat Maxi- Max.Abb.
mus Abbas apud Baronium tom. 8. anno Christi 656.num 15.§.*Hæc cùm audisset*, &c. inquiens, *Non operatur quisquam secundùm hypostasim, sed secundùm naturam, vt Petrus & Paulus aliquid faciunt, sed non Petricè, & Paulicè, verùm humanitus*; neque hæc obligant, vt axiomati vsuali: *Actiones sunt suppositorum*, veritas negetur; non enim
cogit, vt rectè obseruat Lugo de Incarnatione Lugo.
disp.8.sect.2. num.5. vt arbitremur suppositum in ratione suppositi debere operationem præcedere, sed quòd operatio denominatiuè illi tribuatur, ad quod sufficit remotè se habere, quin principij, aut causæ perrequisitæ conditionem obtineat; atque hoc comparatione Trinitatis speciali

ſpecialiter conſideratis operationibus ad extra adſeuerandum eſt; nam in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. cap.1. de fide Catholica, de Patre & Filio & Spiritu ſancto definitur, *eſſe vnum vniuerſorum principium omnium inuiſibilium, & viſibilium*; at ſi quælibet perſona diuina phyſicè immediatè influeret, aut eſſet conditio per ſe requiſita, ſine qua effectus prodire non valeret, non haberent rationem vnius principij, quia iam vna perſona aliquid ſibi vendicaret, quod alteri non conueniret; ergo vt ritè ſaluetur *vnum ſolum eſſe principium*, tota virtus cauſatiua debet refundi in ſolam omnipotentiam, & quoniam hæc omnibus tribus perſonis eſt æquè omninò indifferens, concipitur benè quo more *vnum tantùm ſint principium*, ſcilicet ipſis à ſemet nihil particulare conferentibus, ſed virtutis & cauſalitatis omnem rationem habente tantùm omnipotentia, quæ eis denominationem eandem tribuit; perſpexit Cyrillus Alexandrinus lib. 4. in Ioann. cap. 3. ſub initio: *vt rurſum intelligas, quòd cùm vna ſecundùm naturam Deitas & in Patre, & in Filio intelligatur, ac ſancto Spiritu, non operatur quiſque ſeorſim, ſed quod per vnum eſſe dicitur, vtique id totius naturæ diuinæ eſt opus; nam cùm ſancta Trinitas conſubſtantialis ratione vna ſit, vna quoque certè in omnibus virtus erit; omnia quippè ſunt ex Patre per Filium in Spiritu.* Cyrillus.

5. Hanc ob cauſam liberant ſe communiter Theologi adſtruentes, pluralitatem perſonarum per ſe non eſſe requiſitam ad productionem creaturarum; quare quòd in ratione ſuppoſiti tres diuinæ perſonæ concurrant, oritur ſolùm ex inſeparabili connexione earundem cum Dei omnipotentia, cum qua ob infinitatem non poſſunt non identificari, non autem propter effectus, aut cauſalitatis neceſſariam exigentiam, ita vt formaliter, & ratione ſui directè expoſcat perſonas naturam diuinam terminantes eſſe plures, atque diſtinctas D. Thomas 1. part. quæſt.32. art.1. in corpore, & in 1. diſtinct.11. quæſt. vnica, art.4. ad 2. Scotus quodlib.8. art.1. Durand. in 1. diſt.29. quæſt.3. num.8. Capreolus in 2. diſt.1. quæſt.3. ad 3. & ex recentioribus Vaſquez tom. 2. in 1. part. diſput.152. cap.2. num.5. Molina 1. part. quæſt.45. art.6. §. vltimo. Suarez lib.1. de Trinit. cap. 11. num.6. & tom.1. in 3. part. diſput.27. ſect.5. §. *ſecundus modus*, &c. Bellarminus lib.2. de Chriſto, cap.27. ad finem. Salmeron tom.2. tract.23. §. *ſed contra hanc*, &c. Magiſter Antonius Perez in Laurea Salmantina, certamine 1. ſcholaſtico cap. 3. num.68. Faſolus tom.3. in 1. part. quæſt.45. art.6. dub.1. num.14. Arriaga tom.1. in 1. part. tractatu de Trinitate, diſput.50. ſect.6. num.32. Martinon in 1. part. diſp.32. ſect.4. num. 35. Dico, hunc vtpotè communiorem in ſchola loquendi modum præferendum eſſe; nam, vt perſpeximus, ſubſiſtentia non eſt virtus producendi nec per modum conditionis *ſine qua non*, nec vt phyſicè per ſeipſam concurrens: virtus autem integrè in omnipotentia conſiſtit; igitur creaturæ per ſe, & ratione ſui tantùm omnipotentiam ſolùm reſpiciunt, & ab ea neceſſariò, atque per ſe dependent. Suggeras, deficiente Trinitate non daretur omnipotentia, igitur Trinitas eſt conditio *ſine qua non*, vt ſit omnipotentia, atque ideo ſi creaturæ exigunt omnipotentiam neceſſariò, ſi extra cauſas ponendæ ſint, exigent quoque Trinitatem; verum eſt, quòd deficiente aliqua perſona Trinitatis deficeret omnipotentia, non tamen inde ſequitur, quòd creaturæ *per ſe, & ratione ſui* exigant Verbum, aut Spiritum ſanctum, quia ſi per locum intrinſecum in ſolo Patre exiſteret omnipotentia, creaturæ haberent totum id, quod ſufficeret, & retinerent eadem prædicata ſpecifica, quibus modò conſtant, vt obſeruant Lugo diſp.20. de Incarnatione, ſect.3. num.45. & Alarcon de Trinitate, diſp.10. cap.2. num.2. & cap. 3. num. 1. quemadmodum ſi voluntas deficeret, & amor in Deo, deficeret quoque intellectus, & cognitio, & tamen Verbum in diuinis per ſe & ratione ſuæ proceſſionis formaliter non dicit ordinem ad voluntatem, ſed ad intellectum & ſcientiam, per quæ procedit. Quamobrem licèt Angelus cognoſceret perfectiſſimè & comprehenſione omnimoda naturali aliquam entitatem creatam, non deueniret in notitiam diuinarum perſonarum, quia id ſolum attingeret, quod creaturæ eſſentialiter immediatè reſpiciunt: hoc autem eſt ſola omnipotentia; nam quòd attributum hoc petat identificari cum paternitate, aut filiatione, quibus ſublatis non exiſteret, non ſufficit, vt eo per connata, & effectus cognito, attingantur explicitè, & ſub ratione talium paternitas & filiatio, vti non ſatis eſt ex comprehenſione naturæ leonis, vt aliud in Deo formaliter attingatur, niſi eſſe productiuum leonis, alioquin hoc ipſo cognoſceret quiuis Beatus in particulari virtutem ad producendas omnes creaturas poſſibiles in Deo, quia omnes identificantur cum potentia ad producendum leonem, vel equum, & quauis deſtructa, hæc etiam non remaneret. Lugo. Alarcon.

Neque huius doctrinæ eneruatio eſt, quòd per Verbum, & amorem Deus quæ condiderat, operatus ſit; non enim ſignificatio eſt, Verbo, aut Spiritui ſancto ſpecialem aliquem competere influxum reſpectu operationum ad extra, aliàs communis vox ſcholæ in Conciliis à Patribus fundata, nimirum, *opera Trinitatis ad extra eſſe indiuiſa*, non teneret, ſed intelligendum cum Angelico Doctore 1. part. quæſt.39. art.7. in corpore, & art.8. ad 3. nomina, & attributa eſſentialia in Deo per accommodationem, & appropriationem nunc huic, nunc illi perſonæ diuinæ imponi, non quòd per eiuſmodi accommodationem cæteræ reipſa excludantur perſonæ, ſed vt innoteſcat nobis ex ſimilitudine rerum creatarum, poſſe, quo meliùs diuina & inuiſibilia percipiantur, vim perſonæ ex modo loquendi aliquid ſpecialiter adiudicari; ergo ſi mundi, & procreatorum reliquorum cauſam veſtigemus, reperiemus ſcientiam Dei eſſe practicam, à qua tanquam ab arte, exemplari, & idea dirigebatur Numen in rerum formatione; cùm igitur Verbum ex vi ſuæ emanationis, quæ per intellectum eſt formaliſſimè, accipiat à Genitore hanc ſcientiam, ratione cuius appellatur ab Auguſtino, *Ars quædam Sapientis, atque Omnipotentis Dei*, lib.6. de Trinitate, cap.10. lib. vndecimo de ciuit. cap. 29. tract. 1. in Ioannem propè finem, congruè eidem particulari titulo Orbis fabricatio adſcribitur: vnde S. Thomas 1. p. quæſt.46. art.3. in corpore, inquit: *Sicut enim principium effectiuum appropriatur Patri propter potentiam, ita principium exemplare appropriatur filio propter ſapientiam, ſecundùm illud Apoſtoli ad Coloſſenſes 1.* 6. S. Tho. Idem.

in

*in ipso, scilicet filio, condita sunt vniuersa.* Quoniam verò non sufficit nosse factibilitatem creaturarum per scientiam nisi accedat exequutio, hanc autem præstat decretum efficax diuinæ voluntatis, quo absolutè & simpliciter vult, vt hæc aut illa creatura existat, hinc etiam & Spiritui sancto, qui per voluntatem & amorem procedit, suum quoque speciale munus in condito rerum tribuitur; quare S. Thomas 1. part. quæst. 45. art. 6. ad 2. *Patri attribuitur potentia, quæ maximè manifestatur in creatione, & ideo attribuitur Patri creatorem esse: filio autem appropriatur Sapientia, per quam agens per intellectum operatur, & ideò dicitur de filio, per quem omnia facta sunt; Spiritui sancto bonitas, ad quam pertinet gubernatio, deducens res in debitos fines, & viuificatio.* Porrò de controuersia, pro qua altercamur memorato articulo S. Doctor in corpore: *Deus est causa rerum per suum intellectum, & voluntatem, sicut artifex rerum artificiatarum: artifex autem per verbum in intellectu conceptum, & per amorem suæ voluntatis ad aliquid relatum, operatur; vnde & Deus Pater operatus est creaturam per suum Verbum, quod est filius, & per suum amorem, qui est Spiritus sanctus; & secundùm hoc processiones personarum sunt rationes productionis creaturarum in quantum includunt essentialia attributa, quæ sunt scientia & voluntas;* benè & ad scopum nostrum prorsus, *in quantum includunt scientiam & voluntatem*; hoc enim dicimus, virtutem agendi penes intellectum & voluntatem esse tantùm, ab his denominari tres diuinas personas causam rerum procreatarum, has per se, immediatè & essentialiter respici solùm à creaturis; quare quòd scientia & volitio efficax sint virtus, per quam Trinitas causat effectus ad extra, non ideo est, quoniam creaturæ exposcant eo ipso quòd sint ens ab alio, prodire à tribus diuinis personis; sed quoniam Dei naturæ infinita & summa fœcunditas obligat omnipotentiam in tribus personis esse. Nec loca Scripturarum vrgent, quibus Dei imperium ostenditur in molitione rerum, vt Genes. 1. vers. 3. *Dixitque Deus, fiat lux, & facta est,* nempe sermo ille inoperatiuus loquutione constituitur, quæ ad Verbum propriè spectat, quippè vt eum obseruant ad locum Pereira, Delrio, Bonfrerius, *dicere* secundùm linguæ sanctæ phrasim, denotat *velle efficaciter* vt aliquid fiat. Non igitur opus est de actu intellectus exponere, sed de efficaci Dei voluntate, qua potentiam suam executiuam applicat ad id producendum, cuius notitiam practicam & directiuam in mente habuit; seuè in eadem verba S. Ambros. lib. 1. Hexaëm. cap. 9. *sermo Dei voluntas est*; & D. Athanas. orat. 3. contra Arianos ante medium; *sufficit velle, & opus perficitur, vt illud dicere Patrem indicium nobis sit voluntatis diuinæ*; quod si iuuat de actu intellectus interpretari, cogitare valemus præter generalem illam in Deo scientiam, quæ omnium possibilium factibilitatem repræsentat, speciale iudicium insinuans, hunc mundum præ alio, qui condi possit, esse formandum, tali periodo, cum tot speciebus rerum esse producendum: hoc autem iudicium per *fiat* & *dixit*, quæ iubentis voces esse consueuerunt exprimi, & imperij, idcircò actum nominari, vt aduertit Ruixius de Prouidentia disputation. 5. sect. 9. num. 8. & 10. At hoc iudicium in omnibus tribus diuinis re-

Gen. 1. 3

*Dicendi notio.*

Ambros.
Athanasius.

Ruiz.

peritur personis, quemadmodum scientia de factibilitate rerum: Verbo autem, quia per intellectum formaliter procedit, specialiter appropriatur. Nullo igitur titulo alicui ex diuinis personis competit, vt per se & necessariò exigantur tanquam causæ ab effectu creato, quatenus tales personæ sunt, scilicet, Pater distinctè, aut filius, aut Spiritus sanctus; quam ineptè verò ex loquutionibus, quibus Pater Verbo iubere visus est, Ariani occasionem hauserunt, vt filium Dei Genitore minorem, quin & non Deum, sed creaturam prædicarent, lege apud Suarez lib. 2. de Trinitate, cap. 4. num. 11. Toletum annotat. 13. in cap. 1. Ioannis. Vasquez tom. 2. in 1. part. quæst. 45. art. 6. in commentario.

*Arianorum error de filio Dei qui, & vnde ortus.*
Suarez.
Tolet.
Vasquez.

At quorsum tanto nisu contendimus in vanum laboraturos etiam Angelos si naturæ solius industria Trinitatis consequi notitiam procurassent, quando hanc Philosophorum non pauci adepti sint? & vnde his oborta lux nisi ex naturæ Thesauris cùm fidei, & diuinarum reuelationum præsidiis caruerint? quare de Platone Claudianus Mamercus lib. 2. de statu animæ, cap. 7. *Quò fit vt mirari admodum nequeam huius Platonis animam, qui tantis equidem seculis ante puerperium Virginis, ante Incarnationem, ante hominis resurrectionem, ante prædicatam summæ Trinitatis in gentibus vnitatem ineffabilem, vnum, tres in diuinitate personas, laudabili ausu, mirabili ingenio, inimitabili eloquentia quæsiuit, inuenit, prodidit*; ac quidem generatim de Ethnicorum Sapientibus Trinitatis cognitionem aliquam adeptis Augustinus quæst. 25. ad cap. 8. Exodi. Lactantius lib. 4. diuinar. institut. cap. 9. Beda scholiis ad librum Boëthij de Trinitate. Bonauentura in 1. dist. 3. parte 1. articulo vnico quæst. 4. Speciatim verò de Trimegisto, quem non minus commendat antiquitas, quàm sermones de Deo reconditæ Theologiæ ex Adytis deprompti, de quo Augustinus oratione de quinque hæresibus aduersùs Iudæos cap. 3. Cyrillus Alexandrinus lib. 1. & 8. contra Iulianum; Chronicon Alexandrinum, titulo *de primo ferri inuentore*, vbi statuit hanc ob causam *Trimegistum*, id est, *Ter Maximum* vocatum, quod etiam perhibet Suidas verbo Ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος. Vincentius Belouacensis in speculo historiali lib. 4. cap. 10. Carthusianus in 1 sententiarum, distinct. 3. quæst. 3. verùm præ aliis celebratur Plato ab Origene lib. 6. contra Celsum non longè à principio. Iustino Martyre in oratione Parænetica ad Gentes, propè finem. Clemente Alexandr. lib. 5. Stromat. cap 6. Eusebio lib. 11. præparat. Euangel. cap. 20. & lib. 13. cap. 3. Augustino lib. 7. confessionum cap. 9. & lib. 10. de ciuit. cap. 23. Theodoreto lib. 2. de Græcar. affection. curat. Cyrillo lib. 1. & 8. contra Iulianum. Ioanne Salisberiensi in Polycratico, lib. 7. cap. 5. Hug. de S. Victore in epistolam ad Romanos, quæst. 34. Hug. Cardinalis in expositione cap. 5. præfationis S. Hieronymi in Pentateuchum. Petro Abailardo introductionis ad Theologiam lib. 1. cap. 17. Dionysio Carthusiano in 1. dist. 3. quæst. 3. Cardinali Cusano libello de Beryllo, cap. 29. qui & de Pythagora tradit similia lib. 1. de docta Ignorantia cap. 7. eadémque de Aristotele memorat Petrus de la Cauallería

7.

Mamercus.

Augustin.
Lactant.
Beda.
Bonauent.

Augustin.
Cyrillus.

Suidas.
Belouacens.
Carthus. &c.

tractatu dicto *Zelus Christi*, num. 707. Iosephus de à Costa lib. 5. historiæ moralis Iudorum, de Peruanis refert cap. 27. Solis tres adorasse statuas, quarum vna *sol Pater, & Dominus* nuncupabatur, altera sol *filius*, tertia sol *frater*; numerasse quoque inter Deorum *Tangatanga*, cui Trinitatem cum vnitate adscribebant; quibus affinia de Sinensium vana idololatria narrat Trigautius lib. 1. de Christiana expeditione apud Sinas cap. 10. §. *Præter hoc cæli numen*, &c. Tiberenses de Cathaia latissimæ ditionis incolis portio Deum trinum & vnum fatentur, vt scribit Nierembergius lib. 8. historiæ naturæ, cap. 17. & secundam Trinitatis personam *librum magnum* appellant: Serapidis oraculum datum Thuli ex vetustioribus Ægypti Regibus Græcè & Latinè promunt Ludouicus Viues ad cap. 23. lib. 10. B. Augustini de ciuit. & Ianus Boissardus. libro de diuinatione & Magicis Præstigiis, sed & Fasti Siculi, seu Author Chronici Alexandrini non longè à principio, hunc in modum,

A Costa.

Nieremb.

*Ipse Deus primum, dein iuncto flamine Verbum,*
*Hæc tamen existunt simul omnia, & omnia in vnum*
*Distinctim veniunt, cuius sine fine potestas;*
*Tu certo incertum vitæ pede dirige callem.*

*Apollinis de sancta Trinitate confessio.* Græcè quoque pariter & Latine Apollinis confessionem de Trinitate sancta diuinarum personarum exhibet Episcopus Kisamensis lib. 2. de perenni Philosophia cap. 19. quo toto libro, vt & primo eiusdem scopi Eugubinus quamplurima accumulat testimonia, quibus magna vehementia contendit priscos Gentium Paganarum sapientes de abstruso Trinitatis arcano non leuiter edoctos; pleraque ille subministranit, nonnulla superaddunt Alphonsus de Mendoza quæst. 3. Scholastica num. 2. Petrus Gregorius tom. 3. comment. in syntaxim artis mirabilis lib. 6. cap. 18. Hannibal Rosellus initio lib. 2. in Pimandrum Trimegisti. Vasquez tom. 2. in 1. part. disputat. 132. Salmeron tom. *f.* tractatu 23. §. *Sed contra hanc*, &c. Barradas tom. 1. concord. lib. 4. cap. 3. §. *Dubio respondemus*, &c. Iustinianus in 1. B. Ioannis, cap. 1. num. 52. Ruizius de Trinitate disput. 45. sect. 1. Raynaudus in Theologia naturali dist. 5. quæst. 2. art. 2. num. 191.

Eugubinus. Alph. Mendoza. Petr. Greg. Rosellus. Vasquez. Salmeron. Barradas. Iustinian. Ruiz. Raynaudus.

8. *Philosophorum de Trinitate traditio qualis sit.*

Sed omnes, quos hucusque produximus, Scriptores, tum ex antiquitate, tum ex proximioribus seculis respondent, Philosophos non studio naturali, aut ingenij solo volatu consequutos quæ de Trinitate suis immiscuerunt lucubrationibus: varios autem mutuatæ doctrinæ fontes aperiunt, potissimum quidem eam, quam cum Hebræorum sapientibus familiaritatem inierant. Nam hi eo de mysterio aliqualiter edocti, seu traditione, quæ ab Adamo, & primis veræ religionis in orbe Magistris profluxit, seu fomentariis Rabinorum, seu eruditionibus Prophetarum, cupiditate ad verum Dei cultum pertrahendæ Gentilitatis, seu alios ob fines, eiusdem arcani præstantioribus aliquibus Ethnicorum copiam fecerunt; didicerunt quoque nonnulla ex Sibyllinis Vaticinationibus; Dæmon quoque instruxit nondum satiata veteri ambitione æmulationis cum Deo, non contentus rerum æstimari opifex *Iouis* cum titulo, aut aliis nominibus, nisi & *Trinus* coleretur; quanquam verò Ethnicæ Academiæ Sapientes hac via de Trinitatis mysterio inaudierant, at enim Hebræi ipsi, quibus Præceptoribus vsi sunt, nisi rarus quispiam, hoc arcanum non satis penetrarent, certè rudiater admodum Philosophi percipiebant, id quod facile est animaduersu legenti eorum hac de argumento disceptationes, perturbata enim sunt omnia, lacera, & pinguis atque inconditæ Mineruæ; quare de summis ipsorum ducibus, Pythagoreis nimirum simul & Platonis Chrysostomus Hom. 1. in Ioannem; *quemadmodum enim qui in Euripo sunt huc, illuc iactantur; itidem hi nunquam sibi constant, vtpotè incerta, & fragili sententia omnia loquentes.* Damascenus oratione pro fidelibus defunctis iuxta principium, si quid de Trinitate Philosophi consequuti, non nisi exiliter & perobscurè tradidisse, Hugo Eterianus lib. 1. de hæresibus, quas Græci in Latinos deuoluunt cap. 1. sub ænigmatibus valdè caliginosis abscondendo publicasse; Magister in 1. sentent. dist. 3. littera F. §. *Nunc restat*, &c. quasi per vmbram, & de longinquo conspexisse. S. Thomas 1. p. q. 32. art. 1. ad 1. Philosophos non cognouisse mysterium Trinitatis per propria, quæ sunt paternitas, filiatio, & processio, sed per quædam essentialia attributa, quæ appropriantur personis; quæ repetit opusculo septuagesimo quæst. 1. ad 4. argumentum in fine. Ac quidem Plato Antesignanus huius doctrinæ, quónam modo caperet, Christiana non prælucente Philosophia, nec fide Saluatoris eum illustrante, *quæ sunt eadem, vni tertio non esse idem inter se?* Quamobrem tres ille quidem substantias, aut, vt etiam manis, hypostases Deo concessit, quas nominibus quibusdam decorauit cognationem aliquam habentibus cum diuinarum personarum vocabulis, sed has gradu & dignitate inter se inæquales depinxit, & realiter adæquatè distinctas absque identitate in eadem essentia indicauit, quam ob causam nouam quandam Deitatis multiplicitatem fabricauit, & Numinum vanam multitudinem potiùs confirmauit, quàm aliquid de Trinitate indefæcatum edocuerit; quare eius recensito placito Constantinus Imperator oratione ad Sanctorum cœtum apud Eusebium Cæsariensem c. 9. subnectit; *verùm in illis, quæ sequuntur à veritate per errorem deflexit, dum Deorum inducebat multitudinem, & singulis singulas formas adiiciebat, quæ planè causa extitit vt homines imperiti in maiorem errorem delaberentur;* Hieronymus præfatione in Pentateuchum, quæ est epistola 104. ad Desiderium, inquit de Septuaginta interpretibus, Trinitatis celasse mysterium secundùm Iudæorum opinionem, *ne Ptolomeus vnius, Dei cultor etiam apud Hebræos duplicem diuinitatem deprehenderet, quod maximè idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur.* Platonis autem sententiam fuisse de tribus in Diuinitate gradibus realiter omnimodè distinctis, statuunt in commentario ad nominatam S. Hieronymi epistolam Tostatus & Carthusianus, qui Patronos etiam citat Adamum de S. Victore, & Henricum de Hassia, consentitque sedulus Platonis defensor Cardinalis Bessarion lib. 2. contra calumniatorem Platonis cap. 4. & lib. 3. cap. 16. Platonem magna ex parte imitatus est Arius, inæquales faciens personas Trinitatis, Verbo diuino æternitatem subtrahens, & communes cum Genitore laudes,

Chrysost. Damascen. Hugo Eter. Magister. S. Thom. Plato. Eusebius. Hieronym.

Vnde

Cyrillus. vnde Cyrillus Alexandrinus lib. 1. contra Iu-
lianum ſub finem, de Platone aſſerit: *Speculatus*
*certè non vſquequaque omnia, ſed eodem modo,*
*quo qui Arrium ſectantur, diuidit & ſupponit ſub-*
*iectas, & ſubordinatas inter ſe ſubſiſtentias indu-*
*cens, & putat tres Deos eſſe diſtinctos ſanctam,*
S. Thom. *& conſubſtantialem Trinitatem*, &c. & S. Tho-
mas lib. 4. contra Gentes, cap. 6. num. 11. *eſt*
*autem hæc poſitio Arrij, & videtur Platonicorum*
*dictis exorta.* Nihil igitur ſincerum, & cohæ-
rens de vero Trinitatis myſterio Philoſophi tra-
diderunt.

## Sectio II.

### *Hebræis quanta notitia fuerit de Trinitate Dei? Num hæc ex veteri Inſtrumento probari valeat? an ex voce* Elohim?

9. *Hebræorũ de Trinitate Dei notitia quanta fuerit.* PErſpeximus naturæ viribus comparari non
poſſe cognitionem Trinitatis, ac proinde
nec argumentis ingenij induſtria conflatis ſua-
deri poſſe; eam ad comprobandam ſacrorum
Bibliorum teſtimoniis, & Eccleſiæ definitio-
Abulenſis. nibus, opus eſt, vt obſeruant Abulenſis in
Suarez. cap. 3. Matth. quæſt. 96. Suarez lib. 1. de Tri-
nitate cap. 2. num. 3. Cum Pagano igitur in-
fructuoſa erit diſputatio antequam de fidei &
Religionis Chriſtianæ ſanctitudine, & firmi-
tate conuenienter ſentire incipiat, niſi fortaſſe
alicubi Gentium doctiores ex traditione à Ma-
ioribus accepta in Trinitatis arcanum pronio-
res exiſtant; Iudæos autem de fide Trinitatis
conuincere minoris curæ & ſudoris eſt, cùm
per veteris paginæ diuinos libros quampluri-
ma diffuſa ſint teſtimonia, quæ cum vnitate
eſſentiæ tres conſiſtere perſonas realiter diſtin-
Areopagita. ctas inſinuant, vt edocent B. Areopagita de
Auguſtin. diuinis Nominibus cap. 1. §. 4. & S. Auguſti-
nus lib. 1. de Trinitate cap. 4. Nobiliora loca
Gen. 1. 26 ſunt Geneſ. cap. 1. verſ. 26. *Faciamus hominem*
*ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*; ſtatim-
que, *& creauit Deus hominem ad imaginem*
*ſuam*, &c. particulæ, *faciamus*, & *noſtram*
multitudinem perſonarum denotant, vnitas
ſubſtantiæ verbo ſingulari *creauit*, innuitur
Gen. 18. 2 Geneſ. cap. 18. verſ. 2. *Apparuerunt ei tres viri*
*ſtantes propè eum, quos cùm vidiſſet, cucurrit in*
*occurſum eorum de oſtio Tabernaculi, & adora-*
*uit in terram, & dixit: Domine, ſi inueni gra-*
*tiam in oculis tuis*, vbi Patrum frequentiſſima
conſideratio eſt, Abrahamum *Tres vidiſſe, &*
*vnum adoraſſe*, vt proinde ea viſio celeberri-
Deut. 6. 4 mus Trinitatis computandus ſit typus: Deu-
teronomij cap. 6. verſ. 4. *Audi Iſrael, Dominus*
*Deus noſter, Dominus vnus eſt*, quibus verbis
tanquam voce clara Scripturam adſtruere, Pa-
trem, filium, & Spiritum ſanctum vnum
Auguſtin. Deum eſſe, ſtatuit Auguſtinus lib. 3. contra Ma-
ximum Arianorum Epiſcopum cap. 23. & Hor-
miſdas Papa epiſtola 79. ad Iuſtinum Impera-
Pſalm. 32. 6 torem. Pſalmo 32. verſ. 6. *Verbo Domini cæli*
*firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eo-*
*rum. Domini* nomine Pater ſignificatur, qui
verbum loquitur, & qui per verbum opera-
tur; *Verbi* dictione ſecunda perſona, *Spiritu*
*oris* tertia repræſentatur. Denique Triſagion
apud Iſaiam cap. 6. verſ. 3. *Sanctus, Sanctus,* Iſai. 6. 3.
*Sanctus, Dominus Deus exercituum*; in quod
Ambroſius lib. 2. de fide ad Gratianum cap. 4. Ambroſ.
*Si vna laudatio, cur trina repetitio? Trina repe-*
*titio cur niſi quia Pater, & Filius, & Spiritus ſan-*
*ctus ſanctitate vnum ſunt? Non dixit ſemel, ne*
*filium ſequeſtraret; non bis, ne Spiritum ſanctum*
*præteriret; non quater, ne creaturas coniungeret,*
*& vt oſtenderet Trinitatem eſſe vnam Deitatem,*
*cùm tertiò dixiſſet, Sanctus, Sanctus, Sanctus,*
*addidit ſingulariter, Dominus Deus Sabaoth*; quin
verò & apud antiquam Synagogam tanto in
pretio ob ſignificationem magni Trinitatis ar-
cani habita loca imprimis duo ex memoratis,
videlicet ex capite ſexto Deuteronomij, & Iſaiæ
ſexto narrat Galatinus lib. 2. cap. 1. in fine, vt Galatin.
bis recitari in die à Iudæis ea verba ſtatutum
fuerit, manè nimirum, & veſpere; has autem,
multáſque inſuper ad longum expendere autho-
ritates idcircò omittimus, quia à pluribus com-
planata via eſt; legendi ex Patribus Benedi-
ctus I. in 1. decretali. Alexander III. epiſto-
la 32. ad Soldanum Iconij. Author in Appen-
dice tomi decimi operum Auguſtini ſerm. 30.
qui in aliis operibus eſt ſermo 38. de tempore.
Rupertus Abbas lib. vndecimo de diuinis offi-
ciis, cap. 16. Petrus Bleſſenſis libro contra per-
fidiam Iudæorum, Nicolaus de Lyra tractatu
contra Iudæos ad finem commentariorum in
Biblia, Paulus Burgenſis ſcrutinij Scriptura-
rum parte 1. diſtinct. 9. & de iuniorum numero
Marſilius Ficinus de Religione Chriſtiana, c. 32.
Galatinus lib. 2. de arcanis à cap. 9. Hadrianus
Finus in flagello Iudæorum lib. 8. cap. 8. Petrus
de la Cauallerla in zelo Chriſti contra Iudæos,
numero 684. Hector Pintus ad finem cap. 14.
Danielis. Genebrardus lib. 2. de Trinitate, Epi-
ſcopus Antonius Perez in Laurea Salmantina,
certamine 1. expoſitiuo cap. 1. à num. 7. Eſca-
lante in Clypeo concionatorum lib. 4. cap. 10.
& qui accuratiùs cæteris pertractarunt Vaſquez
tom. 2. in 1. part. diſput. 108. cap. 2. Ruizius de
Montoia diſputatione 36. de Trinitate cap. 4.
& 5.

Sed quanquam à teſtimoniis ſpatioſè con- 10.
ſiderandis placuit abſtinere, vnum tamen ma-
iori aliqua proſequi diligentia adlubeſcit, quòd
de eo videam Catholicos ipſos graues Scripto-
res inter ſe non ſatis conuenire: ſunt autem
initialia verba cap. 1. Geneſeos, *In principio crea-*
*uit Deus cælum, & terram*, pro voce ſingularis nu-
meri Latina *Deus*, apud Hebræos eſt dictio, plu-
ralis אלהים *Elohim*, quæ interpretatur *Dij*, ſiue *Elohim etymon.*
*Iudices*, & ita declarant communiſſimè qui vel
ſacras litteras exponunt, vel Hebræorum voca-
bulorum aptas ſignificationes tradunt, quan-
quam à fortitudine ductum nomen Euſebius Euſebius.
ſuggerit libro vndecimo præparat. Euang. cap. 6.
*Hebræi quod à nobis Dei nomine exprimitur, id*
*ipſum Elohim dicere conſueuerunt ab El, vt vide-*
*tur, quod apud illos robur, poteſtatemque ſignifi-*
*cat, vt Dei nomen apud eos ab eius poteſtate ac*
*robore deriuetur*; ſed viſitata etymologia & ori-
go eſt quam perhibui. Sed num ſingulari nume-
ro protſus careat, nullum habere ſtatuit Ca- Caietan.
ietanus ad cap. 1. Geneſ. verſ. 1. at vix pronun-
tiati aſſeclam nactus; nam ibidem אלוה *Eloah*

Eugubin. Honcala. Oleaster. Pereira. Delrio. Ruizius.

dici in singulari monent Eugubinus, Honcala, Oleaster, Pereira, Delrio, & probant ex cap. Iob 12. vers. 4. cap. 36. vers. 2. Habacuc cap. 1. vers. 11. & cap. 3. vers. 3. Ruizius noster disputat. 78. de Trinitate sect. quinta, num. 5. vocem *Elohim* singularis esse numeri, & pluralis insuper contendit eum in morem, quo nomina quartæ, & quintæ declinationis apud Latinos terminationes similes retinent quibusdam casibus singularis, & pluralis numeri, vt *manus*, *dies*; quam de nomine Elohim cogitationem Rabinis Authoribus Lyra tractatu contra Iudæos, & Galatinus lib. 2. cap. 9. accumulant; spernunt autem meritò quod ab eis adiicitur, nempè, quoties pro vero Numine dictio sumitur, coniungi cum verbo, aut adiectiuo singularis numeri: si autem pro Diis falsis ponatur, sociari vocibus pluralis numeri, nam etiam pro Deo vero cùm significat copulatur verbo, aut adiectiuo pluralibus Genes. cap. 20. vers. 13. *Postquam autem eduxit me Deus de domo patris mei.* Hebraicè, *Declinare me fecerunt Elohim.* cap. 35. vers. 7. *Apparuit ei Deus cùm fugeret fratrem suum.* Hebraicè, *apparuerunt ei Elohim*; Iosue cap. 24. vers. 19. *Deus enim sanctus, & fortis æmulator est*, Hebraicè, *quia Elohim Sancti sunt*. Ieremiæ cap. 23. vers. 36. *Et peruertistis verba Dei viuentis*, Hebraicè *Elohim viuentium.* Hac igitur Rabinorum ablegata glossa ab iis proditam vocem *Elohim* vtriusque indifferenter esse numeri, videlicet singularis æquè & pluralis luculentè traditum est à B. Hieronymo in quæstionibus, seu traditionibus Hebraicis, non longè à principio, in illud cap. 6. Genes. *Videntes autem filij Dei filias hominum*, &c. *verbum Hebraicum* אלהים *Elohim communis est numeri; & Deus quippè, & Dij similiter appellantur; propter quod Aquila plurali numero filios Deorum ausus est dicere, Deos intelligens Sanctos, siue Angelos, Deus enim stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos discernit; vnde & Symmachus istiusmodi sensum sequens, ait, videntes filij potentium filias hominum*; quæ etiam ex Hieronymo Beda citat quæstionibus in Genesim ad præfata cap. 6. verba: quod Procopius Ganæus corroborare visus in illud cap. 3. Genes. *Et dixit Dominus Deus: Ecce ille homo fuit quasi vnus ex nobis*, &c. *aiunt Hebræos iisdem litteris, eodémque numero scribere Deus & Dij, proinde quidam legunt, eritis vt Deus, non eritis vt Dij.* Sed verum istorum sensum enarrauit B. Hieronymus epistola 136. ad Marcellam; nam postquam statuit *Elohim* terminationis pluralis habere distinctam terminationem, & numero singulari alligatam, nempè *Eloha*, siue *Eleo*, doctè intulit habere se eo modo, quo *cælum* apud Latinos, nam cùm hæc terminatio singularis existat numeri, pluraliter autem diuersa terminatione *cæli* nuncupentur, tamen pro eodem non infrequenter supponit vox singularis numeri, pro quo substituitur dictio pluralis, vt de empyreo, quod est vnum, promiscuè & in eandem significationem cælum empyreum, & cæli empyrei; *Scire debemus*, (ait S. Hieronymus memorato loco,) *quòd* אלהים *Elohim communis numeri sit, quòd & vnus Deus sic vocetur, & plures; ad quam similitudinem cælum quoque appellatur & cæli, id est,* שמים *Samaim, vnde & sæpe interpretes variant, cuius exemplum nos in lingua nostra habere possumus*

Lyra. Galatin. Gen. 20. 13 Genes. 35. 7 Iof. 24. 19 Ierem. 23. 36 B. Hieron.

*Athenas, Thebas, Salonas*: statuamus itaque *Elohim* non declinari singulariter apud Hebræos, neque esse vocem promiscui numeri, quemadmodum nomina quartæ, & quintæ declinationis apud Latinos, sed terminari pluraliter solùm.

His receptis exoritur quæstio de primo versu 11.
cap. 1. Genes. *In principio creauit Deus cælum & terram*; in Hebræo non est *Eloha*, qua voce significatur Deus in numero singulari, sed est pluralis terminatio dictionis, nimirum Elohim, & Latinè exprimere valemus *creauit Dij*: quòd igitur verbo singularis numeri *creauit* adiungatur substantiuum pluralis numeri *Dij*, *vel Iudices*, an mysterium Trinitatis designat, quasi verbo singularis numeri vnitas essentiæ denotetur: dictio autem pluralis diuinarum personarum multiplicitatem insinuet? Equidem mysterium nullum indicare, nec ad comprobandam Trinitatem deseruire, sed idiotismum, & modum loquendi esse linguæ sanctæ, & ad summum reuerentiæ & honoris gratia pluraliter nominatum Deum vnum, quod illustres sic compellare vsus sit personis, opinantur Caietanus in cap. 1. Genes. vers. 1. ibidem, Pereira, Delrio, Bonfrerius, Benedictus Fernandez, Gordonus, Ystella, Marzilla, Tostatus opusculo de Trinitate, conclus. 1. & 2. Bellarminus lib. 2. de Christo cap. 6. Suarez lib. 4. de Trinitate cap. 12. num. 5. Vasquez tom. 2. in 1. part. disputat. 108. cap. 2. num. 11. Ruizius disput. 77. de Trinitate, sect. 5. Fasol. tom. 3. in 1. part. quæst. 27. art. 1. dub. 2. num. 149. Ioannes Drusius tractatu de nomine Elohim, nobis oppositam transire in factionem potiùs visum est; arbitramur Sacramento non vacare, quod verbo singulari *creauit* Moyses attexuerit plurale nomen *Elohim*, Spiritu sancto nimirum identitatem essentiæ in diuinis cum personarum distinctione reali per eum loquendi modum adumbrante; hæc est communior sententia: docuit Mag. in 1. dist. 2. littera F. §. Nunc verò, &c. Alensis 1. parte quæst. 50. memb. 2. ad 2. Bonauentura in 1. dist. 2. dub. 8. & distinct. 4. art. 1. quæst. 3. Marsilius in 1. quæst. 5. art. 3. ad 4. & 5. Petrus de Aliaco in 1. quæst. 3. circa finem, & quæst. 5. per totam. Carthus. in 1. dist. 2. quæst. 8. Denique Magistrum omnes prorsus antiquiores Scholasticos sequutos fuisse adstruit Pereira lib. 1. in Genes. ad cap. 1. vers. 1. num. 39. pro eadem Nicolaus de Lyra tractatu contra Iudæos parte 1. Cardinalis Cusanus cribrationis Alchoram lib. 2. cap. 3. Petrus Alfonsus, Christianus ex Iudæo factus, Dialogi titulo sexto, qui est de Trinitate, Arias Montanus generationis, & regenerationis Adam lib. 1. cap. 3. & 4. Iacobus Naclantius in medulla sacræ scripturæ, in Sexta Mundi ætate. Hieronymus Vielnius lectione 3. in cap. 1. Genesis. Burgensis in scrutinio Scripturarum, parte 1. dist. 9. cap. 1. & sequentibus. Iacobus de Valentia quæstionibus contra Iudæos quæstion. 5. non longè à principio. Petrus de la Caualleria in zelo Christi contra Iudæos num. 708. Fortalitium fidei lib. 1. consideratione 5. tit. de præfiguratione credendorum, &c. Finus Hadrianus in flagello contra Iudæos lib. 8. cap. 8. interpretes cap. 1. Genes. vers. 1. Lippomanus, Eugubinus, Honcala, à Lapide, Leonardus Marius, Tirinus, Genebrardus lib. 2. de Trinitate.

Caietan. Pereira. Delrio. Bonfrer. Benedict. Gordon. Ystella. Marzilla. Tostatus. Bellarmin. Suarez. Vasquez. Ruiz. Fasol. Drusius. Magist. Alens. Bonauent. Marsil. Aliac. Carthus. Pereira. Lyra. Cusan. Alfons. Arias. Naclant. Vieln. & alij.

nitate. Hector Pintus ad finem cap.14. Danielis. Catharinus lib.4. contra Caietanum, pag.164. Galatinus lib.2. de arcanis cap.9. Antonius Perez in Laurea Salmantina, certamine 1. expositiuo cap. 1. num. 10. Escalante in Clypeo concionatorum lib.4. c.11. Salmeron Prolegom.10. quinquagena 2. canone 9. Serrarius in Symbolum Athanasij disputat. 3. num. 89. Tannerus tom.1. disputat. 4. de Trinitate, quæst.1. dub.3. num. 33. Sic igitur disputabimus: Quemadmodum expositio alicuius loci Scripturæ, quæ censetur communis inter Patres Ecclesiæ genuina & solida existimari debet; ita expositio non contradicens Patribus, quæ communis reputatur Scholasticorum germana etiam habenda est, nam Patribus authoritate succedit schola Theologorum: sed data interpretatio, vt perspeximus, est vulgata priscorum Scholasticorum; eandem colunt omnes ferè qui contra Iudæos scripserunt, iidémque maxima ex parte Hebrææ linguæ peritissimi; igitur vera & laudanda est explanatio. Deinde si quam ob causam respuenda fuisset expositio, ideò quoniam Iudæi facilè respondere possint litteram absque intellecto mysterio sufficienter construi, asserendo morem obseruari, quo Dynastæ, & Principes salutantur plurali nimirum voce: at hac quoque via à Iudæis alia insignia testimonia eneruari queant, imprimis nobile illud Genes. cap. 1. vers. 26. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*; quod hac ratione eleuare tentarunt Rabini, vt testatur quæst. 19. in Genesin Theodoretus, dicebant enim, *Nam magistri equitum, & Imperatores plurali numero consueuerunt dicere, Iubemus, scribimus, mandamus.* Quanquam igitur Iudæi ita respondere queant, idque non abhorrentes à consuetudine idiomatis Hebræi, & propterea non facile conuincendos iri opinatur Bellarminus lib. 2. de Christo cap. 6. in quarto argumento; nihilominus quia Patres testimonium illud magnis excipiunt encomiis Trinitatem probaturi, vt cernere est apud Ruizium de Trinitate, disputat. 36. sect. 4. à num. 7. apud Catholicos in honore est, & ij cum quibus disceptamus, recipiunt; igitur similem in modum quanquam verborum corticem solùm pertentantes Iudæi tergiuersari possint, & negare Trinitatem significari vers. 1. cap. 1. Genes. *In principio creauit Deus*, Hebraicè *Elohim*; tamen cùm veterum Scholasticorum explanatio sit de Trinitate, ea interpretatio grauis censenda est, & textui consona, & non minoris hæc authoritas roboris contra Iudæos, quàm sint aliæ omninò similes, quibus Theologi contra Hebræos vtantur.

*Numero plurali Dynastæ, & Principes salutandi mos.* Gen. 1. 26. Theodor. Bellarm. Ruiz.

12. Sin autem clament *Elohim* vt plurale nomen sit, sequi vt plures asserere Deos liceat loquutione Athanasiano Symbolo contraria, & periculis obnoxia, quæ expendit Suarez lib. 4. de Trinitate, cap. duodecimo; occurrimus benè obseruare S. Thomam 1.p. quæst.39. art. 3. ad 1. vocem *Deus* apud Latinos non denotare personas, sed naturam, secùs dictionem *Elohim* apud Hebræos, qua personæ designantur, id quod placet Iacobo de Valentia in quæstionibus contra Iudæos, quæstione 5. & Vasquez tom. 2. in 1. part. disput.108. cap.2. numer. 11. Igitur quamuis *tres Dij* ex Latinæ vocis significatu dici theologicè nequeant personæ diuinæ, *Elohim* tamen pluraliter Hebraicè dici queat, quoniam vox *Elohim* in recto denotat supposita, quæ multitudinem & distinctionem non excludunt. Fortius aliud telum est, quippè Moyses & cæteri præclari Vates id quàm maximè spectarunt, vt ingenio quodam suo, & Paganorum conuictu ad Idololatriam nimiùm procliuem Hebræorum nationem à falsorum Numinum impatienti illo reuocarent œstro; quomodo igitur exosam facere volens Iudæis farraginem Inanium Deorum, statim ingressu Geneseos proponeret dictionem *Elohim*, cùm ex hac eo quòd plura in Deo innueret supposita, occasionem captare possint plures imaginandi Deos? Verùm si hæc quidquam demonstrant, probabunt oportuisse vt nullibi in Genesi, & tota Pentateucho Spiritus sanctus per Moysem Trinitatis indicauerit mysterium; nam ex hoc vbicumque fulgeret, ansam plures cogitandi Deos arriperent; quod ne Ptolomæo Regi contingeret septuaginta duo Interpretes in Græca sacrorum Bibliorum versione, quàm in eius gratiam perfecerunt, Trinitatis supprimere mysterium studuerunt si Hebræorum traditioni deferamus apud Hieronymum præfatione in Pentateuchum, seu epistola 104. Respondendum igitur pro cunctis quod Pererius aduertit in cap.19. Genes. vers.24. disputatione 4. num. 42. aut vulgus, & multitudinem considerandam, aut doctrina, & legis interpretatione claros, aut Prophetia, & supernis irradiationibus conspicuos; vulgus vbicumque rude, sed inter Hebræos crassum & hebes de subtilioribus arcanis non laborabat, Trinitatem nesciebat; quamobrem periculum non erat vt huius occasione mysterij Deorum sibi numerum formaret: sapientibus autem præsidio erat scientia ne aberrarent; & quamuis non ea imbuti luce qua Christiani post Euangelium, nouerant tamen ex Prophetarum instructione non nisi vnum esse Deum, licèt personæ essent tres realiter ab inuicem distinctæ. De perfusis interni Spiritus sancti iubare, & ab eo eruditis superfluum est monere: quòd autem populus & multitudo grandiora arcana, & speciatim Trinitatem ignoraret, perhibet S. Gregorius Papa lib. 2. in Ezechielem Hom. 16. in illud: *& mensus est latitudinem liminis*, &c. *Nam omnipotentem Deum sanctum, videlicet Trinitatem cum Prophetæ prædicarent, populus ignorabat, solum Decalogum tenebat in fide, legem Trinitatis nesciens*, & paulo inferiùs: *data autem lege rudis ille Hebræorum populus mandata Decalogi seruare conatus est, sed tamen cognitione Trinitatis eruditus non est; & quamuis hanc spiritales Patres perfectè cognouissent, multitudo tamen Synagogæ nec inuenire mysterium Trinitatis potuit, nec quærere sciuit: superueniente autem gratia per testamentum nouum omnis fidelis populus vnum Deum Trinitatem esse cognouit*, &c. tradunt prope eadem Origenes Hom. 1. in Iosue in illud c. 1. *Rubenitis quoque, & Gaditis*, &c. S. Epiphanius in Ancorato. Author de cardinalibus operibus Christi apud Cyprianum in Prologo, Theodoretus lib. 2. de Græcarum affectionum curatione, seu de principiis. Aponius in illud cap. 4. Canticor. *Duo vbera tua sicut duo hinnuli*, &c.

Suarez. S. Thom. *τὸ Deus, apud Latinos non personas, sed naturam denotat. τὸ Elohim, apud Hebræos personas designat.* Valentia. Vasquez. Gregor. PP. Origenes. Epiphan. Theodoret. Aponius.

Rupert. Tostat. Burgens. Galatin. Bellarm. Becanus. Rupertus lib. 11. de diuinis officiis, cap. 14. Tostatus opusculo de Trinitate, concl. 3. Paulus Burgensis 1. parte scrutinij Scripturarum, distinct. 9. cap. 4. ad finem, Galatinus lib. 2. cap. 1. Bellarminus lib. 2. de Christo, cap. 6. §. vbi notandum, &c. Becanus in analogia, cap. 2. q. 3.

13. Anastas. Sed quamuis Deus populo Israëlitico noluit Trinitatem declarari, ne occasionem inde acciperet, vt inquit Anastasius Abbas tractatu contra Iudæos confirmandæ superstitionis, quam in Ægypto didicerat plurium Deorum, cùm tamen altiori mente præditis, & doctrina vallatis mysterium illud crediderit, & ab Hebræis potissimum Ethnicorum Gentium Philosophi, quæ de eo scriptis commendarunt, emendicati sint, mirum est Rabinos saltem & Magistros Iudæorum, vt Scripturis non acquiescant, maiorum exemplis & traditione non incitari, vt quemadmodum Deum vnum agnoscunt, sic & Trinom in personis confiteantur; sed tandem hic est inter multos error quoque ipsorum, vt expendit Augustin. Augustinus sermon. 1. in festo Trinitatis, qui est 189. de tempore; quibuscum si disputandum sit, quoniam Ecclesiæ Romanæ sanctionibus, & Patrum, vel Theologorum authoritati nihil deferunt, duo sunt consideranda testimoniorum veteris Scripturæ genera; vnum, quod allegoticè, & in typo magis, quàm secundùm litteram, & ex verborum sono de Trinitate edocet, qualia pleraque sunt eorum, quæ huius articuli initio proposuimus: horum locorum mysticum esse sensum, atque sub figuris arcanum, proinde & verum, atque à Spiritu sancto intentum, Orthodoxi recipient, quoniam Patrum ea Roizius. communis est sententia, de qua apud Roizium disput. 36. de Trinitate, sect. 4. & 5. qui Trinitatem indicari affirmant. Porrò diuinarum litterarum, seu historicus, seu mysticus, is germanus reputandus est sensus, qui Patrum & Theologorum vsualis & tritus est, vt suggerit Tridentinum Tridentin. sessione 4. decreto, *de editione, & vsu sacrorum librorum*; cæterùm Iudæi, quoniam Patrum, & Scholasticorum solam authoritatem non multi faciunt, non ideo concessuri sunt certam habendam expositionem, quia Patres & Theologi asserunt; itaque hi sunt authoritate premendi sunt Doctorum, Rabinorum suorum testimoniis conuincendi sunt; quanquam nec hos amplexantur, nisi cùm fabulis, & stultitiæ ipsorum applaudunt: quamobrem deueniendum est ad secundum membrum authoritatum sacræ paginæ, quæ litteræ inhærenti sensu examinato non sinunt aduersarium absque labore, & cura esse; Psalm. 2.7 horum specimen esse valeat illud ex Psalm. 2. vers. 7. *Filius meus es tu, ego hodie genui te*; ex quibus si probetur generatio increata, & æterna filij Dei, coguntur fateri duas personas in Deo, quibus concessis non erit arduum tertiæ personæ suadere processionem; quo de loco aduersùs Burgens. Galatin. Iudæos Burgensis in scrutinio parte 1. dist. 9. cap. 9. Galatinus lib. 3. de arcanis cap. 7. Nec refert, quòd hanc eneruare authoritatem Rabini conentur, adstruentes, ihi sermonem esse de Dauide, non autem de Verbi ante omnia secula generatione ad intra; beoè quippè redarguunt Ribera. Iustinian. Ribera & Iustinianus in cap. 1. epistolæ ad Hebræos, vers. 5. in Dauidem conuenire non posse. Si enim *hodie* de æterna generatione accipiatur, Dauidi, qui in tempore natus est, aptari nequeat; si de ea temporis periodo, quæ deuoluebatur, cùm ita pangeret Psaltes, neque veritas tum editum in lucem Dauidem, nam grandæuus erat, & hymnum, in quo ita canebat, post multos ætatis annos composuerat: quod si demum constituant de eius inauguratione, cùm Monarcha reuuntiatus est, impropria & violenta loquutio est, vt tum genitus fuisse perhibeatur; germana igitur interpretatio est, litterámque implens, quæ ad æternam transfert Verbi generationem, de qua Apostolus intellexit epist. ad Hebræos cap. 1. vers. 5. Nec contemnendum suppeditat argumentum Ecclesiasticus cap. 24. Eccli. 24. 5 vers. 5. *Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam: cum ergo*, (inquit Petrus Pett. Bless. Blessensis tractatu contra perfidiam Iudæorum, cap. 2.) *ante mundi creationem nihil esset, quando iam generata erat hæc Sapientia?* & quanquam librum Iesu Syrach in Canonem Scripturarum non esse receptum dicturi sint, ac proinde apud Hebræos fidem non facere; sed esto hoc verum omninò sit, tamen negare non possunt quin scriptor grauissimus ac doctissimus fuerit, qui cùm ante Christum natum ea litteris commendauit, indicat doctrinam de Trinitate personarum in Deo Synagogæ Theologis notam fuisse; certè parabolas Salomonis Iudæi admittunt, sed in his de Sapientia increata genita cap. 8. Prou. 8. 24 vers. 24. *Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram: vbi verò*, (ait Nicolaus de Lyra,) *est con-* Nic. de Lyra. *ceptus, & partus, illic est generans, & genitus; ratio verò & natura non patiuntur, quòd eadem simplex persona respectu suiipsius sit generans, & genita, nulla enim res seipsam gignit.* Ergo quamuis Iudæi iis solùm veteris Instrumenti testimoniis deferant, quibus Trinitas exprimitur non per ænigmata, & figuras, sed iuxta litteræ rigorem, huius etiam formæ non pauca suppetunt.

---

## SECTIO III.

### *In Deo esse tres personas realiter distinctas: origo multiplicitatis earum: procedere per intellectum, & voluntatem.*

Qvanquam verò admitteremus veteris Instrumenti tota pagina Trinitatis scientiam nunquam apertè propositam fuisse, videlicet sub Personarum cuiusque distinctis nominibus, sed non ita in Euangelio, cæterísque gratiæ Canonicis libris: quid enim manifestum si non illud Matth. cap. vltimo. vers. 19. *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*; admiratus claritatem tanti pronuntiati S. Athanasius epistola ad Serapionem contra eos, qui dicunt Spiritum sanctum esse creaturam, propè finem, inquit, *Hæc est prædicatio in omnem sub cælo Ecclesiam, hoc fundamentum fidei, quam habet Ecclesia*; clarum etiam est illud ex 1. Ioann. cap. 5. vers. 7. *Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt.* Matth. cap. 3. vers. 16. & 17. Marc. cap. 1. vers. 10. Luc. cap. 3. vers. 35. & cap. 3. vers. 22. Ioann. cap. 1. vers. 14. & 18. & cap. 3. vers. 35. & aliis multis locis Patris, Filij,

Margin: 14. *In Deo tres personæ realiter distinctæ.* Matth. vlt. 19. Athanasius. 1. Ioan. 5. 7

Filij, & Spiritus sancti nomina exprimontur. Hæc autem vocabula cùm non metaphoricè, sed cum omni sermonis proprietate accipienda sint, vt omnis sacra Scriptura construi debet quoties loquotionis propria acceptio absurdom non infert, verum Genitorem, verámque prolem denotant, igitur & personas realiter distinctas, neque enim fieri qoeat, vt quis suipsius Pater existat, qoemadmodum argumentatur S. Epiphanius hæresi 57. contra Noëtianos, non longè à principio: *Quomodo enim fuerit Pater idem qui Filius est? si enim Filius est, omninò alicuius filius fuerit, à quo genitus est; si verò Pater est, seipsum generare impossibile est; rursum quòd vocatur Filius, seipsum non genuit, sed ex Patre genitus est*; probant ex Ioann. cap. 8. vers. 16. *Quia solus non sum, sed ego & qui misit me Pater, & in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est.* Si igitur non solus, Pater cum quo est, alter & distinctus erit: *Erubesce Sabelliane*, (inquit Augustinus tract. 36. in præfatum Ioannis caput,) *audis Filium, audis Patrem: Pater Pater est, Filius Filius est: non dixit, ego sum Pater, & ego ipse sum Filius, sed solus non sum, inquit: quare solus non es? quia mecum est Pater. Ego sum, & qui misit me Pater, audis, Ego sum, & qui misit me, ne perdas personam, distingue personas*; & B. Athanasius oratione contra Sabellij Gregales iuxta principium: *En tibi duas personas; & nisi dicas verè duos esse, cum hæc loquitur, non permittis testimonium verum existere, id enim testimonium confirmas si non ab vno, sed à duobus perhibeatur.* Similia protulit Christus Ioann. cap. 5. vers. 32. *Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio, quia verum est testimonium, quod perhibet de me*; quoniam si alius est, igitur & distinctus. *Manifestum est*, (ait S. Epiphanius hæresi 69. contra Ariomanitas, aliquantum à principio,) *quòd Pater non est Filius, & Filius non est Pater, alioqui non dixisset, alius est qui misit me*; & B. Fulgent. lib. 3. ad Thrasymondum cap. 3 *vt errorem Sabelliana confusionis excludat, sicut ipse Filius protestatur, dicens: Alius est qui testimonium perhibet de me*, &c. Verùm excusabile est in his multum operæ collocasse, quando nihil aliud tertio quoque verbo Conciliorum & Pontificum decreta, omnes Orthodoxorum Patrum libri, omnia Catholicorum Theologorom volumina, quorum euidentiores sententias exhibent Coccius Thesauri Catholici tom. 1. lib. 1. art. 4. Bellarminos lib. 1. de Christo, cap. 10. Ruizius de Trinitate, disput. 19. sect. 5. & disput. 36. sect. 3. equidem de Ecclesiæ ætatibus sua vsque ad tempora S. Augustinus lib. 1. de Trinitate, cap. 4. *Omnes, quos legere potui, qui ante me scripserunt de Trinitate, qua est Deus, diuinorum librorum veterum, & nouorum Catholici tractatores, hoc intenderunt secundùm Scripturas docere, quòd Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, vnius, eiusdémque substantia inseparabili æqualitate diuinam insinuant vnitatem, & ideò non sunt tres Dij, sed vnus Deus.* Et quamuis hoc mysterium tantis vallatum sit præsidiis, quibus nec plura, nec maiora esse queant, nihilominùs contra illud viri scelestissimi debacchari ausi sunt; atque vt superioris secoli Nouatoribus nihil ad omnem ingenij infamiam deesset, neque aliquid in cælestibus tam sacrosanctum existeret, quod non iniuriis prouocassent, sopitam longa obliuione blasphemiam suscitare non timuerunt; horum notitiam præstabunt qui eosdem confutant, Bellarminus lib. 1. de Christo, cap. 1. & 2. Coccius tom. 1. lib. 1. articuli quarti initio. Valentia lib. 1. de Trinitate, cap. 2. Vasquez tom. 2. in 1. p. disp. 108. cap. 1. Ruizius de Trinitate, disp. 36. sect. 1. Salmeron tom. 2. in Euangelia, tractato decimo.

Epiphan. — Ioann. 8. 16 — Augustin. — Athanasius. — Ioann. 5. 32. — Fulgent. — Coccius. — Bellarm. — Ruizius. — Augustin. — Bellarmin. — Coccius. — Valentia. — Vasquez. — Ruiz. — Salmeron.

15. Sed quando plores in Deo personas realiter distinctas dari constat, multiplicitatis rationem exploremus; abundat verò sancti Thomæ discursus quæstione 8. de potentia art. 1. *Ponit fides Catholica in Deo tres personas vnius essentiæ; vnde oportet, quòd in Deo sit aliqua distinctio non solum respectu creaturarum, quæ à Deo per essentiam differunt, sed etiam respectu alicuius in diuina essentia subsistentis; hæc autem distinctio non potest esse secundùm aliquid absolutum, quia quicquid absolutè in diuinis prædicatur, Dei essentiam significat, vnde sequeretur quòd personæ per essentiam distinguerentur, quod est hæresis Arrij; relinquitur ergo quod per sola relatiua distinctio in diuinis personis attenditur*, rectè, quòd *per sola relatiua distinctio consideratur*, nam hinc celebre Theologorum axioma; *sola relatio multiplicat Trinitatem*, quod ex Boëthio desumptum fuisse indicat B. Thomas 1. p. q. 40. art. 2. habet verò Boëthius opusculo de Trinitate ad Symachum sub finem; *sed quoniam nulla relatio ad seipsam referri potest, idcirco, quòd ea secundum seipsam est prædicatio, quæ relatione caret, facta quidem est Trinitatis numerositas in eo, quod est prædicatio relationis, sed seruata est substantiæ vnitas in eo, quod est indifferentia, vel substantiæ, vel operationis, vel omninò eius, quæ secundùm se dicitur prædicationis; ita igitur substantia continet vnitatem, relatio multiplicat Trinitatem.* Coosonat his Isidorus Hispalens. lib. septimo originum cap. 4. Conciliom Toletanum vndecimum circa principium in confessione fidei. Anselmus tractato de processione Spiritus sancti contra Græcos cap. 3. adscribit Græcis & Latinis Theologis sine discrimine Ioannes Theologus in Concilio Florentino, sessione 18. §. *Ego affirmaui quod dicimus*, &c. *Est verò secundùm Doctores tam Græcos, quam Latinos sola relatio, quæ multiplicat personas in diuinis productionibus, quæ vocantur origines, ad quam duo tantùm spectant, à quo alius, & qui ab alio.* Benè adstruit relationem in diuinis processionibus personas multiplicare, hoc est, prodoctione, siue actione, ob quod Richardus de S. Victore de Trinitate 1. parte lib. 4. cap. 15. inquit, *Differentes personarum proprietates circa solam originem quærere oportebit*; & Ioannes Theologus §. nuper allegato: *Nulla est alia ratio distinctionis in diuinis, nisi propter hoc, quòd aliqua persona sit ab alia*; esse autem ab alia, est produci ab ea, vnde liquet distinctionem personarum in Deo fundati in origine, & productione. Quæ paulo vberiùs sequentem in modum declarantur: nam quidem talis distinctio in diuinis debet esse inter opposita, alioquin qualescumque concipiantur entitates, si non opponantur, non repugnabit eas inter se, atque omnimodè identificari, cum qua identitate incompossibilis est distinctio realis, quia cùm esse diuinum sit illimitatum, & infinitè perfectum in omni genere secum identificat omnem perfectionem absolutam simpliciter simplicem; ergo si distinctio prouenit ab oppositione, oppositio ipsa fundari debet in relatione, quoniam relatio est, quæ distinguit & multiplicat personas in diuinis, vt

*Personarum multiplicitatis ratio exploratur.* — S. Thom. — *Relatio sola Trinitatem multiplicat, Theologorum axioma.* — S. Thom. — Boëth. — Isidor. — Concil. Toletan. XI. — Anselm. — Ioan. Theol. — Richard. — Ioan. Theol. — *Relatio quid.*

commonstrauimus: verùm cuius naturæ ea est relatio, quæ extrema & correlata ab inuicem realiter distinguit? Tria relationum genera celebrant Philosophi, nempe *vnitatis*, *mensuræ*, *originis*: at non à relatione vnitatis, & conuenientiæ distinctio in diuinis, quia licèt concedamus dari posse inter personas, quæ identificantur in eadem substantia, & natura tales relationes, non possunt primariò & formaliter constituere distinctionem personarum, quoniam præsupponunt extrema iam distincta per alias formalitates, & postquam existunt, & distinguuntur per prædicata essentialia, resultat similitudo, aut dissimilitudo, provt magis, aut minùs conueniunt; hoc ipsum etiam supponunt relationes mensuræ, quia exigunt vt prius ratione extrema diuersas sortiantur naturas, prius est enim quòd sit res, & qualem essentiam habeat, quàm vt sit regula aliorum. Adde præfata duo relationum genera inueniri posse inter formalitates sola ratione distinctas; nam animal, & rationale provt distinguuntur per intellectum, in quibusdam conueniunt, in aliis differunt; sic & cognitio quanquam ratione ratiocinata tantùm distinguatur ab obiecto, quod præsupponitur ad illam, potest esse mensura conformitatis obiecti cum repræsentatione, qua exprimitur obiectum: quando igitur ab his relationum modis distinctio non prouenit realis, superest vt eam pariat tertium genus relationis, videlicet *originis*, *& agendi*; actio enim est semper ad aliquid realiter distinctum, quia nemo seipsum realiter producit. Relatio igitur fundata in actione, fluxu, & processione vnius ab alio, ipsa est quæ multiplicat personas in Deo: quomodo autem ex eo, quòd vna persona procedat ab alia in diuinis, iuxta illud de Verbo &
Eccli. 24.5 filio Ecclesiastici cap. 24. vers. 5. *Ego ex ore Al-*
Ioann. 8.42 *tissimi prodiui*. Ioannis cap. 8. vers. 42. *Ego enim ex Deo processi, & veni*; & de Spiritu sancto
Ioann. 15.26 Ioann. cap. 15. vers. 26. *Cùm autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, spiritum veritatis, qui à Patre procedit*, non sequatur Verbum aut Spiritum sanctum esse ens ab alio, nec alius
Ruiz. quicumque defectus, vide apud Ruizium disputat. 94. de Trinitate, sect. 3. & apud obuios quosque argumenti tractatores:
Zuniga. Zuniga bene expedit disput. 2. de Trinitat. dub. 1. memb. 2.

16. *Processio diuinarum personarum per intellectum, & voluntatem.* Quando igitur apparet in Deo dari realem processionem vnius personæ ab alia, id statuendum est, nempè has processiones esse per intellectum & voluntatem, pérque intellectionem, & volitionem: quippè Scripturæ, Concilia, Patres secundùm Trinitatis personam Verbum nuncupant, quemadmodum tertia persona vocatur ab iisdem charitas, & amor, atque dilectio:
Eccli. 1.5 Ecclesiastici cap. 1. vers. 5. *Fons sapientiæ Verbum Dei in excelsis*;
Ioann. 1.1 Ioann. cap. versúque primo: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum* idem epistola 1. c. 5. vers. 7. *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum & Spiritus sanctus*.
Apoc. 19.13 Apocalyps. cap. 19. vers. 13. *Et vocatur nomen eius Verbum Dei*.
1. Cor. 1.24 Paulus 1. ad Corinth. cap. 1. vers. 24. appellat Christum *Dei sapientiam*;
Rom. 5.5 & ad Rom. cap. 5. vers. 5. de Spiritu sancto, *quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris*. Hæ autem loquutiones in re tam graui & seria cum omni rigore & proprietate intelligendæ sunt, & quidem de verbo mentali & incorporeo, cùm de Deo sermo existat: secunda igitur persona strictè est Verbum, & tertia amor atque dilectio; sed omne verbum internum, & spirituale vt verbum est, formaliter procedit per se & immediatè ex intellectu, & cognitione eius, cuius est verbum, quemadmodum amor procedit ex voluntate & dilectione eius, cuius est amor; igitur si filius in diuinis est cum omni proprietate Verbum Patris, & Spiritus sanctus est amor Patris, & filij, filius quatenus Verbum procedit per intellectum, intellectionémque diuinam, & Spiritus sanctus, qui formalissimè Amor est per voluntatem, volitionémque Dei: propterea Athanasius tractatu de Athanasius.
sententia Dionysij Alexandrini contra Arianos prope finem; *éstque mens quia per se existit Verbi Pater, Verbum autem veluti filius mentis, quod vt antè mentem extiterit, impossibile est, ita nequaquam sine ea, sed vnà cum ea extitit, & ab illa progerminatum est*. Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Ioannem Cyrillus.
cap. 5. de filio diuino: *Verbum quippè & Sapientia dicitur, propterea quòd ex mente, & in mente est proximè & indiuulsè*. Anselmus initio cap. 32. Anselm.
Monologij. *Hoc itaque modo quis neget summam Sapientiam cùm se dicendo intelligat, gignere consubstantialem sibi similitudinem suam, id est, Verbum suum?* Dabunt alia multa, Ruizius de Trinitate Ruiz.
disput. 2. sect. 2. Fasol tom. 3. quæst. 27. art. 1. du- Fasol.
bitatione decima, & vndecima; & quidem productiones in Diuinis debent omnium nobilissimæ esse, ac proinde vitales, & in hoc genere quòd perfectissimum sit; sed in ratione actuum vitalium intellectio, & volitio summum gradum obtinent; igitur processiones diuinas oportet esse per intellectum, & voluntatem.

Gerit autem intellectus diuinus simul cum 17.
intellectione rationem *principij vt quo, seu per quod*, respectu productionis Verbi diuini, & idem de voluntate, huiusque amore comparatione tertiæ personæ; nam productio Verbi in Deo cùm non sit ex indigentia, verùm ex fœcunditate, eo modo se habet quo productio verbi vocalis in creatis: quamobrem sicut quia per voces non loquimur nobis, sed aliis, antecedenter ad vocem non solùm est intellectus in actu primo, sed etiam est intellectio, qua nobiscum priùs cogitamus quòd cum aliis postea sermocinandum est; sic cùm Pater æternus producendo & dicendo Verbum alteri loquatur, non solùm intellectus, sed etiam ipsa intellectio debet esse principium Verbi, & Sapientiæ genitæ: deinde sicut filius vt filius formaliter habet naturam sibi primariò communicatam à Patre, sic Verbum habet intellectionem sibi formaliter & primariò communicatam à dicente, quando eam ob causam procedit vt *sapientia Patris*; igitur quemadmodum ex eo, quòd natura primariò, & directè communicatur filio qua filius est, infertur naturam esse principium respectu filij; ita ex eo quòd intellectio primariò & per se communicatur à dicente, erit principium respectu productionis Verbi; insuper, persona producens non assimilat sibi productam in productione, quia productio est, per quam formaliter opponuntur, & differunt realiter, assimilat autem in principio producendi cùm sit agens vniuocum, & sit generans, cui id maximè conuenit, vt obseruat D. Thomas 1. part. quæst. 41. art. 5. S. Thom.
in corpore; sed Pater assimilat sibi filium formaliter,

maliter, & ex vi processionis in sapientia, & intellectione; igitur intellectio habet rationem principij. Accedit huic doctrioæ pondus ex his, Ioan. Theol. quæ sæpè Ioannes Theologus inculcat in Concilio Florentino sess. 18. §. *Ego affirmaui, & Pater est principium generans, essentia verò principium per quod generat*; & mox: *Nunc ergo in diuinis dicimus secundùm intelligentia nostra modum, personam Patris significari vt suppositum, & persona sit generans; naturam verò diuinam esse principium, per quod generat*, & sess. 19. §. *ad exempli declarationem*, &c. *Est ergo substantia Patris principium per quod generat Pater, & res, quæ datur, & communicatur filio per generationem, & quam accipit sibi communicatam*; & §. *legitur ergo liber*, &c. in fine; *hac substantia secundùm commune, & absolutum esse, est principium per quod, atque ita iuxta considerationem hanc vocatur potentia productiua.* Porrò essentiam diuinam re, & ratiooe idem esse cum potentia Dei intellectiua, ostendimus differratione 1 sect. 3. Quare si essentia est principium productiuum, idem de intellectu diuino statuendum erit, idem de intellectione, nam per vtrumque essentialiter, & per se Verbum procedit hausit ex B. Thoma Ioannes Ioan. Theol. Theologus p. quæst. 41. art. 5. in corpore: & in 1. senten. dist. 7. art. 1. idipsum Ruizius Ruiz. copiosè ex Patrum, & Theologum authoritate comprobat disputat. centesima de Trioitate, sect. 2.

18. Sed quanquam principij fungantur munere intellectio & volitio, non tamen sunt processiones actiuæ, aut passiuæ formaliter, sed identicè solùm: nam productio, origo, processio in diuinis est via, fluxus tendentia realis vnius personæ ad aliam, per quam vna persona aliam sibi assimilat, atque ita est relatio transcendentalis producentis ad productum: de formali autem conceptu huiuscemodi relationis est esse ad alterum & distinctum realiter; sed non est ad aliquid dissolutum, quia relatiua cum absolutis ooo opponuntur, sed cum correlatiuis: ergo est ad ipsam productionem passiuam & relationem filiationis; sed intellectio non est relatio aut filiationis, aut paternitatis, nisi identicè tantùm: ergo nec est processio, verùm ab ea quemadmodum à relatione virtualiter & præcisiuè distinguitur; sanè productio, qua Pater in diuinis filium generat prout terminata ad filium, terminatur formaliter ad aliquid distinctum ab ipsa productione; atqui in filio non sunt aliæ formalitates, præter intelligere communicatum à Genitore, & generationem passiuam: ergo ad aliquid ex istis terminatur; non ad intelligere, quia hoc absolutum est, & reperitur in ipso Patre: igitur terminatur ad relatiooem filiationis, & productionem passiuam, ac proinde talis productio non est intellectio formaliter, sed ratione, aut virtualiter ab ea distinguitur; consule Zuniga. Zunigam de Trinitate disp. 2. dub. 6. & dub. 7. Ariaga. memb. 2. Ariagam tom. 1. in 1. part. tractatu de Trinitate disp. 46. sect. 2. num. 16. Licèt verò processiones sint via, & fluxus ad terminum, habent nihilominus rationem principij productiui; nam sola intellectio secundùm se non est principium producendi Verbum, aut natura filium, sed vt coniuncta cum relatione paternitatis; itaque principium completum producendi nominari consuetùm *Principium quod*, & per modum suppositi duo principia ioadæquata complectitur, essentiam nimirum, seu intellectionem, & relationem; hanc verò sortiri etiam ratiooem principij, ostendo ex Concilio Florentioo sect. 19. §. *erat ergo Isaac*, &c. *sessione superiori diximus, in diuinis non esse substantiam, quæ generat, aut spirat, sed hypostases esse, quæ generant & spirant*; en de hypostasi, quæ est relatio, & personalitas, non ait tantùm esse generationem, aut tendentiam solùm, & viam ad terminum, sed etiam esse *quod generat*: denominatio autem generantis non competit nisi principio danti esse genito; igitur hypostasis, seu relatio, quod est idem cum productione, seu processione, à qua ratione ratiocinata, aut virtualiter non distinguitur, habet rationem principij; ibidem §. *ad exempli declarationem*, &c. *Quoniam generare est rationalis actio, & à supposito tantùm esse dignoscitur*; sed actio denominatur à priocipio, igitur actio notionalis à principio ootiooali: at sola essentia non est principium rationale, quia ipsa secundùm se non est popria alicui personæ, quod ad conceptum notionalis requiritur; igitur cùm assumit denominationem principij notionalis, habet sibi adiunctum aliud principium, videlicet ipsam notionem, seu relationem, & proprietatem; hoc statim luculentè ibidem declaratur, cùm dicitur; *quia verò essentia est nomen abstractum, & non suppositum, idcirco fieri non potest, vt illi conueniat generationis actio; nam cùm vna numero sit si generat, oporteret in diuinis esse differentiam, siquidem seipsam non generaret, impossibile enim est, sed opus esset aliud quid generari ab ea; ita ergo concludunt omnes, substantiam in diuinis non generare*; tanquam dicat: omnes conoeniunt, inter generans & generatum dari distinctionem realem, quia nulla entitas seipsam generat, sed aliud à se: at ideò differt generans à generato, quoniam est principium illius, à quo accipit esse; igitur per hoc quòd sit principium alterius, dans illi esse, distinguitur realiter ab eo, sed non distinguitur ob essentiam, quia esseotiam totam etiam terminus possidet; igitur ob relationem, seu processionem, ac proinde relationi, seu processioni quadrat esse principium productiuum ad intrà. Denique eodem loco §. *legatur ergo liber*, &c. in fine, de essentia affirmatur: *Nunc ergo in generatione à Patre respectu filij communicantur omnia, & quia hæc non communicatur vt principium, ideò non pugnat cum filiatione.* tum sic: communicatur filio tota essentia, ita vt nihil essentiæ ei subtrahatur, sed noo communicatur in ratione principij, seu vt principium, alioquin pugnaret cum filio, & opponeretur ei; igitur in ratione principij superaddit aliquid essentiæ, quia essentia sola oon pugnat cum filiatione, neque ei opponitur: at non superaddit aliquid absolutum, quia etiam omne absolutum filio communicatur; ergo aliquid notionale, & relatiuum; sed hoc est processio, siue productio, qua vna persona producit, & alia producitur: igitur processiones, & emanationes ipsæ ad intrà principij rationem sortiantur. Num autem ratio producendi ad intrà, & fœcunditas diuinæ naturæ dicat in recto pariter essentiam atque relationem, aut essentiam tantùm in recto, & subsistentiam, siue relationem in obliquo solùm, non adeò moramur, dummodo vtrique principij vera denominatio competat: modus loquendi

Concil. Florent.

loquendi affirmans diuinam essentiam considerandam in recto, & relationem connotari in obliquo præferendus, quia Angelici Doctoris 1. parr. quæst. 41. arr. 5. quem imitantur Suarez lib.6. de Trinitate cap.5. num.8. Ruizius disputat.100. de Trinitate sect.4. Fasol tom. 3. in 1.p. quæst.41. art.5. dubitat.2.

Suarez. Ruizius. Fasol.

## SECTIO IV.

### *Spiritus sancti processionem non esse generationem, quia non est per intellectum formaliter, & primariò.*

19. *Spiritus sancti processio.* NOn satis est statuisse in Deo tres dari personas inter se realiter distinctas, operæ pretium est aperiamus quemadmodum inter se cerris & inrelligilibus differant prædicatis, nec enim vulgaris industriæ est commonstrare, cur processio Verbi, & non Spiritu sancti generatio existimanda sit, & quare secunda tantùm persona, non autem terria filius propriè nuncuperur? tanti nobis quæstio hæc, vt eius pro huius vitæ caligine non esse expectandam solutionem grauissimi Patres & Theologi cogitauerint, quos Fasolus repræsentat rom. 3. in 1.p. q. 27. art.2. dubitat. 1. Sed rectè ipse ibidem num.12. & 15. obseruat nullo assumpto principio reuelato, & fide diuina credito, id quidem impossibile esse, secus cum Dei gratia post fidei instructionem, huius enim præceptionibus consideratis conueniens ratio exhiberi queat; verùm proponamus quæ controuersiam arduam reddunt fundamenta: Spiritus sancti processioni aptantur omnes particulæ, quibus generatio strictè sumpta explicatur; igitur Spiritus sanctus est rigorosè filius, ac proinde non distinguitur à secunda Trinitatis persona; definitur autem generatio pressè accepta *origo viuentis à viuente, vt à principio coniuncto in similitudinem naturæ*; quam approbat definitionem S.Thomas 1.p.quæst.27. art. 2. in corpore. Porrò hanc accommodare Spiritui sancto nihil difficile est; nam quòd eius spiratio, & processio sit *origo viuentis à viuente*, omnes recipiunt, cùm per porentiam nobilirer vitalem, nempè per voluntatem procedat; esse quoque *à principio coniuncto* ostendirur. nam idcircò productio Verbi est à viuenti tanquam principio coniuncto, quoniam omnis perfectio absoluta, & essentialis, quæ pro priori originis antecessit, in principio producente reperitur in Verbo pro posteriori originis communicata per realem productionem; sed parem in modum omnis perfectio absoluta, & essentialis, quæ se habuit pro priori originis respectu Spiritus sancti, inuenitur eadem numero pro posteriori originis communicata Spiritui sancto per veram, & realem productionem; igitur productio tertiæ personæ non minus est à viuente vt principio coniuncto, quàm productio secundæ personæ. Denique & vltima particula conuenit, videlicet, *in similitudinem naturæ*; ideò enim hæc clausula de Verbo propriè intelligitur, quia per suam productionem accipit naturam diuinam; sed etiam Spiritus sanctus per suam processionem accipit verè, & per se diuinam naturam, quia per suam productionem procedit verè, realiter, essentialiter *Deus*; ergo etiam Spiritui sancto aptantur verba definitionis, *in similitudinem naturæ*, ac proinde cùm de eo verificetur tota definitio generationis, conueniet pariter filium esse ex vi suæ emanationis. Aliunde certissimum est tertiam personam nec filium, nec genitum dici, & ideò in Symbolo Athanasij: *Spiritus sanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.*

Fasolus. *Generatio pressè sumpta quid.* S. Thom.

Hunc nodum vt dissoluanr recentiores, supponunt intellectionem in Deo priorem esse virtualiter, & ratione ratiocinata volitione diuina, à qua insuper virtualiter distinguitur; supponunt etiam rationem diuinæ essentiæ metaphysicè consideratam adæquatè saluari in sola Dei intellectione; aiunt igitur Verbum ex vi suæ processionis, directè, & primariò accipere diuinam intellectionem, quia per se, & formaliter procedir per inrellectum: cùm autem natura diuina formaliter & adæquatè in sola intellectione consistat, accipiendo intellectionem accipere eriam primariò, & directè, arque ex vi processionis diuinam naturam, & hanc ob causam procedere vt filium strictè, & propriè: at Spiritus sanctus primariò, & directè, atque ex vi processionis non accipit nisi diuinam volitionem: naturam autem identicè solùm, materialiter, & secundariò accipit ob identitatem cum diuina volitione, & quia Spiritus sanctus vt Deus procedit: Dei autem est habere diuinam naturam; ob hanc ergo differentiam, qua natura diuina aliter Verbo communicatur, quàm Spiritui san cto, fit vt productio Verbi sit generatio, productio autem Spirirus sancti non sit generatio, sed processio, & spiratio; ita P. Suarez lib. vndecimo de Trinitate cap. 5. num. 16. Pesantius 1. p. quæst.27. art.4. Albiz tract. 4. de Trinitate disput. 2. sect. 3. num. 16. Herice de volunrate Dei, dispur.12. cap.2. à num.19. Ludouicus Caspensis in cursu Theologico tract. de Trinitate disput.1.sect.6.num.86. Arriaga tom.1. in 1. part. disput. 47. sect. 8. subsect. 5. Fasolus latè tom. 3. in 1. p. quæst.27. arr. 2. dubitat.13. num.126. Hac via sufficiens discrimen assignari inter processionem Verbi, & Spiritus sancti arbitramur. Neque obstat, quòd dissertatione 1. sect. 3. à nobis definitum sit essentiam diuinam logicè explicatam adæquatè sitam esse non in diuina intellectione, sed in prædicaro, quòd hanc antecedit, & potentiam ad intelligendum in Deo constituit; nec enim inde sequitur, quòd Verbum accipiat primariò, & ratione processionis intellectionem, inrellectiuum autem principium ab ea ratione ratiocinata, aut virtualiter distinctum, non nisi secundariò & identicè, quoniam, vt ibidem num.19. obseruauimus, non potest esse aliqua processio exigens formaliter, & ratione suæ essentiæ intellectionem, quin exigat intellectum quando absque eo intellectionis receptio ad nihilum deseruiret, cùm non faceret intelligentem, talis enim denominatio non quadrat nisi intellectu præditis; & cùm Verbum in diuinis propriè sumptum significet, vt loquitur B.Thomas 1.parr. quæst.34. art.2. in corpore, *quandam emanationem intellectus*, non potest producens per intellectum intendere communicationem scientiæ, & intellectionis, quin formaliter intendat communicationem intellectus;

20. *Processionis Verbi, & spiritus sancti differentia.* Suarez. Pesantius. Albiz. Herice. Caspensis. Arriaga. Fasolus. S. Thom.

intellectus; dicit enim & loquitur Pater filio; Ioann.cap.7.verf.28. *Sicut docuit me Pater hac loquor*; & cap.12.verf.50. *Quæ ergo ego loquor ficut dixit mihi Pater, fic loquor*. c.15. verf.15. *quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis*; Quomodo autem Genitor intendit loqui, fi non intendat hoc ipfo formaliter communicare intellectum? à quo enim percipietur? itaque Pater primariò, ac directè intendit communicare Verbo potentiam ad intelligendum, in qua confiftit diuinæ effentiæ quidditas; Spiritui autem fancto non intendit communicare primariò, & directè potentiam intellectiuam, fed fecundariò, identicè, & materialiter ex eo quòd intendat communicare primariò, & directè potentiam volitiuam, cum qua eft connexa effentialiter ratione identitatis ob infinitam perfectionem intellectio; ac proinde fola Verbi productio, quia per hanc tantùm per fe, directè & primariò communicatur diuina natura, videlicet principium, & aptitudo ad intelligendum in Deo, habet rationem veræ generationis.

Ioann 7.28. & 12.50. & 15.15

21. Sed contra hanc doctrinam eft, quia licèt Spiritus fanctus ex vi fuæ proceffionis formaliter non accipiat diuinam naturam, & ideò nec primariò eam accipiat, fed concomitanter ob connexionem identitatis diuinarum perfectionum; tamen, cùm diuinam naturam accipiat non per accidens, fed neceffariò, & per fe, quia fimpliciter neceffarium, & effentiale eft, vt Spiritus fancti proceffio, & amor diuinus per eum communicatus identificetur cum diuina natura; non poteft non filius propriè cenferi, & eius productio ftrictè dici generatio. Hoc oftendo: nam iftius fententiæ patroni, & aliarum, quæ cum hac conueniunt ea ex parte, qua afferit, ex vi proceffionis, formaliter & primariò non communicari Spiritui fancto diuinam, fed fecundariò, materialiter, & identicè propter connexionem fundatam in vnione identitatis; admittunt tamen Spiritum fanctum procedere cum omni rigore, & proprietate *vt verum Deum*, qualis reipfa eft non minus quàm Pater, & filius; authores, qui de Spiritu fancto affirmant, quanquam diuina natura ei non nifi fecundariò communicetur, procedere illum vt Deum ftrictè, & propriè. Suarez lib.11. de Trinitate cap.6.num.14. Molina quæft. 27. 1.part. art. 4. ad 2. Valentia difp.2.quæft.1.punct.4.ad 4. Arrubal difput.98. c.5.num.30. Ruizius difp.7.de Trinitate, fect.4. num.5. Fafol.tom.3.in 1.p.quæft.27.art.2.dub.13. num.136. Mæratius difp.44. fect.7. §. *Tertia fpiritus*, &c. Arriaga tom.1.in 1.part.difp.47.fect.8. fubfect.6.num.91. argumentor itaque: vt Spiritus fanctus verè & rigorosè *Deus* nuncupetur, fufficit communicari ei naturam diuinam fimpliciter, quamuis ei non communicetur directè, & primariò, verùm identicè & fecundario; igitur vt *filius* quoque verè cenfeatur, fatis erit communicari eodem modo diuinam naturam: cur enim vt Deus fit, aliud non requiritur, expofcatur autem vt fit filius? Non leuis hæc difficultas, nifi altera leniretur, quæ omnibus curam parit; nam cunctos percunctemur, quamobrem cùm potentia intellectiua, & actualis fcientia in Deo Spiritui fancto communicetur reipfa, non propriè Verbum dicatur, & de eius proceffione, quòd fit per intellectum? Aut enim primariò ei communicatur vti fecundæ perfonæ, & tum nulla ratio apparebit quorfum non reputetur Verbum ftrictè, aut fecundariò tantùm, identicè, & materialiter; & tunc quærendum qua de caufa *Deus* verè & rigorosè nuncupetur, licèt folùm identicè & fecundariò diuinam naturam recipiat, non autem *Verbum diuinum*, propterea quòd diuinam intellectionem fecundariò accipiat?

Suarez. Molina. Valentia. Arrubal. Ruizius. Fafol. Mæratius. Arriaga.

22. Equidem interrogantibus, cur filius fit Verbum, & Spiritus fanctus non fit Verbum, fed amor? refpondent Caietanus ad quæft. 27. 1.p. art.4.§. *circa differentiam*, &c. Ferrara ad cap.11. lib.4. Diui Thom.contra Gentes, nimirum, quia fecunda perfona ex vi proceffionis fuæ procedit per intellectum, tertia per voluntatem; quamuis autem P. Vafquez tom.2. in 1.p. difp.113.cap.6. num.31.infinuet terminos illos, *ex vi proceffionis*, non multum conducere ad harum controuerfiarum enodationem, vtiles tamen effe, quin & penè neceffarios oftendere conabimur defumpto exemplo ab Euchariftica conuerfione; nam fimilis hæc loquutio eft illi, qua vtitur Tridentinum, & declarat quænam ponantur in Euchariftia per verba confecrationis; ait namque feff.13.cap.3. *ftatim poft confecrationem verum Domini noftri corpus, verumque eius fanguinem fub panis, & vini fpecie vnà cum ipfius anima, & diuinitate exiftere; fed corpus quidem fub fpecie panis, & fanguinem fub vini fpecie ex vi verborum: ipfum autem corpus fub fpecie vini, & fanguinem fub fpecie panis vi naturalis illius connexionis, & concomitantia, qua partes Chrifti Domini, qui iam ex mortuis refurrexit, non amplius moriturus inter fe copulantur; diuinitatem verò propter admirabilem illam eius cum corpore, & anima hypoftaticam vnionem.* Porrò id poni ex vi verborum in Euchariftia afferitur, vt obferuat Suarez tom.3. in 3.part.difp.51. fect.3. cuius præfentia ad verborum veritatem neceffaria eft, feu quod præcisè per verba fignificatur: id autem dicitur poni per concomitantiam, quod ponitur non quia fit neceffarium ad verborum veritatem, fed quoniam habet realem connexionem, & vnionem cum eo, quod neceffarium eft ad verborum veritatem; quocirca infert benè Vafq. tom.3. in 3. p.difp.185.cap.2. num.13. fi eadem virtus, & fignificatio verborum permaneret, & ea, quæ diximus, non effent connexa cum corpore Chrifti, folum corpus fieret præfens, quia ipfum folum fignificaretur, & cætera neque ratione fignificationis, neque ratione concomitantiæ, & connexionis, quia eam non haberent vt fupponimus, adducerentur. Ad hanc igitur normam aliud habet Verbum, aliud amor ex vi proceffionis fuæ; aliud ob connexionem, & identitatem cum diuinis perfectionibus; ex vi proceffionis Verbum non exigit nifi procedere per intellectum atque intellectionem; licèt cætera defint ratione noftra, Verbi integra quidditas intelligitur, quemadmodum & amoris ex eo quòd per voluntatem, & dilectionem procedat; quare licèt Verbum accipiat reipfa volitiuam potentiam, & volitionem, tamen non procedit vt amor, quia procedere per modum amoris non eft ob qualemcunque titulum recipere amorem ipfum, & potentiam ad volendum & amandum, fed ex vi proceffionis, hoc eft, formaliter, per fe atque directè, videlicet folo titulo ipfius dilectionis, quæ ratione fui, & ob naturam fuam formaliter vendicat

*Filius cur Verbum, & Spiritus fanctus amor.*

Caietan. Ferrara. Vafquez. Tridentin. Suarez. Vafquez.

vendicat sibi principium amandi; sicut quamuis adducantur in Eucharistia anima & diuinitas Christi, non consecrantur; quia ad consecrationem non sufficit adduci quacumque de causa, sed *ex vi verborum*, hoc est, quia vera & propria verborum significatio, & efficientia ita exposcit, non autem quia connectuntur per vnionem, aut alio nexus genere.

23. Quod verò nos dicimus secundam personam ideò procedere vt Verbum, quia ex vi processionis suæ accipit intellectum, non verò tertiam, quia accipit intellectionem concomitanter solùm, & propter vinculum & conneaionem identitatis inter volitionem & scientiam, hoc alij exponunt asserendo filio primariò communicari intellectionem, Spiritui sancto non nisi identicè & secundariò, quo pacto declarant processionis Verbi, & amoris differentiam etiam illi qui nobis aduersantur circa præsentis litis decisionem Ruizius de Trinitate disput. 7. sect. 4. num. 11. Zuniga disput. 10. de Trinitate dub. 6. num. 4. Mæratius tom. 1. disputat. 44. sect. 6. §. ex quibus, &c. Hoc ergo quod in omnium ore fertur, scilicet, ideò secundam personam Verbum esse, quoniam ex vi processionis suæ exigit sibi communicari intellectionem, hoc est, primariò, formaliter, & ratione sui, accommodamus, vt declaremus quamobrem sola Verbi productio sit generatio; quippe ad rationem filij sumpti cum proprietate, & rigore non satis esse putamus communicari naturam diuinam quoquo modo, sed exposci vt primariò, ratione sui, & formaliter communicetur; quare sicut ea eo quòd tertia persona diuina secundariò, materialiter, & ob vnionem identitatis accipiat diuinam intellectionem, non dicetur Verbum; ita ex eo quòd eadem accipiat naturam diuinam secundariò, concomitanter, identicè, non appellabitur filius: non autem exigitur hîc rigor vt aliqua persona in diuinis nuncupetur Deus, & verè sit; quia esse Deum nihil aliud est, quàm Deitatem terminari subsistentia & personalitate infinita: quamuis autem natura secundariò communicetur, potest nihilominus terminari personalitate Spiritus sanctus, eritque Spiritus sanctus Deus: quemadmodum in exemplo allato de Eucharistia; corpus animatum ponitur, non ea vi verborum, quia si consecraretur panis in triduo mortis Christi quando anima & sanguis separata erant à corpore, tantùm esset sub speciebus corpus mortuum, & exangue; ponitur ergo ex concomitantia, & propter conneaionem vnionis cum anima; nihilominus corpus illud sic positum ex concomitantia, & secundariò, est propriè, & formaliter animatum; igitur licèt natura diuina non ea vi processionis, sed propter connexionem identitatis, & secundariò communicata terminetur à suppositalitate Spiritus sancti, erit Deus propriè & formaliter ratione eiusmodi terminationis Spiritus sanctus; nec dicas inconueniens sequi, quia cùm volitio sit attributum, sequeretur ipsam prius terminari à subsistentia tertiæ personæ, quàm terminaretur intellectiu, quæ est essentia, & ad quam illa vtpote gerens normam proprietatis consequitur, nimirum quia Spiritus sanctus id primariò terminat quod primariò accipit: accipit autem primariò non intellectionem, sed volitionem, quia procedit vt amor formaliter; sed aduertimus in homine & Angelo esse ipsorum specificum consistere in natura Angelica & humana, atque ita personalitas debet terminare naturam vnicè; sed Spiritus sanctus ex suo formali conceptu, & prout ab aliis diuinis personia notionaliter distinguitur, non concipitur vt recipiens diuinam naturam per spirationem passiuam, sed vt recipiens volitionem & amorem; hoc illi primarium est, atque ita subsistentia debet primariò terminare volitionem & amorem; & quia pariter exigit procedere vt Deus, communicatur ei diuina natura, sed quoniam hæc non communicatur primariò, & eo solo titulo quòd procedat vt amor diuinus, eam non primariò, sed secundariò terminat.

24. Verùm P. Vasquez nullius esse absurditatis cogitat, vt natura diuina æquè primariò communicetur Spiritui sancto, ac filio, nec enim ob hoc fieri vt confundantur processiones secundæ, & tertiæ personæ, & vtraque genita censeatur; nam quidem cùm de Imaginis ratione sit, esse similitudinem expressam ad repræsentandum, vt definitur à S. Augustino expositionis imperfectæ in Genesim c. 16. & libro octoginta trium quæstionum, quæst. 72. atque à D. Thoma 1. part. quæst. 35. art. 1. in corpore, hoc in diuinis Verbo, non autem tertiæ personæ quadrat. Quamobrem esto Spiritus sanctus æquè immediatè ac primariò diuinam recipiat naturam, non tamen filius erit vocandus; quoniam in Deo sola similitudine naturæ producentis quum communicet producto, filius non constituitur nisi accedat pariter vt Imago euadat imaginis antem similitudo in Deo non resultat sola naturæ identitate, sed ex proprietate personali, quæ nata est repræsentare: hæc autem est proprietas Verbi quatenus est per intellectum; Verbum enim repræsentat personam à qua est, non autem Spiritus sanctus repræsentat eos, à quibus accipit esse; quare non est Imago, & propterea nec filius, etsi natura diuina æquè primariò communicata fuerit ipsi, sic tom. 2. in 1. part. disput. 113. cap. 7. num. 40. & cap. 8. num. 48. disputat. 145. cap. 3. adhærent Lusius Turrianus de Trinitate disputat. 2. dub. 6. & disputat. 19. dub. 3. Alarcon tractat. 5. de Trinitate, disputat. 8. cap. 16. Gaspar Hurtado in 1. p. disput. 1. de Trinitate, difficultate 7. §. *Ratio ergo disparitatis*, &c. Sed Imaginis repræsentatio dupliciter consideranda est, aut physicè & naturaliter, aut ratione, & intentionaliter: vtrumque in secunda Trinitatis persona relucet; est enim Imago naturalis paterna, quia procedit in similitudinem naturæ primariò, & ex vi processionis formaliter: est imago intentionalis, quoniam procedit vt Verbum, de cuius necessario conceptu est intentionaliter repræsentare. Porrò ad filiationis integrandam propriam rationem per se nequaquam desideratur, vt simul & vnum coëant duæ illæ repræsentationes, sed sufficit procedere viuentem à viuente, vt à principio coniuncto in similitudinem naturæ, vt de creato filio admittit Vasquez disputat. memorata 113. cap. 8. num. 48. Quare licèt respectu filij æterni & increati inueniantur combinatæ duæ illæ similitudines, tamen non ideò filius habetur, sed ob eam præcisè causam, quòd Patrem in natura, & essentia referar:

Ruizius. Zuniga. Mæratius.

Vasquez. Augustin. S. Thom. Turrianus. Alarcon. Hurtado. *Imaginis repræsentatio dupliciter consideranda.* Vasquez.

referat. Vis huius dicti assertores grauissimos? Nazianzen. Nazianxenus orat.36. quæ est 4. de Theologia, num. 79. *Filius mihi dici videtur, quia essentia idem est cum Patre, tum etiam, quia ex illo est.* Vides quamobrem filius? nimirum, quoniam eandem participat essentiam? Perspicuè in eandem sententiam Basilius. Basilius lib.2. contra Eunomium, post medium: *Pater enim est, qui essendi principium alteri secundùm similem sibi naturam præbuit, filius verò qui ab altero essendi principium per generationem habuit*; at ex definitione & quidditate generationis probant Ambros. S. Ambrosius lib.4. de fide, cap.4. *Si negatis esse verum filium, hoc est, eiusdem naturæ, non est ergo generatus, quia generatio ad proprietatem refertur naturæ.* Damascen. Damascenus lib.1. de fide Orthodoxa, c.8. *Nefas est enim dicere Deum naturali fœcunditate caruisse, fœcunditas porrò in eo posita est, vt quis ex seipso, hoc est, ex propria essentia prolem natura similem edat*; quod vt strictè probet, subinfert; *etenim generatio in eo consistit, vt ex gignentis essentia proles eiusdem cum gignente substantia producatur*; Elias Cret. & Elias Cretensis scholiis in orationem primam Nazianzeni, num.72. *Generatio propriè est cùm ex gignentis essentia id quod gignitur Genitori quantum ad essentiam simile producitur.* Cum igitur Patres & generationis & filiationis rationes expendentes, nullam de repræsentatione per intellectum mentionem faciant, sed tantùm de similitudine penes naturam, & essentiam, sequitur ad filiationem hanc solùm exigi; quare si hæc æquè primariò reperitur in tertia persona vt in secunda, non minùs propriè filius erit Spiritus sanctus, quàm sit Verbum.

25. Nec obstat, quòd Patres ex eo probent, secundam Trinitatis personam esse filium, quia est imago, quemadmodum D. Athanasius epistola, seu narratione de decretis Synodi Nicenæ ad medium: *Quòd si eum imaginem nominas, filium hoc ipso eum esse indicaueris.* Eusebius Pamphili lib.4 demonstrationis Euangelicæ, cap.2. *Itaque non immeritò oracula theologicè loquentia Deum genitum illum enunciant, tanquam eum, qui elocutionem omnem, omnémque cogitationem effugientis diuinæ naturæ solus in seipsum ferat imaginem*; rectè *solus ferat imaginem*, quia cùm de conceptu imaginis sit esse ab alio, filius autem & Spiritus sanctus sint ab alio, soli filio competit esse imaginem; habet igitur vnde à Spiritu sancto differat, quanquam vtrique natura diuina æquè primariò communicetur, videlicet quòd in ipsum tantùm cadat esse imaginem, & ob hanc differentiam secunda persona nuncupabitur filius, non verò tertia: sed non negamus filium optimè indicari à Patribus ex eo quòd sit imago, ipsique tantùm quadrare rigorosum imaginis conceptum; adstruimus tamen non loqui eos de imagine intellectuali, sed de naturali & substantiali; nam procedere ab alio in similitudinem naturæ scilicet, à viuente viuentem tanquam à principio coniuncto, hoc est esse illius imaginem, hoc & filium esse; quare S. Athanasius orat. 2. contra Arianos ante medium; *Substantia Patris existente omninò oportuit & characterem, & imaginem ipsim existere.* D. Hilarius libro de Synodis ad canonem 1. Orientalium; *Est ergo Pater, est & filius, quia imago Patris est filius; & qui imago est, vt verè imago sit, speciem necesse est, & naturam, & essentiam secundùm quod imago est, in se habeat authoris*; ergo ad rationem imaginis filiationem constituentis id solùm exposcitur, vt per productionem viuentis à viuente naturam vel eundem numero, vel eiusdem speciei accipiat, qua de causa B. Thomas lib.4. contra Gentes, cap.11. *Non enim sic esse imaginem alicuius vt eiusdem naturæ sit, in aliquo inuenitur qui filius dici non possit, dummodò hoc in viuentibus accipiatur.* Si igitur Spiritus sanctus diuinam naturam primariò & ex vi processionis accipit, imago naturalis, & filius erit. Nec sanè potissimum Vasquez fundamentum disput.145. cap.5. num.15. nempè vt Spiritus sanctus esset imago, debuisse repræsentare eos, à quibus procedit, illi non conuenire, adeò certum est; quia fortassè verius est de quo monent Suarez lib. 11. de Trinitate, cap. 6. num. 13. Ruizius disput.8. de Trinitate, sect. 3. num. 12. Patrem & filium se videre non tantùm in se, sed etiam in Spiritu sancto, non velut in termino producto per cognitionem, quod verbo conuenit, sed tanquam in quodam suo correlatiuo, & in obiecto simili in natura. Addo & occasione alicuius creati; quoniam si esset facta, vt contingere potuit, vnio hypostatica cum personalitate Spiritus sancti, Angelus, aut homo supernaturaliter comprehendens talem vnionem, cognosceret Spiritum sanctum in particulari, quia vnio illa essentialiter respicit ipsum quatenus talis persona est: cognoscendo autem Spiritum sanctum sciret esse alias personas, à quibus procederet per amorem, & colligeret à simili non esse impossibilem processionem quoque per intellectum, atque ita Spiritus sanctus duceret cognoscentem in notitiam omnium diuinarum personarum. Illud etiam P. Vasquez imputari queat, docere disput. 113. cap.8. n 48. in humanis ex eo solùm dari filium, quòd habeat eandem naturam cum producente. Cùm igitur Spiritus sanctus eandē accipiat naturam in diuinis directè & primariò, si ad veram constituendam filiationem hoc sufficiat, quare non filius propriè existimabitur? Igitur constantiora sunt ea, quæ tradidimus, videlicet tertiam personam idcircò non esse filium, quia licèt diuinam accipiat naturam, communicatur tamen ei materialiter solùm, identicè, & secundariò.

Nazianzen. — Basilius. — Ambros. — Damascen. — Elias Cret. — Imago, de Dei filio. — Athanasius. — Eusebius. — Athanas. — Hilar. — S. Thom. — Vasquez. — Suarez. — Ruizius. — Vasquez.

---

## Sectio V.

### *Filij rationem amoueri à Spiritu sancto, quia non accipit naturam cum fœcunditate ad producendam aliquam diuinam personam.*

Ostendimus in Verbi processione dignum, & spectabile aliquid elucere, quo Spiritus sancti careat productio, nempè quia naturam diuinam per se formaliter, & primariò accipiat, & ob hanc differentiam Verbum meritò filium nuncupari: at omnis hic discursus eo penitus nititur principio, scilicet diuinam essentiam metaphysicè consideratam adæquatè sitam esse in potentia Dei ad intelligendum, vel in actuali eius intellectione; quanquam verò in his nihil existat, quod nobis quoque displicere modò valeat, cùm eam am- 26.

plexemur sententiam, tamen lectoribus, quibus demonstrare cupimus viam esse, qua salueiur, processionem Verbi non confundi cum Spiritus sancti productione, offensionem parit vt adigantur, quo ista defendant, opinionem deuorare, quæ Dei essentiam in sola ipsius collocat intellectione, quando alia fortassis longè diuersa de constitutione diuinæ essentiæ cogitatio eis placeat; tentanda est igitur semita, quæ absque connexione & dependentia alterius singularis opinionis, ipsa ex se gratiosa appareat. Obsecro igitur naturam propriè conceptam duplicis esse considerationis; vel quatenus est prima radix, ad quam proprietates, & attributa ab ea ratione in Deo distincta sequuntur; vel quatenus est fœcunda, hoc est, principium intrinsecum radicale, ac præcipuum producendi aliud suppositum viuens; naturæ prima significatio, quæ vera & propria est omnibus, tribus diuinis conuenit personis, natura autem secundo modo spectata, hoc est, cum virtute producendi aliud suppositum viuens communicatur filio, non autem Spiritui sancto, à qua alia diuina persona non procedit; nempè Pater simul cum deitate filio communicat virtutem ad spirandum, per quam diuinitas in filio determinatur vt sit principium spirandi, & vt simul cum Patre aliud suppositum producat; quam virtutem non sortitur Spiritus sanctus, & ideò in Spiritu sancto non est natura fœcunda, sed natura cum appellatione essentiæ, & quidditatis rei, aut cum ipsius naturæ diffusiori vocabulo; ergo particula illa definitionis, *in similitudinem naturæ*, de'qua est omnis altercatio, explicanda est non de natura vtcumque, sed de hac quatenus fœcunda, & cum virtute ad alterum suppositum viuens producendum; & quia hunc in morem communicatur tantùm secundæ personæ, ideò sola secunda persona procedit vt filius, non autem tertia.

27. Mæratius. At obiicias has naturæ acceptiones gratis confingi: nam Mæratius hanc impugnans sententiam tractatu de Deo disputatione 44. sect. 2. §. *refutatur hæc*, &c. & §. *secundum est*, &c. affirmat, nullum vnquam Philosophum, aut Ruiz. Theologum ita explicuisse: Ruizius verò opinionem sine laude reputat disputatione 8. de Trinitate, sect. 1. numer. 24. quare oportet demonstrasse naturæ illas significationes à veterum non peregrinati doctrinis, deinde & principem conclusionem, nimirum secundam personam ideo filium censeri, non verò tertiam, quoniam secundæ tantùm communicatur natura vt fœcunda, tot numerare ex antiquioribus Scholasticis patronos, quot nullam aliud effatum ex pluribus, quæ de hac controuersia circumferuntur: iuuat Athanas. igitur datas naturæ etymologias S. Athana- Natura quid, & vnde dicta. sij declaratio tractatu de definitionibus: *Quid dicitur natura? inde natura dicta est quòd ita nata sit, & existat, quemadmodum etiam essentia tanquam existens, & in veritate cognita; rursus dicta est natura à nascendo & germinando.* Vides distinguere inter naturam, & essentiam, & ad naturam requiri vt *nascatur, &* Boeth. *germinet?* Boëthius libro de duabus naturis, & vna persona Christi circa initium: *Natura est, quod facere, vel quod pati possit; pati quidem ac facere, vt omnia corporea, facere tantùm vt Deus*; pressiùs etiamnum Ange- S. Thom. licus Doctor 1. part. quæstione 39. art. 2. ad 3. *Dicendum, quod quia natura designat principium actus, essentia verò ab essendo dicitur, ideò magis exprimitur vnitas diuina per hoc quod dicitur, quia tres personæ diuinæ sunt vnius essentiæ, quàm si diceretur quòd sunt vnius naturæ*; & quæstione 42. art. 3. ad 4. *Dicendum, quod natura quodammodo importat rationem principij, non autem essentia, & ideò ordo originis meliùs nominatur ordo naturæ, quàm ordo essentiæ*; quibus verbis substantiam cum naturæ vocabulo explicat cum respectu ad originem, seu productionem, & fœcunditatem; eandem absque tali respectu cum essentiæ nomine; neque plus inteudunt qui naturam bipartiuntur significationibus iam declaratis: cæterùm quando assertionis neruus sit, naturam ita communicari Spiritu sancto, vt sistat in solo essentiæ conceptu, nempè vt sit prima radix formalitatum quæ sunt in Deo tanquam attributa; filio autem taliter vt sit fœcunda ad producendum aliud viuens, eam quidem sub his terminis grauissimi antiqui Scholastici complexi sunt; quibus præit Richardus Richard. de S. Victore parte 1. de Trinitate, lib. 6. cap. vndecimo, & cap. 18. vbi asserit: *Commune est omnibus in illa Trinitate plenitudinem diuinitatis habere propriè; proprium autem Spiritui sancto habere, nec personæ alicui dare: commune autem Patri & filio tam habere, quam dare; meritò quidem eius filius dici debuit, cui Pater hanc proprietatis suæ figuram impressit*; nec minùs apertè Alensis parte 1. quæst. 42. Alens. memb. 2. inquiens, *Spiritus sanctus etsi totam essentiam Patris eloquatur, non tamen in se eloquitur proprietatem Patris, qua producat ex se alium, ideò non dicitur productio eius generatio, sicut productio filij*; & S. Bonauentura in 1. Bonauen. dist. 13. art. 1. quæstion. 2. in fine: *Imò oportet addi per modum fœcunditatis naturæ, & quia ista conditio defecit in productione Spiritus sancti, patet quòd non sequitur*, videlicet filium dicendum esse; nec minori claritate Petrus de Aliaco Aliaco. in 1. quæstione 8. art. 3. conclusione 3. post quartam opinionem §. *secundò sequitur*, &c. Maior in 1. dist. 13. quæstione vnica, post me- Maior. dium. Godofredus quodlibeto 3. quæstione 3. citatus ab Aureolo in 1. dist. 13. art. 1. § opinio Godofredi, &c. Ac sanè hi nobis Scho- Godofred. lastici ipsorum recentiorum testimoniis, qui hanc sententiam acriter vexant, fauent non obscurè, quos tales, ac tantos, & qui tam dilucidè promant quod intelligam, nullus alius dicendi modus protulit: quòd si quidem in hac specialiter controuersia Scholasticorum authoritas plurimum valet, quemadmodum suggerit P. Vasquez tom. 2. in 1. part. dispu- Vasquez. tatione 113. cap. 3. in fine, quia ab eis studiosè examinata est, certè hoc ex nomine quam defensamus opinio nulli secunda futura est; eandem ex iunioribus accuratè firmauit Zuniga disputatione 2. de Trinitate, Zuniga. dub. 20. memb. 9. amplexatur Mag. Fr. Martinus de Albis Augustinianus primariæ Cathe- Albis. dræ facultatis Theologorum Moderator apud Complutenses 1. parte, tractat. 4. de Trinitate, disputat.

disputat. 2. sect. 5. conclus. 2. num. 17. bonæ me-
Hurtado. moriæ noster olim Præceptor Petrus Hurtado de Mendoça in lectura publica manuscripta hac in Salmanticensi Academia disputat. 5. de Trinitate, sectione 6. subsectione 1. à §. 68.
Martinon. Martinon in 1. part. disputat. 24. sectione 9. numer. 112.

Fundamentum conclusionis esto: nam licèt diuersimodè Pater increatus, & Genitor in humanis naturam communicent, quia in diuinis transfertur eadem numero natura, quod in creatis fieri nequit, vbi natura eiusdem speciei producitur; tamen vterque diuinus & humanus Patris vocabulo propriè insignitur, ideo quia de munere Genitoris secundùm se, & vt abstrahit à creato, & increato, est tantùm communicare naturam; igitur licèt filius in diuinis suppositum diuersæ rationis producat quàm filius creatus, quoniam in humanis à filio alter filius producitur, non sic in diuinis; tamen quia de ratione filij vt sic, & prout à differentiis præscindit, est tantùm accipere naturam cum fœcunditate, & virtute alterum suppositum viuens producendi, nuncupatio filij non minùs verè & propriè conueniet filio diuino, quàm ex homine, aut aliis animantibus progenito. Et quidem si ad creaturas attendamus, reperiemus *Principij coniuncti* viuentis à viuente denominationem non nisi iis, qui generant conuenire, ac proinde vim gignendi denotare ab inductione exemplorum. Nihilominus Theologi scientes à filio per productionem ad intra alium non procedere filium, plenis buccis concedunt rationem *principij coniuncti*, & intrinsecè ei quadrare respectu productionis Spiritus sancti; ergo quamuis in creatis omnis filius saltem per se, & radicaliter sit productiuus alterius filij, non erit inconueniens secundæ Trinitatis personæ filij veram adiudicare rationem, licèt suppositum, quod producit, non sit filius.

29. Potissimum huius sententiæ robur niti verbis Concilij Florentini arbitrantur eius cultores, quem locum ante aliquot annos ab ingeniosis quibusdam Theologis eorum opinioni tantum afferre pondus existimabat P. Hurtado de Mendoça, vt penè definitam in Synodo vellet disputat. 7. de Trinitate manuscriptæ prælectionis, sect. 1. §. 15. est autem locus ex sessione 25. in primo scripto misso à Latinis ad Græcos, quo Catholicam sententiam de processione Spiritus sancti ex Patre, filióque declarabant, §. *Quoniam Græci suspicantur*, &c. *Nam credentes Spiritum sanctum ex filio nequaquam procedere, necesse est vt intelligant Spiritum à solo Patre procedere, ac consequenter non esse filium.* Ecce deducunt contra Græcos non dari filium si non ex eo, verùm ex solo Genitore procedat Spiritus sanctus; igitur de conceptu filij est, vt ab eo Spiritus sanctus producatur, aliàs non bene inferret Concilium, si non ex filio pariter Spiritus sanctus procedat, fore vt in diuinis nullus existat filius.
Vasquez. Pater Vasquez tom. 2. in 1. part. disput. 147. cap. 4. num. 12. exponit, particulam illam, *& consequenter non esse filium*, appellare non supra filium, sed supra Spiritum sanctum, vt sensus reputetur; data hypothesi à solo Patre Spiritum sanctum procedere, tunc Spiritum sanctum non fore eandem cum filio personam, sed distinctam realiter ab illo, alioqui Græci non admitterent tres personas distinctas in Trinitate; quod tamen non inficiebantur, sed cùm hoc stare defendebant, licèt Spiritus sanctus distingueretur à Patre & filio, non tamen ab vtroque procedere, verùm à solo Genitore. Vasquez adhærent Philipus Faber in 1. sententiarum disp. 38. num. 29. Faber.
Alarcon tractat. 5. de Trinitate, disput. 8. cap. 15. Alarcon.
num. 17. Arriaga tom. 1. in 1. part. disputat. 47. Arriaga.
sect. 6. subsect. 1. num. 45. Verùm non satis apta hæc interpretatio; tum quia absurdum quod infertur, videlicet Spiritum sanctum procedere à solo Patre, & tamen non inde sequi confundi in vnam personam filium & Spiritum sanctum, nec destrui Trinitatem personarum, est conclusio, & thesis ipsorum Græcorum; tum quoniam non tenet, Verbum formaliter procedit à solo Patre; ergo non est filius, igitur etiam non tenebit, Spiritus sanctus procedit à solo Genitore, & consequenter non est filius;
melius declarat Ruizius de Trinitate, disput. 68. Ruizius.
sect. 2. num. 6. inde nimirum deduci, nullum existere, aut dari filium in diuinis, sequitur enim non fore consubstantialem Genitori; discursus est, si filius ex Patre non procedit, deerit filio aliquod prædicatum quod ei commune est cum Genitore suo, nempè esse principium spiratiuum; sed si filio deest aliquod prædicatum, iam non erit consubstantialis Patri, cùm de tota substantia ei desit, videlicet esse spiratorem: si autem non est consubstantialis Genitori, nec etiam filius erit, quoniam deficiente quouis prædicato tota filij diuinitas, tota ipsius constitutio euertitur; ergo vt formaliter, & more debito argumentatio procedat, carentia filij debet argui ex prædicato peculiari ipsius filij, ac si dicatur Græcis omninò ad controuersiæ cum ipsis scopum, & ad punctum, vt dici consueuit: Vos, cùm Trinitatem personarum admittatis, filium confiteamini necessum est; istud verò stare nequeat, si Spiritum sanctum ex solo Patre procedere dicatis; nam id supponentes, filio non competit accipere naturam cum fœcunditate ad producendum aliud suppositum viuens: si autem ab hoc filius alienetur, nec filius dici poterit, quia de filij ratione est aliam producere personam, quæ non potest esse nisi Spiritus sanctus; sic igitur ex eo quòd Spiritus sanctus ex filio non procedat, sed ex solo Patre, consequentia directa infertur non dari omninò filium, quia de ratione filij vt filij, formaliter est esse spiratiuum Spiritus sancti.

Non illaudata Synodi explanatio, modò 30.
Concilij non aliter se haberent verba, nec culpandi qui eum in medium producunt, fidem enim adhibuerunt Latinis versionibus, & vulgatis Conciliorum editionibus, in quibus ita legitur; sed Coloniensis impressio Seuerini Binnij industria aliter habet Græcis originalibus productis, & aliam fuisse Latinorum aduersùs Græcos dissertantium mentem ostendit: Græca habet: Διὰ τοῦτο καὶ ἐν τῷ ἱερῷ συμβόλῳ ἀντεβλήθη καὶ ἐπεβλήθη, ἵνα μὴ κατὰ μικρὸν οἱ ἀντιλέγοντες, ὅτι αἴτιον ὁ υἱὸς τοῦ πνεύματος, πείσωσι τὸ δόγμα, χρόνον παρεισάγοντες ἐν μέσῳ πατρὸς καὶ υἱοῦ. οἱ γὰρ μὴ λέγοντες ὅτι ἐκπορεύεται, καὶ ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, σαφῶς [illegible] λοιπὸν, ὅτι ἐκ μόνου τοῦ πατρός.

πατρός. καὶ εἰ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς, ἔστιν ὅτε οὐκ ἦν ὁ υἱός. hoc est, vt habetur sessione 25. post Bessarionis Cardinalis declarationem §. *Quoniam Graci suspicantur*, &c. *idcirco etiam in sacro symbolo explicatum, & declaratum est, ne paulatim ij, qui affirmant filium non esse causam Spiritus, laberentur in dogma tempus constituentes inter Patrem, & filium: etenim qui negant Spiritum sanctum etiam ex filio procedere, profectò manifestè declarant, quòd ex solo Patre; si verò ex solo Patre, fuit ergo quando non erat filius.* Ad faciliorem istorum dictorum intelligentiam meminisse oportet Arium docuisse Verbum, & Spiritum sanctum creaturas

S. Thom. esse, vt refert S.Thom.1.part.quæst.27. art.1.in corpore; insuper blasphemasse Verbum Dei filium ab æterno non fuisse, sed Patrem filio tem-

Athanasius. pore anteriorem; vtrumque deponit S. Athanasius epistola, seu narratione de decretis Synodi Nicenæ non longè à principio; *Aiunt igitur isti magna cum temeritate: Non semper filius, quoniam non erat filius prius quàm existeret, quin ex non entibus & ipse quoque extitit, quapropter Deus non semper fuit filio suo Pater, sed tum demum Pater factus est vbi filius esse incepisset, & creatus esset; creatura siquidem & factura est verbum externum, dissimileque Patri quantum ad ipsius substantiam*

Augustin. *pertinet*; quare Augustinus lib. 6. de Trinitate, cap. 1. *Ipse Arius dixisse fertur: si filius est, natus est, si natus est, erat tempus quando non erat filius*; illud etiam aduertere iuuat Fratrem Andream Rhodi Archiepiscopum nomine Latinorum contra Græcos dissertasse sess. 7. Concilij Florentini ex Ioann.cap.16.vers.15. *Omnia quacumque habet Pater, mea sunt*, ostendisse §. *ex his ipsi dicimus*, &c. iuxta D. Cyrilli Alexandrini, & Magni Basilij expositionem indicari, omnia communicasse Patrem filio, excepta relatione

Rhodens. Genitoris, ex quibus concludit Rhodensis Archiepiscopus, filium eo, *quòd habeat omnia naturalia, & essentialia Patris bona, habere etiam vt producat Spiritum, sicut & Pater manentibus proprietatibus personalibus*; atque ab hoc principio non discrepasse Græcorum Theologos paulo inferiùs innuit, dicens: *Reuerendissimi Domini, dicunt quòd ipse dico, mecúmque conueniunt; liquet igitur omni ex parte spirationem esse communem Patri, & filio.* His adnotatis elucescit scopus Concilij; ait enim periculum esse adstruentibus, Spiritum sanctum nequaquam ex filio, sed ex solo Patre procedere, ne paulatim in Arianam hæresim docentem, filium non esse Patri coæternum, labantur; nam vt sententiam suam aliquo modo fundent, asserere debent non communicari filio virtutem spiratiuam, hac enim si præditus esset, cur inspiraret tertiam personam? Si autem dicatur filium carere virtute spiratiua, inde sequitur filium non esse consubstantialem Genitori, quia omnia eius essentialia, & substantialia bona non accipit cùm negetur ei virtus spiratiua, quæ est ex bonis essentialibus Patris;

*Arianorum error negans Patri filium esse consubstantialem.* ecce igitur in primam Arianorum hæresim incidunt, quæ diffitebatur Patri filium esse consubstantialem; vnde infertur dicto §. sessionis 25. *Separant reipsa substantiam ab hypostasi, atque ita per ipsos substantia in partes secabitur.* Hoc deglutito errore, alterum deuorabunt, Verbum, seu filium non esse Deum, sed creaturam, quoniam si Deus esset, Patri coæqualis, & consubstantialis esset; exinde fit pro-

*Alterū Arianorū dogma, inter Patrem, & filium tēpus fuisse interpositum.* gressio ad nefarium alterum dogma, nempè tempus inter Patrem & filium interpositum fuisse, filius enim cùm creatura sit, Patri qui increatus est, coæuus non fuit. Hæc Concilij mens cùm asserit, adigi negantes filium esse principium Spiritus sancti paulatim, hoc est, per gradus errorum indicatos subscribere tempus constituentibus inter Patrem & filium; *nam si ex solo Patre Spiritus sanctus; fuit ergo quando non erat filius.* Non ergo deducunt quòd recentiores existimabant sequi per consequentiam, si filius non sit principium spiratiuum, eo ipso filiationis destrui formalem conceptum, sed inferunt cogi sic affirmantes vt adstruant filium Patri non esse coæternum, sed extitisse Patrem aliquando filio nondum existente: quæ maiori aliqua diligentia expendere placuit, quoniam altera Concilij lectione à Græci textus verbis discrepante sententiam hanc eius defensores maximè condecorari arbitrabantur, nec inutiliter, vt constaret germanam esse lectionem.

Faciliùs probari videatur ex S. Basilio homi- 31.
Ioan.Theol. lia de Spiritu sancto, quem allegat Ioannes Theologus sess. 1. Concilij Florentini: *Neque duos Patres dicendum, neque duos filios, quandoquidem Spiritus nec est, nec nominatur filius; neque enim à Spiritu accipimus aliqua, quomodo à filio Spiritus*; cerne qualem exhibeat rationem quare Spiritus nec reipsa sit filius, nec vocari debeat, nimirum, quia nos à Spiritu aliquid non accipimus, quomodo à filio Spiritus: sed nónne à Spiritu sancto iusti dona supernaturalia recipiunt? Quid est igitur quòd ab illo nihil recipimus? videlicet sensus est, nos diuinum aliquid & increatum non accipere, quale à filio Spiritus sanctus accipit, vt exponit Ioannes Theologus memorato loco, inquiens: *Nunc ergo S. Basilius ait, non eo modo Spiritum accipere à filio, quo nos à Spiritu accipimus, sequitur enim necessario diuinum esse, quod Spiritus accipit; nam quicquid est, aut diuinum, aut creatum est, hoc porrò nos à Spiritu sancto accipimus, Spiritus verò sanctus non eo modo, neque creata hæc accipit; sequitur ergo vt accipiat quod diuinum est*; & §. *sequitur deinde textus*, &c. eandem iterum versans materiam concludit; *ita ergo ex illo capite, & dicto, quo asserit Spiritum à filio accipere, non aliud profectò quàm suum esse & originem, diuinámque naturam.* Si autem dicas, quomodo nos à Spiritu sancto tale aliquid accipere possimus, quale à filio Spiritus sanctus accipit, nimirùm suum esse, & originem, diuinámque naturam? repugnat enim creaturæ talia accipere; non igitur ex eo, quòd nos id non accipimus, quibus accepisse contradictio est, benè arguitur, quia est ab impossibili. Respondeo, modum, quo nos acciperemus, referendum ad cognitionem; sciremus enim vt fieri possit, Spiritum sanctum communicare esse diuinum alteri personæ, quemadmodum Spiritui sancto filius communicat; quia igitur in Spiritu sancto non elucet hoc, quod est communicare personæ à se distinctæ in diuinis esse, propterea colligit S. Basilius Spiritum sanctum nec reipsa, nec quoad vocis proprietatem filium censendum; igitur ad rationem filij in diuinis ex sententia Basilij requiritur virtus productiua Spiritus sancti, seu, quod idem est,

vt ipse à Patre naturam non vtcumque recipiat, Augustin. verùm cum fœcunditate. Nec Augustini testimonium omittendum est lib. 3. contra Maximinum cap. 3. quem allegat Magister in 1. dist. 13. littera B. *Qui talem filium genuit, gignendo dedit vt de ipso procederet Spiritus sanctus gignendo*, hoc est, ex vi generationis accepit filius, vt de eo Anselm. procederet Spiritus sanctus; Sanctus verò Anselmus tractatu de processione Spiritus sancti contra Græcos cap. 3. propè finem: *cùm autem apparuerit, quia Spiritus est de filio, tunc quoque palam erit, quia propter hoc nequit esse filius Spiritus sanctus, & Spiritus sanctus filius*; notanter adiecit, *propter hoc*, videlicet, ideo secunda persona est filius, quia ab eo procedit Spiritus sanctus, & idcirco tertia persona non est filius, quoniam ab eo alia aliqua diuina persona non procedit.

32. Sed asseras, quantumcumque nitamur, euinci non posse filium in diuinis procedere in similitudinem naturæ vt fœcundæ; nam Pater habet naturam fœcundam tum ad generandum, tum ad spirandum, filius ad spirandum tantùm: tum etiam, quia filius in creatis Genitorem refert non in ordine ad producendum vtcumque, sed speciatim ad generandum: productio autem Spiritus sancti non est generatio; igitur à filio creato ad increatum non potest transferri nomen: & vt ab exemplis argumentemur, mulus qui ex equa, & asino procreatur, sterilis est à natura; & tamen quamuis non accipiat naturam cum fœcunditate ad producendam aliquam speciem, mulus ipse filius asini, & equæ censetur ex eo, nimirum, quia participat naturam eius à quo genitus est, licèt non cum prædicato fœcundæ; igitur Spiritus sanctus filius reputabitur etsi naturam cum fœcunditate non accipiat, ac proinde accipere naturam cum fœcunditate, vel sine illa non est sufficiens discrimen inter rationem generationis, & processionis Spiritus sancti. Respondeo, vt saluetur definitio generationis cum omni rigore, non requiri vt natura in filio concipiatur fœcunda penes omnem terminum à Patre æterno producibilem, sed vt absolutè sit fœcunda, nam ex hoc tantùm definitio generationis cum omni rigore, & proprietate filio adaptari poterit, procedit enim viuens à viuente vt à principio coniuncto in similitudinem naturæ, non solùm quatenus natura supponit pro essentia, sed quatenus fœcunda est: quemadmodum, si duæ cogitari valeant potentiæ visiuæ corporeæ, quarum vna essentialiter tenderet ad solam lucem corpoream, vt nunc tendit potentia visiua, quæ de facto datur, alia tenderet ad lucem corpoream pariter, & spiritualem, vtraque esset verè & propriè potentia visiua, quia vtriusque obiectum esset vera lux, & tamen vna non omni eo polleret munere, quo altera: quod adiungitur, oportuisse productionem Spiritus sancti vt à filio generationem esse, quo assimilarentur filius creatus, vt increatus, quando à creato nomen ad diuinum illum translatum est, negamus conditionem hanc; nam sicut filiatio secundùm se, & vt præscindit à differentiis filij creati, & increati, non exigit communicari eandem numero naturam, sed sufficit communicari naturam quoad speciem, vel eandem numero; ita nec exposcit vt terminus productus à filio quilibet sit filius, & per generationem, sed vt detur in eo, qui est filius, productio viuentis à viuente, vt à principio coniuncto, & si hoc sit in creatis, correspondebit tali productioni aliquid cum virtute ad producendum simile sibi: in diuinis autem non correspondebit terminus cum fœcunditate ad aliquam aliam diuinam personam; nihilominus tam in diuinis quàm in humanis sic potens dare esse alteri supposito viuenti à se distincto, erit propriè, & strictè filius: verùm huius generis argutias quasdam & proponit & dissoluit cum laude Zuniga disputat. 2. de Trinitate, dub. 10. Zuniga. memb. 13. & sequentibus: quod autem de mulis interponunt, dicimus mulos generare, & mulas parere, licèt quoniam id infrequens sit, monstri, aut portenti loco habitum fuerit; eum in sensum Plinius lib. 9. cap. 44. *Est & in annalibus* Plin. *nostris peperisse sæpè, verùm prodigij loco habitum*; & Iuuenalis Satyra 13. vers. 65.

*Egregium, sanctúmque virum si cerno, bimembri*
*Hoc monstrum puero, vel miranda sub aratro*
*Piscibus inuentis, & fœtæ comparo mulæ.*

Verùm Aristoteles in Syria super Phœnicem Aristot. mulas & coire, & parere omnes adstruit lib. 6. de historia animalium c. 24. & lib. 2. de generatione animalium cap. 8. vbi de causa sterilitatis earum tractat, & ostendit id non à natura, & radicaliter habere, sed ex impedimento. Plinius loco nuper relato citat Theophrastum docentem mulas frequẽter parere in Cappadocia: Columella autem Columella. lib. 7. de re rustica cap. 36. inquit: *quidam vero non dissimulandi authores, vt M. Varro, & ante eum Dionysius, ac Mago prodiderunt mularum fœtus regionibus Africæ adeo non prodigiosos haberi, vt tam familiares incolis sint partus earum, quàm sint nobis equarum.* Varro quidem lib. 2. de re rustica cap. 1. ad finem, ex Dionysio, & Magone tradit mulas parere; & rectè suggerit, non quia in Italia non pariant, aut rarissimè contingat peperisse, idem de aliis Orbis regionibus existimandum; quibusdam enim in Prouinciis fœcunda esse, quæ in aliis sterilia sunt, vt exemplis confirmat Vlysses Aldubrandus libro de quadrupedibus cap. 4. titulo, *An omninò sterilis?* in naturæ secretum refert, quòd mulus non generet, mulæ non pariant; sed cùm non repugnet eis ea incapacitate essentiali sobolem producere, ac proinde naturam radicaliter fœcundam sortiantur, ideo potest eis definitio generationis conuenire: quamquam eam ob causam quòd partus aliquam monstrositatis rationem ferat, nec parentum nisi manca prodeat imago, multum à filij degenerare nuncupatione Vasquez significat tom. 2. Vasquez. in 1. p. disp. 113. cap. 1. num. 6. Quòd si mulus, vel aliud animal decisum à viuente vt à principio coniuncto natura donaretur, quæ nec radicaliter esset fœcunda, nequaquam filium appellandum, secundùm hactenus iacta principia meritò cogitat Zuniga disp. 2. dub. 10. memb. 9. n. 5. Zuniga.

Grauioris ponderis est obiectio desumpta ex 33. Ioanne Theologo in Concilio Florent. *sess.* 22. §. Ioan. Theol. *Spiritum vt spiritum*, &c. *Nam Pater vt pater ad filium refertur, filij enim pater similiter filius vt filius refertur ad patrem, patris namque filius, & filio non existente impossibile est esse patrem, cùm hæc relatiua sint, & ad aliquid: Spiritus autem sanctus per se neque ad Patrem, neque ad filium refertur quatenus Pater & filius; Spiritum enim vt spiritum adspirantem referri oportet, spirantes autem sunt Pater &*

Mytilenens. *filius*; & sess. 25. Mytilenensis vnus ex Græcorum Præsulum numero post relatum commune Latinorum Theologorum iudicium, inquit: *Dicunt Latini patrem vt patrem esse filij patrem, & filium vt filium esse patris filium, cum hæc relatiua sint, & ad aliquid; Spiritum verò sanctum per se neque ad patrem referri, neque ad filium quatenus pater & filius, cùm non sit ad aliquid, Spiritus enim vt spiritus ad spirantem debet referri, spirantes autem esse patrem, & filium nulla infirmauerit ratio*; ex his testimoniis deducitur naturam vt in filio quatenus filius est formaliter non esse fœcundam; ita vt de constitutione filij sit, hoc est, propterea sit filius quidditatiuè, quoniam accipit naturam vt fœcundam; nam si esset fœcunda non nisi respectu Spiritus sancti; quòd si filius reduplicatiuè includit potentiam Spiritus sancti productiuam, igitur Spiritus sanctus refertur ad filium, quia respicit essentialiter principium sui productiuum; quod contradicit apertè authoritatibus citatis. Hæc ipsa vberiùs declaro: filius ex vi processionis directè & primariò non accipit voluntatem, seu volitionem diuinam, nec quæ ad hanc sequitur spirationem actiuam, alioquin procederet formaliter vt amor: sed ex vi processionis, formaliter, & primariò accipit esse filium; igitur supponitur constitutus in esse filij antequam intelligatur cum spiratione actiua, cùm hæc secundariò ei adueniat, sicut & volitio, ac proinde Spiritus sanctus non refertur ad eum reduplicatiuè vt filius; sed si non referatur ad filium vt filius est, non erit de ratione filij in esse filij natura cum fœcunditate, quoniam fœcunditas tantùm est in ordine ad producendum Spiritum sanctum; igitur non rectè assignatum est discrimen inter Verbi productionem, & Spiritus sancti productionem, ex eo quòd Verbum vt filius procedit, quia accipit naturam fœcundam: ad horum conciliationem suppono, generationem actiuam in diuinis ex parte Patris esse communicationem, & dationem naturæ diuinæ, & prædicatorum omnium essentialium, atque absolutorum; generationem verò passiuam ex parte filij esse acceptionem earum formalitatum, in quibus Pater, & filius non opponuntur. Cùm igitur filio primariò communicetur, directè, & ex vi processionis intellectio diuina, secundariò autem identicè, & concomitanter volitio, & spiratio actiua hanc terminans, sequitur concipi rectè, quemadmodum filius & Verbum formaliter existat, quin sit formaliter volens & spirans, quia accipiendo intellectionem, quam supponimus adæquatè constituere diuinam naturam, intelligitur Verbum & filius: accipit autem naturam & intellectionem per se & primariò, volitionem autem & spirationem actiuam non nisi secundariò, & identicè: cùm igitur ob hos titulos filius concipiatur in esse filij formaliter antequam sciatur constitutus in esse spirantis, rectè Latinorum asserebant Theologi in Florentino Spiritum sanctum non referri ad Patrem, & filium, quatenus Pater & filius sunt, sed quatenus spiratores sunt. Dicas; si filius quatenus filius concipitur quin sit spirans, igitur & quin sit productiuus Spiritus sancti; ergo & quin accipiat naturam cum fœcunditate, quia natura vt fœcunda non potest reddere illum productiuum alterius, quàm Spiritus sancti; ergo filiatio non benè declaratur per naturam acceptam cum fœcunditate. Sed vide differentiam productionis, qua filius accipit naturam diuinam, & qua Spiritus sanctus accipit eandem; acceptio naturæ in filio exigit essentialiter dationem spirationis actiuæ eidem filio, quia exigit communicari à Patre omnia præter esse Patrem, vt ostendimus ex Conciliis, & Patribus dissert. 1. sect. 3. num. 10. acceptio naturæ in Spiritu sancto non hoc exposcit, imò id vnicè repugnat cum spiratione passiua, qua notionaliter Spiritus sanctus constituitur cùm directè & immediatè opponantur spiratio actiua, & spiratio passiua: exigere autem communicationem naturæ filio prout formaliter communicatio est dationem spirationis actiuæ, est esse talem naturam radicaliter productiuam, & fœcundam, quia est apta identificari immediatè cum generatione passiua quatenus hæc est receptio spirationis actiuæ, per quam formaliter & proximè redditur fœcunda ad producendum Spiritum sanctum. Sic igitur elucet in primis quomodo de constitutione filiationis in diuinis sit fœcunditas radicalis in natura, quoniam de eius intima constitutione est receptio diuinæ naturæ: quid enim aliud sit esse filium, quàm procedere in similitudinem naturæ primariò, & per se? receptio autem naturæ exigit dationem spirationis actiuæ, ac proinde cùm sit radix talis dationis, erit quoque radix spirationis actiuæ recipiendæ ob dationem illam, quod est esse remotè, & in radicè fœcundam; relucet deinde quomodo processio secundæ personæ differat à processione tertiæ, quia processioni Spiritus sancti contradicit, vt exigat dari sibi spirationem actiuam, cum qua ex diametro opponitur. Postremò, cùm ex parte generationis passiuæ receptio naturæ, seu intellectionis, quæ sunt idem formaliter, sit distincta virtualiter, seu ratione ratiocinata à receptione volitionis, & spirationis actiuæ; & vna se primariò habeat, altera secundariò & identicè, quia volitio & spiratio actiua secundariò communicantur, fit, vt virtualiter & ratione nostra prius constituatur filius in esse filij, quàm in esse spirantis: hoc autem solùm volunt testimonia superiùs prolata, cùm asserunt, Spiritum vt spiritum ad spirantem referri, non verò ad Patrem quatenus Patrem, nec ad filium quatenus Patrem, nec ad filium quatenus filium.

Quoniam verò hactenus disputata facilem viam aperiunt celebri resoluendæ quæstioni, vtrùm data hypothesi, quòd Spiritus sanctus in diuinis procederet tantùm à Patre, & nullatenus à filio, adhuc distingueretur à filio, & existerent tres personæ, vti nunc sanctissimæ Trinitatis, breuiter expedîemus? Asserunt imprimis recentiorum docta pars non procedere quæsitum de filio, qui nunc supponitur in diuinis, quia hic etiam quatenùs filius est distinguitur à Spiritu sancto formaliter, sed de filio alterius rationis, qui tunc daretur, videlicet non habente identitatem cum spiratione actiua, quia hæc solùm in Patre reperiretur, quemadmodum in eo solo inuenitur relatio paternitatis: nam, vt benè obseruat Zuniga disputat. 15. de Trinitate, dub. 6. num. 7. nunc generatio passiua realiter & adæquatè sumpta non est receptio naturæ diuinæ solùm, sed spirationis actiuæ & omnium attributorum; quare sub ea consideratione opponitur 34.

Zuniga.

tur cuicumque spiratio actiua repugnat, qui enim non potest habere vsum spirationis actiuæ, nec potest esse capax receptionis illius, quia receptio est via ad habendam ipsam: sed Spiritui sancto repugnat habere spirationem actiuam, aliàs posset eadem persona esse spirans & spirata; igitur & eidem repugnat acceptio spirationis actiuæ. Hæc autem est generatio passiua realiter, generatio autem passiua est filiatio, igitur filiatio ex conceptu suo opponitur Spiritui sancto, ac proinde filius quatenus filius opponitur eidem. Nec sufficit dicere, quòd eadem essentia diuina identificat sibi paternitatem, & filiationem, quæ realiter distinguuntur, & directè opponuntur; igitur & filiatio, quæ est receptio spirationis actiuæ, poterit etiam identificare secum spirationem passiuam illi oppositam; non enim tenet, quia essentia non est proprietas, neque personalitas, & ita se potest tenere ex parte principij in patre, & ex parte termini in filio: qood autem repugnat est, vnam eandemque personam esse producentem & productam, quoniam sequeretur eam distingui realiter à seipsa, & esse priorem, & posteriorem semetipsa: hoc autem contingeret si paternitas, aut filiatio spirationem actiuam & passiuam simul sibi identificarent, nam quemadmodum ex eo quòd nunc habent spirationem actiuam, sunt spirantes, & spiratores, ita si haberent quoque spirationem passiuam, essent spirati, & sic eadem persona esset producens quia spirator, & producta qnia spirata; opponitur itaque filiatio vt filiatio est radicaliter spirationi passiuæ, ac proinde filius vt filius nunc distinguitur à Spiritu sancto. Alia huius sententiæ fundamenta apud eius Patronos inuenies, nimirum Suarez lib. 10. de Trinitate cap. 2. à num. 10. Arrubal disp. 131. cap. 2. num. 14. Zunigam de Trinitate disput. 11. dub. 7. memb. 1. num. 3. Martatium tractatu de Deo, disput. 52. sect. 2. § Hæc obiectio, &c. Luisium Turrianum de Trinitate disput. 20. dub. 3. Alarcon tract. 5. disput. 9. cap. 3. num. 1. Martinum Perez disp. 16. de Trinitate sect. 2. num. 1.

*Suarez. Arrubal. Zuniga. Martatius. Turrian. Alarcon. Perez.*

At non loquendo de filio qui nunc datur, sed de alio, quem imaginario comminiscitur vt non accipientem spirationem actiuam, cùm ille nequaquam foret principium productiuum Spiritus sancti, quoniam suppositio est emanaturum à solo Patre Spiritum sanctum, non distingueretur realiter à diuino Spiritu, sed in vnam coalescerent personam secunda & tertia; pro qua thesi exceptis iunioribus nuperè recensitis plures accumulat Ruizius de Trinitate disput. 68. sect. 4. num. 1. Sed dico cum Granado in 1. partem, tract. 10. de Trinitate disputat. 7. num. 8. Hurtado de Mendoça in prælectionibus manuscriptis de Trinitate disput. 9. sect. 3. § 9. in nostris principiis suppositioni locum non esse, quia in illo casu nullo mòdo daretur filius, cuius existentia sub conceptu filij debet supponi, vt quæstio locum habeat: quoniam, vt in superioribus edocuimus, de ratione filij vt sic est accipere naturam non vtcumque, sed fœcundam, hoc est, quæ producere valeat aliud suppositum viuens: filius autem in diuinis non alio titulo aliquo naturam diuinam vt fœcundam accipit, nisi quatenus virtutem recipit: scilicet spirationem actiuam ad producendum Spiritum sanctum: cùm igitur in casu illius hypothesis, filius qui tunc admitteretur, non possit aliquo modo producere Spiritum sanctum, quia hoc supponitur vt basis disputationi, nulla via esset fœcundus, & consequenter nec filius.

34 (margin, beside "retur realiter à diuino Spiritu")

*Ruiz. Granadus. Mendoça.*

## Sectio VI.

### *Verbum procedere ex cognitione Essentiæ, Attributorum, & Personarum in Deo.*

35. Patefecimus, quem in morem secunda Trinitatis persona vt filius procedit; sed quoniam non minoris operæ est declarasse, quo pacto eadem vt Verbum à Patre gignatur, præstat istud quoque repræsentare, idque eo libentiùs, quia hoc superato labore, facile est omnia ea, quæ de scientia diuina, ex qua promanat Verbum, differemus, ad amorem seu necessarium, seu liberum, ex quibus Spiritus sanctus procedit, transferre: suppono autem cognitionem vt intellectam pro aliquo priori in Patre antequam sit transmissa ad filium esse notitiam intuitiuam, & perfectissimè comprehensiuam omnium, quæ sunt Deus realiter, hoc est, naturæ, attributorum, & personalitatum; nam aliqua talis cognitio absolutè datur in Deo, quando Deus pro infinita & summa, qua eminet, perfectione debeat non tantùm omnia, quæ in ipso sunt attingere, sed eadem cunctis modis quibus cognoscibilia sunt penetrare; illam verò dari in Genitore antequam Verbum producat, nihil penitus obstat; quare nulla disceptatio est apud Theologos an in Patre æterno talis admittenda sit cognitio, sed vtrùm ex ea tam completa notitia Verbum vt Verbum formaliter, & essentialiter procedat? procedere autem ostendo: Verbum in ratione verbi est summè & infinitè perfectum; ergo in ratione verbi debet exprimere vniuersa cognoscibilia modo perfectissimo, quo exprimi valeant, sed modus perfectissimus est repræsentando intuitiuè & comprehensiuè quicquid est in Deo; igitur Verbum quatenus Verbum est, procedit ex scientia omnimoda cunctorum, quæ de Deo prædicantur tam relatiuorum, quàm absolutorum. Sed audiamus hæc luculentè declarantem B. Augustinum lib 15. de Trinitate cap. 14 *Proinde tanquam seipsum dicens Pater genuit Verbum sibi æquale per omnia, non enim seipsum integrè, perfectéque dixisset si aliquid minus, aut amplius esset in eius Verbo, quàm in ipso:* igitur si Verbum vt Verbum formaliter solùm habet exprimere Deitatem, & personas autem identicè tantùm, & materialiter repræsentat, non autem vt Verbum est, sequetur aliquid minùs in Verbo esse, quàm in scientia Genitoris, dicentis, quia sapientia diuina vt in Patre, qui loquitur & dicit cùm sit intuitiua & comprehensiua vniuersa, attingit essentiam, videlicet relationes, & attributa: pergit eodem loco S. Augustinus, inquiens: *& ideo Verbum hoc verè veritas est, quoniam quicquid in ea scientia, de qua genitum est, & in ipso est: quod autem in ea non est, nec in ipso est*; tanquam dicat: Verbum est mensura verissima scientiæ, de qua genitum est; debet igitur perfectissima relucere conformitas

*Verbum quo pacto signatur à Patre.*

*Augustin.*

inter Verbum, & sapientiam, vt in patre, quia veritas in conformitate sita est, & summa veritas in summa conformitate: at summa conformitas Verbi cum sapientia Patris est, vt Verbum non aliud exprimat, quàm quod scientia repræsentat; sed per scientiam vtpote comprehensiuam repræsentantur absoluta quæque, & relatiua in Deo, igitur eadem quoque per Verbum vt verbum est, formaliter exprimuntur. Augustini bibit mentem Anselmus in Prosologio, cap. 32. *Etenim non potest aliud, quàm quod es, aut aliquid maius, vel minus te esse in Verbo, quo teipsum dicis, quoniam Verbum tuum sic est verum, quomodo tu es verax*; aptè postrema clausula, *sic est verum, quomodo tu es verax*, nempè quia omne continet verum, quam scientia exprimit, & eodem modo, hoc est, eadem charitate, & manifestatione, quoniam si modus repræsentandi obiectum imperfectior foret, non sic esset verax, quemadmodum scientia; sed modus scientiæ est, vt distinctè & euidenter attingat quæcunque in Deo reperiuntur, absoluta nimirum & relatiua vniuersa; igitur & Verbum pariter eadem pari claritate repræsentat. Nec D. Fulgentij alia est mens lib. 3. ad Monimum, cap. 7. *Sed sic est Verbum apud Deum, sicut est in mente Verbum, sicut in corde consilium; nec minus aliquid habet Verbum, quod ex mente nascitur, quia quanta est mens, quæ generat Verbum, tantum est ipsum verbum.* Comparat venustè Verbum diuinum cum verbo humano; sicut enim qui loquitur externè, non loquitur ex indigentia, sed ex fœcunditate, nam apud se sibi ipse intelligebat per Verbum internum, & mentale; ita Pater in diuinis non producit Verbum ex indigentia, cùm ante productionem Verbi omnem scientiæ plenitudinem haberet: producit igitur Verbum ex fœcunditate naturæ; quemadmodum igitur si in creatis statuat quispiam declarare totum id, quod apud se intus in corde percipit, non potest non intendere verbum vocale adæquatè, & formaliter expressiuum cogitationis internæ, nam alioquin totum, quod in mente latebat, non declararet, quod erat ei scopus; sic in diuinis cùm Pater formalissimè intendat Verbo omnia reuelare, intendit quoque Verbum producere, quòd formaliter, & in ratione Verbi sit omnium eorum, quæ sunt in Deo expressiuum; fauet & Angelicus Doctor 1. p. quæst. 34. art. 1. ad 3. dum ait: *Pater enim intelligendo se, & filium, & Spiritum sanctum, & omnia alia, quæ eius scientia continentur, concipit Verbum, vt sic tota Trinitas Verbo dicatur.*

Anselm. Fulgent. S. Thom.

36. Ab hac opinione discedit Scotus visus docere in 1. dist. 10. & in 2. dist. 1. quæst. 1. art. 2. & quodlibeto 14. art. 2. Verbum procedere formaliter & per se ex sola Deitatis cognitione, personarum autem ex notitia concomitanter & identicè, & ideo scientiam de personis diuinis non habere rationem principij, rigorosè loquendo, in productione Verbi. Ratio esse valeat, quia Verbum si ex cognitione sui procederet, cùm cognitio illa esset intuitiua diuinarum personarum, esset quoque intuitiua ipsius Verbi; sed Verbum nequit procedere ex cognitione intuitiua, primò, quoniam fieret vt Verbum esset prius, & posterius seipso; prius quidem eo quòd obiectum cognitionis intuitiuæ præsupponitur habere esse, cùm intuitiua notitia sit de obiecto vt existenti, posterius autem, quia produceretur per scientiam intuitiuam, quæ scientia est posterior obiecto; obiectum verò est ipsum Verbum vt intuitiuè repræsentatum. Secundò; quoniam notitiæ visiuæ, & intuitiuæ repugnat esse principium, aut causam sui obiecti, aliàs nulla possit exhiberi ratio cur scientia visionis in Deo non sit causa creaturarum, quæ absolutè futuræ sunt; sed cognitio ex qua procederet Verbum, esset intuitiua ipsius Verbi vt obiecti; ergo Verbum ex tali cognitione non potest oriri. Respondeo, quamuis obiectum sit prius cognitione, quia ex potentia, & obiecto paritur notitia, eiusmodi tamen prioritatem, & antecessionem non conuenire nisi obiecto primario, & motiuo, quod quidem in creatis realiter distinguitur à cognitione, éstque prius illo vt *à quo*, causa nempe illius: quæ autem sunt obiecta secundaria & terminatiua solùm, non necessariò distinguntur à cognitione, aut sunt causa illius; in diuinis obiectum motiuum & primarium virtualiter, seu ratione ratiocinata & est prius, & distinguitur à cognitione. Cùm igitur in Deo eius essentia sit tantùm obiectum motiuum & primarium, ideò hoc sola est prior & distincta virtualiter, seu ratione ratiocinata à diuina scientia: Verbum autem quemadmodum & attributa, & aliæ personalitates habent solùm rationem obiectiuè terminatiui & secundarij, & idcirco non est prius cognitione intuitiua, ex qua procedit, sed solùm habet connexionem cum illo absque prioritate; nam si obiectum exerceret aliquam prioritatem, vel esset *à quo*, & hæc non, cùm non influat, nec producat; vel esset *in quo*, & hæc etiam non conuenit, quoniam simul tempore sunt cognitio, & obiectum, & ab vno ad aliam pariter valet consequentia; rectè enim arguitur, est cognitio, igitur & obiectum, sicut etiam tenet, est obiectum, igitur & cognitio; vide Fasolum tom. 3. in 1. p. quæst. 34. art. 3. dub. 5. num. 43. Ad ea verò, quæ de notitia intuitiua prolata sunt, asserimus scientiam visionis non posse esse causam actus liberi futuri, quoniam tolleret eius libertatem, esset enim suppositio antecedens, quoniam poneretur independenter à nostro consensu, quando ideo res esset futura, quia videretur, non autem videretur eo quòd absolutè futura sit, aliunde visio illa esset causa effectus liberi futuri, vt supponitur, & cum ea posita non possit effectus non esse, alioqui frustraretur intuitio veritate sua, tolleret simpliciter indifferentiam arbitrij, & libertatem Angelicam, & humanam violaret: quanquam verò comparatione effectuum necessariorum ista non valeat ratio, alia tamen non deest, videlicet sufficere ad productionem eiuscemodi effectuum scientiam simplicis intelligentiæ cum decreto voluntatis diuinæ, vt existant in tempore; quamobrem superfluit cognitio visionis, & ita non est causa rerum. Respectu productionis Verbi æterni aliter omnia contingunt; quia cùm processio sit necessaria libertati diuinæ voluntatis, non subiacet, nec ab ea in Deo plena libertas aliquod recipit detrimentum; ex alia parte sine hac non datur cognitio quæ sufficiat, vt ex ea Verbum procedat, Verbum namque debet adæquari in repræsentando scientiæ, quæ est in Patre, aliàs Verbum non esset infinitæ & summæ perfectionis, cùm non omnia attingeret, quæ summa & infinita Patris scientia exprimit: scientia

Scotus. Fasolus.

scientia autem in Patre est cognitio intuitiua Verbi; igitur & ipsum Verbum debet procedere vt intuitiuè seipsum repræsentans. Quamuis igitur scientia visionis in ordine ad effectus creatos non sit causa ipsorum, cognitio tamen intuitiua in diuinis potest esse principium, ex quo Verbum intuitiuè cognitum procedat.

37. Vasquez. Communem etiam sententiam deserit P. Vasquez tom. 2. in 1. part. disput. 142. cap. 4. num. 16. Nam quamuis admittat ad productionem Verbi per se & formaliter requiri cognitionem non solùm Deitatis, verùm & Patris, atque filij, non tamen Spiritus sancti; quippè Spiritus sancti existentia concomitanter, & materialiter se habet ad hoc vt secunda persona existat seu per modum Verbi, seu per modum filij, nam tam in esse filij, quàm Verbi supponitur antequam concipiatur habens spirationem actiuam, qua producat Spiritum sanctum; igitur si Spiritus sanctus in se concomitanter se habet ad productionem Verbi, etiam cognitio habens pro obiecto Spiritum sanctum concomitanter, & materialiter se habebit respectu productionis Verbi; nam si cognitio de Spiritu sancto per se necessaria est, obiectum talis cognitionis, sine quo cognitio esse nequeat, per se necessarium erit, sed obiectum, videlicet Spiritus sanctus materialiter & concomitanter se habet; igitur & cognitio materialiter se habebit. Addit, quia si de ratione Verbi vt Verbum est, formaliter sit repræsentare Spiritum sanctum, igitur Verbum diceretur propriè imago Spiritus sancti, cùm tamen non habeat esse imaginem nisi Genitoris, à qua procedit. Respondeo, in nostris principiis filium quatenus filium dicere ordinem transcendentalem ad spirationem actiuam, vt proximè elapso capite ostendimus; quare nequit filius comprehensiuè attingi quin cognoscatur spiratio actiua, qua cognita Spiritus sanctus cognoscitur, quemadmodum cognito Patre filius cognoscitur: sed vt hæc non valeant, dicimus, Spiritum sanctum cùm non sit principium cognitionis, qua producitur Verbum, quia non est obiectum motiuum & primarium illius, sed terminatiuum merè & secundarium, ideo per se non exigi à Verbo mediatè, vel immediatè, quare se habet solùm concomitanter & materialiter ratione connexionis, quam habet cum cognitione, eò quòd sit terminus illius, quo more se habent immensitas, omnipotentia, æternitas; sunt enim obiecta secundaria & terminatiua cognitionis, ex qua Verbum procedit, nec amplius habet Spiritus sanctus. At verò cognitio in Deo repræsentans Spiritum sanctum, non se habet concomitanter respectu productionis Verbi; quia Verbum vt Verbum formaliter est expressiuum omnium, quæ sunt in Deo, attingendo ea perfectissimè vt exigit natura Verbi simpliciter infiniti; est quoque adæquatè repræsentans omnia ea, quæ scientia in Patre manifestat per se & formaliter; neutrum autem obtineret formaliter, & ex natura sua, si de formali, & quidditatiua eius conceptu non esset repræsentare Spiritum sanctum, quia nec adæquaret cognitionem prout in Patre, nec attingeret omnia quæ sunt idem cum diuina essentia, cùm in ratione Verbi non haberet esse expressiuum Spiritus sancti. Et vt alteri fundamento occurramus, quod nitebatur Verbum fore Spiritus sancti imaginem, dicimus, cùm Spiritus sanctus, vt habens rationem obiecti cognitionis de ipso, ex qua procedit Verbum, nullo modo in Verbi productionem influat, aut comparatione eius rationem principij induat, eam ob causam Verbum licèt repræsentando exprimat Spiritum sanctum, non est imago illius; quia ad imaginis constitutionem non solùm exposcitur similitudo seu intentionalis, seu naturalis, siue artificialis, sed requiritur insuper origo, & processio vnius ab alio, vt docet S. Thomas 1. p. quæst. 35. art. 1. in corpore; quare cùm Verbum non procedat à Spiritu sancto, ideò quamuis eum intentionaliter repræsentet, non est imago illius; quod eo manifestius patet, nisi enim requiratur vt mediet processio, verùm sufficiat tantùm à persona distincta repræsentari intentionaliter Spiritum sanctum, etiam Pater in diuinis erit Spiritus sancti imago, quia est persona ab eo realiter distincta habens intellectionem diuinam Spiritum sanctum elatè, & intuitiuè repræsentantem; non igitur ex eo quòd Verbum procedat ex cognitione Spiritus sancti, colligitur futuram imaginem eius. S. Thom.

## SECTIO VII.

### *An Verbum procedat ex cognitione creaturarum possibilium?*

Verbum ex creaturarum possibilium scientia in Deo procedere negant Scotus in 1. distinct. 1. quæst. 1. & quodlibeto 14. art. 2. negat simul Vasquez tom. 2. in 1. part. disp. 143. cap. 3. & 4. cuius sententiam colunt Luisius Turrianus de Trinitate, quæst. 18. dubio 4. Gaspar Hurtado de Trinitate, disput. 7. difficultate quinta. Alarcon tract. 5. disput. 8. de Trinitate, cap. 9. num. 13. & probabilius idipsum existimant Pesantius in 1. p. quæst. 34. art. 2. disput. 2. Arrubal disp. 125. cap. 5. num. 21. Obseruo in Deo perfectionem potentis creare quicquid non repugnat esse prædicatum simpliciter, & absolutè necessarium; itaque Deus essentialiter, & transcendentaliter respicit creaturas in communi, & in particulari, sic, vt data impossibilitate creaturarum in genere, aut cuiusuis creaturæ in specie, sequatur necessariò Deum quoque de medio tolli. Probatur; nequit Deus non esse causatiuus creaturæ, modò non repugnet creaturæ causari posse, seu, quod idem est, modò creatura sit possibilis; sed nequit creatura absolutè, & simpliciter non esse possibilis: igitur nequit Deus absolutè, & simpliciter non esse causatiuus creaturæ. Quòd si dicas, licèt reipsa ita sit, tamen posse per locum intrinsecum supponi creaturas repugnare, quo in casu adhuc conceptus omnipotentiæ intelligi & saluari queat; quoniam de ratione omnipotentiæ non est quòd sit absolutè causatiua creaturarum possibilium, sed quòd ablato impedimento causare eas valeat, hoc est, sublata repugnantia earundem creaturarum; vnde cùm admissa illa hypothesi, scilicet creaturas repugnare, & impossibiles esse, verum tamen esset quod ablata repugnantia chimæræ, hæc ab omnipotentia produci valeat, verus omnipotentiæ conceptus daretur, est enim omnipotentiæ

38. Verbum an procedat ex cognitione creaturarum possibilium. Scotus. Vasquez. Turrian. Hurtado. Alarcon. Pesantius. Arrubal.

tiæ conditio poſſe producere quicquid non repugnat; igitur omnipotentia non eſt ita connexa cum creaturis poſſibilibus, vt ex ſuppoſitione repugnantiæ, & impoſſibilitatis earum, ipſa quoque repugnet, ac proinde nec dicit reſpectum tranſcendentalem ad creaturas poſſibiles. Sed contrà primò: tam impoſſibile eſt creaturam non eſſe ens non repugnans, quàm Deum non eſſe; ſed repugnat abſolutè, & ſimpliciter Deum non eſſe, igitur repugnat omnimodè creaturam non eſſe ens non repugnans. Oſtendo maiorem: nam impoſſibile eſt hominem non eſſe animal rationale, ſeu non eſſe hominem, quàm Deum abſolutè non eſſe; etenim homo, & non homo contradictoriè opponuntur, ſicut Deus, & non Deus, quæ cùm ſit ſumma contradictio, neque magis, neque minus admittit: ſed homo, vel animal rationale eſt eſſentialiter ens non repugnans; ergo tam impoſſibile eſt hominem non eſſe ens non repugnans, quàm impoſſibile eſt Deum abſolutè non eſſe; igitur tam neceſſarium eſt Deum eſſe cauſam non repugnantiæ, ſeu poſſibilitatis creaturarum, quàm eſſe Deum, quia quanta eſt neceſſitas non repugnantiæ, tanta eſt vt Deus ſit cauſa non repugnantis, ſeu poſſibilis; ſed neceſſitas non repugnantiæ tanta eſt, quanta ipſum non repugnare Deum: igitur neceſſitas vt Deus ſit cauſa poſſibilium, tanta eſt, quanta ipſum non repugnare Deum, ac proinde data hypotheſi quòd creaturæ repugnent, ſequitur pariter & repugnare Deum. Contrà ſecundò, quia vt omnipotentia ſit productiua chimæræ, requiritur vt conditio poſſibilitas chimæræ, ſeu vt non repugnet chimæra; ſed non repugnare chimæram eſt eſſe poſſibilem eandem, igitur ad ipſam poſſibilitatem requiritur poſſibilitas vt conditio, quod eſt idem ac aliquid præſupponi per modum conditionis ad ſeipſum, ex quo ſequitur aliquid eſſe prius ſeipſo, quia conditio præcedit ad id, ad quod requiritur vt conditio. Contrà tertiò, quia in illo caſu, quo creaturæ poſſibiles repugnarent, & eſſent chimæræ, licèt omnipotentia non eſſet proximè, & abſolutè productiua creaturarum, tamen haberet aptitudinem ad producendam chimæram, modò per ipſam chimæram non ſtaret, imò in hac aptitudine, & conditionata virtute ad producendum, quidditatem omnipotentiæ conſtituunt: atqui non daretur talis aptitudo in Deo reſpectu chimæræ, ſeu reſpectu creaturarum ſub hypotheſi quòd repugnent, quoniam aptitudo ad producendum aliquid, debet ſupponere illud eſſe poſſibile, aliàs daretur inclinatio, & appetitus innatus ad id, quod eſt ſimpliciter repugnans; ſed nihil eſſet poſſibile facta ſuppoſitione quòd omnes creaturæ repugnarent ſimpliciter: ergo tunc non daretur in Deo aptitudo ad producendum aliquid, & ideo nec ſaluari poſſit verus omnipotentiæ conceptus.

39. Ac quidem horum dictorum præcipuum effatum, videlicet pari neceſſitate res eſſe poſſibiles, ſeu eis conuenire, vt non repugnent ac Deo, ipſi conuenit non repugnare, quamuis Deo id in genere excellentiori competit, nimirum vt enti nobiliſſimo, à ſe, infinito, & primæ cauſæ,
Zuniga. deoſculantur Zuniga de Trinitate, diſputat. 9.
Faſol. dub. 6. num. 5. Faſolus in 1. part. tom. 3. quæſt. 34.
Mæratius. art. 3. dubit. 6. num. 55. Mæratius tract. de Deo, diſput. 50. ſect. 3. Suarez lib. 9. de Trinit. cap. 6. Suarez.
num. 19. inquiens: *Si autem concipiatur illa non repugnantia ex parte creaturarum, planè eſt tam neceſſaria in ſua negatione, ſicut Verbum in ſuo eſſe actuali, quia eſt ſine dependentia ab alio in illa non repugnantia.* Dei autem neceſſitas eſt neceſſitas independentiæ; ergo in hoc eſt æqualitas: quamobrem rectè aduertunt Tannerus 1. part. diſp. 4. Tannerus.
quæſt. 4. dub. 3. num. 32. & Arriaga diſputat. 2. Arriaga.
Metaphyſ. ſect. 1. ſubſect. 1. num. 7. poſſibilitatem remotam, hoc eſt, non implicare vt exiſtat homo, vel equus, ſeu hominem, vel equum non claudere, prædicata contradictoria non dependere à Deo, nec illum reſpicere: tum, quia ſi non daretur Deus, adhuc illæ prædicationes veræ eſſent, tum quia illud æquè conuenit Deo, ac creaturæ, nam de exiſtentia Dei aſſeritur veriſſimè, non repugnare ipſam, nec inuoluere prædicata contradictoria; quòd ſi quæ prioritas intercedere cogitanda eſt reſpectu omnipotentiæ, & creaturarum poſſibilium, ea potiùs non repugnantiæ, ſiue poſſibilitati remotæ creaturarum adiudicanda erit, videlicet prioritas in ſubſiſtendi conſequentia; valet enim conſequentia, eſt Deus, ſeu eſt omnipotentia, igitur eſt ens non repugnans, quia ad omnipotentiam neceſſariò requiritur, vt ens producendum non inuoluat contradictionem: non autem ſequitur, eſt ens non repugnans, igitur Deus, aut omnipotentia ſupponuntur, quoniam conceptus entis non implicantis ſaluari valeat in creatura, licèt abſtrahamus quòd Numen detur, vt eius omnipotentia. Nec ſuggeras ob hanc cauſam; igitur ſi neque Deus habet neceſſariam connexionem cum ente quod non repugnat, neque ens non repugnans cum Deo, ſequitur primò, Deo cognito, non neceſſariò cognoſcendas creaturas poſſibiles, quia ſolùm id neceſſariò attingitur in obliquo ex penetratione cauſæ, quod eſſentialiter, & neceſſariò cum illa connexum eſt, quale vinculum non datur inter omnipotentiam & creaturas poſſibiles, ſi neutra ab altera, vel à priori, vel à poſteriori dependeat; ſequitur deinde, ex eo, quòd creaturæ poſſibiles deficiant, non inferri legitimè defecturam omnipotentiam in Deo, quoniam poſſibilitas creaturarum non dependet ab eo, quòd Deus ſit, ſeu vt non repugnet eius exiſtentia: hæc autem non conuincunt; quoniam cùm dicitur omnipotentiã tranſcendentaliter reſpicere creaturas poſſibiles, & has cum ipſa neceſſariò, & eſſentialiter connecti, non eſt ſermo de poſſibilitate remota ſolùm, ſed vt coniuncta cum poſſibilitate proxima, hoc eſt, cum aptitudine immediata effectus, vt ponatur extra cauſas: cùm autem non poſſit aliquid poni extra cauſam independenter à concurſu diuinæ omnipotentiæ, exigit neceſſariò influxum omnipotentiæ, & dicit reſpectum eſſentialem ad ipſum; viciſſim omnipotentia requirit vt res ſit idonea produci, hoc eſt, nullam inuoluens implicantiam, ſiue in his, quæ proximè, ſiue quæ remotè deſiderantur vt exiſtat, quia horum renitente aliquo, omnipotentia expedita non erit; talis igitur mutua combinatio omnipotentiæ, & creaturarum proximè & completè poſſibilium. Verùm vt de poſſibilitate remota tantùm, & ſola non repugnantia loquamur, quamuis Dei eſſe ab hac nec à poſteriori, nec tanquam à cauſa dependeat; tamen arguitiuè

tiuè infertur ex eo quòd homo, vel equus repugnent, Deum quoque repugnaturum; colligitur enim non repugnare duo contradictoria, videlicet hominem esse, & non esse, quia hoc est hominem absolutè implicare, scilicet in se contradictoria inuoluere; quòd si semel admittantur eiusmodi contradictoria: ergo etiam comparatione Dei admitti poterunt, scilicet Deum esse, & non esse, quod est omninò Deum repugnare in suo esse.

40. His stabilitis, assertio est, Verbum procedere formaliter ex cognitione creaturarum possibilium, quam docuisse videntur Augustinus lib. 11. confessionum cap. 7. & lib. 15. de Trinitate c. 15. Anselmus in Monologia cap. 32. & 33. S. Thomas 1. p. quæst. 34. art. 1. ad 3. quibus locis adstruunt Verbo dici, & repræsentari creaturas: si autem aliquæ exprimuntur creaturæ, maximè possibiles. Tradunt ex recentioribus Molina in 1. p quæst. 14. art. 3. disp. vnica. Valentia disp. 8. punct. 2. Suarez lib. 9. de Trinitate cap. 6. num. 4. Zuniga disput. 9. de Trinitate dub. 6. Ruizius disput. 63. de Trinitate sect. 1. num. 3. Granado tract. 9. de Trinit. disp. 6. num. 5. Tannerus tom. 1. disp. 4. quæst. 4. dub. 4. num. 14. Mætarius tract de Deo disp. 50. sect. 3. Fasol. tom. 3. in 1. p. quæst. 34. art. 3. dubitat. 6. Martinus Perez disput. 14. de Trinitate, sect. 8. num. 2. Arriaga tom. 1. in 1. p. disput. 52. sect. 4. subsect. 2. Auersa in 1. parte, quæst. 14. sect. 4. Albiz tractat. 3. de Trinitate, disput. 8. sect. 7. num. 12. Ludouicus Caspensis disput. 7. de Trinitate, sect. 4. num 45. Nam siue affirmemus Deum cognoscere creaturas, vt possibiles in sua omnipotentia, siue in cognitione simplicis intelligentiæ vt reflexè penetrata, aut etiam eas attingere in seipsis vt hoc non repugnet, quocumque demum modo in illas vt merè possibiles fertur, scientia de eis est simpliciter necessaria in Deo ob fundamenta hactenus iacta, & comprobata de connexione, nimirum essentiali inter Deum & creaturas quatenus possibiles. Sed Verbum in esse Verbi formaliter procedit ex omni cognitione simpliciter necessaria in Deo, quia in esse Verbi adæquat perfectionem scientiæ, quæ est in Patre; hæc autem est necessariò de creaturis possibilibus, igitur Verbum quatenus vt Verbum procedit, exprimit creaturas possibiles. Aduersùs hoc pronunciatum fortiora omnium argumenta ea sunt, quæ nituntur ostendere omnipotentiam diuinam non ita connecti cum possibilitate creaturarum, vt hac per locum intrinsecum ex hypothesi sublata, Dei quoque summa illa potentia auferenda sit: hæc autem iam eneruata sunt, alias obiectiones, quia faciliores & obuias, legendas relinquimus apud scriptores pro nostra sententia enumeratos. Addo hucusque definitis, quanquam gratis tribuamus posse existere omnipotentiam data suppositione quòd repugnent creaturæ possibiles, adhuc scientiam de obiecto omnipotentiæ, & emanationibus ad extra possibilibus futuram eiusmodi, ex qua Verbum procederet; nam hoc ob infinitatem suam exigit adæquare scientiam, quæ est in Patre, aliàs non omnia loqueretur filio Pater, nec Verbum summè perfectum esset in ratione Verbi, quia reduplicatiuè vt Verbum non cuncta exprimeret; si igitur in ratione Verbi adæquat scientiam paternam, procedet ex omni sapientia Genitoris, sic enim adæquabit eam; ergo admisso quòd creaturæ repugnent si adhuc in Deo supponatur omnipotentia & virtus ad quidlibet, modò non repugnet, Verbum procedet ex cognitione diuina quæ tunc eo adscribenda fuerit de omnipotentia, & eius termino.

Augustin. Anselm. S. Thom. Molina. Valentia. Suarez. Zuniga. Ruiz. Granado. Tanner. Mætarius. Fasolus. Perez. Arriaga. Auersa. Albiz. Caspens.

---

## SECTIO VIII.

### *Verbum procedere ex cognitione libera creaturarum existentium.*

VErbum non ex sola notitia creaturarum possibilium, sed etiam ex scientia Dei libera de futuris absolutè procedere opinamur; ac sanè cùm indistinctè, & generatim de quibusuis creaturis sermonem faciant B. Augustinus, Diuus Anselmus, ac sanctus Thomas producti initio antecedentis sectionis, iustè pro hac referri assertione queant; placuit eadem inter recentiores Valentiæ in 1. part. disput. 2. quæst. 8. puncto secundo; defendunt ex professo Zuniga disput. 9. de Trinitate, dubio 7. memb. 1. & sequentibus. Arriaga tom. 1. in 1. part. disput. 52. sect. 4. subsect. 3. breuiter, sed expresse indicar Marchio Sfortia Palauicinus lib. 1. Theorematum de vniuersa Theologia, quæ publicè in nostro Collegio Romano anno 1628. antequam è seculo ad nostrum migrasset sodalitium, propugnauit, numero 72. Nec aliud Ruizius de Montoia disput. 63. de Trinitate, sect. 2. num. 2. dum statuit; quemadmodum scientia in Deo non postulat per se, & necessariò scire mundum esse creandum, aut operandam Incarnationem, atque ita absolutè potuit esse quin repræsentaret mundi, aut Incarnationis existentiam, tamen ex suppositione quòd existant non potuit non cognoscere existentiam ipsorum; ita Verbum, absolutè loquendo, non exigit procedere per scientiam visionis de mundo, aut Incarnatione extituris; nihilominus ex suppositione quòd mundus sit creandus, vel Incarnatio ponenda à parte rei, Verbum per se, & necessariò postulat procedere per scientiam de talibus futuris, ne diminutum, & inadæquatum procedat: sanè hoc ipsum nos etiam intendimus, præfixa conclusione, nempè si Deus non decreuisset Mundum facere, sed potiùs statuisset ne vnquam existeret, vti non esset scientia visionis in Deo respiciens Mundi futuritionem, sic nec Verbum ex scientia libera circa Orbis conditum procederet, procederet tamen tunc ex scientia habente pro obiecto non esse mundi. Quo autem validius sententiam hanc fulciamus, aduertimus decretum liberum diuinæ voluntatis, & scientiam de futuris, quæ posito decreto resultat, siue explicentur per modum entitatis virtualiter distinctæ, seu dicantur non nisi denominationem de nouo superaddere, vtcumque vocentur esse realiter substantiam, & non accidens, ens à se, & quòd ab æterno fuerit, proinde diuinum, & infinitum; igitur cùm substantia habeatur, subsistit quia subsistentia ordinatur ad complendam substantiam, sed non subsistit per subsistentiam necessariam absolutè, igitur per liberam & contingentem. Quòd verò non subsistat per aliquam diuinam personalitatem quatenus hæc est necessaria 41.

*Verbum an procedat ex scientia Dei libera.*

Valentia. Zuniga. Arriaga. Sfortia. Ruizius.

ceſſaria ſimpliciter,oſtenditur: nam quia ſcientiæ Dei conuenir poſſe repræſenrare, vel non tepræſentare creaturas futuras, formalitas tepræſenrationis actualis creaturatum eſt aliquid de nouo ſaltem in eſſe denominationis ſuperaddirum ſcientiæ neceſſariæ, vt neceſſaria eſt, quoniam ſi omninò eſſet tantùm ſcientia ipſa neceſſaria in eſſe talis,ſemper & actu repræſentaret eas vt futuras, cùm tamen aliter penitus contingerer ſi creaturæ ex voluntate Dei non eſſent reipſa futuræ; ſed etiam ſubſiſtentiæ neceſſariæ in Deo contingir,vt vel decretum liberum, vel ſcientiam viſionis de exiſtentia mundl terminet, & ſubſiſtere faciat, quia ſi extiterir rale decretum cum ſcientia de Orbis productione, terminabit illud; iis verò non exiſtentibus, vt potuerunr iu Deo non eſſe, nec terminabuntur:ergo talis ſubſiſtentia,ſeu terminario cùm ei accidat vt ſit, vel non ſir, erit aliquid de nouo contingenter ſupetadditum eum in morem,quo denominatio ſcieotiæ viſionis eſt contingens: deinde eſſentialia in Deo,quæ communia & abſoluta ſunt, concipiuntur ante proprietatts, videlicet prior eſt virtualiter, aut ratione ratiocinata eſſentia in Deo, quàm paternitas, vt edo-
S. Thom. cet S.Thomas 1. part. quæſt.33. att.3. ad 1. Igitur etiam in contingentibus priora eronr abſoluta, nimirum decretum liberum, & ſcientia viſionis, quàm ſubſiſtentiæ ipſarum. At ſubſiſtentiæ neceſſariæ ptiota ſunt abſolutis & communibus libetis, vt monet B. Thomas eodem loco,quia generatim à liberis ad neceſſaria valet conſequentia, non autem è contrà; igitur decreto libero Dei & ſcientiæ viſionis correſpondet peculiaris terminatio & ſubſiſtentia, nimitum contingens, nempè talem eſſe oporteat, quoniam qualis naturæ fuerit ſubſtantia complenda, talis debet eſſe ſubſiſtentia, vt ſit proportionata ſubſtantiæ; ergo ſicut in Deo prædicata eſſentialia neceſſatia terminantur neceſſaria, ita prædicata contiugentia debent terminati ſubſiſtentia contingenti.

42. Hoc igitur poſito,nimitum quòd ſcientia viſionis tetminetur in Patre, & filio ſubſiſtentia libera, declaro procedere Vetbum ex cognitione creaturarum exiſtentium; nam terminatio illa contingens imitatur in ſuo ordine ſubſiſtentiam neceſſatiam,videlicet quemadmodum ſubſiſtentia neceſſaria eſt proprietas & relatio, qua conſtituirur Pater, dicens Verbum quoad eſſentiale, & neceſſarium, ac proinde, qua dat, & communicat ſcientiam neceſſariam, ita ſubſiſtentia contingens erit relatio & datio ſcientiæ liberæ; igitur ſicut quia Pater dat ſcientiam neceſſariam, & filius eam accipit media relatione, quæ eſt etiam productio & ſubſiſtentia,filius procedit & Verbum per ſcientiam neceſſariam; ita etiam filius accipiens ſcientiam viſionis de futuritione creaturarum media terminatione libera, procedet vt Verbum ex tali ſcientia con-tingenti, & libera. Vrgeo authoritate Enge-
Concil.Flor. nij IV. in litteris vnionis in Concil. Florent. ſub initium ſeſſ. 25. *& quoniam omnia, quæ Patris ſunt, Pater ipſe vnigenito filio ſuo gignendo dedit, præter eſſe Patrem, hoc ipſum quòd Spiritus ſanctus procedit ex filio, ipſe filius à Patre æternaliter habet, a quo etiam æternaliter genitus eſt.* Pater omnia dedit filio,præter eſſe Patrem; igitur tam libera, quàm neceſſaria, quoniam ſi neceſſaria tantùm dediſſet, non omnia ttibuiſſet; ſed ex eo quòd dat neceſſaria, procedit Verbum ex cognitione neceſſaria: igitur etiam dans libera procedet ex cognitione libera. Neque reponas, à Genitore eſſentialia & neceſſaria communicari per ſe, & immediatè, libera verò non niſi mediatè, & in radice, videlicet ob identiratem cum formalitatibus neceſſariis; nam ſi ita loquutionem Eugenianam nullis circumciſam reſtrictionibus interpretari iuuat; ergo etiam dicere poterimus communicaſſe immediatè ſolam eſſentiam diuinam, mediatè verò & in alio ſpirationem actiuam, & attributa; quin & dicere valeamus communicaſſe immediatè tantùm cognitionem Deitatis,remotè autem cognitionem perſonarum,& creaturarum poſſibilium; quare ſicut communis ſententia tenet Verbo communicatam immediatè omnem ſcientiam neceſſariam,aliàs ſi notitia de Deitate ſolùm immediatè communicata fuiſſet, ex ea tantùm formaliter & in ratione Verbi procederet; ita ſentito operæ pretium eſt ſcientiam liberam proximè, & immediatè communicari, ac proinde ex ea Verbum quoque procedere.Inſuper celeberrimi Doctores Auguſtinus, Thomas,Anſelmus locis capite præcedenti aſſignatis, ſub principio adſtruunt Patrem dicere filio creaturas, & loqui de illis; ſed hæc teſtimonia vt propriè intelligantur, quemadmodum conſtrui debent, ſignificant filium procedere vt Verbum expreſſiuum creaturarum quatenus Verbum eſt, quoniam vbi eſt loquutio, & dictio, ibi eſt verbum. Poſtremò niſi Verbum procedat ex cognitione futurorum propriè & formaliter, talis cognitio non erit fœcunda; eſſe enim ſcientiam fœcundam in Patre, eſt eſſe productiuam in tatione ſcientiæ: ſcientiæ autem quatenus principium eſt, non aliud quàm Verbum reſpondet; ergo ex ſcientia libera verbum ſimilis formæ procedit, aut ſi non procedit, ideo eſt quoniam einſmodi ſcientia non eſt fœcunda;quòd ſi illa non eſt fœcunda, nec etiam ſcientia de diuinis perſonalitatibus, aut creaturis poſſibilibus fœcunda erit; quoniam ideò hæ fœcundæ ſunt, quia diuinæ, & infinitæ: at ſcientiæ viſionis conuenit diuinam, & infinitam eſſe, igitur & fœcunda erit.

Videamus iam quas ob cauſas nonnulli re- 43.
pugnare cenſent, vt ex ſcientia libera de futuris creaturis Verbum formaliter, & ſtrictè procedat; illud, inquiunt, eſt principium Verbi,quòd Verbum per ſe exigit vt abſolutè exiſtat:ad hoc autem non expoſcit ſcientiam futuritionis creaturarum; quamuis enim creaturæ nunquam exiſterent, & ideo non daretur ſcientia de exiſtentia illarum, daretur Verbum, nam Verbum non dependet in ſuo eſſe à creaturis vt exiſtentibus; ergo Verbum non procedit ex ſcientia libera in Deo. Reſpondeo,quemadmodum licèt Dei ſcientia non repræſentaret futuritionem creaturarum caſu quo Numen decerneret nihil producere, daretur tunc in Deo ſcientia ſimpliciter infinita,& omnibus modis perfecta; & tamen hoc non aufert vt viſio, & repræſentatio creaturarum, quas Deus formare ſtatueret, non ſit propria & vera ſcientia; idem dicendum de Verbo. Concedo igitur vt Verbum abſolutè,& eſſentialiter exiſtat, ſeu quoad entitatem, non exigere cognitionem creaturarum futurarum:

vt

vt autem existat contingenter, & quoad denominationem exprimentis creaturarum existentiam, quæ denominatio est Verbum propriè, vt scientia visionis de eisdem est vera cognitio, postulat per se, & in ratione talis Verbi, vt sit pro priori originis in Patre scientia libera de creaturis, quæ de facto erunt. Ac rectè quidem monet
Ruizius. Ruizius de Trinitate, disp. 13. sect. 4. n. 3. *Defensor*, (inquit,) *huius veritatis constanter debet insistere in proportione Verbi cum diuina scientia, quia cum Theologorum nemo sit, qui negare audeat perfectionem diuinæ scientiæ per se postulare cognitionem cuiusque veritatis contingentis ex suppositione quod sit futura; ita tenetur eadem omnino perseitate concedere perfectionem diuini Verbi per se, necessarióque postulare scientiam cuiuslibet veritatis contingentis, per quam procedat*; quare non est arduum in Dei scientia pleraque initare argumenta, quibus Verbi ex scientia Dei libera processio reiectat consilueuit.

44. Sed in hac materia omnium intricatissima difficultas est, nam decretum liberum de mundo fabricando, & idem de scientia contingenti, quæ videtur futuræ creaturæ, vel est æque immediatè a tribus diuinis personis, ita vt formaliter loquendo Pater non prius ratione & origine habeat decretum aliquod liberum ad extra, quam filius, nec prius velit creare quam filius id velit; vel non est æque immediatè ab omnibus personis Trinitatis, sed in Patre scientia visionis prius existit, a quo communicatur filio, & volitio libera pro aliquo priore originis consideratur in Patre & filio, a quibus transfertur in Spiritum sanctum: si primum dicatur; ergo non [illegible] luatur
Concil. Florent. Eugenij IV. authoritas statuentis in Concilio Florentino in litteris vnionis, *Patrem omnia filio dedisse, præter hoc, quod est esse Patrem*; deinde ruit nostra conclusio, quoniam in a Patre non est scientia visionis, sed eam habet filius æquè immediate ac Genitor; igitur Verbum non procedit vt Verbum strictè & formaliter ex scientia visionis, quia Verbum cùm sit loquutio & dictio, oportet ab alio esse: at scientia visionis, ex qua procederet, non est ab alio quoniam filius non eam acceptam refert Genitori: vt verò secundum adstruatur, nimirum scientiam visionis esse pro priori originis in Patre quàm in filio, & decretum liberum de componendo mundo prius existere in Patre, & filio, quàm in Spiritu sancto; ergo tale decretum prout a filio & Spiritu sancto est, nullo pollet libertate, neque actiones ad extra in Trinitate sunt communes omnibus eius personis, quoniam respectu Patris liberæ sunt: comparatione autem filij & Spiritus sancti omninò necessariæ. Quòd autem volitio faciendi Orbem prout in filio & Spiritu sancto sit absolutè & simpliciter necessaria, demonstratur, ex suppositione, quòd volitio ea in Patre existat, non potest non esse in filio, quia esse in Patre est terminare à proprietate & subsistentia Patris; proprietas verò Patris est communicatio & datio eorum, quæ sunt in Genitore: datio autem connotat essentialiter receptionem, quoniam sunt correlatiua inseparabilis nexus: igitur existente volitione in Patre transmittitur infallibiliter ad filium; aliunde verò suppositio illius, ex qua infallibiliter euenit, vt in filio sit volitio de Orbis productione, non est in filij potestate, quoniam ipsius facere non potuit vt Genitor non haberet decretum mundi faciendi, cùm Pater à se illud habeat, quod est habere independenter ab alio. Denique ea suppositio est pro priori originis; quare in eam concurrunt omnia ex quibus resultat suppositio simpliciter antecedens; sed suppositio simpliciter antecedens libertatem de medio tollit: igitur & hæc suppositio facit vt decretum de Orbis conditu prout in filio non sit liberum: & quod de filio prolatum est, idem de Spiritu sancto vt accipiente volitionem liberam à Patre, & filio. Nec valet asserere, cùm Pater liberè volitionem eliciat, potuisse non elicere: si autem non eliceret, nec esset in filio, aut Spiritu sancto; quare cùm absolute potuerit non esse in filio, & Spiritu sancto, absolute erit contingens, & libera in filio, & Spiritu sancto; quoniam ad libertatem non sufficit, quòd suppositio huic nocitura possit ab alio poni, vel non poni; sed quod in voluntatis potestate sit, ab cuiusque nutu dependeat, videlicet ex præuisione eliciendæ ab ea operationis vt ponatur, sic enim ipsa sibi, & non alius vincula iniecerit, & eam ob causam quamuis Deo liberum sit prædeterminare voluntatem, non tamen cum præmotione physica liberè operatur, igitur cùm filius, & Spiritus sanctus eam sibi suppositionem non inducant, nec in eorum arbitrio vertitur vt existat, aut non existat, sed in potestate alterius personæ realiter distinctæ, videlicet Patris, erit illa suppositio respectu filij, & Spiritu sancti, non consequens, sed absolute antecedens, & ideo tollet ab vtroque libertatem in ordine ad mundum producendum, aut volendum quidquam ad extra.

Qui opinantur Verbum non procedere ea cognitione futurorum, ab hac se lite expediunt, dicentes, decretum liberum de mundi, vel Incarnationis existentia non prius origine existere in Patre & filio, quàm existat in Spiritu sancto; quare cum æque immediatè proficiscatur à tribus diuinis, ex consensu æquè libero trium diuinarum personarū terminatur ad volendam existentiam huius, vel illius obiecti ad extra. Ne autem authoritatis Eugenij IV. in Florentino in epistula [illegible] ordine asserentis *Patrem omnia dedisse filio præter esse Patrem*, rationem debitam non habuisse videantur, explicant, nimirum, potentiam volitiuam, & volitionē necessariam a Patre formaliter, & immediatè communicatam filio & à Patre & filio datam Spiritu sancto, & in hac veluti in radice & fundamento communicatā volitionem liberam faciendorum ad extra, ipsa tamen decretum liberum, quod vt fiat, [illegible] tēd [illegible], æque immediate esse a filio & Spiritu sancto, ac à Patre, vnde prodiit vulgatum theorema, *actiones ad extra communes esse Trinitati*, quare Patrem nullo modo neque ratione, neque origine prius velle creaturam futuram, quàm filius, & Spiritus sanctus, nec istam volitionem de rebus creandis formaliter liberam communicare illis, nisi modo præfato quatenus communicauit potentiam ad volendum, & amorem necessarium: ipsam autem in se prout virtualiter distinguitur à volitione necessaria, seu per modum entitatis, siue in esse denominationis tantùm, tā proximè & immediate prodire à filio, & Spiritu sancto, ac dimanat a Patre; affirmant Suar lib. 9. de Trinit. c. [illegible] n. 4 Granado in 1. p. tract. 9. de Trinit. disp. [illegible], n. 10. Tannerus disp. 4. q. 4. dub. 3. n. 3 [illegible] F [illegible] tom. 4. in 1. p. q. 34. art. 3. dub. 7. n. 64. Mæratius tract. de Deo disp. 50. sect. 1. in fine. Accipimus ab hac sententia — 45.

Actiones ad extra Trinitati communes, theorema vulgatū.

Suarez. Granad. Tannerus. Fasolus. Mæratius.

libenter decretum liberum de mundo producendo, & scientiam visionis de existentia eiusdem esse æquè immediatè & indifferenter ab omnibus tribus diuinis personis, hoc enim modo saluatur talem volitionem esse rigorosè liberam respectu cuiuscumque diuinæ personæ,& consequenter productiones ad extra esse communes toti Beatissimæ Trinitati. Addimus volitionem sic à tribus diuinis personis æquè proximè orientem, simul & notitiam liberam de creaturis futuris pro posteriori terminari in Patre per subsistentiam contingentem, & à Patre filio communicari decretum liberum, ab vtroque transmitti Spiritui sancto, ab eodémque Genitore filio dari scientiam de creaturarum absoluta futuritione: sin autem teponas,omnes tres personas iam habere decretum liberum priusquam concipiatur terminari à subsistentia contingenti in Patre, quia fiat æquè immediatè & potestatiuè elicit ab omnibus? vt quid igitur de nouo à Patre accipiant quod iam satis ipsæ possidebant? Respondeo nihilominùs oportuisse recipi à Patre. Primò, quia volitio,aut scientia libera debuit compleri per subsistentiam sibi proportionatam, nempè contingentem, ex eo autem quòd paternitas in hunc modum terminauit eas, non potuit non communicare filio, cùm paternitas eo quòd origo & productio sit, hoc ipso communicatio & datio sit absolutorum omnium,& communium filio; deinde quoniam per talem communicationem immediatam similis naturæ quoad contingentiam cum scientia libera multò propriùs & strictiùs saluatur pronunciatum Eugenij IV. affirmantis, *Patrem dedisse filio omnia præter esse Patrem*; vltimò, quoniam scientia visionis in Deo non debet esse minùs fœcunda, quàm scientia attributorum personalitatum diuinarum, & creaturarum possibilium, cùm sit infinita sicut illæ; esse verò fœcundam, in eo consistit, quòd sit priùs origine in Patre, qui eam filio communicans Verbum producit expressiuum creaturarum futurarum; igitur debet priùs in Genitore considerari, & ab eo per productionem, & communicationem ad filium transire. Quòd si admoneas de terminatione, & subsistentia contingenti scientiæ visionis, aut decreti liberi vt ad paternitatem spectante, sequi fore, & non fore communem toti Trinitati; communem sanè, quia est libera, prouenit autem ei libertas denominatiuè à decreto libero,quod terminat,& cuius subsistentia est vt prouenit actui exteriori ab actu interno; decretum verò liberum est commune tribus diuinis personis: igitur libertas denominatiuè proueniens ab eiusmodi decreto,communis est Trinitati,& ideo subsistentia illa pertinebit ad omnes tres diuinas personas; aliunde repugnat communem fore, quia integrat paternitatem: quod autem est de conceptu essentiali, vel integrali paternitatis, soli Patri, non verò aliis in Trinitate personis adiudicatur. Respondeo, in terminatione illa libera scientiæ futuritionis creaturarum, vel decreti circa mundi fabricam considerari posse & quòd sit libera denominatiuè & in alio, & quòd sit suppositalitas integrans paternitatem. Cùm autem sit libera denominatiuè solùm à libero decreto voluntatis Dei, ad hoc materialiter se habet quòd sit relatio, aut proprietas, quia licèt non esset subsistentia & proprietas, ex eo tantùm quòd connecteretur cum volitione libera, & ad eam consequeretur, esset denominatiuè libera, vt videre est in scientia visionis creaturarum, quæ sic est contingens à decreto libero voluntatis, cum quo connexa est, & quod præsupponit aliquo modo, quamuis nec sit relatio, neque proprietas, & in actu imperato respectu imperantis absolutè, & efficaciter: quare cùm in ratione suppositalitatis, & proprietatis ad solum Patrem referatur, nihil interest quòd in ratione liberæ sit à tota Trinitate; sicut idem numero actus intellectus in ratione vitalis est à potentia naturali intellectus, in ratione supernaturalis ab habitu per se infuso,vel lumine gloriæ; & quemadmodum in opposita sententia, quamuis volitio necessaria & libera in Deo sint idem, volitionem tamen necessariam accipit filius immediatè à Patre, & à Filio,& à Genitore Spiritus sanctus; non sic de libera,quæ radicaliter solùm est à Patre,formaliter autem,& immediatè æquè ab omnibus tribus diuinis personis.

Illud etiam attendendum est, quod nonnulli obiectant, scilicet, personalitas Verbi est conditio per se requisita vt humanitas Christi operetur, quia actiones sunt suppositorum, itaque habet se ex parte causæ pro priori naturæ, quoniam est vnum ex requisitis, vt causa libera in actu primo sit proximè expedita ad operandum: sed si personalitas Verbi prout est terminatio scientiæ visionis, haberet se pro priori naturæ ad actiones Christi vt liberè futuras, læderet earundum actionum indifferentiam, quoniam eiusmodi terminatio supponeret scientiam liberam de futuris, quam complet, & terminat: scientia autem visionis si præcedat natura, & vt causa actiones Christi liberas, earum destruet libertatem,est enim suppositio antecedens,cùm anteuertat omnem liberi arbitrij operationem, & ad vnum infallibiliter determinet, nempe ad futuritionem actionis, cuius intuitio est; igitur scientia libera in Deo non terminatur aliqua subsistentia contingenti. Responderi facilè queat ex iis,quæ fusius tradita sunt hac ipsa dissertatione sect.1.num.4. nimirum vulgare axioma, quòd *actiones sunt suppositorum*, non obligare, vt dicamus subsistentiam tenere se pro priori naturæ respectu operationum;& quidem melius satisfaciant hoc dicentes, quàm alij, qui comminiscuntur terminationem liberam, & necessariam virtualiter distingui sicut essentia, & relatio paternitatis,aut filiationis distinguuntur; quare sicut essentia non vnitur humanitati Christi, sed personalitas Verbi, ita nec vniri integram Verbi personalitatem, sed eam tantùm formalitatē, quæ simpliciter necessaria est, non autem terminationem liberam integrantem eandem personalitatem respectu scientię visionis creaturarum, & volitionis liberæ de earū productione. Si autem illa non vnitur, neque actiones Christi pendebunt ab ea; quam hæc solutio consideratis Patrum &Theologorum effatis noua & singularis est, cùm non doceant personalitatem Verbi quoad aliquam sui partem in esse personalitatis tantùm fuisse vnitam immediatè humanitati ChristiDomini,imò contrariū supponant, affirmantes sine restrictione aliqua personalitatem Verbi vnitam fuisse immediatè naturæ humanæ in Christo;deinde,cùm eodem modo

46.

modo distinguantur virtualiter in Deo volitio necessaria & volitio libera, non tamen communicatur alicui personæ diuinæ sola volitio necessaria, igitur nec humanitati Christi vnitur personalitas Verbi tantùm qua parte est simpliciter necessaria. Asserendum itaque, quamuis demus *actiones esse suppositorum* eo rigore vt subsistentia præcedat saltem per modum conditionis, quæ per se requiritur, & tota Verbi personalitas vniatur humanitati Christi immediatè, tamen subsistentiam in Christo ea ratione qua ob Verbi processionem est terminatio libera, & contingens, non esse causam operationum Christi ex eo titulo, quo supposito vt sic conuenit esse causam, vel principium, quoniam licèt ipsa non daretur, subsistentia tamen necessaria permaneret, quemadmodum etsi non daretur scientia libera de creaturis futuris, non deficeret scientia necessaria in Deo: subsistentia autem necessaria satis, superque esset vt humanitas Christi possit operari, cùm ob eam sufficienter verificaretur, actiones esse suppositorum, vt cernere est in diuinis, nam personæ Trinitatis antequam eliciant decretum liberum de mundi existentia, præsupponunt solam proprietatem necessariam subsistentiæ cuiusque diuinæ personæ; ergo ratio subsistentiæ contingentis & liberæ, quamuis de facto datur, quia tamen concomitanter, & materialiter se habet solùm, ideo non est conditio per se requisita, vt humanitas Christi operetur, ac proinde nec causa operationum Christi, nec earum violans libertatem.

46.

47. Tandem inferunt: Decretum liberum est in Deo priùs scientia visionis futurarum creaturarum, ideo enim Deus videt creaturas extituras, quia decreuit earum futuritionem, ac proinde priùs debet intelligi Deum decreuisse vt creaturæ existant, quàm concipiatur proximè aptus ad eas condendas, & ita decretum est conditio per se requisita ad scientiam visionis, illámque præcedit in genere causæ intentionalis formaliter: iam verò decretum liberum statim vt existit terminatur in Patre, & Filio spiratione actiua, à quibus volitio libera Spiritui sancto communicata spiratione passiua terminatur; ergo in serie liberorum & contingentium in Deo antecedit processio Spiritus sancti ad Verbi productionem, nam prior est volitio libera quàm scientia visionis creaturarum, quæ existent, vt ostendimus: Verbum autem in serie contingentium procedit ex scientia visionis, Spiritus sanctus ex amore libero; igitur prius est dari Spiritum sanctum, quàm Verbum, aut filium; quod tamen implicat, quoniam Spiritus sanctus ex Patre, filióque procedit, atque ideo quemadmodum supponit Patrem, debet & filium supponere. Respondeo; esto volitio libera sit causa in genere præerequisitorum scientiæ visionis futurarum creaturarum, tamen hæc ipsa volitio vt terminata subsistentia libera, & contingenti non est causa, quoniam vt terminatæ formaliter non requiritur ad existentiam scientiæ visionis, quia ad habendum eam liberam volitionem de conditu Orbis, sufficiunt tribus diuinis personis proprietates ipsorum necessariæ. Quare in virtute terminationis & subsistentiæ necessariæ, cuiusque earum eliciunt æquè immediatè, ac communi consensu decretum efficax de existentiis rerum, statimque cognoscunt scientia intuitiua libera eandem futuritionem existendorum; & cùm hoc totum accidat priusquam concipiantur terminati subsistentia contingenti, volitio libera, aut scientia visionis, sit, ad existentiam scientiæ gratis concesso prærequiri volitionem liberam, non tamen hanc exposci vt terminatam, siue cum complemento subsistentiæ contingentis: cùm autem vt processio Spiritus sancti in serie prædicatorum liberorum in Deo prior censeatur emanatione ad intra Verbi, seu filij, debebat coniungi volitio libera spirationi passiuæ liberæ & contingenti per denominationem; hoc autem nequit fieri, quia spiratio passiua contingens debet essentialiter præsupponere in Patre & Filio spirationem actiuam similem, nempè contingentem quoque, sicut generatio passiua in filio præsupponit necessariò in Patre generationem actiuam; sequitur esto volitio libera antecedat scientiam visionis, tamen processio contingens & velut libera per voluntatem in serie formalitatum contingentium in Deo non est prior filij, seu eiusdem, quatenus Verbi processione per intellectum. Dici insuper valeat illam causalem, ideò existit scientia, quia decretum præextitit, vel ideò Deus cognoscit creaturas futuras, quia decreuit earum futuritionem, non probare decretum habere rationem causæ cum vera & stricta prioritate ad scientiam visionis, sed innuere solùm, dari connexionem inter decretum, & scientiam liberam; nam etiam hæc est causalis subindicans dependentiam aliquam; ideò cognoscit Deus per scientiam visionis creaturas futuras, quia creaturæ existent, & tamen creaturæ non sunt causæ actus illius diuini intellectus; sic etiam valet, quia datur existentia necessaria Spiritus sancti, datur gaudium necessarium in Spiritu sancto de sua existentia, nam gaudium est de obiecto existenti vt existenti; & tamen existentia Spiritus sancti non est principium gaudij necessarij; sed potiùs gaudium necessarium est, ex quo procedit diuinus Spiritus, quia procedit ex omni actu necessario voluntatis Dei; sic & in creatis vnum indiuisibile non potest existere sine alio, quoniam existentia rerum materialium non conseruatur per vnum indiuisibile, sed per plura, & nihilominus vnum indiuisibile non est causa alterius in aliquo causæ genere, sed tantùm vnam habet connexionem cum alio. Adde, vt hæc non satisfecerint, priusquam intelligatur decretum aliquod liberum in Deo dari scientiam liberam, videlicet scientiam conditionatam, seu mediam, nam huius obiectum contingens est, potuit enim Petrus vocatus non conuerti: si autem non consentiret vocationi, Deus non cerneret ex suppositione vocationis consensurum, potiùs sciret non consensurum: quamobrem communiter negantes Verbum procedere ex scientia visionis creaturarum futurarum, eo quòd hæc scientia contingens sit, negant etiam consequenter procedere ex scientia media, quia hæc etiam ratione obiecti, in quod fertur, simpliciter contingens est; quem in modum Suarez lib. 9. de Trinitate, cap. 7. num. 9. Vasquez tom. 2. in 1. part. disputat. 143. cap. 1. num. 2. Suarez. Vasquez.

Arrubal. Ruizius. Molina.

Arrubal disput. 125. num. 11. Ruizius de Trinitate, disput. 63. sect. 4. num. 14. Nos autem concedentes Verbum procedere ex ſcientia viſionis, dicimus cum Molina quæſt. 34. primæ partia art. 3. diſput. vnica. § *Negandum eſt*, &c. procedere quoque ex ſcientia media. Quamobrem cùm hæc ſcientia prior ſit omni decreto libero actualiter exiſtenti, fit vt in ſerie etiam liberorum, & contingentium in Deo, proceſſio per intellectum ſit prior proceſſione per voluntatem.

---

## SECTIO IX.

### *Quæ diuinarum perſonarum apparitiones Patribus factæ prioris Teſtamenti? ſub qua norma? & num Miſſiones dicendæ?*

48. *Diuinarum perſonarum apparitiones in Teſtamento veteri.*

DEum ſæpe viſendum ſe eximiis iuſtitiæ & religionis cultoribus præbuiſſe, ſæpe Abrahamum, Iacob, Moyſen, Propheras, abſque pietatis encomio nobilea alloquutum, multoties ſacræ teſtantur litteræ: his autem ſub apparitionibus qualem ſe exhibuerit? An nihil aliud viri illuminati ex tanta familiaritate conceperint, quàm Deum vnum eſſe? Sed quamuis magnum, huc altiùs penetraſſe, quàm vt natura ductrice attingi valeat, ſublimius tamen aliquid veteribus donandum Patriarchis. Adſtruo igitur imprimia ſub humanis lineamentis aſſumpti corporis Verbum ſe eis conſpiciendum obtuliſſe: fidem huic pronunciato conciliat Leo Magnus epiſt. 13. ad Pulcheriam Auguſtam. *Quomodo & Patriarchis, & Prophetis in ſpecie carnis apparuit, cùm aut luctamen iniit, aut ſermonem conſeruit, cùmve officia hoſpitalitatis non abnuit, vel etiam appoſitum cibum ſumpſit: ſed illa imagines huius hominis erant,* (Chriſti nimirum,) *indicia, cuius veritatem ex præcedentium Patrum ſtirpe ſumendam ſignificationes myſtica nunciabant.*

*Verbum quomodo apparuerit Patriarchis, Leo Mag.*

Euſeb.

præſtolatur Euſebius Pamphili lib. 1. hiſtor. Eccleſ. cap. 2. *Fertur namque Dominum Deum in hominis naturali ſpecie apparuiſſe Abrahamo propter quercum Mambre conſidenti; quiſnam quaſo verè appellari Deus ille potuerit, præter ſolum illius verbum, quod omnes æternitate ſua anteceſſerit? eundem quoque in hominis figura rurſus Iacob comparentem Scriptura Deum nominat*, confirmat Nicephorus Callixtus eccleſ. hiſtor. lib. 1. cap. 1. *Atque equidem in hominis ſpecie ipſi Abrahæ frequentiùs, progenitiſque ex eo apparuiſſe creditur, quandoque per ſeipſum, quandoque per adminiſtros ſuos Angelos, oraculis eos admonens, & docens de rebus optimis.*

Niceph. Auguſtin.

Nec aliud Auguſtinus lib. 3. de Trinitate, cap. vltimo: *& ipſe tanquam Verbum Dei miro, & ineffabili modo erat in Angelis, in quorum edictis lex ipſa dabatur, vnde dicit in Euangelio: Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi, de me enim ille ſcripſit; per Angelos ergo tunc filius Dei, Mediator Dei, & hominum futurus ex ſemine Abrahæ ſuum diſponebat aduentum.* Sic & B. Thomas 1. part. quæſt. 51. art. 2. ad 1. *Hoc autem, quòd Angeli corpora aſſumpſerunt in veteri Teſtamento, fuit quoddam figurale indicium, quod Verbum Dei aſſumpturum eſſet corpus humanum; omnes enim apparitiones veteris Teſtamenti ad illam apparitionem ordinata fuerunt, qua filius Dei apparuit in carne*; quod interpretandum, non vt fuerit apparitionum totus & adæquatus ſcopus ſolam prænunciare Incarnationem, ſed cùm præcipuus hic ſpectaretur finis, aliæ etiam cauſæ impulerint, vt rectè à Suarez animaduerſum lib. 6. de Angelis, cap. 20. num. 14. videlicet inſtructio fidelium de abſconditis fidei, & religionia myſteriis, & quo tanto Numinis condeſcenſu recreati, maiori cum fiducia & reuerentia obedirent, & Dei propagarent cultum; Verbum autem viſibili ſe contendum forma has propter rationes in aſſumpto corpore exhibuiſſe præter memoratos Patrea, edocent Nazianzenua orat. 49. quæ eſt de fide, circa finem; Hilarius lib. 4. de Trinitate, ad medium. Irenæus lib. 4. contra hæreſes cap. 37. Tertullianus contra Iudæos, cap. 9. Clemens Romanua conſtitut. Apoſtolicarum lib. 5. cap. x1. aliàs cap. 19. Chryſoſtomus Hom. 58. in Geneſ. & Hom. 16. in Acta Apoſtolorum. Ambroſius lib. 1. de fide, cap. 5. ſub finem. Hippolytus Martyr Hom. de Deo Trino & vno, & myſterio Incarnationis, Phebadius Epiſcopus libro contra Arianos. Cyrillus Ieroſolymitanus Catecheſi decima illuminatorum. Cyrillus Alexandrinus lib. 9. contra Iulianum, textu 2. Clemens Alexandrinus lib. 1. Pædagog. cap. 7. Prudentius initio Apotheoſis. Cyprianus lib. 2. aduersùs Iudæos cap. 5. Chryſologus ſermone 131. in illud Ioann. *Si quis ſermonem meum*, &c. Moyſes Barcepha commentarij de Paradiſo 1. parte, cap. 28. iuxta principium, Sulpitius Seuerus lib. 1. ſacræ hiſtoriæ agens de lucta Iacob cum Angelo: Synodus Antiochena apud Binium tom. 1. Conciliorum parte 1. in profeſſione fidei: ibidem Sirmienſe Concilium in prima fidei confeſſione, can. 14. Marcellinus Papa epiſt. 1. decretali. Theodoretus quæſt. 91. in Geneſ. & quæſt. 5. in Exodum.

S. Thom. Suarez. Nazianzen. Hilar. Irenæus. Tertull. Clem Rom. Chryſoſt. Ambroſ. Hippolyt. Mart. Phebad. Cyrill. Ieroſ. Cyrill. Alex. Clem. Alex. Prudent. Cypr. Chryſol. Moyſ. Barc. Sulp. Seuer. Synod. Ant. Sirmienſ. Concil. Marcellin. P. Theodoret.

Patrem quoque, & Spiritum ſanctum apparuiſſe tradit expreſſis verbis D. Auguſtinua lib. 3. 49.
*Apparuit Pater, & Spiritus ſanctus.* Auguſt.

de Trinitate, cap. 11. ſub finem; *in quibus Angelis erat vtique & Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, & aliquando Pater, aliquando Filius, aliquando Spiritus ſanctus, aliquando ſine vlla diſtinctione perſonæ Deus per illos figurabatur*; quando autem veroſimilius ſit Spiritum ſanctum apparuiſſe, & quas ob occaſiones, expendit P. Suarez lib. 6. de Angelis, cap. 20. num. 22. difficilius eſt ſtatuiſſe Patrem æternum ſui ſpectandi viſibilibua ſub modia copiam feciſſe; nam Patrum aliquorum opinio fuit, quamuis Verbum & Spiritua ſanctus nonnunquam apparuerint, primam tamen perſonam tenebras poſuiſſe latibulum ſuum, nec afferas aliquando prodiiſſe, quo pacto Tertullianus contra Iudæos lib. 9. & aliia pluribus locis, quæ coaceruantur à Pamelio paradoxa 19. in Prologomenis ad Tertullianum. Euſebius Cæſarienſis lib. 1. hiſtor. eccleſ. cap. 2. & lib. 1. demonſtrat. Euangelicar. cap. 5. Hilarius lib. 5. de Trinitate. Prudentiua initio Apotheoſis. Nouatianus de Trinitate, cap. 26. Bernardus de gradibus humilitatis, iuxta finem; conſueuit adduci pariter Concilium Sirmienſe in prima fidei confeſſione contra Photinum, vbi inquit: *Si quis Abrahamum non filium, ſed ingenitum Deum, aut Patrem eius vidiſſe aſſeneret, anathema eſto:*

Suarez. Tertull. Pamel. Euſeb. Cæſ. Hilar. Prudentius. Nouat. Bernard. Conc. Sirm.

ſi

*si quis cum Iacob non filium colluctatum fuisse dicat, sed ingenitum Deum, aut Patrem eius, anathema esto;* quanquam verò huius testimonij authoritas contemni idcirco possit, quòd inter reprobata Concilia hæc conscribatur Synodus, quam ob causam, eam *conuentum Satanæ* Baronius nominat tom. 5. anno Christi 457. num. 1. quem sectatur Binius notis ad præfatam Synodum tom. 1. Conciliorum part. 1. Nihil tamen refert si hac ex parte admittamus cum Bellarmino lib. 1. de Conciliis cap. 7. non enim generatim prohibet intelligi Patrem apparuisse, sed duabus tantùm occasionibus, nimirum, cùm Abrahamo & Iacob se spectandum dedit: equidem siue diuinæ personæ per seipsas immediatè corpora assumant, seu Angeli in corporibus, quo demum modo fabricatis ad præstitutos fines easdem ostenderint personas, nulla occurrit ratio, ob quam specialiter persona ingenita contueri non possit; quamobrem, vt Scripturis exponendis aptiorem sententiam præferunt contrariam alij multi Doctores Ecclesiastici, Augustinus fusè probat lib. 2. de Trinitate cap. 18. & significari existimat Danielis cap. 7. vers. 9. *Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiqui dierum sedit, &c. si ergo Danieli, & Pater dans regnum, & filius accipiens, apparuerunt in specie corporali. quomodo illi dicunt, Patrem nunquam visum esse Prophetis, & ideò solum debere intelligi inuisibilem?* Augustini huiuscemodi interpretatum non immeritò applaudunt ad præfatum Danielis caput Hugo, Nicolaus, Dionysius, Vatablus, Maldonatus, Sà, Mariana, Alapide, Hector Pinctus, Antonius Fernandez de visionibus veteris Testamenti, visione 24. sect. 2. num. 2. Pereira lib. 8. in Danielem, & Genes. cap. 32. vers. 53. disp. 1. num. 13. Suarez lib. 6. de Angelis c. 10. num. 10. eum qui ab Isaia supremâ cum maiestate visus est solium excelsum, & eleuatum cap. 6. vers. 1. Deum Patrem extitisse ab omnibus ferè expositoribus traditum memorat Arias Montanus. At quanquam non cuncti id explanatores adstruant, cùm de Christo Dei filio interpretentur Cyrillus, Origenes, Procopius, Glossa vtraque, Hugo, Lyra Carthusianus, verùm de Patre æterno declarant Basil. lib. quinto contra Eunomium, titulo, *quòd neque visio*, &c. Athanasius tractatu de communi essentia Patris, & Filij, & Spiritus sancti, titulo, *Declaratio Sanctorum*, &c. & titulo, *de humana natura suscepta*, &c. Chrysostomus hom. 67. in Ioan. idémque in Catena Græca in Ioan. c. 11. vers. 41. Moyses Barcepha 1. part. commentariorum de Paradiso, cap. 28. non longè à fine narrat *probata doctrina Magistros docuisse, Deum Patrem in veteri Testamento, filium in nouo apparuisse, & loquutum esse*; non paucas sub lege Apparitiones explicant de Patre æterno Clemens Romanus constitut. Apostolicar. lib. 7. cap. 34. Irenæus lib. 4. contra hæreses cap. 34. Fulgentius lib. 2. ad Monimum cap. 3. recipiunt Apparitiones à Patre factas ex iunioribus Toletus annotat. 24. in cap. 12. Ioann. Alcazar. in cap. 4. Apocal. vers. 2. notatione 3. Ruizius disput. 109. de Trinitate sect. 9. num. 19.

Baron. Binius. Bellarm. Augustin. Dan. 7. 9. Hugo, & alij. Moyses Barceph.

50. Quid verò de testimonia Patrum manifestè inclamantium Patrem nunquam apparuisse speciatim, cùm Augustinus dicat lib. 2. de Trinitate cap. 17. sub finem, *vt nimis temerarium sit dicere, Deum Patrem unquam Patribus, aut Prophetis per aliquas visibiles formas apparuisse?* qua nota præcedentium Doctorum opinionem affecisse, cùm minimè credibile sit de Augustini præclarissima modestia, cogitabam eos negantes Patrem apparuisse, non de quacumque Genitoris externa præsentia ob assumptum corpus intelligendos, sed vt *Apparitionis* vocabulo idem designetur, quod per *Missionem* concipitur; est quidem Missio ex Theologorum vulgato consensu temporalis apparitio personæ productæ in aliqua forma sensibili ipsi appropriata ex vi æternæ processionis à persona producente; dicit itaque Missio diuinæ personæ processionem cum habitudine, seu connotatione temporalis effectus. Quando igitur processionem ab aliqua diuina persona includat, hinc est, vt licet prima persona interdum apparauerit, & venire dicatur, iuxta Ioann. cap. 14. vers. 23. *Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*, quin & de illo propria aliqua significatione *dari, & donari* posse adstrui velit Suar. lib. 11. de Trinitate cap. 2. num. 2. Non tamen *mitti* dicitur, cùm à nulla diuina persona procedat, vt passim Theologi definiunt, quorum bonam partem coaceruat Ruizius de Trinit. disp. 108. sect. 8. num. 5. vnde Augustinus lib. 4. de Trinitate cap. 20. *Sed Pater cum ex tempore à quoquam cognoscitur, non dicitur Missus, non enim habet de quo sit, aut ex quo procedat.* Doctores igitur asserentes Patrem visibiliter non apparuisse, exponendi sunt, quasi non ita apparuerit, vt *Missus* fuisse existimandus sit. Sin autem opponas id quod Ruizius contendit disp. 109. de Trinitate sect. 9. num. 10. non paucis Scholasticorum comitatus, Apparitiones visibiles diuinarum personarum factas veteris Instrumenti Patribus non posse Missionis appellatione vera, & propria insigniri; quare meditatam differentiam, videlicet filij & Spiritus sancti apparitiones missiones fuisse, non autem Patris, inefficacem esse; respondeo, firmius esse quod ab eodem traditur ibidem tertia conclusione num. 18. simpliciter, & absque aliqua maiori declaratione affirmari posse, filium fuisse visibiliter missum humana specie ad Patres veteris Instrumenti; docet Fasolus tom. 3. in 1. p. quæst. 43. art. 6. num. 2. sequutus B. Thomam præfato articulo in responsione ad 1. ad Patres veteris Testamenti factam inuisibilem missionem, vel quando prima gratia iustificante donati sunt, vel quando ad nouum aliquem gratiæ altiorem gradum erecti sunt; in Commentario tamen articuli septimi conclusione 3. statuit quamuis Patribus sub lege visibiles apparitiones omnium diuinarum personarum factæ sunt, eas tamen non vocandas missiones visibiles: at non percipio, quánam de causa apparitiones Verbi, & Spiritus sancti sub illis temporibus *Missionis* propria definitione non gaudeant: nam si ad Missionem requiritur vt sit personæ procedentis ab altera per æternam emanationem, inde sequitur tantùm apparitionem factam à Patre non esse Missionem, quod libenter concedimus; si necessaria est apparitio temporalis in forma sensibili, qua vna persona dignoscatur præ alia; ita quoque videndas se exhibuerunt diuinæ personæ ante Euangelium, verbo sumente humanam speciem, Spiritu sancto sub ignibus latente, vt indicat Augustinus lib. 2. de Trinitate cap. 15. Si

Augustin. Missio, de Apparitione. Ioan. 14. 23. Suarez. Ruiz. August. Fasolus. August.

P. Sherlogi Antiq. Hebr. Dioptra. F 3

Si denique Missioni visibili adhærere oporteat
missionem inuisibilem donotum supernatura-
lium per gratiæ habitualis increrheotum, & in-
fusarum virtutum, quod tamen excusari putat
Arriaga. Arriaga tom. 1. in 1. part. disput. 55. sect. 4. nec
boc defuit, quoniam eximiis pietate hominibus
diuinæ se coospiciendas offerebant personæ,
quas iofotmabant de abditis mysteriis, & ad ma-
iores in omni sanctitudine progressus excita-
bant; quid igitur superest ad Missionis veram
significationem? An quoniam sub Euangelium
eæ factæ sunt apparitiones? Sed queroadmodum
hinc noo sequitur Missionem inuisibilem per
dooa interna minimè factam prisci fœderis cul-
toribus, solùm verò infertur non adeò copio-
sam, & abundantem fuisse, quia profusio gratia-
tum Christi aduentum commendatura erat, vt
Augustin. monent S. Augustious lib. 4. de Trinitate, c. 20.
S. Thom. & S. Thomas 1. parte, quæst. 43. art. 6. ad 1. pa-
res ob causas, nequaquam ioferendum à tem-
poribus Abrahæ per sequutas Patriarcharum
ætates omniqò oullas factas visibiles diuinarum
persooarum apparitiones, quæ Missiones cum
rigore & proprietate vocentur, sed tantùm has
non eius fuisse præstantiæ, vt cum apparitioni-
bus noui Testamenti coæquari debeant, quibus
Missionis vocabulom celsiores ob titulos con-
neoiat; rectè igitur stat, Doctores ecclesiasticos
negantes Patrem æternum visibili in specie iu-
stis priscæ legis apparuisse, solum velle Genito-
rem quidem propriè nunquam missum fuisse.

51\. Verùm quæstio adhuc est de iis, qui diuinas
*De iis, qui repræsentant S. Trinitatis personas in assumptis corporibus, an essent diuinæ Triados personæ, quæstio.* reptæseotabant sanctæ Trinitatis personas io
assumptis corporibus, an ipsæ essent diuinæ
Triados personæ? Num potiùs Aogeli, qui vices
diuinarum personarum obibant? communissimè
existimatum, apparitiones, quibus Deus se ho-
minibus sub quacumque monstrabat forma, ope-
ratas esse ministerio Angelorum, ita vt noo
Deus ipse immediatè corpus assumpserit, sed An-
Magister. gelus eius oomine, vt perhibent Magist. in 2.
Alens. dist. 8. cap. 2. Alens. 2. parte, quæst. 34. memb. 3.
Bonauent. Bonaueni. in 2. dist. 8. dub. 3. S. Thom. 1. 2. q. 98.
S. Thom. art. 3. in corpore, & quæst. 6. de potentia, art. 7.
Abulens. ad 3. Abulensis in cap. 4. Exodi, quæst. 12. io il-
Suarez. lud, *occurrit ei Dominus*, &c. ex ouperis Suarez
Valentia. lib. 6. de Angelis, cap. 20. num. 28. Valentia 1. p.
disput. 4. quæst. 2. puncto 2. §. *secunda quæstio*, &c.
Vasquez. Vasquez tom. 2. in 1. part. disput. 185. cap. 2.
Molina. Molina 1. part. quæst. 51. art. 2. disput. 2. iuxta
Bubalus. finem. Bubalus in eandem quæstionem fusè ad-
modum art. 2. quæsito primo, difficultate 2.
Ruizius. Ruizius de Trinitate, disput. 109. sect. decima,
Thyræus. num. 4. Thyræus lib. 1. de apparitionibus veteris
Pererius. Testamenti, cap. 24. Pererius in cap. 32. Gene-
seos, vers. 23. disput. 1. & in cap. 3. Exodi disp. 6.
& lib. 3. commentariorum in Danielem, in illud
Serrarius. cap. 3. *ait Rex, Ecce ego video*, &c. Serrarius lib. 4.
Lorin. in Iosue, quæst. 40. in caput quintum. Lorinus
in cap. 7. Actorum, vers. 3. eæ apparitiones quot
modis contingerent Angelorum interuentu lo-
Gregor. culentè dissertat B. Gregorius lib. 18. moralium,
Hieronym. cap. 2. clarè & breuiter insiouat Diuus Hierony-
mus lib. 2. commentariorum in epistolam ad Ga-
Augustin. latas, in illud cap. 3. *Quid igitur lex*, &c. S. Au-
gustinus ea in probanda thesi multus est lib. 3.
de Trinitate, cap. vndecimo: *proinde illa omnia,
quæ Patribus visa sunt, cùm Deus illis secundum
suam dispensationem temporibus congruam præsenta-
retur, per creaturam facta esse manifestum est; etsi
nos lateat quomodo ea ministris Angelis fecerit,
per Angelos tamen esse facta non ex nostro sensu di-
cimus, ne cuiquam videamur plus sapere quam opor-
tet sapere, sed credimus propter quod & loquimur;
extat enim authoritas diuinarum Scripturarum, vnde
mens nostra deuiare non debet*, &c. Sanctus Areo- Areopagita.
pagita cap. 4. de cælesti Hierarchia §. 3. *His di-
uinis visis præclari illi Patres nostri ministerio An-
gelorum initiabantur*; & paulò inferiùs: *Quini-
mò sapienter etiam Theologia docet eam per Angelos
ad nos dimanasse*, (videlicet legem Moysi datam,)
*quasi id ordo diuinæ legis sanxerit, vt per superiora,
ista quæ inferiora sunt, ad diuinum Numen addu-
cantur*. Hoc est totius assertionis robur, nempè
Deum administrare res medias per supremas, &
infimas per medias, quando id conuenienter fie-
ri potest; sed congruè exponuntur Bibliorum
loca, si Aogelus Deum repræsentasse cogitetur,
imò hæc interpretatio vt omnino germana ha-
benda, quando sit communis Patrum, & Scho-
lasticorum: igitur visibiles apparitiones oon per
Deum ipsuio immediatè factæ sunt, sed Ange-
lorum interuentu, & ministerio.

Dico imprimis, oihil afferri posse ex Scriptu- 52.
tis circa visibiles apparitiones diuinarum perso- *Respondetur.*
narum, quod non sufficienter exponi valeat de
apparitionibus factis mediante Angelo; nam
Exodi cap. 3. vers. 4. narratur Dominus apparuis-
se Moysi, & loquutus fuisse cum eo; itidem &
Moysi loquutus in monte cùm legem intimauit
Exodi cap. 19. vers. 3. & cap. 20. vers. 2. & tamen
ex Actorum cap. 7. vers. 35. & vers. 38. Beati
Stephani testimonio coustat vtrobique Deum
ab Angelo repræsentatum; & de legis traditio-
oe in monte Sina liquet ex Paulo ad Galatas
cap. 3. vers. 19. Quòd si hoc de Moyse familia-
rissimo Numini, scilicet, de quo Deus ipse atte-
statur Numerorum capite duodecimo, vers 8. Num. 12. 8
*Ore enim ad os loquar ei, & palàm, & non per ænig-
mata, & figuras Dominum videt*, quem tamen
per Angelos admonebat, quid de aliis cogitan-
dum ad tantam benignitatem non admissis? Vir
quoque ille, qui cum Iacob luctabatur vsque ma-
nè, & de quo idem Genes. cap. 32. vers. 30. *Vidi* Genes. 32. 30
*Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea*,
Angelum fuisse declarat Oseas cap. 12. vers. 4. Oseæ 12. 4
itaque verissima est sententia, quæ absolutè sta-
tuit, & more ordinario apparitiones visibiles
factas noo per diuinas ipsas personas immedia-
tè, sed per Angelos eorum veluti legatos.

Dico secundò. Nullam implicantiam facere 53.
si statuamus Deum per seipsum aliquando im-
mediatè apparuisse visibili sub forma Patribus
veteris Testamenti; nam cùm Deum ita appa-
rere, atque vt ab ipso immediatè corpus assuma-
tur, absolutè non repugnet, cùm assumere huoc
io modum corpus non aliud sit, quàm vnire sibi
corpus tanquam mobile motori, ex quo nulla
deriuatur absurditas, cùm oon sequatur pro-
pterea Deum aut corporeum, aut mutabilem fu-
turum, sanè aliqua Scripturarum loca, quæ affir-
mant Deum apparuisse, de quibus nusquam le-
gitur, quòd Angelus tunc apparuerit; quam-
obrem non vt sonant interpretari valeant, nimi-
rum de persooa Numinis in seipsa absque Me-
diatoribus Angelis? Deinde, quoties Angelum
repræsentasse aliquam diuinarum personarum
constat, id speciatim de verbo diuino interpre-
tandum

tandum Patres volunr, nempè vt appellatio eiuſ-
dem poſt aſſumptam humanam naturam deſi-
gnaretur, qua nuncupandus erit *Magni Conſily*
*Angelus*, iuxta tranſlationem Septuaginta Iſaiæ
Tertullian. cap. 9. verſ. 6. vt ſuggerunt Tertullianus contra
Nazianzen. Iudæos, cap. 9. num. 116. Nazianzenus oratio-
Chryſoſt. ne 49. ad finem. Chryſoſtomus Hom. 16. in Acta
Apoſtolorum, in illud cap. 7. *& expletis annis*
Hilarius. *quadraginta*, &c. Hilarius lib. 4. de Trinitate, pau-
Euſebius. lo poſt medium. Euſebius lib. 1. demonſtratio-
Cyprian. num Euangelicarum, cap. 5. Cyprianus lib. 2. ad-
Theodor. uersùs Iudæos cap. 5. Theodoretus quæſt. 91. in
Auguſtin. Geneſim. Auguſtinus libro contra Adimantum
Manichæi diſcipulum, cap. 9. ex quibus Patrum
Beda. effatis colligunt Beda libro variarum quæſtio-
Iſidor. num, quæſtione 9. Iſidorus Hiſpalenſ. lib. 1. ſen-
tentiar. cap. 12. *Vbicumque in Scripturis ſanctis pro*
*Deo Angelus ponitur, non Pater, non Spiritus ſan-*
*ctus, ſed pro incarnationis diſpenſatione ſolus filius*
*intelligitur*; ergo ſi quoties Angelus apparuit, id
ad ſecundam Trinitatis perſonam, filium videli-
cet transfertur, aliæ apparitiones Patris & Spi-
ritus ſancti, quas etiam factas demonſtrauimus,
non Angelis fuerint adſcribendæ, ſed primæ &
tertiæ perſonæ in ſeipſis immediatè; ſanè, cùm
non quæratur in apparitionibus, quod accidere
poſſit, quoniam Deum immediatè apparere po-
tuiſſe non negatur, diſceptatio eſt quid de facto
contigerit? quo in controuerſiarum genere ma-
gna habenda eſt ratio, quam in partem Eccleſiæ
deflectant Patres. At horum licet denſior cuneus
ſignificare viſus apparitiones vniuerſim inter-
ueniente Angelorum miniſterio operatas, ſed
tamen etiam pro noſtro placito non ſpernen-
Thyræus. dam Patrum eſſe manum, referunt Thyræus lib. 2.
de apparitione viſibili ſub veteri Teſtamento,
Bubal. cap. 53. Bubalus de Angelis, quæſt. 51. art. 1. quæ-
ſito 1. difficultate 5. § 2. puta Origenem, Am-
broſium, Tertullianum, Leonem Magnum, Eu-
ſebium Cæſarienſem, Clementem Romanum,
Nicephorum Calliſtum; quam ob cauſam præ-
dicti duo Authores aſſeuerant concluſionem de
Deo immediatè apparente nihil Catholicæ fidei
oppoſitum inuoluere; ex Patrum tanto numero
Euſ. Pamph. eam diſertè tradidiſſe viſi tantùm Euſebius
Pamphili lib. 1. hiſtor. eccleſ. cap. 2. dum inquit:
*Quandoquidem ne ſuſpicari quidem fas eſt viſiones*
*illas Deum repræſentantes, quæ ſunt ſacris litteris*
*prodita, Angelis voluntati Dei ſeruientibus, eiúſque*
*ſedulo obeuntibus miniſteria, tribuendas eſſe; quan-*
*doquidem, cum quiſquam ex iſtorum numero homi-*
*nibus viſus ſit, non occultat ſanè Scriptura, ſed no-*
*minatim Angelum, non Deum, neque Dominum ho-*
Niceph. *minibus locutum eſſe aſſeuerat.* Nicephorus hiſto-
riæ eccleſ. lib. 1. cap. 5. *Quandoque per ſeipſum,*
*quandoque per adminiſtros ſuos Angelos, oraculis eos*
*admonens, & docens de rebus optimis.* His adnecte-
re non pigebit teſtimonium veroſtæ imprimis
Synodi Antiochenæ, quæ anno Chriſti 266.
duodecimo Galieni Imperatoris conuocata eſt
aduersùs Paulum Samoſatenum; cuius Synodi-
cam epiſtulam vindicauit, & Latinè interpre-
tatus eſt noſter Franciſcus Turrianus, eámque
Baronius. proferunt Baronius tomo 2. memorato iam Sal-
Binnius. uatoris anno, num. 6. Binnius tom 1. Concilio-
rum, parte 1. ſub Dionyſio Papa; de filio igitur
Dei, hunc ibi in morem. *Qui implens voluntatem*
*paternam, Patriarchis apparet, & cum eis loquitur*
*in eiſdem clauſulis, & eiſdem capitibus, aliquando*
*quidem tanquam Angelus, quandoque verò tanquam*
*Dominus, quandoque autem Deus eſſe affirmatur;*
*Deum enim vniuerſi impium eſt exiſtimare vocari*
*Angelum, filius verò Angelus Patris eſt, qui eſt*
*ipſe Dominus & Deus, ſcriptum enim eſt, Angelus*
*magni conſily.* Cùm ergo apparitionum modos
diſtinguat, quoniam nonnunquam Angelus,
nonnunquam Deus cernebatur, coniectari poſ-
ſimus Deum aliquando per ſeipſum immediatè
apparere, aliquando per Angelos ipſum expri-
mentes; inſinuant ſtabilitum hucuſque opinio-
nem Thomas Angelicus in illud cap. 32. Geneſ. Thom. Ang.
*Ecce vir luctabatur*, &c. Caietanus cap. 3. Geneſ. Caietan.
ſuper verbis; *& cum audiſſent vocem*, &c. Arias Arias Mont.
Montanus in cap. 1. epiſt. ad Hebræos, verſ. 1.
Oleaſter in cap. 1. Geneſ. verſ. 3. *Fiat lux*, &c. Oleaſter.
propugnant expreſsè Andreas Maſius ad cap. 5. Maſius.
Ioſue verſ. 13. *Sed ſum princeps exercitus*, &c. no-
ſter Antonius Fernandez in viſiones veteris Te- Fernandez.
ſtamenti, viſione 6. ſect. 1. num. 3. Magiſter Fr.
Leander de Granada, Benedictinus libro de re- Leander.
uelationibus idiomate Hiſpano, diſcurſu 5. § 5.
num. 5. eadem lingua Doctor Ioannes Acuña Acuña.
del Adarue opere de Chriſti Saluatoris effigie-
bus, diſcurſu 15. § 2.

Addo, nec refragari Patres pro aduerſante 54.
ſententia recenſitos; cùm enim docent, conſen-
taneum eſſe vt infima per medios adiutores,
media per ſupremos Deus ordinet, quemadmo-
dum in Angelorum contingere Hierarchiis ani-
maduertimus; hæc intelligenda ſunt commu-
niter accidere, interdum verò præter legis vſum
aliter diſponi, vt frequentiſſimus mos fuerit
apparitiones viſibiles per Angelos fieri; non-
nunquam tamen tanquam ex prærogatiua Deus
per ſeipſum fidentioribus amicis voluerit appa-
rere; quemadmodum, licèt ſanctus Dionyſius S. Dionyſius.
cap. 9. de cæleſti Hierarchia §. 1. & 5. & diſtin-
ctiùs cap. 13. §. 5. & 3. affirmet ex Angelorum
claſſibus ſuperiora agmina nequaquam in vſus
externi miniſterij delegari conſueuiſſe, ſed eiuſ-
modi functiones ab inferioribus exerceri Ange-
lorum ordinibus; quam eius doctrinam colunt
& ſectantur B. Gregorius Papa hom. 34. in Euan- Gregor. P.
gelia, & S. Thomas 1. part. quæſt. 112. art. 2. in S. Thom.
corpore; tamen hoc ita multi viri docti expo-
nunt, vt non perpetuus ille ſit mos, at ordina-
rius quidem; ſed interdum reſpectu maxima-
rum perſonarum aliter diſponi, nempè cum
Chriſto Domino, & ſanctiſſima eius Genitrice,
& nobilibus atque memorandis quibuſdam
euentibus; tum enim è ſuprema Hierarchia de-
ſtinantur, qui legationes, & miniſteria obeant;
certè quis credat Chriſto Seruatore ad Patrem
redeunte, & cælos conſcendente, rurſum & cùm
eius intemerata aſſumpta eſt Parens, non omnes
Angelorum claſſes ad famulandum promptas
occurriſſe? quare ſimiles ob cauſas è ſuprema
Hierarchiis mitti nobiliſſimos vt obſequantur,
exiſtimant Molina in 1. part. quæſt. 112. diſput. Molina.
vnica. Suarez de Angelis lib. 6. cap. 10. num. 45. Suarez.
Vaſquez tom. 2. in 1. part. diſputat. 244. cap. 2. Vaſquez.
num. 10. Valentia tom. 1. diſput. 8. quæſt. 6. pun- Valentia.
cto 1. Maluenda de Paradiſo, cap. 79. §. iam il- Maluenda.
lud, &c. Serrarius lib. 4. in Ioſue quæſt. 45. in Serrar.
cap. 5. §. ſupereſt vt quæ, &c. Viegas in cap. 12. Viegas.
Apocal. comment. 1. ſect. 18. num. 3. Ribera in Ribera.
cap. 1. epiſtolæ ad Hebræos à num. 93. Iuſtinia- Iuſtinian.
nus fusè in eiuſdem cap. 1. verſ. 14. Tena eodem Tena.

loco, difficultate vltima, sect. 4. & 5. est hæc sententia omnino verisimilis, cuius probabiles rationes accumulant relati; ergo sicut lex ordinaria est mitti ad legationes Spiritus infimæ Hierarchiæ; casibus tamen nonnullis, cùm præcelsa quædam tractantur negotia, etiam de fastigio altissimi ordinis descendunt, qui plus eminent in Hierarchiis Angeli; ita licèt per seipsum Deus ex more consueto non appareat, aliquando tamen in gratiam præstantissimorum Heroum fecerit, quales Abraham, Iob, Moyses, & similes alij.

---

## DISSERTATIO III.

### *Mundus quando prodiit? qua norma? quos ob fines conditus?*

### SECTIO I.

#### *Mundus, an Dei absoluta spectata potentia ab æterno esse potuerit?*

1. *Mundi appellationes variæ.* Plinius. Conimbric. Picolom. Lipsius. Concil. Lat. Stunica. Clitouæus. Valles. Zara.



MVNDI variæ sunt appellationes: *Nam quem κόσμον Græci*, (inquit Plinius lib. 1. natur. histor. cap. 4.) *nomine ornamenti appellauerunt, eum nos à perfecta, absolutáque elegantia, Mundum*; plura significata dabunt Conimbricenses lib. 1. de cælo, cap. 2. quæst. 1. art. 2. Franciscus Picolomineus de Mundo, cap. 1. & 2. & floridè Iustus Lipsius lib. 2. Physiologiæ Stoicorum, dissertat. 6. & 7. Vox si cum omni expansione accipiatur, nihil non complectitur, Deum, Angelos, supernaturalia, & intra naturæ gremium clausa, positiua simul cum non entibus, spiritalia cum corporalibus, & materiatis, sub qua latitudine *Vniuersitas* dici consueuit; tanta autem vocis amplitudine circumscripta *Mundus* intelligitur quicquid corporeum est, & à purè spiritalibus diuisum, quem in modum vocatur compages è cælo, terra, mari, & quæ in his deguot naturis conflata; nonnunquam ad corporea solùm restringitur, quò respexisse videtur Concilium generale Lateranense sub Innocentio III. cap. 1. de fide Catholica: *Qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam spiritualem, & corporalem, Angelicam videlicet & mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu, & corpore constitutam*; vbi spiritualibus in genere creaturis *mundanam*, hoc est, corpoream opponit; iuxta quem vsum & Magnus Dionysius cap. 5. de cælesti Hierarchia, sub initio, τῶν ὑπερκοσμίων, id est *supermundialium*, designans Angelorum Hierarchicas ordinationes. Nos modò omne ens ab alio, omne genus creaturarum *Mundi* vocabulo intelligimus, de quo his sub conceptibus adumbrato vestigandum erit, an omni sua exerta potentia Numen facere valuerit vt ab æterno esset? Negant absolutè in creaturam aliquam cadere posse, vt ab æterno produci queat, Didacus Stunica Physicorum lib. 3. cap. 6. Clitouæus commentario in cap. 8 lib. 1. Damasceni de fide, Valles de sacra Philosophia, cap. 1. Antonius Zara in Anotomia ingeniorum, sect. 4. memb. 12.

Tolet. Lessius. Tannet. Auersa. Valentia. Sotus. Peter. Vasquez. Fasolus. Arriaga. Ouiedo. Rosellus. Molina. Conimbric. Suarez. Rubius. Mendoça. Martinon. Alphons.

Cardinalis Toletus lib. 8. Physicorum cap. 1. textu 20. quæst. 2. Lessius lib. 4. de diuinis perfectionibus, cap. 2. num. 8. Tannetus tom. 1. disp. 6. quæst. 1. dub. 3. num. 11. Auersa tom. 2. Philosophiæ quæst. 31. sect. 9. Gregorius autem de Valentia tom. 1. disput. 3. quæst. 3. puncto 2. quamuis fundamentum nullum ratione subnixum tale existimet, quod persuadeat à Deo non potuisse ab æterno aliquid produci, tandem nihilominus absolutè pronunciat ob authoritatem sanctorum Patrum nihil ab æterno creari potuisse: at potuisse considerata Dei summa virtute non solùm ens aliquod permanens, quale Angelus, homo, leo ab æterno existere, verùm & successiuum, quale tempus, & motus perhibent Dominicus Sotus 8. Physicorum quæst. 2. conclusione 2. Pererius Philosophiæ lib. 15. c. 13. propositione 1. & 4. Vasquez tom. 2. in 1. part. disput. 177. cap. 3. num. 7. & cap. 5. num. 18. Fasolus tom. 3. in 1. part. quæst. 46. art. 2. dubitat. 1. num. 9. & dubitat. 4. num. 55. Arriaga lib. 8. Physicor. disput. 17. sect. 2. subsect. 1. & 2. Ouiedo Physicor. controu. 19. puncto 1. num 2. & puncto 3. numero etiam 2. Hannibal Rosellus lib. 1. in Pimandrum Trimegisti, comment. 3. quæst. 3. cap. 7. Molina nihil de ente successiuo refert, sed quæst. 10. in 1. part. art. 3. conclus. 2. supponit ex disputatis octauo Physicorum, Angelos, cælos, & multa alia potuisse ab æternitate creari. Nonnulli benè fatentur nullam relucere implicantiam, vt Mundus ab æterno extiterit quoad entia permanentia, verùm repugnare productiones ab æterno successiuorum quorumcumque; quam limitationem apponunt Conimbricenses lib. 8. Physicor. cap. 2. quæst. 7. art. 2. Suarez Metaphysic. tom. 1. disput. 20. sect. 6. num. 13. Rubius lib. 8. Physicorum tractatu de æternitate Mundi, quæst. 3. n. 27. Hurtado de Mendoça disp. 17. Physicor. sect. 2. Martinon in 1. part. disput. 33. sect. 1. num. 3. Franciscus Alphonsus Physicorum disput. 28. sect. 1. omitto dinumerare vetustiores Theologos, quoniam id abundè præstitum est à recensitis scriptoribus, speciatim à Vasquez, Conimbricensibus, Suarez, Fasolo.

2. Adhærendum nobis eorum placito, qui repugnare iudicant productionem cuiuscumque entitatis creatæ ab æterno: nam producatur certè Angelus sub quacumque periodo imaginabili, de eo sic extra causas subtracto interrogo, num ascendendo adhuc ad longiora æua priùs, & antiquius creari potuerit, vel in eo sistendum sit instanti, nec vltrà progrediendum; equidem si dicamus supra instans, in quo conditus est; non esse cogitanda alia instantia realis, vel imaginarij temporis, sequitur instans illud non spectare ad æternitatem, quoniam de ratione æternitatis limitibus & fine carere, videlicet si completa sit æternitas nec primum, nec vltimum habebit, si incompleta, id est, à parte ante solùm, excludet principium; vel à parte post tantùm, finem nesciet; sed illud instans est principium, quia est primum, & fixum instans, cùm supponamus vltra ipsum non posse concipi aliud instans; igitur destruit rationem æternitatis à parte ante, quam sibi vindicaret Angelus titulo creationis ante omnia tempora: sin autem dicas, quocumque instanti creetur Angelus, verum adhuc futuram propositionem adstruentem, priùs & priùs creari à Numine potuit; igitur Angelus sic productus

non

non eſt ab æterno: primum, quoniam ſi alius Angelus in illis inſtantibus, quæ priùs, & priùs conſtant, produceretur, eſſet antiquior, cùm tamen æternitas vtpotè in indiuiſibili conſiſtens antiquitatem non recipiat. Deinde & potiſſimum; quemadmodum in æternitate *à parte poſt* vltrà annorum myriades ad quamcumque peruenientes durationem niſi verum fuerit, Angelus adhuc durabit, non erit æternitas à parte pòſt; ſic reſpectu æternitatis à parte antè, niſi verum fuerit, adhuc Angelus priùs & priùs creari poterat, non erit æternitas à parte antè, quoniam ſicut de ratione æternitatis à parte pòſt eſt non habere finem, ſic de ratione æternitatis à parte antè eſt non habere principium; ergo vt non habere finem intelligitur, quia ſignato, vel concepto quocumque inſtanti adhuc debet ſequi aliud & aliud inſtans ſine termino vnquam, ita non habere principium intelligendum eſt, vt ſignato, vel mente incluſo quouis inſtanti, etiamnum verum alia & alia ſupereſſe inſtantia nunquam exhaurienda, in quibus Angelus creari valeat, ſed eo ipſo quòd alia atque alia inſtantia Angelo ſuperſint, in quibus creari queat Angelus, non eſt ſuper omnia inſtantia; igitur nec ab æterno, quoniam æternitas eſt ſuper omnia inſtantia. nam vbi eſt priùs & priùs in inſtantibus, eſt quoque prius & poſterius, cùm inſtans quod comparatione vnius eſt prius reſpectu alterius, ſit poſterius; verùm in æternitate prius & poſterius non regnat, cùm æternitas ſit indiuiſibilis: ergo tempus ſeu reale, ſiue imaginarium quod prius & poſterius inuoluit, nequit æternitatem conſtituere, atque ideò Angelus in tali creatus tempore ſeu vero, ſeu imaginario, ab æterno fuiſſe non eſt cenſendus: atque ob hanc imprimis cauſam noſtram propugnat concluſionem Toletus Cardinalis lib. 8. Phyſicor. cap. 2. textu 10. quæſt. 2. in fine ad 1. arg. *Quoniam,* (inquit,) *ſemper potuit Mundus produci ita, vt non ſumatur inſtans aliquod imaginatione, quin Deus poſſit Mundum producere; tamen non ob id Mundus eſſet coæternus, nam adhuc Deus excedit, & antecedit quodcumque inſtans acceptum, quia vacat principio; hoc autem creaturæ repugnat.* — Tolet.

3. Verùm ex Patrum hæc quoad liceat doctrinis ſtabiliamus, & quidem in grauiſſima altercatione de conſubſtantialitate filij Dei, contendebat maleſanus hæreticus, & eum ſubſequuti aſſeclæ Verbum diuinum creaturam eſſe; dogmatis vnicum fundamentum, *erat quando non erat*; hoc eſt, aliquando dabatur carentia exiſtentiæ Verbi; declarabant thema, adſtruentes ex nihilo conditum, ex nihilo prodiiſſe: quid autem vellent ſignificare, quando *ex nihilo* factum aſſerebant, manifeſtaturi, aiebant *ex non extantibus, ſiue ex non exiſtentibus* procreatum, itaque exiſtentiam ipſius non neceſſariam defendebant, proinde datam aliquando eius carentiam, quod vt apertiùs declararent, aiebant, *ex non entibus* prodiiſſe: non entia autem ſunt carentiæ & negationes, quare carentiam exiſtentiæ Verbi aliquando fuiſſe; hunc in modum nefarias Arianorum de Verbo diuino aſſeuerationes explanant Theodoretus lib. 1. hiſtor. eccleſ. cap. 3. ex celeberrima Alexandri Epiſcopi ſub eadem tempora Alexandrinam regentis Eccleſiam epiſtola Socrates lib. 1. cap. 3. Tripartita lib. 1. cap. 13. & 14. Nicephorus Calliſtus lib. 8. hiſtor. cap. 8. ex ipſius Arrij quadam epiſtola S. Epiphanius hæreſi 69. contra Ariomanitas, iuxta principium; Ruffinus ex decretis Concilij Niceni lib. 1. hiſtoriæ Eccleſ. cap. 6. Athanaſius epiſtola, ſeu narratione de decretis Synodi Nicenæ. Hilarius lib. 4. de Trinitate propè initium. Hos autem vt directè confutarent errores, Catholici Patres ex diametro nitebantur, nempè, in Dei Verbum cadere non poſſe *erat quando non erat*, propterea quòd ſemper & ab æterno extiterit; quod effatum poſtquam Scripturarum teſtimoniis, & theologicis corroborauerant principiis, inferebant, Verbum haudquaquam creaturam æſtimandam, quoniam creaturæ repugnat ab æterno eſſe. Baſilius poſt longam ea de re diſputationem lib. 2. contra Eunomium iuxta medium concludit; *Nos autem id, quod æternum eſt creaturis, atteſtari, & creatorem hac profeſſione priuare, eiuſdem amentiæ dicimus.* Auguſtinus contra Felicianum Arrianum cap. 7. *Creatura namque eſt ex eo, quod aut adhuc non eſt, aut aliquando non fuit, rei cuiuſlibet corruptibilis quantum in ſe eſt per omnipotentis Dei voluntatem facta ſubſtantia. Hac definitio vtrùm in Dei filium cadat, videamus*; nempè ſupponit de creaturæ eſſentiali conceptu eſſe ſupponere *carentia, ſeu non eſſe*, pro aliquo tempore reali, vel imaginario: hoc autem de Verbo aſſeri non poſſe, quoniam ſemper extitit; vnde paulò inferiùs ſubtiliter, *ille non ex eo, quod non eſt, in id, quod eſt; illa ex eo, quod non eſt in id, quod eſt, & propterea quantum ad ſe attinet, ex eo, quod eſt in id, quod non eſt ſui ortus conditione reuertetur*; de creatura vt ſic adſtruit ex eo, quod non eſt, in id quod eſt per productionem tranſire cùm filius Dei non ex eo quod non eſt in id, quod eſt, emergat, eſſentialiter namque, & ſine principio & limite cuiuſque durationis habet exiſtere; parem in modum diſputat S. Athanaſius orat. 2. contra Arianos poſt medium: *quæ autem non erant antequam fierent, quomodo illa coexiſtere poterant cum Deo ſemper exiſtente? cæterùm filius cùm non ſit opus, aut factitium quiddam, ſed quiddam æternum ſubſtantiæ Patris, æternaliter exiſtit*; videlicet, quoniam creaturæ intrinſecè conuenit aliquando non fuiſſe, idcircò eam Deo coæternam exiſtimaſſe implicat; eodem verſatus argumento S. Damaſcenus lib. 1. de fide, cap. 8. *At creatio in Deo cùm à voluntate proficiſcatur, Deo profectò coæterna non eſt, quandoquidem hoc natura minimè comparatum eſt, vt quod ex nihilo in ortum producitur, eandem cum eo, quod principij expers, ac ſempiternum eſt, æternitatem habeat*; Græco textui adhæret magis Leſſij verſio lib. 4. de diuinis perfectionibus cap. 2. num. 8. quam & probat Iacobi Fabri Stapulenſis tranſlatio: ἐπειδὴ οὐ πέφυκε τὸ ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶν παραγόμενον συναΐδιον εἶν τῷ ἀνάρχῳ, καὶ ἀεὶ ὄντι; *quia quod ex non eſſe ad eſſe deducitur, ſuapte natura capax non eſt, ſiue aptum natum non eſt ei coæternum eſſe, quod principio caret, quódque ſemper eſt*; docet creaturæ annexum eſſe, vt de non eſſe tranſeat ad exiſtendum, proinde ſupponere carentiam exiſtentiæ, eo autem quòd hanc præſupponat incapacem iudicari æternitatis à parte antè.

Theodoret. — Socrat. — Niceph. — Epiphan. — Ruffin. — Athanaſ. — Hilarius. — Baſil. — Auguſtin. — Athanaſ. — Damaſcen.

Ergo diſputationis ſumma inter Catholicos & Arrianos, num Verbum in diuinis eſſet coëſſentiale, & conſubſtantiale Patri? negabant ſectarij, aſſerentes Verbo competere *erat quando non erat*, proinde inter ipſum & Genitorem tempus 4.

pus

pus intercedere, quare & separationem inter vtriusque substantiam; hoc vt Patres strenuè contunderent, non argumentari oportebat, Verbum habere æternitatem per essentiam, atque idcirco haud numerandum inter creaturas, sed Patri in substantia coæquandum, quoniam de his omnibus pronunciatis erat contentio inficiantibus Arianis Verbo conuenire æternitatem paternæ consimilem, vel essentialem; igitur admittendum erat potiùs quod ipsi tantopere nitebantur, de creaturarum ratione censendum, vt præsupponant carentiam existentiæ, & de non esse transeant ad esse; receperunt Catholici Doctores hoc principium, eòque admisso ex Scriptura & theologicis locis probarunt filium Dei ab æternitate extitisse, atque idcirco creaturarum excedere Imbecillitatem, Deum computandum, quoniam nullam præsupponere existentiæ carentiam pro instanti aliquo reali, vel imaginario, ac propterea æternum fuisse, soli Deo quadrat. Consimili forma differit aduersùs eos, qui opinabantur Mundum de facto ab

S. Maximus. æterno productum, S. Maximus centuria 4. de Charitate, cap. 6. *Quidam affirmant res conditas vnà cum Deo ab æterno extitisse, quod nullo pacto fieri potest; quomodo enim res, quæ omnibus modis finitæ sunt, cum eo, qui in vniuersum infinitus est, simul ab æterno esse potuerunt? aut quomodo verè dicerentur creaturæ, si creatori essent coæternæ?* scilicet existimat creaturam hoc ipso, quòd creatura, & limitata entitas sit non potuisse ab æterno, & ante omnia tempora quouis creari modo: sic

Tertullian. & Tertullianus contra Hermogenem, ostensurus materiam non esse Deo coæuam, aut sempiternam; *Quis enim alius Dei census, quàm æternitas? quis alius æternitatis status, quàm semper fuisse, & futurum esse ex prærogatiua nullius initij, & nullius finis? Hoc si Dei est proprium, solius Dei erit, cuius est proprium, quia si & alij adscribitur, iam non erit Dei proprium, sed commune cum eo, cui adscribitur*; & generatim S. Isidorus Pelusiota lib. 3.

Isidor. epist. 149. ad Entonium: *Æternitas, hoc est, sempiterna vita de ea sola natura, quæ ortus expers est, sempérque sui similis, vsurpari consueuit; nam immortale de eo, quod cum ortum habuerit, minimè tamen moritur, hoc est, de Angelo, tum de anima prædicari potest; æternum diuinæ naturæ propriè conuenit, ac proinde de adoranda duntaxat, ac summè regia Trinitate, quæ nec prius, nec post, nec primum, & secundum, & tertium admittit, vsurpari consueuit*; venustè Angelo & animæ rationali conuedit, vt immortales esse de illis prædicari valeat, non autem æternas simpliciter esse, hoc est, potuisse absque initio existere, creati nimirum ab æternitate; eodem lib. 3. epist. 18. ad Agathonem: *Nihil enim diuinæ naturæ tam proprium, ac peculiare est, nec quod expressius eam notet, & insigniat, quam æternitas*; & epist. 63. ad Theopompum, *Diuinæ naturæ nihil æquè proprium est atque æternitas*, nempè aliorum diuinorum attributorum magnas similitudines, & imitationes reperire, est in creaturis speciatim Dei absoluta considerata potentia; nam & creatura eleuata à Deo potest infinita producere, infinita cognoscere, infinita intensione amare, infinitis esse in spatiis, vt hæc darentur, sed eius imitari longæuitatem, ita vt non solùm duret in æternum, verùm & absque initio producta sit, & cum Deo ipso de antiquitate certet, non valet; ob eam causam, Dei quædam nota peculiaris est æternitas, quam participare creaturæ nequeant.

Opponas. Non repugnat absolutè æternitas à parte antè, quia eam habet Deus; non repugnat ab æterno dari productionem, quoniam dantur processiones Verbi & Spiritus sancti, non repugnat effectui creato simul esse cum sua causa pro eodem instanti reali, nam lux est coæua Soli, eámque sol præcedit non tempore, aut prioritate *in quo*, sed natura, & prioritate *à quo*, nempè causalitatis; quorsum igitur impossibile adstruatur, vt pro eodem reali instanti fuerit voluntas Dei libera, efficax & absoluta de existentia Angeli, & Angelus creatus? sed voluntas illa decreti liberi efficacis de Angelo producendo ab æterno fuisset, quoniam volitio Dei libera eadem, qua Numen gaudet æternitate; igitur & Angelus productus in eodem instanti reali æternus dicendus esset. Respondeo, aliter philosophandum esse de æternitate à parte antè, quàm de æternitate à parte post; æternitas fine carens intelligitur per conseruationem rei sine termino, & explicatur per non interruptam durationis successionem, ita vt periculum nullum sit quin transacta vna duratione altera perpetuò succedat; Æternitas verò à parte antè non declaratur, quòd prius & prius, antiquius & antiquius sine limite existat res, sed quòd ita existat, quòd nunquam non potuerit non existere, seu quòd nunquam indifferens, aut capax fuerit vt existere non possit; quia si aliter pingatur æternitas à parte antè Deo æternum esse non conueniet; nam si possibile sit non existere, aut non repugnet vt priùs, & priùs existat, reducatur potentia ad actum, & supponatur de Numine, quod non extitit, statim legitimè inferetur; ergo non semper fuit, quia semper fuisse est semper extitisse, & durasse vt liquet ex terminis; igitur nec sempiternus, aut æternus fuit, quoniam id est sempiternum, quod semper fuit. Cùm igitur creatura non habeat esse à se, & necessariò, sed possit esse, vel non esse pro beneplacito diuinæ ordinationis, hinc est quòd creaturæ non conueniat non potuisse non esse, & ideò nec duratio limitationem quamcumque excludens, proinde nec æterna duratio à parte antè, de cuius ratione est non potuisse non semper esse; sin verò obloquaris ex his deduci neque liberis Dei actibus æternitatem à parte ante adscribendam, quoniam potuit non esse actus volens Mundi, aut Incarnationis existentiam, sed potiùs volens contradictorium, nempè carentiam orbis & vnionis inter personalitatem Verbi, & humanam naturam; discrimen exhiberi valeat, nam actus liber quamuis virtualiter, & in esse denominationis possit esse, vel non esse, tamen realiter, atque in esse entitatis cùm realiter sit ipsa Dei entitas, non potest non esse: creatura autem non tantùm virtualiter, aut denominatiuè, sed etiam realiter, & penes omne suum esse potest esse, vel non esse.

Imò verò considerata proprietate actuum liberorum Dei possumus doctrinam Patrum superiùs repræsentatam, qua commoti negabant posse creaturam ob æterno existere, faciliùs percipere; adstruebant illi de conceptu creaturæ esse, vt transeat de non esse ad esse, hoc est, præsupponat pro aliquo instanti reali carentiam existentiæ, & ab hac per productionem transferatur

tatur ad exiſtendum; & hæc quidem velut nota dignoſci conſtitutionem entis infiniti, & eſſe, atque neceſſariò exiſtentis, per quam differt ab ente creato, quod diuina nunquam valeant præſupponere carentiam, vel priuationem exiſtentiæ, ita vt à non eſſe transmigrare queant ad actualitatem, quod de prædicatis neceſſariis Dei manifeſtè liquet: de liberis autem, & contingentibus, quamuis non æquè percipiatur, quia potuit eſſe actus volens mundi productionem, aut carentia illius, tamen etiam verum eſt, ex ſuppoſitione enim quòd Deus voluit, vt mundus non exiſteret, datur negatio & carentia actus liberi diuini cum denominatione volentis mundum producere: ab hac autem carentia talis denominationis, ſeu non eſſe ipſius denominationis poſtea nunquam datur tranſitus ad ipſam denominationem, ſed ſi Deus voluit abſolutè vt Mundus non exiſteret, vt idem deinceps Mundus exiſtat nunquam poteſt velle; igitur de ratione prædicati, vel entis diuini, infiniti, & à ſe, quatenus præſcindit ab eo quòd ſit neceſſarium, aut contingens non eſt, quod non poſſit exiſtere, quia actus liber de creando Orbe ſub ratione talis, & cum denominatione liberi, & indifferentis potuit non eſſe, ſed potiùs carentia, & non eſſe ipſius; quid igitur ſibi vendicat ratio entis diuini, infiniti & à ſe, quod enti diuino ſeu neceſſario, ſeu contingenti, & libero adaptetur? nempe, vt non poſſit tranſire de non eſſe abſoluto ſui ad eſſe; hoc eſt, ſi ſemel ſupponamus dari carentiam & negationem volitionis liberæ de exiſtentia Orbis, quia Deus abſolutè ſtatuit nunquam producere vniuerſitatem rerum, nequit poſtea habere actum deſtruentem illam carentiam, ſeu negationem, nempè decretum liberum tendens in mundi productionem; itaque ad nullam diuinam formalitatem cuiuſcumque modi ſeu neceſſariam, ſeu contingentem proceſſit carentia & negatio exiſtentiæ ipſius, quæ ſi ſupponeretur, iam illa formalitas nunquam amplius exiſteret, alioqui Deus mutaretur, quia tranſiret de carentia rei ad eius poſſeſſionem, alioqui diuinæ omnes formalitates non eſſent ab æterno, quoniam in aliquo inſtanti reali verè non extiterunt, atque ita non ſemper fuerunt. Iam ergo Angelus, vel homo ſi fuiſſet ab æterno, quamuis de eo affirmari valeat, quòd potuerit eſſe, vel non eſſe, non tamen quòd pro aliquo inſtanti reali ad eius exiſtentiam præceſſerit non eſſe, ſeu carentia exiſtentiæ: ſi autem non antecedebat, in quo diſtinguitur ratio entis diuini, vt ſic quatenus præſcindit à prædicatis neceſſariis & liberis, ſeu contingentibus à conceptu entis ab alio & finiti? ex eo igitur quòd ſupponeremus poſſe Angelum, vel hominem ab æterno produci & exiſtere, ſequeretur confundendas rationem entis diuini vt ſic, & rationem entis creati, & ab alio.

7. Inſtabis adhuc; quamuis Deus eſſentialiter æternus ſit à pòſt, hoc eſt, talem in modum, vt non poſſit non ſemper durare, atque ita neceſſariò, & inimpedibiliter exiſtat, & duret, tamen creatura licèt hac forma non poſſit eſſe æterna, eſt tamen verè immortalis atque æterna à parte pòſt; ergo licèt eadem creatura, nempe Angelus, vel anima rationalis, non poſſit eſſe à parte antè æterna eſſentialiter quemadmodum Deus, id eſt, ſic exiſtere vt non potuerit non exiſtere, poterit tamen eſſe æterna contingenter, ſcilicet dependenter à libera Dei voluntate, quæ potuit efficere, vt exiſteret, vel non exiſteret ab æterno. Reſpondeo, & ſi Angelus, vel anima rationalis natura ſua immortales ſint, atque ita poſtulent, & exigant habere æternitatem à parte pòſt, & durare ſine fine, Deus tamen de potentia abſoluta valet hanc immortalitatem, atque æternitatem dirumpere; ſed non poteſt Deus ſtatuere abſolutè, & omnibus circumſtantiis ſimpliciter conſideratis, vt Angelus æternùm duret, & nihilominus velle ipſum pro aliqua occaſione annihilare, quoniam æternitas formaliter in eſſe æternitatis fundat repugnantiam carentiæ exiſtentiæ rei; ſi enim rei quatenus æterna eſt, & ſub conceptu directo æternitatis non repugnat carentia exiſtentiæ, igitur in ſenſu compoſito æternitatis poterit non eſſe, nam hoc eſt habere carentiam exiſtentiæ: ſi autem poteſt non eſſe, poteſt non durare, non durando autem deſinit æterna eſſe, quoniam eſſe æternum eſt non interrumpere eſſe & durare ſuum; ergo vt ſit æterna abſolutè, & ſine vllo vnquam periculo deperdendæ immortalitatis, qualis eſt æternitas viſionis Dei, quæ beatitudinem Sanctorum conſtituit, debet annexam habere inſeparabiliter repugnantiam carentiæ ſuæ exiſtentiæ. Hoc igitur quod de æternitate à parte pòſt vt magis nota faciliùs capitur, transferendum eſt ad æternitatem à parte antè, quæ vt ſit æterna ſimpliciter, aduehere ſecum debet repugnantiam & impoſſibilitatem carentiæ exiſtentiæ, & durationis Angeli, ſeu hominis ab æterno producendi; quoniam nihil magis repugnat, quàm eſſe æternum, & non durare, nam eſſe æternum dicit ſemper durare, cui opponitur non durare; igitur non compatitur cum hoc quod eſt ab æterno eſſe, poſſe non eſſe ſeu carentia ipſius eſſe; ſi enim compateretur ad actum, reduceretur ab æterno eſſe, & carere eſſe, id enim reduci valet in actum, quod cum conceptu æternitatis non pugnat; igitur cùm conceptu æternitatis formaliter æternitas eſt, eſt incompoſſibilis aptitudo, ſeu non repugnantia ad non exiſtendum, & ideò debet fundare repugnantiam carentiæ exiſtentiæ. Iam ergo ſi Angelus ab æterno exiſteret, eius duratio eſſet aliquid creatum & finitum, ſicut eſt ipſe Angelus; ergo eſſe indifferens ad hoc vt à Deo produci poſſit, quia omnis creatura eſt, vel non eſt ex libera Dei voluntate: igitur non fundaret repugnantiam carentiæ ad exiſtendum, ſed potiùs aptitudinem ad exiſtendum, vel non exiſtendum pro diuinæ voluntatis nutu, ſed eo ipſo quòd non fundaret repugnantiam carentiæ exiſtentiæ, non eſſet æternitas, vt probauimus: implicat igitur Angelum ab æterno creari, nam ſequeretur durationem illam fore, & non fore inſtans æternitatis: fore quidem, quoniam ita ſupponitur, non fore, quia non repugnat vt repugnare debuit carentia exiſtentiæ illius: quin verò in omni ſententia fatendum eſt durationem Angeli, qua ab æterno duraret, ſed identificetur cum ſubſtantia ipſius Angeli, ſeu modaliter, aut realiter ab eo diſtinguatur eſſe entitatem creatam, finitam, & à cauſa prima in ſuo eſſe pendentem, igitur potuit Deus eam producere, aut non producere; demus non produxiſſe, & eam ob cauſam dari carentiam & priuationem ipſius, ab hoc,

non esse seu carentia extrahatur ad esse, sicut quælibet creatura valet à non esse ad esse transferri; igitur dabitur instans reale, in quo fuit non esse, seu carentia durationis Angelicæ, sicut dabile est, in quo non extitisset ipse Angelus: ergo duratio, quæ producitur post instans reale, in quo fuit eius carentia, est in tempore; sicut Mundus, quem antecessit carentia ipsius, in tempore cœpit esse; sed repugnat instans durationis ab æterno incipere in tempore: igitur implicantia est durationis ab æterno, seu æternitatis à parte antè, quæ creaturæ alicui conueniat: & cùm huius contradictionis ratio specialiter illo principio nitatur, quòd entis creati, & finiti proprietas sit non solùm indifferentem esse, vt à Deo produci, vel non produci queat, verùm vt transeat de non esse ad esse, nempe vt præsupponat carentiam existentiæ antequam creetur & existat, fit quidem non aliud à nobis implicantiæ fundamentum præberi, quam Ecclesiæ Doctores suprà recensiti exhibuerint disputantes contra Arianos & defensores æternitatis Mundi, videlicet creaturæ, idcirco repugnare ab æterno produci, quia transit de non esse ad esse.

---

## Sectio II.

### *An ex hypothesi, quòd Mundum ab æterno fuisse non repugnet, de facto æternus, & ante omne tempus productus sit?*

8. *Mundus ab æterno.* Aristot. ARistotelis eam fuisse sententiam de Mundi ... , vt ab æternitate factum crederet, non paucis ab eo insinuatum locis, præsertim lib. 8. Physicorum c. 1. & 2. vsque ad textum 20. Hanc eius constantem fuisse opinionem ostendunt Gul. Paris. Guilielmus Parisiensis primæ partis de vniuerso, parte 2. cap. 8. Abulens. Abulensis in cap. 32. Deuteronomij. Picus. Franciscus Picus lib. 5. de examine vanitatis doctrinæ Gentilium, cap. 7. & 8. Eugubin. Eugubinus de perenni Philosophia, lib. 7. cap. 4. Picolom. Franciscus Picolomineus de Mundo, cap. 15. Pererius. Pererius Philosophiæ lib. 15. in Procemio. Conimbric. Conimbricenses lib. 8. Physicor. cap. 2. quæst. 3. art. 1. Fasolus. Fasolus tom. 3. in 1 p. quæst. 46. art. 1. in commentario num. 3. Plato. Num verò & Plato Aristotelis præceptor Mundum sempiternum constitueri, potior dubitatio est? Orbem cum tempore productum, & huius ab æterno datam carentiam ab e... proditum volunt Eugubin. Eugubinus lib. 7. de perenni Philosophia cap. 5. & 6. Conimbric. Conimbricenses loco eodemmet iamiam memorato. Pererius. Pererius Philosophiæ lib. 15. cap. 5. ad longum. Cert... vt id tradiderit, sed infœliciter tamen, quando materiam, de qua elaborata est vniuersitas rerum, Deo contemporaneam, atque adeò ingenitam, & à nemine productam statueri, vt animaduersum Tertullian. Tertul...no contra Valentinianos, cap. 15. Theoph. Ant. Theoph... Antiocheno lib. 2. ad Autolycum, Moyses Æg. M... Æ... lib. 1. Ductoris dubitantium cap. 13. Leo Hebr. L... e Hebræo Dialogo 2. & 3. de amore, & al... apud Suarez. Suarez tom. 1. Metaph. disp. 11. ... num. 15. At quidem Platonem in his, quæ tradiderit de penitioribus speciatim mysteriis parùm sibi constasse, & fluctuabundum, nec satis ar...anorum conscium, nunc in has, nunc in illas declinasse partes obseruant Iustinus Martyr initio orationis exhortatoriæ ad Gentes, Iustin. Mar. Epiphanius orat. 6. de Platonicis, Epiphan. Theodoretus lib. 4. Græcarum affectionum; Theodoret. hoc ipsum ab eo commissum dissertationibus de Mundi origine volunt Ludouicus Viues ad c. 31. Viues. lib. 10. S. Augustini de ciuitate Dei, Iacobus Carpentarius commentario ad cap. 10. Institutionis Carpentar. Alcinoi de doctrina Platunis, Franciscus Picolomineus de Mundo, cap. 21. Picolom. Verùm, esto Plato, simúlque Aristoteles senserint Mundum initij expertem, ab æternitate scilicet productum, & asseclas nacti sunt Philosophorum quosdam; communem tamen etiam Gentilium in Lycæia sapientum fuisse sententiam, quæ Mundum cum tempore formatum adstruebat, commonstrat Engnbinus lib. 7. de perenni Philosophia cap. 9. Eugubinus.

Concessa tamen Mundi æternitate vt possibili, non posse euidenter, & absolutè demonstrari, nullam rem Mundi siue spiritualem, siue corpoream, siue corruptibilem, siue incorruptibilem esse æternam, defendit Suarez lib. 1. de opere sex dierum, cap. 2. num. 11. tradunt Conimbricenses lib. 8. Physicorum cap. 2. quæst. 3. art. 3. 9. Suarez. Conimbr. existimo tamen rebus iuxta naturæ ordinem consideratis non posse ab æterno creari aliquid, licet miraculosè, & de potentia absoluta id fieri queat, quod *Author vt opinio.* vt declarem, suppono instans æternitatis æquiualere non solùm longissimis seculis, verùm & infinitis annorum Epochis. Nam si mille annis tantùm responderet, aut bis mille finitæ & limitatæ durationis esset; ergo crearur Angelus ab æterno, per totum instans æternitatis, cui centum millia annorum non sufficiunt respondere, non poterit nouam adquirere vbicationem, non cogitare, non velle quidquam de nouo; nam si deperdita prima vbicatione ad alteram transiret, si ex non cognoscente fieret intelligens, ex non volente amorem, aut odium habens, sequeretur pro eodem instanti reali indiuisibili dari existentiam, & carentiam, seu negationem rei, quæ contradictoriè opponuntur, & ita simul esse nequeunt comparato eodem instanti indiuisibili reali; aliunde verò si non detur nisi vna vbicatio, fixa & determinata cognitio pariter & volitio per instans æternitatis, quòd seculorum myriades non exhauriant, quid naturæ magis contrarium, quàm in nobilissimis substantiis tam ociosa, & iners cessatio? Iam verò si de rebus corruptioni obnoxiis agendum sit, & speciatim de his, quæ per generationes continuantur: certè, cùm non æquum sit de cuiusque speciei primis authoribus existi...e vel ipsos à semetipsis genitos, vel fortuitò, & præter naturæ intentionem prodiisse, sentiendum est Deum ipsum factorem habuisse. Quæro de specie humana, num primi illi homines, à quibus propagata est series nepotum actu infiniti extiterint, *Quæstio.* vel finiti tantùm? Si infinita progenies repentè exsiliit, & simul omnes in rerum natura, quæ eos spatia capere valebant, cùm Mundi ci...itus finitus sit? sin verò antesignani illi homines finiti erant, & numeratæ multitudinis, igitur per æternitatem postea fœcundata sobole in copiam nepotum vsque in infinitum excrescentem sequeretur lineam illam speciei humanæ numero infinitam esse pariter & finitam; infinitam sanè,

quoniam

quoniam cùm æternitas infinita fit, generationes per æternitatem abſque fine eſſe poteruntur: finita autem, quoniam primi Authores deſignari poterant, videlicet numerus determinatus eorum, qui à ſolo Deo producti ſunt; verùm non ſit infinita hominum multitudo, ſed qualem Orbis terrarum capiat, aut quam velit pro arbitratu concipere, his neque manducare, neque ſermones texere, nec ambulare, nec dormire licebit, nam in omnibus his functionibus multas de nouo fieri actiones, quarum antea carentiæ exiſtebant, multas deſtrui & corrumpi neceſſarium eſt, reſpectu quarum fieret quod omninò repugnat, ſcilicet intra idem inſtans reale indiuiſibile exiſtere, & non exiſtere eandem rem. Si enim deſtruatur, vel corrumpatur aliquid intra illud æternitatis inſtans: igitur fuit & non fuit, ſi etiam de nouo appareat, hoc ipſum pariter continget, nam idcirco de nouo eſt, quoniam autem non erat, & ſic erat, & non erat: parem in modum ſi nocte creatus eſt Mundus, luce frui non poterat per æternitatem, ſi hyeme conditus, frigora & tempeſtates tolerare per inſtans quidem oporter, ſed virtualiter tam longum, vt eius durationi nullus ſeculorum finitus cumulus par exiſtat. Deniqne, ſi naturæ ſtatuta colenda ſint, an non in partibus hominum, & animantium prius ſit concipi, quàm naſci, & ſuas moras requirit in apricum exitura ſoboles? quomodo autem hæ exerceri motæ, atque expectationes queant in inſtanti æternitatis, à quo exulat prius & poſterius?

10. Omiſſis variis argumentis, quæ Peripatetici congerunt pro Mundi æternitate in gratiam Ariſtotelicæ doctrinæ; illud potiſſimum eſt certè, quo maximè nititur Philoſophus, vt obſeruat Suarez diſputat. 30. Metaphyſ. ſect. 16. num. 54. Pererius Philoſophiæ lib. 15. cap. 1. quod Deo libertatem tollit; nam licèt in hoc pronunciato id ei contigerit quod in magnarum rerum non paucis controuerſiis, præſertim quæ ad naturalem Theologiam ſpectant, vt lubricum & flexilem ſe oſtenderit, nec veſtigia ſolidè fixerit, tamen quod ille ſæpiùs, & fortiùs inculcauit, nimirum fuit cauſam primam ex neceſſitate naturæ operari, nec indifferentem & liberam eſſe; ſic de Ariſtotele opinatur Scotus in 1. diſtinct. 8. quæſtione 4. & ſequentibus duabus, & in quodlibetis quæſtione 7. & alij graues Theologi ex vetuſtioribus Scholaſticis, quos enumerant, quibúſque accedunt Suarez memorato loco num. 52. Conimbricenſes lib. 8. Phyſicor. cap. 2. quæſtione 5. art. 2. Ruizius de Montoia de voluntate Dei, diſputatione 7. ſectione 5. numer. 4. & quidem Deus cùm immutabilis ſit ratione infinitæ ſuæ diuinitatis, & omnimodæ perfectionis, quomodo poteſt liberè quidquam velle? Nam actus liber ita elicitur, vt poſſit non elici, ſic exiſtit, vt potuerit non exiſtere: potuit igitur à Deo abeſſe actus, quo voluit Mundum creare, potuit eandem habere, ſed habere, vel non habere formam aliquam eſt ſubiectotum, quæ mutationi obnoxia ſunt; igitur Numen eſſet mutabile: inſuper, volitio libera aut eſt aliquid diſtinctum reipſa à volitione Dei, neceſſaria, vel non diſtinguitur: ſi eſt quidpiam realiter ſeparatum, igitur non eſt entitas diuina & infinita, quia Deus non componitur ex entitatibus realiter diſtinctis, cùm ſummè indiuiſibilis, & ſimplex ſit; ſi non diſtinguitur à volitione neceſſaria: ergo per eam Deus neceſſariò operatur, igitur Mundum ex neceſſitate condidit; ergo ab æterno, quia ab æterno, & ſemper habuit omnem volitionem ſimpliciter, & abſolutè neceſſariam; hoc quidem argumentum ſpinoſum, & difficile eſt, ſed quod obligat vniuerſos Theologos & Philoſophos, qui Numen aliquod ſempiternum, & infinitum exiſtere fateantur; nam quæ celſior perfectio? quid intellectualem creaturam magis commendat, quàm arbitrij in vtrumliber dominatrix poteſtas? Numen verò infinitum perfectiones omnes ſimpliciter ſimplices includit: quòd ſi certè infinita præditus virtute in operando ex neceſſitate agit, ſanè cauſarum neceſſariarum more aget quantum poterit, nec enim ſe cohibere valebit, quia eſt incapax ſeipſam frænare, vtpote non ſui iuris; cur igitur alios atque alios Orbes non produxit? cur omnes rerum poſſibiles ſpecies, omnia indiuidua ſimul non protulit? Nulla virtus, nullum delictum, nec præmia iuſtè agentibus repoſita, nec tortura iniquè facientibus deputanda, quoniam ſublata libertate nec vitium eſt, nec decus, aut ornamentum. Quòd ſi non omnis adempta eſt Creatori libertas, ſed imminuta ſolùm; igitur vt pro ſcintilla indifferentiæ ei præſtita potuit alia velle, aut nolle, quorſum non etiam potuerit decernere Mundi fabricam in tempore? locus non eſt exſpatiandi in liberos Dei actus; paſſim occurrunt Scriptores de argumento propriis in ſedibus fusè pertractantes. Nos aliquando rebamur exemplo diſtinctionis virtualis in Deo faciliùs nonnihil tantùm percipi arcanum: quemadmodum enim eſſentiæ & relationibus cauſa huiuſcemodi diſtinctionis ea conueniunt, quæ in creatis non niſi cum diſtinctione reali inueniuntur, nempe communicari realiter eſſentiam non communicata realiter paternitate, produci realiter filiationem, non producta realiter natura diuina; ſic quidem aſſerentes volitionem neceſſariam, & volitionem liberam in Deo virtualiter diſtingui, mirum non erit, vt inde ſequatur alteri prædicata conuenire, quæ alteri repugnent; quare volitio libera poterit eſſe, vel non eſſe, elici, vel non elici, quamuis volitio neceſſaria non poſſit non ſemper eſſe. Cæterùm quæ præter hanc obiectionem multa alia congeruntur Orbis æternitatem ſuaſura, non magni eſſe ponderis docebunt Authores recenſiti initio huius ſectionis; quibus adiice Zachariam Epiſcopum Mytilenenſem tom. 6. Bibliothecæ Magnæ Patrum 1. parte, tractatu de Mundi creatione contra Philoſophos.

Suarez. Peterius. Scotus. Suarez. Conimbr. Ruizius. Zach. Episc.

Sed vt concedamus nullam ſubeſſe implicantiam, quo minùs Orbis ab æterno condi potuerit, de facto tamen cum tempore factum Catholicorum indubitata ſententia eſt, & ſuppreſſis variis Bibliorum locis, quibus id probant Scholaſtici 1. parte, quæſtione 46. 11.

Genes. 1. 1. articul. 1. libet expendere cap. 1. Genes. vers. 1. *In principio creauit Deus cœlum, & terram*, de cuius intellectu quamuis magna opinionum varietate altercatum sit, tamen de tam fœcunda placitorum segete tres solùm referemus expositiones. Prima adstruit significari, antiquitatem ortus inter corporea & visibiles omnes rea cœlo, & terræ adscribendum; *in principio* cælum & terram, hoc est, productionis exordium à cœlo, & terra; sic Philo apud Eusebium Cæsariens. lib. 11. de præparatione Euangel. cap. 23. Augustinus lib. 12. Confess. cap. 28. Theodotus Mopsuastenus ad cap. 1. Ioann. vers. 1. in Catena Græca. S. Thomas 1. part. quæstione 46. art. 3. in corpore, historia scholastica, Hugo Cardinalis, Carthusianus ad cap. 1. Genes. vers. 1. insinuat & D. Basilius Homilia 1. Hexaëmeri, cuius fuisse cogitationem, & aliorum multorum interpretum, perhibet Ioannes Philoponus libro 1. de creatione Mundi, cap. 3. Secunda explanatio est, *Principio* indicari *Verbum*, seu filium in diuinis, constructionémque esse, in Verbo, seu filio condita esse vniuersa, & sensum fore, rerum videlicet fabricationem speciali titulo, & per quandam appropriationem secundæ personæ Trinitatis adscribi; ita citati nuper Doctores, excepto Philone Iudæo, insuper B. Augustinus lib. 1. de Genesi ad litteram, cap. 2. & 3. & lib. 11. de ciuitate, cap. 23. Origenes Homelia 1. in Genes. ibidem Ambrosius, Beda, Rupertus. Chrysostomus in Psalm. 8. ad finem, Hilarius in Psalm. 2. sub initio. Alcuinus interrogatione 26. in Genesim. Tertium interpretandi genus, & omnium præcellentissimum, *in principio* explanat, hoc est, non ab æterno, sed in tempore; nimirum Orbem creatum fuisse initio temporis, primo vtrique instanti creatæ, realisque durationis; quem in modum declarant Augustinus lib. 11. de ciuitate, cap. 6. Hieronymus quæstionibus in Genesim, Basilius Homilia 1. de opere sex dierum, Ambrosius lib. 1. Hexaëmeri cap. 3. & 4. Athanasius epistola ad Serapionem. Tertullianus contra Harmogenem, cap. 19. Chrysostomus Homilia 2. in Euangelium Ioannis. Theodoretus quæstione 1. in Genesim. Beda initio Hexaëmeri. Claudius Marius Victor lib. 1. carminum in Genesim. Anastasius Sinaita Homilia 1. Anagogicarum contemplationum in Hexaëmeron. Isidorus Hispalens. in Genes. cap. 1. Theodorus Mopsuastensis in catena Græca ad cap. 1. Ioann. vers. 1. Philoponus lib. 1. de creatione Mundi, cap. 3. Elias Cretensis in oratione 1. Nazianzeni num. 66. Eucherius in cap. 1. Genes. vers. 1. ibidem Rabanus historia scholastica, glossa ordinaria, & interlinearis, vterque Hugo Victorinus, & Carensis, Tostatus quæstione 8. Lyra, Carthusianus, Thomas Anglicus: Magister in 2. distinct. 1. S. Thomas 1. parte, quæstione 46. articul. 3. in corpore; ad quam interpretationem respicere Concilium Lateranense sub Innocentio III. definiens cap. 1. *firmiter*, &c. *Deum omnipotenti virtute sua, simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidisse creaturam, spiritualem, & corporalem, angelicam videlicet, & mundanam*, censuerunt Valentia tom. 1. disputatione 3. quæstione 3. puncto 1. Vasquez tom. 2. in 1. part. disput. 177. cap. 1. Suarez lib. 5. Suarez lib. 1. de opere sex dierum cap. 2. num. 26.

Philo. Augustin. Mopsuasten. S. Thom. & alij.

12. Verùm in his expositionibus licèt potioribus dictorum verborum, non omnia facilia sunt; nam interpretationi adstruenti, *In principio creauit Deus cælum, & terram*, hoc est, ante alia omnia condita fuere cælum, & terra, obiicerent olim Græcorum Patrum multi, & Latinorum aliqui ante cælum, & terram creatos Angelos; deinde si pater cum cælo & terra comproducta sunt aër, ignis, aqua, vt nonnullis visum, qua de sententia inferiùs tractatur de opere sex dierum, quænam erunt illa, quibus antiquiora fuere cælum & terra? Nec minora incommoda patitur expositio affirmans; *in principio*, hoc est, in filio, seu Verbo creauit Deus cælum, & terram; quamuis enim verissimum sit operationem ad extra mundani opificij communem Trinitati, speciatim Verbo adpropriari, tamen ex præfato versu id non colligitur solida & forti interpretatione; tum quia productio rerum per Verbum cùm vniuersalis existat, non debuit restringi ad cælum, & terram; tum quoniam mystica & spiritualis expositio est, quod Verbum, aut filius *principium* vocetur, potius quàm historica, & litteralis, vt existimant S. Isidorus Hispalensis in cap. 1. Genes. Philoponus lib. 1. de creatione Mundi, & ex recentioribus ad cap. 1. Genes. Estius, à Lapide, Bonfrerius. Ego quidem autumo *principium* de secunda Trinitatis persona non metaphoricè, aut spiritualiter, sed verè, & propriè dici, quoniam Pater & Filius in diuinis sunt principium Spiritus sancti, vt duo Concilia generalia statuunt, Lugdunense sub Gregorio X. titulo, *de summa Trinitate, & fide Catholica*, & Florentinum sess. 25. in litteris vnionis; *est quidem Pater*, vt admonet Augustinus lib. 3. contra Maximinum, cap. 17. *principium non de principio, filius autem principium de principio*, sed vterque, quemadmodum ibi subnectit B. Doctor *simul non duo, sed vnum principium*; quare & Saluator Ioann. cap. 8. vers. 25. *Principium, qui & loquor vobis*; Verbo itaque, seu filio in diuinis theologicè, & strictè *Principij* conuenit ratio; quamobrem hoc ex capite expositio metaphorica non est; displicet tamen, quia vt filio per specialem accommodationem apptoptiaretur productio rerum, eo præcisè, quod *Principium* dicatur, debuit quoque ipsi specialissimè, & notionaliter vnicè competere ratio *Principij*, sicut conuenit esse Verbum & filium; atqui esse principium Spiritus sancti conuenit æquè Genitori in diuinis ac Verbo, imò Verbum à Patre habet esse principium, quia accipit ab eo spirationem actiuam, vide Suarez lib. 8. de Trinitate, cap. 3. numer. 4. Igitur ex eo, quòd Principij mentio infertur, Verbo nequaquam specialiter accommodanda erit interpretatio, cùm æquè Genitori conueniat; labefactatis igitur duabus explanationibus, superest, vt de tertia iudicium feramus: sed quid in hac quòd minùs arrideat, inuenitur? Sonus ipse verborum statim ingerit facilè decurrere

Isidor. Philopon. & alij.

Principium, de Patre, & filio.

Suarez.

currere constructionem de productione rerum in tempore facta: quid est enim, *in principio* creauit, nisi cum exordio? quæ autem ab æternitate existunt, initium dissipant; deinde vt verborum significatione considerata anceps & dubia fuisset constructio, Patrum & Theologorum vnanimis consensus certam faceret expositionem; sed vt in aliis interpretationibus dissideant Patres, & Scholastici, num scilicet legitimæ existimandæ; tamen in hanc, quæ de rerum productione in tempore, reali, & non imaginaria duratione exponit, vniuersi conspirant: igitur hæc vnicè litteralis & propria est; quòd si quidem litteraliter id exprimitur, equidem ex vi prædictorum Verbum de fide erit, Mundum cum tempore creatum fuisse, vt rectè animaduertit Suarez lib. 1. de opere sex dierum, cap. 2. num. 26.

---

## SECTIO III.

### *An plures Mundi? & num omnium perfectissimus à Deo conditus?*

13. *De Mundo, & an sint plures.* Picolom. Conimbric. Rubeus. Auersa. PLures dari Mundos veterum Philosophorum pars commenta, quos conscribunt Franciscus Picolomineus libro de Mundo, capite 7. Conimbricenses lib. 1. de cælo, cap. 8. quæstione 1. art. 1. fundamenta inania sunt, quæ præfati refutant, simúlque Rubeus lib. 1. de cælo, cap. 9. quæstione 1. Auersa tom. 1. Philosophiæ, quæstione 31. sectione 3. & quidem si statuerent posse à Deo plures creari Mundos, non successiuos tantùm, verùm qui simul coëxisterent, id rectè quidem decreuissent, nulla enim implicantia est vt ita fieret: quòd autem ieipsa in spatiis extra hunc Mundum disposita sit alterius vniuersi altera facies vnde hauserunt? quibus comprobant testimoniis? fateor ex solis philosophicæ disciplinæ rationibus demonstrari non posse nullos alios conditos orbes, vt probant Franciscus Picus lib. 6. examinis doctrinæ vanitatis Gentium, cap. 9. Marinus Mersenus in cap. 2. Genes. vers. 2. quæstione 19. art. 2. ex Scripturis tamen haurimus, speciatim cap. 17.

Picus. Mersen.

Act. 17. 26. Actorum vers. 26. *Fecitque ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terræ.* Si igitur ex vno, nempè Adamo, omnes mortales, certè licèt regionibus dissiti ad vnum spectant mundum omnes humanæ creaturæ:
Rom. 5. 12 efficaciùs ex cap. 5. epistolæ ad Romanos, vers. 12. *Propterea sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.* Si igitur omnes homines originali labe conspersi sunt Dei, excepta immaculata Genitrice; omnium ergo caput fuit Adam, ac proinde ad eum Mundum pertinent, cuius primus homo, & author stirpis fuit Adam; certè vel ita est, vel fingendus alter orbis mortalium, in quos nec mors, nec peccatum transiit, qui Christi morte non indiguerint vt salui fierent; quæ omnia & Scripturæ, & Conciliis, & Patribus, atque Scholasticis repugnant, quorum sermo est vel cum Angelis, quorum pars stetit, pars delapsa est, vel cum hominibus, quos à statu innocentiæ excidisse supponunt, pro quibus medendis filius Dei seruilem induit formam: quamobrem Augustinus tractatu de hæresibus ad Quodvultdeum, hæresi 77. inquit: Augustin.
*Alia dicit innumerabiles Mundos, sicut opinati sunt quidam Philosophi gentium*; eandem hæresim inter eas, quarum parentes ignorantur, Augustino abbreuiato recenset Isidorus Hispal. originum lib. cap. 5. ad finem, quem Isidor. Hisp.
imitatus est Gratianus Decreti secunda parte, causa 24. quæstione 1. cap. 39. *quidam autem heretici.* Suarez vix ab errore contra fidem Gratian. Suarez.
excusat tom. 2. Metaphys. disputat. 29. sect. 2. num. 35.

Sed præstat omissa ab huius quæstionis tractatoribus Zachariæ Papæ verba expendere; 14.
quippè S. Bonifacius Moguntinus Præsul, famæ quorundam assentiens, à B. Virgilio ex nostra Ibernia orto, vt passim Scriptores testantur, nondum Salisburgensi Episcopo facto, tradi putauit alios existere mundos; ea de re Zachariam Romanum & vniuersalem Antistitem litteris admonet, cui rescribit Summus Pontifex epistola decima apud Binnium tom. 5. Conciliorum sectionis primæ parte 1. *de peruersa autem, & iniqua doctrina, qua contra Dominum, & animam suam loquutus est, si clarificatum fuerit ita eum confiteri, quod alius Mundus, & alij homines sub terra sint, seu Sol, & Luna; hunc habito consilio ab Ecclesia pelle Sacerdotij honore priuatum*; quæ eadem referuntur ab Authore vitæ S. Bonifacij lib. 2. cap. 10. Cùm ergo Zachariæ scopus non fuerit eam notare opinionem, quæ Antipodas dari memorat; quid enim ea certius asseueratione, quam indubitabilem esse copiosa nostra nostri seculi experientia fecit? equidem eam perstrinxit sententiam, quæ plures mundos introducebat, neque enim apud Antipodas alius Mundus, sed pars vniuersalis opificij, non distincti homines, sed eiusdem speciei, non alius Sol, alteráve Luna, sed idem numero Phœbus, eadem indiuiduo Luna; igitur error in fide est statuere plures Mundos existere, nam definitioni Zachariæ Pontificis opponitur. Dico primò S. Virgilium nunquam docuisse plures à Numine productos mundos, sed cùm Philosophicis & Mathematicis disciplinis excelleret, quas ad Scripturas intelligendas Patrum effatis conciliabat, pro summo ingenij acumine Antipodas dari, homines scilicet alterius climatis aduersis contra nos vestigiis docuit, quod pronunciatum cum ab Auditorum vulgo non facilè perciperetur, alias, atque non sanas interpretationes adhibuerunt, quæ huc illuc sparsæ & obscurato vero sensu sanctum Bonifacium induxerunt, vt putaret plures mundos à Beato Virgilio educeri: monitus autem à Romano Antistite, vt traditas à Virgilio propositiones maturè examinaret, erroribus autem detectis nisi recantaret, à ministerio depelleret; cùm reperisset sanam tradi doctrinam à sancto Virgilio, & Scripturæ atque Patribus

amicam, honore prosequutus est, vnde non multo pòst Episcopatu Salisburgensi auctus, & prædicatione, atque miraculis clarus, beatè quieuit Sanctorum albo solennibus cæremoniis à Gregorio IX. adscriptus; quem in mortem de Virgilio Cardinalis Baronius tom. 9. anno Christi 748. num. 2. quod autem Virgilio in mentem non venerit absurdæ de pluribus mundis sententiæ opem ferre, sed ob non benè perceptam eius de Antipodibus doctrinam id fanaticè aliqui rudiores, aut maleuoli in vulgus diffuderint, à qua se calumnia facilè purgauit, existimant Ioannes Auantinus, licèt is sit, qui schismaticis faueat, à quibus hæc non æquè accipiuntur lib. 3. Annalium Boiorum. VVelserus. Serrar. Marcus VVelserus lib. quinto historiæ Boiorum. Nicolaus Serrarius in historia Moguntina, libro 3. notatione 35. ad vitam S. Bonifacij, Mersen. Marinus Mersenus in Genes. cap. 1. vers. 10. quæstione 9. art. 10. in fine. Libertus Fromond. Fromondus in Antaristarcho, cap. 4. Dico secundò, contra opinionem de pluribus Mundis nullam latam condemnationem à Christi vicario Zacharia; nam Pontifex, vt fieri æquum erat, legato suo D. Bonifacio ordinauit sedulò examinaret, an vera fuissent, quæ rumor de Virgilij peregrinis assertionibus ferebat, qua facta diligentia si à Catholicis recedere dogmatibus inueniret, nec monitus in viam se reducere vellet, tum demum pœnis ecclesiastica sanctione designatis afficeret; quin verò, vt Romæ appareret, & causam apud Sedem Apostolicam diceret significatum iis verbis: *Attamen & nos scribentes præfato Duci euocatorias prænominato Virgilio mittimus litteras, vt nobis præsentatus & subtili indagatione requisitus, si erroneus fuerit inuentus, canonicis sanctionibus condemnetur; qui enim seruiant dolorem, ipsi metuent eos.* Vbi ad discussionem ventum est, S. Virgilij Catholica, & sana inuenta sunt pronunciata, & ipse omni honore deinceps cumulatus: licèt autem ex hoc discursu non colligatur à Romano Pontifice damnatam sententiam de pluribus Mundis, sed cùm Scripturis aduersetur, & Patrum, atque Scholasticorum communibus principiis, plusquam temerarium fuisset eam defendere.

15. Quanquam autem hæc adeò certa, non leuis tamen vrget scrupulus; nam Deus potuisset meliores alias creaturas facere, meliorem fabricare orbem, nec vnum, sed plurimos, vt Hugo de S. Vict. habent Hugo de S. Victore tractat. 1. summæ sententiarum, cap. 14. & lib. 1. de Sacramentis, parte 2. cap. 22. Magist. S. Thom. Magister 1. sententiarum, distinct. 44. littera C. S. Thomas 1. parte, quæstione 25. art. 6. & cum Magistro, & Angelico Doctore passim Scholastici; igitur si alius Mundus nobilior possibilis est, aliúsque, & alius in longissimum processum, sequitur hos de facto productos fuisse à Numine; nam Deus cùm infinitè sanctus, & omnibus modis perfectus sit, debet etiam perfectissimo operari modo, aliàs concipi possit maior sanctitas, quam sit Dei, nempè illa, quæ semper quod optimum iudicaretur, operatura fuisset, sed operari modo perfectissimo & optimo est id exequi, quod melius, & perfectius censeatur; ergo sic Deus operari tenetur, igitur statuens Deus Mundum producere, non potest non meliorem fabricare; at Mundus, quem nos habitamus, non est omnium optimus, quem Deus facere valeat, igitur præter hunc alios Mundos nobis ignoratos fabricatus est: equidem noster Granado in 1. partem, tractatu de voluntate Dei, disputatione 3. sect. 3. Granado. & sequentibus, Patrum, & Theologorum accumulatis sermonibus, putat Deum in operando semper quod optimum est eligere, exempli causa, Incarnationem præ eius carentia, tanta infallibilitate, vt quamuis physicè liber sit ad volendam, aut nolendam Incarnationem, morali tamen obstringatur necessitate ad volendam determinatè Incarnationem; quæ etiam doctrina placuit nostro Ruizio de Montoia, & eam vberrimè locupletat disputat. 9. & 10. de voluntate Dei; excipiunt tamen vterque Granado sectione 1. num. 2. Ruizius Ruizius. disputatione 9. sectione 2. numer. 1. ab hac serie eiusmodi perfectiones, quæ in infinitum abire possunt, quoniam in talibus absolutè non est optimum, sed data quacumque perfectione adhuc alia, & alia perfectior non repugnat; cùm igitur ad finem peruenire nequeat, dari optimum in eo genere implicat, nam optimum est id, vltra quod non extenditur perfectio in eo genere, in quo est optimum; cùm igitur Mundus ex illarum rerum numero sit, quæ procedunt in infinitum, quia quolibet signato Mundo, adhuc perfectior creari valeat, ideò non potest produci optimus omnium Mundus, nec sequitur de facto innumerabiles creatos Mundos. Sed omitto imprimis si fortè verum sit, quod contendit Arriaga Arriaga. Physicorum disputatione 13. sectione 3. Deum posse producere creaturam omnium infimam, simul & omnium perfectissimam, nam hoc admisso, fieret & omnium perfectissimum Mundum cresri posse; omitto deinde an dari infinitum in actu non repugnet, atque eius possibilitate admissa num magis præstet, & melius reputetur infinitos extare Mundos: quæro tamen, Deo volente, suam procurare glorificationem, an non cognoscebat modos, quibus glorificati possit alios & alios in infinitum perfectiores? Nihilominus ad exequendam Incarnationem moraliter necessitatus fuerat; imò cur non aliis atque aliis fieri modis vnionem diuinæ personalitatis cum creatura intelligi valeat, seu omnibus tribus diuinis personis vnitis, seu natura Angelica & humana altioris ornamenti copulata; ergo quemadmodum moraliter necesse fuit hanc exequi Incarnationem, ita fuerit necesse alios producere Mundos: existunt igitur plures simul Mundi.

Asserimus, Deum nec physica, nec morali necessitate præiudicari, vt quod optimum est eligat, quare posse id quod minus in se perfectum & nobile sit anteponere; sic contra Granado 16. nuperrimè ad purpurei galeri eminentissimos honores de nostrorum contubernio subuectus motibus laudatissimis non minus conspicuus, quàm variarum disciplinarum cognitione, perinsignis Theologus Pater Ioannes de Lugo Io. de Lugo Card. disput. 2. de Incarnatione, sect. 1. num. 9. Hurtado de Mendoça disput. etiam secunda de Incarnatione, sect. 6. Hurtado. Bernal de eodem argumento, Bernal. disputat. 3. sect. 1. num. 2. Alarcon tractat. 3. Alarcon. de

Arriaga. de voluntate Dei, cap.7. num.4. Arriaga tom. 1.
Ribas. in 1. part. disputat. 27. sect. 2. Ribas in 1. part. tractat. 5. disput. vndecima, cap. 2. num. 15.
Sap. 12. 18 argumentemur ex Sapientiæ cap. 12. vers. 18. *Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos; subest enim tibi cùm volueris posse*; ecce infinitæ virtutis magnam prærogatiuam soli Deo propriam, vt quod velit, possit: si autem necessitatus est ad creandum Mundum, aut Incarnationem operandam, ita vt infallibiliter ponendus sit Mundus, & exequenda Incarnatio sic, vt moraliter loquendo, aliud fieri nequeat, sequitur non posse id quod velit, nam eius dominium angustissimis finibus continetur, cùm non aliud liceat nisi vt Mundus, & Incarnatio existant; nec dicere sufficit quamuis moraliter necessitatus sit, physicè tamen liberum esse, quia necessitas illa moralis, aut concidit cum necessitate physica, & ita Numen omni libertate despoliat, aut inintelligibilis est: consideremus enim Deum pro priori naturæ quatenus absolutè potentem decernere, aut non decernere Mundi existentiam, interrogo, an in actu primo tam indifferens sit, vt etiam moraliter non sit præuiè determinatus, vt tantùm Mundus, vel Incarnatio existant; si affirmes ea parte actus primi nullam relucere determinationem etiam necessitatis moralis, igitur non est moraliter necessitatus, quoniam sicut esse physicè liberum est habere potentiam physicè expeditam ad actum, & eius carentiam, sic esse moraliter liberum est esse moraliter expeditum vt existat, vel non existat Mundus; sed Deus est moraliter expeditus cùm ex parte actus primi nulla detur prædeterminatio moralis; ergo est moraliter liber, igitur ad productionem Mundi vel Incarnationis non est moraliter necessitatus, quia esse necessitatum, & esse liberum moraliter implicat, inter se enim directè opponuntur: sin verò teneas, Deum ex parte actus primi esse præuiè determinatum moraliter, quoniam moraliter ita est inclinatus ad producendum Mundum, vel decernendam Incarnationem, vt infallibile sit nunquam dandam Incarnationis, vel Mundi carentiam, tum percunctandum erit vndenam hæc prædeterminatio moralis Numini suboriatur? Non ab entitate ipsius reali, quia necessitas quæ est omninò idem cum esse Dei, est necessitas physica, sicut ipse Deus physicè necessariò existit; non ab aliqua Dei volitione efficaci antecedente decretum, vt Mundus, vel Incarnatio existant, tum quia eiusmodi volitio imperatiua decreti, quod in Mundum, aut Incarnationem fertur, non est necessaria, tum quia de ipsa cùm libera sit eadem quætenda erunt; non à bonitate obiecti necessitantis ad sui amorem, quia cùm obiectum limitatæ honestatis, & pulchritudinis sit, Dei autem ea sit incomparanda perfectio, vt nullius indigeat, nullum ambiat solatium, æquum non est obiecto tantam concedere vim vt Deo moralem imponat necessitatem: quod eo magis cogitandum est, quando Patres & Theologi tot extollunt modis creationis beneficium, imprimis verò generis humani cum Deo redintegrationem per Incarnationem filij Dei. At hæc non adeò gratificanda erunt, si Deus moraliter aliud statuere non valebat? tum verò, quam ob causam in scholis communiter præferunt nisi homo lapsus reparandus esset à Verbo humanam non assumendam naturam si ex physica necessitate Deus Incarnari non potuit? & sanè necessitatem moralem Deo tribuentes de ea si concipiamus ad similitudinem impotentiæ moralis, quæ in hominibus reperitur, hanc semper fundari cernimus in maxima aliqua difficultate, cui superandæ humana par non est fragilitas, vt in euitandis omnibus peccatis venialibus; sed comparatione Dei nihil arduum est: igitur respectu ipsius nulla est impotentia moralis, sed physicè & moraliter omninò indifferens & liber est, seu placeat Mundum creari, seu non existere.

Rectè hæc modò combinari valeat cum his 17.
Deum semper perfectissimè operari, cùm enim operatio eo honestior, & nobilior existimanda sit, quo fuerit nobilius, & honestius obiectum, specificatur namque actus ab obiecto præsertim formali, & quod per se respicitur, intelligi nequeat omnem actum diuinum fore optimum, & honestissimum, nisi versetur circa obiectum optimum, & laudatissimum. Respondemus cum Cardinali de Lugo disputat. 2. de Incarnatione, sect. 4. num. 63. & aliis Neotericorum, perfectionem moralem actuum voluntatis diuinæ non esse metiendum ex maiori nobilitate obiecti voliti, itaque in Deo actus quo vult obiectum minus perfectum, est æquè honestus cum actu, quo vult obiectum nobilius, & perfectius, & omnes actus cùm sint æquè honesti, infinita & summa honestate gaudent, omnes sanctissimi, optimi, perfectissimi, vt suprà nihil concipi valeat: ratio est, nam quælibet diuina formalitas claudit in suo conceptu formali, & in recto vnionem identitatis cum omni alia diuina formalitate, cùm de facto cum qualibet identificetur: at formalitas, quæ in suo conceptu habet vnionem identitatis cum omni perfectione simpliciter simplici, est secundùm se saltem æquiualenter infinitè, & in omni genere perfecta, nam continet hoc ipso omnem perfectionem, non continentia formali, quia talis identitas non tollit quominus diuinæ perfectiones formaliter, ratione ratiocinata, & virtualiter inter se distinguantur, non continentia eminentiali, quia non est esse causam vnam alterius: continentia igitur æquiualentiæ. Hæc autem continentia æquiualens idem præstat ac continentia realis formalis, quemadmodum distinctio æquiualens, & virtualis in Deo in idem sufficit ad prædicata multa verificanda, ac si esset distinctio realis; cùm igitur in Deo quiuis actus etsi de obiecto minus nobili & perfecto contineat omnem honestatem & perfectionem cogitabilem, inde fit, vt quamuis Deus non obstringatur ad volendum id, quod in ratione obiecti est optimum, & honestissimum sit, tamen quilibet ipsius actus sanctissimus, & perfectissimus sit: quod hominibus, aut Angelis non contingit, ipsorum enim actus cùm non valeant identificare secum omnem perfectionem aliorum quorumcumque actiuum, qui elici ab eis queant, non æquè honesti sunt cuncti actus; quare ab obiectis in eos refundi poterit honestas, & perfectio. Nec hoc dicentes abnuimus Deum eligere quod melius sit, verùm non intelligimus eligi ab eo, quod in scipso nobilius

nobilius & perfectius sit aliis, sed quod conuenienrius & melius sir in ordine ad fioem sibi præstitutum: variis hæc Scripturæ & Pattum restimooiis impugnantur, varia à locis aliis theologicis ducta argumentatione, in quæ diuagari excusamus, quooiam allegari superius Doctores propriis harum controuersiarum sedibus cumulatam præstiterunt operam.

---

## SECTIO IV.

### *Deus, in quibus versatus? & vbi fuerit ante creaturarum productionem.*

18. QVi de diuinis instar corporearum rerum diiudicant sempiternum illud Numeo longo seculorum tractu creaturis destitutum velut Monarcham aliquem præpotentem regoorum adoratione, & muneribus despoliatum concipiunt, stupescunt quòd in tanto otio ipsa non lassetur quiete vicissitudinis, & dissimilium experte; sed cogitationes hæ sunt stultorum, & qui terrestribus immerguntur delectamentis: Deus essentialiter Beatus, creatura ad nihilum indigebat futurus æquè diues, & satur quamuis nullam condidisset, quare plenæ beneuolentiæ fuit, quòd Angelos, quòd homines, quòd rerum cunctarum species, & mundani opificij amplissimam extruere fabricam voluerit; hoc eius encomium omnibus præstasse, nemine opus habuisse, intra se sui contemplatione abondasse, qua necessariò Beatus fuit; quòd si Beatus quidem nobilissimo omnium & imparticipato Beatitudinis modo: igitur & fœlix supra desiderium;

S. Thom. quamobrem S. Thomas lib. 1. contra Gentes, cap. 100. num. 3. *Per Beatitudinem desiderium omne quietatur, quia ea habita non restat aliud desiderandum, cùm sit vltimus finis; oportet igitur eum esse beatum, qui perfectus est quantum ad omnia, quæ*

*Beatitudinis status quis.* *desiderare potest, vnde Boethius dicit, quòd Beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus, sed talis est diuina perfectio, quæ omnem perfectionem in quadam simplicitate comprehendit.* Hoc autem ipsum cap. 102. num. 7. vberiùs explicat; *Perfectio diuinæ Beatitudinis considerari potest ex hoc, quòd omnes Beatitudines complectitur secundùm perfectissimum modum: de contemplatiua quidem fœlicitate habet perfectissimam sui, & aliorum perpetuam considerationem; de actiua verò vita non vnius hominis, aut domus, aut ciuitatis, aut regni, sed totius vniuersi gubernationem; falsa enim fœlicitas, aut terrena, non habet nisi quandam vmbram illius fœlicitatis perfectissimæ; consistit enim in quinque secundùm Boethium, scilicet in voluptate, diuitiis, potestate, dignitate, & fama, habet etiam Deus excellentissimam delectationem de se, & vniuersale gaudium de omnibus bonis absque contrarij admistione; pro diuitiis habet omnimodam sufficientiam in seipso omnium bonorum; pro potestate habet infinitam virtutem; pro dignitate habet omnium entium primatum, & regimen, pro fama admirationem omnis intellectus ipsum vtcumque cognoscentis*; quæ etiam tradit prima parte, quæst. 26. art. 1. & 3. in corpore. Cùm igitur diuinum illud esse, infatigabile, excelsum, modis inenarrabilibus intra se complectatur nullius externi solatij indigum, quicquid Beatitatem cumulatissimè valeas adimplere, sequitur nulla compulsum necessitate quod condidit produxisse, & meræ atque optimæ fuisse largitatis quod extra se diffundere statuerit supra modum fœlix, & deliciis saginatus antequam Mundum fabricaret, talis futurus in perpetuum, quanquam decerneret absolutè nunquam ex possibilibus rebus extra causas aliquam ponere, vt declarat Angelicus Doctor lib. 1. contra Gentiles cap. 81. num. 1. vbi Ferrariensis in commentario §. *considerandum secundò*, &c. *quia ergo nihil creatum est necessarium ad diuinam bonitatem, neque quantum ad esse simpliciter, neque quantum ad bene esse, ideò dixit S. Thomas, quòd diuina bonitas sine aliis esse potest, & per alia nihil ei accrescit.*

Hinc diuinorum oraculorum acclamationes, 19.
quibus Nomini concinunt, & congaudent, quòd præpotens sit, quòd locupletissimus, quòd inexhaustæ iucunditatis, quòd denique creatura ne ad hilum vnum perennis, & indeficiendæ voluptatis & gloriæ opus habeat; Iob cap. 22. vers. 3. Iob 22. 3. & 35. 6
*Quid prodest Deo si iustus fueris? aut quid ei confers si immaculata fueris vita tua?* & cap. 35. vers. 6. *Si peccaueris, quid ei nocebis? & si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? Porrò si iustè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet?* Psalmo 15. vers. 2. *Dixi Domino, Deus* Psalm. 15. 2
*meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Prouerb. cap. 9. vers. 12. *Si sapiens fueris, tibimet ipsi* Prou. 9. 12
*eris: si autem illusor, solus portabis malum.* Machab. lib. 2. cap. 14. vers. 35. *Tu Domine vniuersorum,* 2. Machab. 14. 35
*qui nullius indiges.* Actor. cap. 17. vers. 25. *Nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cùm ipse det* Act. 17. 25
*omnibus vitam, & inspirationem, & omnia*; ob hæc pulchrè subinfert Augustinus quòd elapsa August.
ostendimus sectione nulla præoccupatum necessitate Deum vt orbem moliretur, aut quasuis conderet creaturas, libro 83. quæstionum, quæstione 22. *vbi nulla indigentia, nulla necessitas, vbi nullus defectus, nulla indigentia: nullus autem defectus in Deo; nulla ergo necessitas*; & lib. 1. contra aduersarium legis, & Prophetarum, cap. 7. *Hinc intelligendum est, quòd non ea fecerit eorum indigus, sine quibus esse in sua perfecta beatitudine potuit sine initio sempiternus; ideò quippe istorum faciendorum causa sola Dei bonitas fuit, quia necessitas cuius vlla non fuit*; expressit venusto carmine Claudius Cl. Victor.
Marius Victor, præfatione in lib. 1. commentariorum in Genesim,

*Nil horum, quæ gignis, eges, mundique peracti,*
*Et per te stabili rerum compage manentis,*
*Nil prorsum indigus es; nec in hoc tua gloria tantùm,*
*Quòd præstanda facis bonus Author, sed quòd & ipsa*
*Efficere vt possint causis præbere secundis,*
*Non dedignaris, quæ qui tua munera sentit,*
*Munus & ipse tuum est, tibi vt vni accepta referre*
*Omnia homo merito possitque, & debeat vnus.*
*Nam tibi sola Deus gigni quod cuncta iuberes*
*Causa fuit bonitas.*

Venustè S. Petrus Damianus opusculo 36. de diuina omnipotentia, cap. 6. ad finem. *Nulla indigens creatura, sed eo indiget omnis creatura: nam antequam virtutes Angelicas condidisset, antequam tempus, temporale aliquid extitisset, plenas, atque perfectas immortalitatis diuitias, & gloria possidebat; ad creandum igitur quod non erat, non solitudinis* eum,

*eum, vel alicuius inopia necessitas impulit, sed sola propria clementia bonitas prouocauit, nec beatitudini eius rerum conditio conferre aliquid potuit, cùm ita per se, & in se sit plenus, atque perfectus, vt nec existente creatura sibi aliquid accedat, nec ea pereunte decedat, omnia siquidem flumina intrant in mare, &*
Idiota. *mare non redundat*; & contemplatiuus ille Idiota in verba Psalmi decimiquinti; *quoniam bonorum meorum non eges*, &c. *Nihil enim adquisiuit Deus ex hoc quòd creauit mundum; & nihil perderet si totus mundus annihilaretur: solus ergo Deus bonorum nostrorum non eget*; & in eadem verba similia
Hugo de S.Vict. Anselm. ferè Hugo de S.Victore lib. 1. de Sacramentis fidei, parte 4. cap. 21. breuiter Anselmus in Prosologio, cap. 22. *Tu tibi omninò sufficiens, & nullo indigens, quo omnia indigent vt sint, & benè sint.*

20. Agnouit & Philosophia Ethnica quoties sapuit, Deum sibi in omnem præstare satietatem, in omne robur, in omnem iucunditatem, nec opus habere vt à creaturis aliquid emendicet;
Aristot. quod argumenti Aristoteles pertractat magnotum moralium lib. 2 cap. 15. & Platonem atque
Clem. Alex. Euripidem testes producit Clemens Alexandrinus lib. 5. stromatum, cap. 5. eam ob causam *Pulchri* speciosissimum titulum, siquidem Pulchritudo consummata omnem formositatem, omnia ornamenta complectitur, soli Deo conuenire diuidicat Trimegistus Pimandri, cap. 6. *Auderem enim dicere: O Æsculapi Dei essentiam, siquidem essentiam habet, pulchrum esse, pulchrum autem & bonum nihil reperitur eorum, qua sunt in mundo, omnia namque oculo succumbentia, spectra sunt, & velut lineamenta*; & huius sectator Plato in Symposio cum Diotima interloquitur; *sed statuemus pulchrum illud, de quo nunc institutus est à nobis sermo, ipsum ex se ipso, secum, vniforme, & simplicissimum esse: alia autem omnia illius summi pulchri participatione quadam, & precaria vi pulchra modo quodam dici*; quod similitudine expressit Maximus Tyrius sermone, seu dissertatione vndecima, quæ est de amore quarta: *Perinde atque nobilissimi amnes, qui exeuntes in mare, in primo quidem impressu vbi latitudinem pelagi incurrerint, fluentumque suum vnda, ventu, æstui, fluctibusque permiscerint, ex huiusmodi permixtione priorem comminuunt naturam, eodem pariter modo pulchrum ineffabile immortaleque donec cælum, & cælestia corpora permeat, in eorum quidem occursu purum, immixtum, atque integrum manet; at vbi deinceps à cælo in nostratia hæc loca defluxit, hebescit vsque adeò extenuato, vt vix eius influxum possit agnoscere maritimus nauta, videns exilem illum, humique inerrantem, confusumque natura aliena.* Habens igitur Deus apud se omnem venustatem, & pulchritudinem, quid est inter caduca hæc & marcida quo earumse indolere potuit? quid mouerat ad formandam creaturam, nisi voluntas &
Lucret. beneuolentia? vt proinde rectè aptata Lucretij carmina dignè souent lib. 5. de rerum natura, vers. 165.

*——— quid enim immortalibus, atque beatis*
*Gratia nostra queat largirier emolumentum,*
*Vt nostra quidquam causa gerere aggrediantur?*
*Quidve noui potuit tanto post ante quietos*
*Inlicere, vt cuperent vitam mutare priorem?*
*Nam gaudere nouis rebus debere videtur,*
*Cui veteres obsunt, sed cui nil accidit ægri*
*Tempore in anteacto cùm pulchrè degeret æuum,*
*Quid potuit nouitatus amorem accendere tali?*

*An credo in tenebris vita, ac mærore iacebat,*
*Donec diluxit rerum genitalis origo?*
Quæ soluta oratione expressit Tullius lib. 1. de Cicero. natura Deorum. *Quid autem erat quod concupisceret Deus, Mundum signis, & luminibus tanquam ædilis ornare? si vt Deus ipse melius habitaret, antea videlicet tempore infinito in tenebris tanquam in gurgustio habitauerat, post autem varietate ne eum delectari putamus, qua cælum, & terras exornatas videmus? quæ ista potest esse oblectatio Deo? quæ si esset, non ea tandiu carere potuisset?*

Tale igitur Numen ante secula absque Angelorum, & hominum famulitio, absque creaturarum obsequiis, absque vniuersi ptona adoratione, & concentu præpotens, alacer, metuendus, ditissimus, formosus, sapiens, maiestate, cultu, delitiis superessluens. At inquias, vbi habitabat cùm nulla essent spatia localia, nullum cælum cælorum empyreis fabricatum splendoribus? vt hoc enattemus, delibandum priùs nonnihil ex Patribus de forma, & amplitudine diuinæ Immensitatis. Hilarius lib. 1. de Trinitate non lon- Hilarius. gè à principio: *Nullus sine Deo, neque vllus non in Deo locus est; in cælo est, in inferno est, vltra maria est: inest interior, excedit exterior; ita cùm habet, atque habetur, neque in aliquo ipse, neque non in omnibus est.* Augustinus lib. 7. confessionum c. 5. Augustin. *Tu autem Domine ex omni parte ambientem eam,* (videlicet creaturam ab eo factam,) *& penetrantem, sed vsquequaque infinitam; tanquam si mare esset vbique, & vndique per immensa spatia infinitum solum mare, & haberet intra se spongiam quamlibet magnam, sed finitam tamen, plena esset vndique spongia illa ex omni sui parte ex immenso mari; sic creaturam tuam finitam te infinito plenam putabam.* Petrus Damianus opusculo 36. de omnipoten- Damian. tia cap. 6. *Est enim, vt dixerim, locus illocalis, qui sic in se continet omnia loca, vt non moueatur ipse per loca, & cùm omnia simul impleat, non per partes occupat partes loci, sed totus vbique est, nec per ampliora loca diffusior, nec per angustiora contractior, nec altior in excelsis, nec plus humilatus in infimis, non maior in magnis, non minor in minimis, sed vnus, idémque simplex, & æqualis vbique.* S. Bernardus Bernard. lib. 5. de consideratione, cap. 6. *Quæris si in ipso omnia, ipse vbi? nihil minus inuenio: quis capiat locum? quæris vbi non sit? nec hoc quidem dixerim: quis sine Deo locus? incomprehensibilis est Deus, sed non parum apprehendisti si hoc tibi de eo compertum est, quod nusquam sit qui non clauditur loco, & nusquam non sit, qui non excluditur loco.* Nouatianus Nouatian. de Trinitate, cap. 25. *Quòd si idem Moyses vbique introducit Deum Patrem immensum, atque sine fine, non qui loco cludatur, sed qui omnem locum cludat, nec eum, qui in loco sit, sed potius, in quo omnis locus sit, omnia continentem, & cuncta complexum, vt meritò nec descendat, nec ascendat, quoniam ipse omnia & continet, & implet; & tamen nihilominus introducit Deum descendentem ad turrim, quam ædificabant filij hominum,* &c. His quidem diuinæ immensitatis laudationibus de Numine significant Patres nullo circumscribi ambitu, nullo determinari spatio, simul esse locis, rebúsque vniuersis, quod cùm essentialiter, & necessariò obtineat, ideò ipsi soli competit ex natura vbique esse. Dices, nunc facilè capi, quando Deus sit in spatiis, nam quamuis definitiuè non sit in loco aliquo, coëxistit tamen, & præsens est singulis creaturarum in ordine ad locum, quem occu-

pant; sed cùm ante fabricatum orbem nullum fuerit ens reale, Deus quidem nullibi erat: asserere autem extitisse in spatiis non iuuat, quoniam spatium imaginarium illud est, quod cùm re ipsa non existat à mente, & imaginatione tanquam si existat, concipitur; verùm antequam creaturæ formarentur, nec erat imaginatio, à qua eiusmodi conflaretur tempus mentale; igitur absolutè Deus non erat in spatio aliquo reali, vel imaginario; quamobrem interroganti vbi fuerit Deus? Satisfaciendum, nullibi fuisse extra se, fuisse verò tantùm in seipso, quia præ-
Tertull. ter ipsum totum erat nihil; sic Tertullianus aduersùs Praxeam cap. quinto. *Ante omnia enim Deus erat, ipse sibi & mundus, & locus, & omnia: solus autem, quia nihil aliud extrinsecus præter il-*
Augustin. *lum.* Augustinus in Psalmum 122. non longè à principio: *Deinde antequam faceret Deus cælum, & terram vbi habitabat? Sed dicit aliquis, & antequam faceret Deus Sanctos vbi hæreditabat? in se habitabat Deus, apud se habitabat, & apud se est*
Bernard. *Deus.* S. Bernardus dicto lib. 5. de consideratione cap. 6. in fine. *Denique, sicut ait Euangelista, in mundo erat; aliàs verò vbi erat antequam mundus fieret, ibi est; non est quod quæras vltrà vbi erat? præter ipsum nihil erat; ergo in seipso erat.* Hanc præter antiquiores, quos ipsi allegant, propugnant sen-
Vasquez. tentiam Vasquez tom. 1. in 1. p. disput. 29. cap. 3.
Henriq. Henriquez lib. 8. de Eucharistia cap. 25. num. 6.
Pineda. Pineda lib. 5. de rebus Salomonis cap. 5. nu-
Granado. mer. 162. Granado tract. 3. de attributis disp. 3.
Moncæus. sect. 2. Moncæus in disputationibus Theologicis
Thom. Pius. disp. 1. cap. 2. Thomas Pius in 1. p. quæst. 8. art. 2.
Tannerus. dub. 2. num. 8. Tannerus tom. 1. disp. 2. quæst. 4.
Fasolus. dub. 3. assert. 1. Fasol. tom. 1. in 1. p. quæst. 8. art. 1.
Mæratius. dub. 3. & 4. Mæratius tract. de Deo disp. 3. sect. 1.
Hurtado. Gaspar Hurtado 1. p. disp. 6. difficult. 2. Caspensis
Caspens. tract. de attributis disp. 7. cap. 2. num. 9. Ouiedo
Ouied. Physicor. controu. 15. punct. 3. num. 5.

22. Cerno à nonnullis viris doctis animaduersum, hanc litem posse reponi inter quæstiones de nomine; nam quod affirmatur Deum extra mundum esse in spatiis imaginariis, quo pacto de immensitate Dei concipimus priusquam res fierent, id an sit Deum propriè, & strictè extra mundum præsentem esse; vel rigorosè loquendo, non sit affirmandum Deum præsentem esse, quando non dicat habitudinem ad aliquid cui præsens sit, cùm nihil detur, controuersia esse queat de formula sermonis, quia reipsa Deo omnia esse plena, Deum singula penetrare, nemo inficiatur: sed esto altercatio supponatur esse de proprietate loquutionis, ea nobis præferenda videtur, quæ Deum ab æterno in spatiis extitisse imaginariis, in iisdem extra mundi limites nunc
Suarez. existere statuit; quam amplexantur Suar. tom. 2.
Molina. Metaphys. disp. 30. sect. 7. num. 30. & 31. Molina
Valentia. 1. p. quæst. 8. art. 1. disp. 3. Valentia 1. p. disput. 1.
Becanus. quæst. 8. punct. 2. Becanus tom. 1. cap. 6. quæst. 2.
Fonseca. Fonseca tom. 2. Metaphys. lib. quinto cap. 15.
Lessius, &c. quæst. 9. sect. 4. Lessius de diuinis perfectionibus lib. 2. cap. 2. Conimbricenses Physic. 8. cap. 10. quæst. 2. art. 2. Alexander Pesantius in 1. p. q. 8. art. 2. disp. 1. conclus. 3. Arrubal ibidem quæst. 8. art. 2. disp. vndecima cap. 7. Raynaudus in Theologia naturali, dist. 7. quæst. 1. art. 6. à num. 81. Auersa in 1. p. quæst. 7. sect. 4. ibidem Iosephus Augustinus quæst. 8. art. 2. difficultate 2. num. 18. Recupitus tom. 1. in 1. p. lib. 4. quæst. 14. num. 3. Ribas ibidem tract. 2. disp. 4. cap. 4. Hurtado de Mendoza Physicor. disp. 14. sect. 3. Ariaga disputatione etiam Physicorum 14. sect. 4. Balthasar Corderius in cap. 9. sancti Areopagitæ de diuinis nominibus, scholio ad §. 2. Salianus tom. 1. annalium, in Apparatu cap. 1. num. 9. Martinon in 1. part. disp. 5. sect. 3. num. 16. ostendo hæc ex verbis Fulgentij tractatu contra sermonem Fastidiosi cap. 5. *Nam cùm de* immensitate Numinis præmisisset, *manifestum est, Deum vbique totum esse, sed loco nullatenus contineri*, subnectit postea: *Quis enim sic de Trinitate, id est, de vno Deo audeat sentire, non dico stultus, sed omnino sacrilegus, cùm virtus Dei, atque diuinitas necesse est, ita sit naturaliter sempiterna*; benè quidem, sicut est æternus, ita & immensus; sed Deus per æternitatem extitit, & durauit propriè, & rigorosè antequam daretur tempus reale, aut creatura cui in ordine ad tempus coëxisteret: igitur erat in loco priusquam esset locus, aut spatium reale, vel creatura ad quam præsentiæ habitudinē diceret. Hoc autem intelligimus cùm significamus Deum esse in spatiis imaginariis; spatium imaginarium visus non inconcinnè declarasse Mæratius tract. de Mæratius.
Deo disp. 3. sect. 1. sub finem, inquiens, nihil esse aliud, quàm extensionem realem possibilem corporum, quæ Deus supra cœlum, & extra mundum creare potest. Deum itaque esse in spatio imaginario est habere vbicationem, talis naturæ, vt statim atque extiterit aliquod corpus, non possit non ei intimè præsens esse; igitur quemadmodum absolutè & simpliciter verum est Deum ante orbem conditum extitisse, & durasse, ita verum erit vbicatione proditum fuisse; sed per vbicationem non erat in loco, aut spatio reali: ergo erat in spatiis imaginariis. Deinde, si ante fabricatum mundum Deus non erat in loco, postea autem rebus ortum sortientibus in loco cœperat esse, igitur ex non esse in loco ad hoc quod est esse in loco transiit, ac proinde de nouo locum Deus adquirit non minus, quàm Angelus, & nihil habebit supra creaturam ratione immensitatis: quin verò & definitiuè erit in loco; nam anima pueri est definitiuè in corpore, & tamen corpore magis, magisque crescente, eadem quæ ab initio anima totam vasti corporis molem occupat: similiter ergo, demus mundi huius spatia vltra limites, quibus nunc circumscribitur, in duplum extendi de potentia Dei absoluta, quamuis Numen inciperet occupare spatia illa de nouo producta, affirmaremus intra hunc Mundum definitiua cum vbicatione fuisse, quoniam eius vbicatio est alligata loco reali, & vbi non est spatium reale, ibi non est velut in loco, sicut anima non est extra corpus suum in loco. Postremò, concipiamus, annihilari à Deo sphæram Lunæ, tum remaneret in medio inane quoddam paris cum inani illo extra cœlum Empyreum rationis: igitur hac facta suppositione quæramus, esset ne Deus in spatio illo annihilato? Si affirmes Deum ibi propriè esse, quid renitaris subscribere eundem supra cœlum empyreum, & in omni inanitate versari? Sin autem contendas Deum intra sphæræ destructæ orbitatem non esse, sequitur cùm Deus supra Lunam in extantibus orbibus remaneat, & infra Lunam quoque in spatiis realibus, Numen à seipso locorum separatione disiunctum. Quod autem Patres aliqui suprà relati affirmant,

mant, Deum ante Mundum factum nullibi fuisse, sed *in seipso*, quamuis Fouseca putet non satis philosophicè asseri quempiam esse in seipso veluti in loco, sed interpretandum iudicat, Deum tunc in nullo spatio, aut loco realem habentibus existentiam, vbicatum.

---

## SECTIO V.

### *Deo in conditu Mundi finis bonitas ipsius; num etiam in Christi, & Mariæ gratiam, eundem fabricatus est?*

23. *Dei in conditu Mundi finis quis.* Areopagita. NVmen ex amore, & bonitate sua inductum, vt ex nihilo in lucem, & pulchritudinem orbem præferret, trita Patrum, & Theologorum doctrina est. S. Areopagita cap. 4. §. 10. *& quæcunque sunt, & fiunt propter pulchrum & bonum sunt, & fiunt, & cuncta in ipsum intuentur, & ab ipso mouentur, & conseruantur, & ipsius gratia, & propter ipsum*; eodémque §. decimo in fine: *quin & hoc verè audemus dicere, quòd ipse, qui est omnium causa, propter excellentiam bonitatis omnia amat, omnia facit, omnia perficit, omnia continet, omnia conuertit ad se, & est diuinus amor bonus boni propter bonum; ipse enim amor diuinus, qui bonitatem in iis, quæ sunt, operatur, quia prius extitit in bono superlatè, non sicut ipsum in se sine fœtu manere, sed potiùs mouit eum ad operandum secundùm excellentiam virtutis suæ omniumrerum effectricis*; ad quæ Maximus. verba S. Maximus in scholio: *Mirificè dicit, quòd bonus amor, qui ante omnia in bono existis, non remansit sine fœtu, sed potiùs bonum amorem nobis peperit, per quem pulchrum, & bonum expetimus: amor enim bonorum effector mouit Deum ad prouidendum nobis, & vt nos constitueret, vt cum moueretur, produceret, & non remaneret expers fœtus.* Hic ipse dicendus modus familiaris est Tertulliano lib. 2. contra Marcionem cap. 6. Chrysost. hom. 3. in cap. 1. Genes. & serm. 1. in cap. 1. ad Ephesios. Augustino lib. 3. de doctrina cap. 31. & 32. Lactantio lib. 2. diuinar. institut. cap. 8. Nazianzeno orat. 12. in Christi natiuitatem. Claudio Mario Victori præfatione in lib. 1. Commentariorum Metricorum in Genesim. Ruperto lib. 1. in Ioannem circa initium. Petro Damiano opusculo 36. de omnipotentia cap. 6. Bernardo Arn. Carnot. serm. 3. de Pentecost. venustè Arnoldus Carnotensis præfatione in tractatum de operibus sex dierum; *Neque solitudinem, vel paupertatem antè mundi constitutionem suspiceris in illo, neque arbitreris ex subiectione, vel obsequio conditorum potentatui eius, vel gloria aliquid accreuisse; nunquam est sola Trinitas, nunquam egens diuinitas, non infirmari potest omnipotens, nihil deest ad perfectum, non crescit totum, non minuitur vniuersum: omnium igitur, quæ sunt, sola causa est bonitas, non necessitas.* paria statuunt Guillielmus Parisiensis 1. partis de vniuerso part. 2. cap. 10. Gotfridus Viterbiensis Chronicorum part. 1. sub initio. Magister in 2. dist. 1. tit. quòd Catholicus, &c. S. Thomas 1. p. quæst. 32. art. 1. ad 1. in fine, & quæst. 44. art. 4. in corpore, & quæst. 65. art. 2. Finis igitur Deo potissimus in creatione rerum fuit ipse sibi secun-
Prou. 16. 4. dùm Parœmiastæ dictum Prouerb. cap. 16. vers. 4. *Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus*, videlicet vt ostenderet diuitias bonitatis suæ, & vt collaudaretur ob immensam benignitatem; & quoniam hac ipsa glorificatione nihil indigebat ad plenam beatitudinem, neque alio emolumento aliquo, quod creaturarum productio suppeditare valebat, ideo liberè omninò, & absque necessitatis seu physicæ, seu moralis obligatione, mundum condere placuit, vt expendit D. Thomas 1. p. quæst. 19. art. 3.

De hoc quidem articulo nulla est controuer- 24.
sia inter Catholicos Professores; quorundam tamen pium, & ardens studium benemerendi de Christo Saluatore, & eius intemerata Genitrice, iis persuasit, Numen postquam apud se statuit, vniuersum hoc moliri, decreuisse ob Christi honorem Mariam, ex qua carnem desumeret, producere; & in Iesu, illiúsque Matris gratiam, Angelos, homines, cæteram creaturam formare; quamobrem Verbum incarnatum, & Deipara fines creatori extitere, ex quorum complacentia inductus est orbem terrarum, & omnia, quæ in eo sunt, fundare; hanc imus in sententiam, quam ex Salomone hausimus Prouerb. cap. 8. Prou. 8. 22.
vers. 22. *Dominus possedit me, initio viarum suarum antequam quidquam faceret à principio; ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram.* Suppono autem plurimos, eósque grauissimos Ecclesiæ Patres hæc interpretatos verba de sapientia incarnata, quorum disposuere classem Suarez tom. 1. in 3. p. disput. 5. sect. 2. conclus. 1. Suarez.
Vasquez tom. etiam primo in 3. p. disp. 10. cap. 2. Vasq
num. 11. Salazar in Prouerbiorum expressum Salazar.
iam caput num. 243. Quamobrem B. Epipha- Epiphan.
nius hæresi 69. contra Ariomanitas, ante medium; *etenim quidam ex Patribus nostris, & Orthodoxis retulerunt hanc dictionem ad aduentum in carne, & hæc est pia ratiocinatio, magni Patres sic exposuerunt*; ecce *Magni* a tanto Doctore huius explanationis appellantur tutelares; similibus vsus verbis Eusebius Pamphilus, qui in Concilio OEcumenico Nicæno prima illa, & celeberrima vniuersalium Synodorum, nomine totius admirabilis illius Senatus aduersùs Philosophum Arrij defendentem partes catholicum propugnans dogma, *à maioribus de dispensatione Domini Nostri Iesu Christi secundùm carnem, enarratam* deponebat, vt testantur Gelasius Cyzize- Cyziten.
nus lib. 2. Actorum eiusdem Concilij, cap. 18. &
Ioannes Cyparissiota decad. 3. cap. 4. Nec ob Cyparissiot.
hanc causam animus est Patrum eam huius loci repudiare interpretationem, quæ de sapientia increata, præsertim notionali declarat, quin hanc præfero expositionem vt litteræ magis natum, solùm volo & hanc non spernendam constructionem, tum ob magnorum Patrum authoritatem, tum quia antecedentia cum sequentibus non insuauiter combinantur: *Dominus possedit me initio viarum suarum antequam quidquam faceret à principio.* Vias Domini intelligere possumus arcana eius, & abstrusas faciendorum prædefinitiones, iuxta Apostolum ad Rom. cap. 11. vers. 33. *Quàm incomprehensibi-* Rom. 11. 33.
*lia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius!* Quoniam igitur diuinarum prædefinitionum secundùm ordinem intentionis Verbum caro factum primus scopus, propterea de ipso congruè, *Dominus possedit me initio viarum suarum*; Iesus enim ordine

ordine executionis posterior fuit plurimis obiectis creatis, sed in classe decretorum ad seriem intentionis absolutæ & efficacis spectantium dux fuit & primordium: quamobrem benè *Dominus possedit initio viarum suarum antequam quidquam faceret.* At si nihil fecerit, nihil existebat; quod verò non existit, possideri nequeat: quânam igitur loquutionis proprietate, *possedit me?* Sanè id; quod Deus absolutè, & efficaciter intendit vt existat præstituto tempore, non potest omninò non existere: id autem quod infallibiliter exiturum est, de quo ego habeo omnem certitudinem, licèt physicè id non possideam, moraliter & iuxta prudentum existimationem obtinere iudicor; cùm igitur ex eo, quod Deus intenderit absolutè, & simpliciter Christum existere, non possit frustrari Saluatoris existentia, antequam quidquam produceret, & antequam Iesus actu formaretur, iam eum ab æterno possidebat, non physicè quidem, sed moraliter: *possidebat* quoque, hoc est, filium sibi naturalem tunc præordinabat; illa quippè phrasi filium habere Scriptura denotat, vt hæc verba explicans suggerit Epiphanius hæresi 69. iuxta illud

Epiphan.
Gen. 4. 1.

Geneseos c. 4. vers. 1. *Possedi hominem per Deum: nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram*; concepta quidem Sapientia incarnata non reipsa, & actu producta, sed in mente diuina, quatenus præfinita est eius conceptio statuto, & conuenienti tempore, quod verso antecedenti declaratur, *ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret*, ordinatio enim illa per modum intentionis absolutæ de existentia Messiæ æquiualet moraliter existentiæ actuali ipsius, quia hæc ex suppositione decreti prædiffinitiui nequit non esse. Accedit ad huius interpretationis encomium aliarum translationum conspiratio, antiquiores enim versiones eadem insinuant; L X X. Seniores: *Dominus condidit me initium viarum suarum in opera sua*, hoc est, me fundamentum substruxit operibus suis, ob eius honorem illa proditent. Symmachus, *principium viarum ante opificium suum.* Theodotion, *ante opificium eius à tunc & ex tunc ante seculum præparata sum.* Textus Græcus Septuaginta pro *Dominus condidit me*, habet Κύριος ἔκτισέ με; ad quæ respiciens S. Athanasius in Decretis Synodi Nicæni contra hæresim Arianam, non longè à fine; *hic enim* ἔκτισε *intelligendum, non profecit, sed præfecit operibus suis, sed tamen per filium conficiendis*; itaque Christus Dux, & præfectus operum Dei ad extra, quoniam ab ipso decretorum auspicium, & ob ipsum, proptérque eius glorificationem decretum efficax volens Mundi, & omnium creaturarum, quæ extra causas ponendæ erant, existentiam.

25. Hactenus, inquies, expositio non infaustè decurrit, sed restant componenda illa vers. 27.

*Num etiam in gratiam Christi fabricatus.*

*Quando præparabat cælos aderam, quando certa lege, & gyro vallabat abyssos, cum eo eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum*; ista quidem de Sapientia increata notionali facilè intelliguntur, quia per Verbum Dei sempiternum omnia facta sunt, & Verbo Deo cæli firmati sunt: at humanitati Christi quo pacto adscribi valeant? Suggerit quorundam imaginationem

Granado.

Granado 1. parte, tractat. de diuina potentia, disputat. vltima, num. 5. videlicet, Deum eleuasse in mundi exordio humanitatem Christi Domini, vt quamuis non existeret, cooperaretur efficienter tanquam physicum instrumentum rerum creationi; reiectat ipse meritò hoc commentum, tum quia implicat eleuari ad agendum physicè id quod nullum habet esse; tum quia vt fieri possit, non est vnde hauriatur reipsa, & de facto sic contigisse; melius idem resoluit numer. 6. Christi humanitatem ideo cum Deo omnia composuisse in mundi exordio, quatenus finis extitit omnium operum Dei, & ob eius gratiam cuncta fabricata sunt, Deúsque sic eam sibi ineundam proposuerit cùm Mundi opificium aggressus est, vt propter illam singula disposuerit, & produxerit; erat igitur ipsa causa finalis creaturarum, quod nostræ quæstionis potissimus scopus est. Adiungamus his peculiare quidpiam: voluot non pauci etiam tum ab originibus rerum secundam inter diuinas personas corpore ex aëreis subtilitatibus formato humanis quasi tectum lineamentis visibili forma nostram referente naturam contemplandum se exhibuisse; sub hac quidem figura vnà cum Patre & Spiritu sancto de limo confinxisse protoplastum, sed imprimis statuunt non nisi hac cum repræsentatione deambulasse in Paradiso ad auram post meridiem, cum Adamo sermocinatam Genes. cap. 3. vers. 8. quæ insinuari arbitrantur à Iosepho

Ioseph.
Basil.
Nyssen.
Hilarius.

lib. 1. Antiquit. cap. 2. Basilio Homilia 11. Hexaëmeri, Nysseno oratione 2. contra Eunomium. Hilario in Psalm. 118. littera *Ioth*, in illud: *Manus tuæ fecerunt me*, &c. Sed minùs clarè loquuti, quam vt in hanc pertrahi sententiam valeant; eam tamen subindicat Ire-

Irenæus.
Augustin.
Barcepha.

næus lib. 5. contra hæreses, cap. 15. palàm attestatur S. Augustinus lib. 2. de Trinitate, capite 10. & libro contra Adimantum Manichæi discipulum capite 9. Moyses Barcepha Doctorum plurium suæ ætatis opinionem fuisse memorans, parte 1. commentariorum de Paradiso, cap. 28. quam adprobant cogitationem Eugubinus in Cosmopœia ad cap. 1. Ge-

Eugubin.
Caietan.
Fernandez.
Salian.
Boaldue.
Thyræus.

nes. vers. 28. *Ad imaginem, & similitudinem nostram*, &c. Caietanus in cap. 3. Genes. versicul. 10. ibidem Mariana, & Benedictus Fernandez, Salianus tom. 1. Annalium Mundi, die 13. numer. 35. Boaldue in cap. 10. Iob vers. 8. Thyræus de spirituum Apparitionibus cap. 4. numer. 9. & lib. 1. de Apparitione visibili, cap. 3. numer. 8. & quidem omnium ferè adstipulationem pronunciat Maluenda

Maluenda.
Oleaster.

tractatu de Paradiso, cap. 76. ad finem; hinc verò subinfert Hieronymus ab Oleastro, quòd si quidem recipiamus Verbum cum humanitatis similitudine Adamo se spectandum præbuisse, nullum esse inconueniens arbitrari nostræ ab initio mundialis opificij prætulisse repræsentationem naturæ, & imperasse vocaliter, fiat lux, fiat firmamentum, &c. Oleastri verba sunt in expositione litterali cap. 1. Geneseos, in illud: *Dixit Deus, erit lux*, &c. *putarem Dominum Deum in orbis initio assumpsisse humanam effigiem, & ore suo sanctissimo hæc verba protulisse; nam infrà cap. 2. habes, Deum venisse ad auram post meridiem, & vocasse Adam ad iudicium, quæ omnia humanam effigiem cum tunc assumpsisse ostendunt, quod si tunc fatendum est eum*

*humano*

*humano ore locutum, cur non modò?* Hoc iuuare pronunciatum visus Eusebius Cæsariensis lib. 1. historiæ ecclesiasticæ cap. 2. *Quin etiam Magnus ille Moyses istud praeterea docet, mundi effectorem, & architectum omnium rerum Deum Patrem, nulli alij quàm ipsi Christo, diuino scilicet, & primogenito ipsius Verbo, inferiorum naturarum molitionem, constructionémque commisisse*; visus & Augustinus libro citato contra Adimantum cap. 9. *quia ipse filius, qui est Verbum Dei, non solùm nouissimis temporibus cùm in carne apparere dignatus est, sed etiam prius à constitutione Mundi, cui voluit de Patre annunciauit, siue loquendo, siue apparendo, vel per Angelicam aliquam potestatem, vel per quamlibet creaturam.* Si igitur Apparitiones factæ sunt à constitutione mundi, statim ac huius iacta sunt fundamenta, Verbum hominis similitudinem per assumptum corpus exhibuit; quamobrem de Christo exordialem Geneseos sententiam, *in principio*, hoc est, in filio, creauit Deus cælum, & terram, exponunt Concilium Sirmiense sub Liberio Papa anno Christi 357. in confessione fidei. Origenes Hom. 1. in Genesim. Anastasius Sinaita præfatione in Hexaëmeron. Rupertus lib. 1. de glorificatione Trinitatis, & processione Spiritus sancti, cap. 6. Huius igitur iuxta opinionis sensum de Verbo non quidem cum vera humana natura hypostaticè vnita formata virgineo Mariæ in vtero, sed cum assumpto corpore præludiali sanctæ Incarnationis, clausulæ illæ interpretandæ; *quando præparabat cælos, aderam; cùm eo cuncta componens*, &c. Hoc est, quoniam tunc operari Incarnationis gratiam non expediebat, hanc quoad fieri potuit, imitatus sum, humana repræsentaui lineamenta, iisque sub spectabili forma circumuolutus cum Patre & Spiritus sancto ego Verbum eram omnia modulans & componens; sic igitur Christus non tantùm finalis causa productionis rerum, sed etiam in imagine & typo Verbo iam tum accelerante, vt eius similitudinem exprimeret in corpore assumpto.

Euseb. Cæs. — August. — Conc. Sirm. — Origenes. — Sinaita. — Rupert.

26. Pro his etiam non aliena est interpretatio verborum Apostoli ad Coloss. cap. 1. vers. 16. *Primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.* Primogenitus autem dicitur Saluator noster ratione humanitatis, qui vnigenitus appellatur, propter excellentiam diuinitatis, vt eò loci Anselmus monet, tradúntque Cyrillus Alexandrinus, Ammon Episcopus 1. parte Concilij Ephesini, cap. 3. & 4. disertè autem Synodus Toletana vndecima in præfatione: *Hic enim qui ante secula Vnigenitus est vocatus, temporaliter Primogenitus factus est; Vnigenitus propter diuinitatis substantiam, Primogenitus propter assumptam carnis naturam*, ergo Primogenitum nuncupauerit gentium Magister, ob humanam naturam; & benè Primogenitus omnis creaturæ, quia, vt inferiùs subnectit idem, ante omnes extitit, in præuisione nimirum diuinæ mentis, eo quòd primi decreti de existentiis rerum absolutè, & nominatim, obiectum fuit: *omnia per ipsum, & in ipso creata sunt*; quoniam in ipsius honorem, & ob complacentiam in ipso cætera producta fuere; & quidem Deum ità præordinasse facienda iuxta consilium voluntatis suæ ad magnificentiam Christi dilecti sui indicare putes Irenæum lib. 3. contra hæreses cap. 3. initio; *cùm praexisteret saluans, oportebat & quòd saluaretur fieri, vt non in vanum sit saluans*; atquin saluatus est per Christum Angelus qui stetit, ne corrueret; homo, qui cecidit, redintegratus: igitur ante decretum de hominum & Angelorum creatione Christus vt præexistens videbatur. Anastasius Sinaita Procemio Anagogicarum contemplationum in Genesim, asserit, propter Verbi Incarnationem *facta esse omnia, sine qua vana sunt, & inania*, & annectit, *cælum, & terram facta propter Iesum*; Rupertus Abbas lib. 1. de glorificatione Trinitatis, & processione Spiritus sancti, cap. 6. & 8. & lib. 3. cap. 7. inquiens: *quia sicut legimus, vir non nisi propter amorem sobolis coniugem ducit; sic & Deus Pater non nisi propter amorem Verbi sui creaturam Angelicam & creaturam humanam condidit*; idem opinatos ex Iudæorum antiquis præceptoribus Rabbi Ankelos, & Rabbi Hacados memorant eorum productis sententiis Galatinus lib. 7. de arcanis, cap. 2. Canisius lib. 1. de B. Virgine, cap. 2. §. *Hic est*, &c. Conclusionem verò sub terminis scholæ & rigidis propugnant Iacobus Naclantius Clugiensis Episcopus in medulla Scripturæ, seu tractatu de arcanis Christi Præludiorum, cap. 3. sub initio. Catharinus lib. 1. de eximia Christi prædestinatione, post medium, §. *quoniam igitur*, &c. Alphonsus de Mendoça, q. 1. scholastica num. 4. & 9. Franciscus Carthagena tractatu de prædestinatione, & reprobatione Angelorum, præfatione in sextum discursum §. *in tertio signo*, & ipso sexto discursu §. *secundò quia*, &c. Gundisaluus Sanchez Luzero Canonicus Magistralis Granatensis discursu 1. de conceptione B. Virginis, cap. 5. Suarez tom. 1. in 3. part. disput. 5. sect. 2. Fonseca tom. 3. Metaphysicæ, lib. 6. cap. 2. quæst. 6. sect. 1. §. *itaque in hoc*; & sect. 2. assert. 2. Salmeron in epistolam ad Ephesios, cap. 1. disput. 2. §. *ad tertium dubium.* Viegas in Apocalyps. cap. 1. commentario 1. sect. 8. num. 2. Albertinus tom. 1. quæst. 1. Theologica num. 35. Spinellus de B. Virgine, cap. 4. num. 10. Granado in 1. part. tract. de diuina potentia, disput. postrema num. 6. & tractat. 3. de Incarnatione, disput. 1. sect. 3. num. 30. Iustinianus in cap. 1. epistolæ ad Ephesios, vers. 4. num. 2. Hurtado de Mendoça disput. 13. de Incarnat. sect. 15. §. 328. Pintus de Christo Crucifixo, lib. 2. titulo 1. loco 1. num. 11. & loco 2. numero etiam vndecimo. Perlinus Apologia Scholastica pro Conceptione B. Virginis, distinct. 4. cap. 14. num 2. Philippæus tom. 1. in Oseam, ad cap. 1. vers. 6. sect. 3. num. 7.

Coloss. 1. 16 — *Primogenitus, de Saluatore ratione humanitatis.* — Cyrillus. — Ammon. — Irenæus. — Anastas. — Rupert. — Galatin. — Canisius. — Naclant. — Catharin. — Alph. Mend. — Carthag. — Gundisalu. — Suarez. — Fonseca. — Salmeron. — Viegas. — Albertin. — Spinell. — Granado. — Iustinian. — Hurtado. — Pintus. — Perlin. — Philippæus.

Hanc autem ipsam prærogatiuam vt magnæ adscribere Genitrici æstuemus, vnde probaturi simus? videlicet ex cap. 8. Prouerb. vers. 22. *Dominus possedit me initio viarum suarum antequam quidquam faceret à principio; ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret*, &c. Ecclesiastici quoque cap. 24. vers. 5. *Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam; ego feci vt in cælis oriretur lumen indeficiens*, &c. Sed, inquies, huiusmodi Bibliorum sermones non nisi per sensum accommodatitium exponi de B. Virgine; sensus verò accommodatitius non est, quem Spiritus sanctus intendit, proinde ex eo nullum efficax duci argumentum valear. Dicimus his primò, quamuis 27.

Prou. 8. 22 — Eccli. 24. 5

per

per accommodationem tantùm Christi Domini adaptentur Matri, sed cùm id ab Ecclesia fiat ritu pomposo & solenni, in Missarum videlicet, & Breuiarij officiis publicè decantatis, ad suadendam piam de sanctissimæ Virginis inæstimabilibus encomiis opinionem non spernendum pondus habere, vt obseruant Ioannes Eckius tom. 3. sermone de B. Iosepho. Salmeron tom. 3. tract. 5. §. *tertia regula*. Canisius lib. 1. Marialis cap. 11. Petrus Antonius Spinellus de B. Virgine cap. 14. num. 2. Dicimus eisdem secundò, communi amplexata sententia, quam sequimur, de multiplici eiusdem litteræ historico sensu, potuisse Numen ordinare vt recensitis diuinæ paginæ verbis ad litteram significaretur primariò quidem, & altiori dignitatis titulo Christum Dominum præfixum finem operibus Trinitatis ad extra; secundariò autem Virginem immaculatam, vt contendit Alcazar in cap. 12. Apocalyps. notatione 2. §. *atque huiusmodi*: quo pacto dixeris conueniat Deiparæ, *Dominus possedit me initio viarum suarum*, cùm ante ipsam Christus prærordinatus sit? & similem ob causam nequeant *primogenita* vocari ante omnem creaturam? verùm implicantia non est, nam simpliciter, & nulla adiecta limitatione de sapientia Dei, qui est Christus, ea interpretanda sunt; comparatione autem instituta cum puris creaturis Virginem Beatam optimè proloquuntur; nam inter puras vniuersas creaturas ipsa præfinitionum diuinarum scopus princeps, ipsa exordium, ipsa primogenita; ante illam Iesus, & illa propter Iesum, sed extra puras creaturas Iesus; inter has autem Maria vexillifera: ob Iesum autem & Mariam Angelus, homo, omnes rerum species, quibus compaginatur vniuersum; certè Patrum traditio est propter Mariam cuncta nobis à creatore præstita; Germanus Archiepiscopus Constantinopolitanus encomio de zona sanctæ Dei genitricis apud Lippomanum 1. parte historiæ Sanctorum: *Non est numerus tuorum beneficiorum; nullus enim est qui saluus fiat ô sanctissima, nisi per te. Nemo est qui liberetur à malis, nisi per te ô purissima. Nemo est, cui donum concedatur, nisi per te ô castissima. Nemo est cuius misereatur gratia, nisi per te ô honestissima.* Bernardus sermone de Aquæductu in Natiuitate Virginis, non longè à principio; *altiùs ergo intuemini quanto de deuotionis affectu à nobis eam voluit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria, vt proinde si quid spei in nobis, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea nouerimus redundare*; voluit igitur Deus vt Mariæ post filium accepta haberemus non solùm gratiæ dona, verùm & naturæ diuitias, atque ornamenta, voluit autem, quoniam Matrem sibi prælegerat; quamobrem venustè Zacharias Chrysopolitanus ad finem commentariorùm in Euangelia. *Dignum, & omnibus modis conueniens erat, vt omnia subiicerentur sub pedibus eius, quæ omnium genuerat creatorem.* Guarricus Abbas serm. 3. de Assumptione. *Indiuisum habere tecum cupit imperium, cui tecum in carne vna, & in vno spiritu indiuisum fuit pietatis, & vnitatis mysterium.* S. Damascenus orat. 2. in Deiparæ Assumptionem: *Oportebat denique Dei matrem ea, quæ filij erant, possidere, atque ab omnibus rebus conditis vt Dei matrem, & ancillam adorari; quanquam enim semper ita comparatum est, vt hæreditas à parentibus ad filios deuoluatur; nunc tamen, vt eruditi cuiusdam viri verbis vtar, sursum sacrorum fluminum fontes fluunt, etenim filius matri res omnes conditas in seruitutem addixit.* Si enim ob Mariam, eiúsque propter honorem creatura à Deo producta, Mariæ famulatus plusquam titulo obstringitur; rectè S. Bernardus Senensis sermone 3. de nomine Mariæ art. 2. cap. 1. *Maius est enim quòd ipsa sit Mater Dei, quòd sit Domina creaturarum Dei; hoc enim dependet ab illo, sicut ramus à radice sua.*

Eckius. Salm. Canisius. Spinell. Alcazar. German. Bernard. Chrysopol. Guarr. Damascen. Bernard.

28\. Porrò ex complacentia in Virgine Orbem à Numine constructum clarè satis traditum à S. Bernardo serm. 3. super Salue Regina, iuxta principium; *& vt breuiter concludam, de hac, & ob hanc omnis Scriptura facta est, propter hanc totus mundus factus est*; & S. Bonauentura tom. 1. opuscul. in Psalterio B. Virginis, Psalm. 118. *Dispositione tua perseuerat Mundus, quem & Tu cum Deo fundasti ab initio*; huc spectant illa S. Bernardini Senensis sermone de conceptione B. Virginis art. 3. cap. 4. in fine: *Tu ante omnem creaturam in mente Dei præordinata fuisti, vt omnium fœminarum castissima Deum ipsum hominem verum ex tua carne procreares*; & Magnus Albertus super Missus est cap. 184. *Item de ipsa appropriatè legitur, cum ipso eram cuncta componens, & tunc Dominus possedit me initio viarum suarum*, Prouerb. cap. 8. Item Ecclesiastici cap. 24. *Primogenita ante omnem creaturam; ex his omnibus videtur, quòd ipsa sit mater omnium, & prior omnibus, & origo omnium*; eadem ad verbum S. Antoninus de Florentia tom. 4. summæ Theologicæ, tit. 15. cap. 2. ante §. 1. & eodem titulo cap. 14. §. 3. Est quidem prior omnibus, quia ex decretis in puras tendentibus creaturas primi ipsa scopus fuit; est origo omnium non per modum causæ physicæ, & efficientis, sed in genere causæ finalis & motiuæ, & quoniam ob eius gratiam cuncta producta fuere, benè Mater omnium vocatur: quibus loquutionibus cognatas alias exhibent Richardus à S. Laurentio lib. 7. de laudibus B. Mariæ, Gerson tom. 2. serm. de conceptione B. Virginis §. 8. Nicolaus Cusanus lib. 8. exercitationum; quam fuisse sententiam vetustissimorum Rabinorum contendit Galatinus lib. 7. cap. 2. & 4. Sanctam verò Dei genitricem Numen sibi proposuisse finem, cùm vniuersitatem rerum moliri decreuit, existimant Catharinus lib. 1. de eximia Christi prædestinatione, sub initio. Franciscus de Carthagena de prædestinat. & reprobat. Angelorum, & hominum, præfatione in discursum sextum. §. *nec existimandum.* Hurtado de Mendoza de Incarnat. disp. 13. sect. 15. §. 329. Granado in 1. p. tractatu de diuina Potentia, disp. vltima num. 6. Perlinus Apologia scholastica pro concept. Deiparæ, distinct. 4. cap. 14. num. 1. Iulius Cæsar Recupitus tom. 1. in 1. p. lib. 6. q. 38. num. 51. Cornel. Alapide in cap. 24. Ecclesiastici vers. 1. §. *dices quomodo*, &c. Benedictus Fernand. in cap. 1. Genes. sect. 1. num. 1. Spinellus de B. Virgine cap. 14. num. 2. Philippæus tom. 1. in Oseam cap. 1. vers. 6. sect. 4. num. 6. Petrus Binero de sacris priuilegiis Matris Dei, in admonitione speciali ad lectorem.

*Num & in gratiam Virginis.* Bernard. Bonauent. Bernardin. Albert. M. Antonin. *Virgo vnde Mater omniũ dicenda.* Richard. Gerson. Cusan. Galatin. Catharin. Carthag. Hurtado. Granado. Perlin. Recupitus. Alapide. Fernand. Spinell. Philipp.

SECTIO

## Sectio VI.

*Statutis praecedenti sectione non repugnare, Christum venisse passibilem in medicinam peccati: Virgini Beatae promeruisse honorem Matris Dei: Angelis gratiam, & gloriam.*

29. *De aduentu Domini in hunc mundum.* Obstare videntur hucusque traditis graues quaedam Theologorum sententiae, quae sicut in scholis communiores esse à plerisque existimatum est, ita à nobis facile reiici non debeut; tentemus igitur huius accusationis lenire asperitatem. Asserunt ea Patrum & Theologorum frequentissimis dictis constare, non venturum Dei filium hominem factum, nec aliquo extiturum modo spectato praesenti ordine diuinorum consiliorum, nisi Adam peccasset, genúsque vitiasset humanum; sed tam illustris opinio cohaerere nequeat cum iactis à nobis fundamentis; si quidem vulgate illud pronunciatum supponit praeuisum Adae peccatum antequam Saluatoris existentiam Numen decerneret; nos verò tuemur priusquam Deo voluntas fuit, vt Protoplastus formaretur, visam Christi ab eo existentiam, propter quem motus est, vt primum hominem, & reliquas visibiles, & inuisibiles creaturas produceret; his, vt quoad fieri valeat, satisfaciamus, de tam abstruso & difficili argumento nostras qualescumque exhibeamus speculationes. Primò igitur intendit Magnus rerum Pater Deus absolutè Iesum producere actione dependente à solo Deo in ea dispositione corporis, quae apta est vt anima illi vniatur non determinando tunc, an aliquem Mundum creaturus sit, vel aliam vllam creaturam praeter ipsum, determinando tamen quòd si quam rationalem molitetur creaturam, & ad finem supernaturalem eleuaret, non nisi ob Christi merita talia concessurum dona, finísque huius creationis est excellentia vnionis hypostaticae, & reuelatio bonitatis Dei: Iesus ita productus primo animationis instanti gratias cumulatissimas habet Authori Deo, séque illi plenissimè resignat ad quaecomque voluerit: Deus complacens sibi siue in dignitate intrinseca Verbi humana cum natura, seu in actu illo praeclarissimo omnimodae resignationis, ob illius glorificationem decernit Mundum condere, & cùm inter plures Mundorum possibiles ideas quam vellet, possit eligere; decreuit eam rerum seriem formare, in qua luce scientiae conditionatae praeuidebat Adamum lapsurum, & nepotes, quorum caput constitueretur, infecturum; at verò, qua dispositione, & ordine Mundus componendus esset, quando producendus, quibus ornandus rerum speciebus, & cuiuslibet speciei quot essterent indiuidua, in aliud reiicit signum vt statuat, Mundi productione stabilita, & hominis contemplato lapsu, cum Christo deliberat quam praeoptare vitam cupiat aerumnis obnoxiam, an immortalitate securam; aequum enim fuit quemadmodum Dominus Iesus primo animationis instanti Genitori totum se regendum obtulit, hanc Pater recompensaret obedientiam, relinquendo ipsi eius quae placeret vitae electionem: at simul reuelauit vt redintegrandum esset genus humanum, id non nisi per mortem Crucis operandum, acceptat Christus vitam passibilem, & praecepto obstringitur de subeunda nece pro redimendis hominibus: Saluator autem postquam vitae passibilis amator factus est, voluit concipi in vtero Virginis, mammam sugere, caetera infantiae pendere tributa; quare Matrem sibi dari exposcit, & hanc quidem Mariam: impetrat ergo illius existentiam, impetrat vt eligatur in Matrem ipsius ante praeuisa merita, & gratiam, gloriámque condecoram Numinis Genitrici; productae obtinet gratiam, qua Matris Dei tituium, ad quam ante praeuisa merita electa fuerat, meritis consequatur; Mariae definita existentia, eáque Messiae nuncupata Genitrice, ob filij & Matris glorificationem disponitur Mundi opificium, aeuum, locus, numerus procreandorum statuitur, quae ad naturam, quae ad speciales praerogatiuas, quae gratiae & donorum supernaturalium classem nobilissimam spectant, singula determinantur.

Ex hac delineatione signorum, quibus mentis infinitae consilia distribuimus, sequitur quidem Christum absolutè extiturum, quamuis Adam non peccaret, quia ponitur à nobis productus vt dependens à solo Deo antequam de condendo Orbe Numen statuisset, apud quem beatissimè regnare possit, licèt homines nunquam extitissent; verùm neque ex Virgine orietur, nec morti & vulneribus obnoxius in lucem prodiret, nisi vt repararet perditum hominem; quare verum est illud Luc. cap. 19. vers. 10. *Venit enim filius hominis quaerere, & saluum facere, quod perierat*; ad hoc enim descendit, & similis nobis fieri non contempsit; Ioann. cap. 3. vers. 16. *Sic enim Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret*: ad Galat. c. 4. vers. 4. *Misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret* 1. ad Timoth. c. 1. vers. 15. *Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere*; & illud Symboli; *qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est.* Omnia ista satis constant, quemadmodum & illud, quod in benedictione cerei Paschalis canitur: *O inaestimabilis dilectio charitatis, vt seruum redimeres, filium tradidisti. O certè necessarium Adae peccatum, quod Christi morte deletum est. O faelix culpa, quae talem, ac tantum meruit habere Redemptorem?* & veteris hymni cum B. Virgine colloquentis fragmentum: *Non abhorres peccatores, sine quibus nunquam fores tanto digna filio*, quippe à nobis duo statuuntur decreta: vnum, quo intendit Deus absolutè Christi existentiam per actionem, quae ab ipso Deo solùm pendeat, & pro illo signo non resoluit, an esset doloribus morti aduersantibus sit munienda, vel intra sinum Virginis intemeratae formanda per Spiritum sanctum; nec etiam definit an Mundum creaturus sit, aut cuius normae futurus orbis si fortè producatur, & an in Mundum; quem ex possibilibus multis velit eligere, descendere Verbum incarnatum, & connumerari inter habitatores eius, cupiat; itaque signum illud tantùm vendicat vt Christus absolutè existat; postea verò facta electione Mundi illius, in quo anteuidebat per scientiam

30. (right margin, beside "Ex hac delineatione signorum")

Luc. 19. 10 / Ioann. 3. 16 / Gal 4. 4 / 1. Timoth. 1. 15 (right margin)

*P. Sherlogi Antiq. Hebr. Dioptra.*

H

ſcientiam mediam lapſurum Protoplaſtum, ordinat aduentum in mundum hunc, vt naſcatur ex Maria, Crucis perferat ſupplicium: quid igitur Scholaſtici frequentiùs proclamant? ſcilicet ex vi præſentis decreti non venturum Chriſtum in hunc Mundum, non dandum à Patre nobis, non naſciturum de Virgine ſancta, non afficiendum ſupplicio ligni, niſi vt peccato infectam humanam emacularet naturam. Omnia hæc nos etiam deoſculamur, quia aſſerimus, iſtorum nihil Deum antequam cerneret Adæ tranſgreſſionem, ſtatuiſſe, quare allatas ſuperiùs authoritates abſque interpretationis legitimæ tortura, explicamus. Neque opponas Irenæum lib. 5. aduersùs hæreſes, cap. 14. ſub initio. *Si enim non haberet caro ſaluari, noquaquam Verbum Dei caro factum eſſet; & ſi non haberet ſanguis iuſtorum inquiri, nequaquam ſanguinem habuiſſet Dominus;* quo denotat ſermone nullatenus peragendum Incarnationis myſterium, niſi homines redimendi eſſent ex captiuitate, quam tranſgreſſio ſuperinduxit; ſuffragatur B. Athanaſius oratione 3. contra Arianos ad medium, in illud: *Ego ſum lux mundi*, &c. *cùm tamen homo efficitur, tum cauſa ſubſtituitur, cur eum oporteat carnem geſtare; neceſſitas quippe, indigentiaque hominum anterior eſt, quàm illius natiuitas, qua ſublata carnem non induiſſet;* & D. Leo Papa ſermone 3. de Pentecoſte, cap. 2. *Si enim homo ad imaginem, & ſimilitudinem Dei factus in ſuæ honore naturæ manſiſſet, nec Diaboli fraude deceptus à lege ſibi poſita per concupiſcentiam deuiaſſet, creator mundi creatura non fieret;* alios recenſet Patres Vaſquez tom. 1. in 3. parte, diſputat. 10. cap. 2. à num. 56. etenim Irenæo ſcopus eſt illos refutare, qui aliam, quàm paſſibilem carnem Chriſto Domino tribuebant; vnde ſub calcem diſputationis; *memor igitur dilectiſſime, quoniam carne Domini noſtri redemptus es, & ſanguine eius;* ſed caro paſſibilis eſt, quæ vulneratur, & quæ ob fuſum cruorem operatur redemptionem; ſic & memorata oratione S. Athanaſius refert errores circa carnem Chriſti, inquientes, *Dominum ex Maria carnem non habuiſſe, aut mortuum non eſſe, aut hominem reuera non fuiſſe;* quibus oppugnatis loco ſuperiùs recenſito ſubinfert; *pro martyrio igitur, & vt pro nobis mortem ſuſciperet, & vt homines excitaret, Saluator venit, atque illa eſt cauſa aduentus ipſius; reſurrectio alioqui non obtigiſſet, niſi mors fuiſſet; mors porrò quomodo in eo locum habuiſſet, niſi mortale corpus geſtaſſet?* poſtremò & B. Leo vbi ſuprà ſtatim ſubnectit. *neque aut ſempiternus temporalitatem ſubiret, aut æqualis Deo Patri filius Deus, formam ſerui, & ſimilitudinem carnis peccati aſſumeret;* itaque ſi non breuior aliqua ſententia diſiuncta ab aliis conſideretur, ſed meta diſcurſus, inuenientur ſancti Doctores non aliud intendere, quàm quod Scripturæ & Symbola inculcant, videlicet Chriſtum in hunc mundum non venturum, non habiturum matrem, morti obnoxium haud futurum, niſi genus humanum per Adami noxam corruptum fuiſſet; quæ ſingula nos adprobamus; quamobrem emphaticè Auguſtinus concione 2. in Pſalm. 36. in illud, *A Domino greſſus hominis*, &c. *Si tu ô homo non dimitteres Deum, non fieret pro te Deus homo;* non aſſerit ſublato communi delicto Verbum nullo pacto humanæ vinculandum naturæ, *ſed pro te*, (inquit,) *non fieret Deus homo*, id eſt, non veniret cauſa ſalutis humanæ, propter quam de facto è cælis deſcendit.

Irenæus. Athanaſ. Leo PP. Irenæus. Athanaſ. Leo. Auguſtin.

31. Et quidem propoſita à nobis ſententia id habet emolumenti, quod pugnantia in ſpeciem Scripturarum loca conciliat; alibi enim diuinæ litteræ teſtantur de Verbo incarnato, vt perſpeximus, eſſe principium viarum Domini, alibi mortalitatis noſtræ non admiſſurum exuuias, niſi peccato adhibenda eſſet medicina, quæ duo ex noſtris principiis amicitias ineunt. Habet quoque æſtimandam vtilitatem, nempè cum ipſa, non autem cum oppoſitis fundamentis ſuſtineri, poſſe opinionem, quæ propugnat Chriſto Domino largitam à Patre primo animationis inſtanti optionem vitæ gaudioſæ, ſeu impaſſibilis ſimul & eius, quæ morti, atque ærumnis obnoxia exiſtat: & certè nomen in Chriſti eximiam laudem hæc tendit cogitatio? Si enim tot modis ſuam in genus humanam ebullientem illam, & omnibus incendiis maiorem probare dilectionem operosè ſtudebat, quo redamarent viciſſim mortales, an non tum maximè declarauit cum eligendi conceſſa facultate gaudio derelicto crucem præoptauit? & quidem grauiter à Guilielmo Abbate in cap. 6. Canticorum verſ. 2. *Ego dilecto meo*, &c. apud Delrium in mixta interpretatione, obſeruatum eſt, quamuis prima mulier de viri coſta formata eſt Adæ non expoſtulato conſenſu; non tamen in Virginis vtero Chriſtus de Spiritu ſancto conceptus, niſi præmiſſo Deiparæ aſſenſu, videlicet electæ in Dei genitricem hunc deferri honorem, decens erat: *Nempè ad cumulum gloriæ mihi*, (loquitur Virgo Beata,) *quòd non tantùm de me, ſed & à me carnem ſumere dignatus eſt; ſumpſit enim de Adam vnde formauit Euam, ſed non ab Adam, non enim Adam de ſe dedit, quod illi neſcienti, & dormienti detractum eſt; porrò de me neſciente, & non conſentiente carnem ſumere noluit;* igitur & dignum fuerat, vt Chriſti expeteretur conſenſus de vitæ quam mallet norma, quanto maior erat ipſe homo Deus pura creatura, qualis erat mater. Adde ſimilem erga Dei filium carne amictum reuerentiam, cùm vt moreretur pro hominibus, præcepto obſtrictus eſt; eo enim maximo cum ornamento ligatus eſt, nimirum vt quoties placeret, diſpenſationem obtinere poſſet, exſolui igitur fas erat quoties libuit; vnde apud Ioannem cap. 10. verſ. 18. *Quia ego pono animam meam, nemo tollit eam à me, ſed ego ponam eam à meipſo; & poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam; hoc mandatum accepi à Patre meo;* & Matth. cap. 26. verſ. 58. *An putas, quia non poſſum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò pluſquam duodecim legiones Angelorum?* De his fuſiora ſi exquiras, lege à nobis elaborata volumine 2. in Canticum Salomonis, veſtigatione 3. à num. 45. poſtea eandem excolucre ſpartam luculenta diligentia Hurtado de Mendoça de Incarnatione, diſput. 62. ſect. 5. §. 109. & diſput. 77. ſect. 5. ſubſect. 5. Bernal diſput. 52. de Incarnatione, ſect. 2. 3. 5. Petrus VVaddingus diſputatione 9. de Incarnatione, dubit. 5. §. 2. Iam igitur ſi Chriſto facta eſt optio vitæ paſſibilis, vel impaſſibilis, atque vt quam vellet è duabus, eligeret; ergo prima omnium voluntas, quâ Deus habuit vt Chriſtus abſolutè exiſteret, non

Guilielm. Ioann. 10. 18 Matth. 26. 58 Hurtado. Bernal. VVadding.

non erat decretum præscribens Christo determinatè, & signatim vitam passibilem, aut redemptionem generis humani per Crucis vexamenta, nam implicat Deum absolutè & efficaciter velle vt Christus determinatè patiatur, & simul etiam statuere vt eidem omnino liberum sit passionem seu recusare, seu amplecti; igitur non reiectata sententia, quæ Christi Domini fauet encomiis ex facta ei vitæ passibilis, & impassibilis optione, asserendum est, considerandum eundem vt absolutè existentem, antequam ad vitam passioni subiectam determinate missus intelligatur.

32. Alter nodus est; quoniam si Christus esset principium meriti Deiparæ existentiam promerentis, fieret vt principium meriti caderet sub meritum, quod schola passim recusat ob mutuæ causalitatis implicantiam: ostendo autem hoc; nam Christus vt existens fuit posterior B. Virgine, cùm ipsa Verbo incarnato generando dederit vt existeret: Virgo autem fuit posterior merito Christi, nam existentia B. Virginis fuit effectus meritorum Christi; igitur à fortiori ipse Christus fuit posterior talibus meritis, quod enim est causa causæ, est causa causati; sed aliunde etiam Christus fuit principium meriti illius, quia fuit actus elicitus ab ipso, quo Mariæ vt produceretur, & alia ornamenta consequutus est: igitur principium meriti cadebat sub ipsum meritum. Hæc difficultas quoad substantiam eadem est cum illa, quam ventilauimus tom. 2. in Canticum Canticorum, vestigatione 1. à num. 71. & sufficere poterant ad eius solutionem quæ ibi tradidimus de ordine intentionis, & executionis; placet adiungere aliam viam nonnullis ingeniis fortassè magis placituram, quæ quidem eò tendet, vt persuadeat Christum Dominum quatenus promerentem Beatæ Virgini existentiam, honorem Matris Dei, auxilia gratiæ, quibus hunc titulum adepta est, non dependisse ab eadem intemerata Virgine quouis modo, videlicet, nec in genere causæ physicæ, neque moralis: si enim ipse in ratione causæ meritoriæ non dependebat à B. Virgine, sequitur, quòd nec posterior illa fuerit, ac proinde principium meriti non cecidit sub meritum, quoniam si ob titulum aliquem caderet, ideò præcisè, quia Christus cum merito suo esset posterior Virgine, scilicet effectus illius vt causantis in aliquo genere ex præfatis Christum ipsum, contingeret enim, vt cùm Virgo sub meritum caderet, Christus quoque dependens à Virgine, & ea posterior natura, fluens nimirum ab ea tanquam effectus à causa, non possit non cadere sub meritum, quando causa causæ sit etiam causa effectus per se ab illa causari; huius in controuersiæ adminiculum acutè Lugo disputatione 8. de Incarnatione, sectione 7. adstruit, Christum præuisum fuisse tempore Passionis cum suo merito, saltem cum aliquo actu efficaci acceptante ex se mortem à Patre iniunctam, si à Iudæis inferatur, & per hoc meruisse gratiam Progenitoribus & Virgini, & forsitan existentiam ipsius Virginis; superaddit numer. 85. pro tempore Passionis non habuisse Christum dependentiam etiam mediatè à Virgine, nec ab eius influxu, non enim conseruabat Deus tunc eam huma- (Lugo Card.)

nitatem, eo quòd fuisset antea producta, vel concepta in vtero Mariæ, sed independenter ab eius conceptione; imò verisimile est eam conseruationem pro illo tempore fuisse vltra naturæ leges, quia tanta fuit tristitia Christi in horto, vt nisi diuinitus conseruaretur, consumptus fuisset præ animi dolore: cùm ergo Christus ita præuisus non dependeret aliquo modo à B. Virgine, sequitur per consequens, eius merita præuisa pro eo tempore nullo ex titulo dependisse ab existentia, vel gratia Beatæ Virginis; hanc adamauit sententiam Bernal disputatione 17. de Incarnatione, sect. 4. §. 2. numer. 75. inquiens, Christum in primo sui signo prædefinitum esse, & præuisum vt miraculosè viuentem; eò nempè, quòd seu propter defectum alimenti, qualem in deserto habuit, seu propter doloris magnitudinem, qualem in horto, & Cruce pertulit, seu propter summum dolorem, quem ex hominum offensis in Deum continuò sensit, non posset viuere nisi Deo miraculosè concurrente; proinde Christus in hoc signo præfinitus, & præuisus est, existens independenter à causis naturalibus, ideóque independenter à sanctissima Virgine, quæ fusiùs explicat, magisque exornat disputatione 18. sectione 2. §. 1. Verùm in hac opinione desideramus, vt cum ea optio Christo Domino facta vitæ passibilis, seu impassibilis, quam illius Patroni defensant, & quam nos in pretio habemus, combinari valeat, nam si primum signum existentiæ Christi est miraculosa conseruatio eam formaliter ob causam, quoniam vltra naturæ patientiam & vires affligitur; ergo in primo signo non concipitur vt liber & indifferens ad vitam passibilem, aut impassibilem, repugnat enim pro eodem signo actu esse cum doloribus & passione, & esse cum potentia ad vexamenta, & afflictiones, & ad carentiam ipsarum, quemadmodum repugnat esse in actu primo indifferentem ad eliciendum amorem, seu non eliciendum, & habere actualiter amorem. Deinde si primum signum existentiæ Christi est, pro quo cernitur à solo Deo conseruari, & dependere; ergo signum pro quo repræsentatur vt dependens à B. Virgine non erit primum, sed secundum & diuersum non tantùm ratione, sed physicè & realiter, quoniam obiicitur vt pendens à solo Deo grandæuus, vt pendens à Beata Virgine infantulus; ergo Beata Virgo non dat Christo absolutè & simpliciter esse, & ita nec generat ipsum absolutè & simpliciter, nec erit Mater illius absolutè & ore pleno, quia ante ipsam supponitur extra causas, & ipsa tantùm nouam confert actionem, non autem termino donat vt à non esse prodeat ad esse, quia hoc ante ipsius influxum obtinebat beneficio actionis, qua à solo Deo pendebat. Quòd autem illa Dei actio præsupponi debeat semper ad influxum Beatæ Virginis in Christum Dominum, liquet; nam ideo influit Beata Virgo, quia est Mater, ideo autem est Mater, quoniam Christus ei promeruit gratiam, qua dignitatem Matris assequuta est: Christus autem hoc promeruit vt existens cum merito; igitur quòd Christus existat absolutè, debet præsupponi ad hoc vt existat per influxum Virginis; (Bernal.)

igitur B. Virgo non tribuat Christo vt simpliciter, & absolutè existat, sed vt existat tantùm secundùm quid, hoc est, nouam terminet actionem.

33. Herice. Hurtado. Arriaga. Dicendum itaque cum Herice 1. parte, tract. 3. disputatione 29. cap. 4. numer. 44. Hurtado de Mendoça disputatione 28. de Incarnatione, sectione 2. subsectione 6. §. 47. Arriaga in 1. parte, tom. 1. disputatione 37. sectione 5. num. 43. cogitandum esse Saluatorem infantulum in ea magnitudine, cum illis organis, & accidentalem, quæ secundùm naturæ ordinem partus habere consueuit in vtero materno, quando anima infunditur, & corpori satis præparato vnitur; talis enim formatus est author salutis momentaneè ex purissimis Virginis intemeratæ sanguinibus conceptos de Spiritu sancto: Christo igitur Domino hanc ad normam considerato, intelligimus dari actiones duas physicas totales ad sanctam ipsius humanitatem tendentes; vnam prodeuntem adæquatè à solo Deo: alteram à Deo pariter, & à causa secunda, nempè à Beata Virgine tanquam à partiali concausa, & cùm à qualibet harum actionum effectus integrè manare possit, ideò in genere physico vna ab altera nequaquam pendet, sed concomitanter se habet: in genere autem causalitatis moralis datur dependentia vnius ab alia, quia licèt prima, videlicet, quæ à solo Deo proficiscitur, possit esse absque secunda, non tamen secunda absque prima; nam Christus vt existens est causa meritoria, Deum alliciens vt ponatur secunda actio, quo ipse producatur à Virgine, cùm vt sic existens gratiam Virgini impetrat, quo maternitatem promereatur; quare actio per quam Christus existit vt à solo Deo, est conditio sine qua non, vt ponatur actio per quam simul à Deo & Beata Virgine dependet, quoniam nisi sic præuideretur non mereretur Beatæ Virgini auxilia ad hoc vt Mater Dei constitueretur: actio igitur illa est conditio expetita respectu Christi vt causæ meritoriæ impetrantis Mariæ gratiam, vt esset Mater Domini; quamobrem actio solius Dei est prior actione qua Beata Virgo simul influit, non prioritate temporis, & in quo, sed prioritate naturæ, & à quo, cùm sit conditio sine qua non, vt Christus sit in ratione causæ meritoriæ proximè potens, non enim mereretur Virgini vt ab ea progigneretur, nisi præuideretur vt absolutè existens, quod habet simpliciter ex vi actionis, qua à solo Deo pendet; sed perspiciamus qualis istorum decretorum harmonia cum aliis nostris principiis. Primum declaramus id quod potissimum altercamur, nimirum, haud cadere sub meritum ipsius meriti principium, quoniam Christus quatenus promerebatur Virgini gratiam vt esset Mater Dei, non supponebat aliquo modo ipsam Beatam Virginem, nec ab ea pendebat, quia vt existens cum merito, quo Virgini gratiam & auxilia consequutus est ad maternitatem, respiciebat actionem, quæ à Deo per modum causæ adæquatæ & totalis productus est, quæ actio cùm nullum ob titulum cum actione, qua Beata Virgo simul cum Deo influebat, connectebatur, propterea ab ea nihil dependebat: vnde cùm nitentes inferre principium meriti cadere sub meritum, ea fulciantur tantùm ratione, quòd Christus in genere causæ meritoriæ non possit non supponere Beatam Virginem, & ab ea pendere hoc sublato scrupulo, reliqua conciliantur. Secundò ostendimus benè concipi, Christo Domino factam optionem vitæ passibilis, aut gaudiosæ, nec flagitiatibus obnoxiæ, nam pro illo signo, pro quo intelligitur Christus pendens vt à causa adæquata à solo Deo, nihil vetat indifferentem esse, seu ad hanc, seu ad illam normam vitæ ineundam; quare delectu sibi eius oblato quam vellet, ligno suspendium prætulit; acceptatæ verò passionis meritis obtinet Maria vt producatur, quæ Deo præsentatur in ea ætate, qua vigebat cùm ab Angelo salutata est, & gratia donatur, qua consequatur vt Deum hominem generet. Tertiò soluimus non dari aliquod instans reale respectu præuisionis diuinæ, quo cernatur Christus existens independenter à fluxu Virginis Beatæ in ipsum vt dante ei primum esse; quia ponimus comparatione primi instantis, quo infunditur anima Christi, concurrere duas causas totales, Deum solùm vna actione, eundem simul cum Deiparæ per alteram actionem; quamobrem cùm in toto illo instanti reale Christus accipiat simpliciter esse, & prodeat de non esse ad esse, Virgo Beata, quæ est causa sufficiens ad hoc simul cum Deo, cùm de facto influat, dat Christo esse absolutè, & ipsum simpliciter generat, & producit; atque ita in nostra sententia Deipara actiuè concurrens, & physicè influens, non ponit solam nouam actionem, sed nouum terminum, vtpote cuius carentia ante illud instans reale dabatur in rerum natura. Nonnulla, quæ his opponi valeant, enodant Herice, & Hurtado locis sub huius numeri exordio indicatis.

Sed veniamus ad pennigeros illos supercælestes spiritus. Si Christus Dominus eo modo prædefinitus est, vt potuerit Angelis mereri creationem, & existentiam; igitur & iisdem promeruit gratiam, atque gloriam: lucolentè D. Chrysostomus Homilia 4. in cap. 1. ad Colos. *Nam si hoc fuerit probatum, quòd esset ante Angelos*, (Christus nimirum,) *illud quoque simul infertur, quòd quæ erant illorum, ipse faciebat imperans*; scilicet, difficultas omnis est in probando, vt potuerit Christus considerari præexistens ante Angelos; data enim prioritate in existendo, quid obstare valeat, ne gratiam alatis spiritibus vti & hominibus adeptum fuisse sentiamus? Sed nos priorem facimus; ergo & gratiæ, atque gloriæ eorum Authorem statuere debemus: hoc autem repugnare constat, quoniam si Angelorum causa humanis cum indumentis Verbum apparuit; ergo & pro illis mortuus est, morte enim omnia illius merita consummata fuerunt: passioni igitur Saluatoris meritum, quod Angelis profuit, ad scribendum; hoc autem est pro illis occisum fuisse, quod tamen clarè ab Augustino negatur Enchiridij cap. 61. & ab aliis Patribus, quos adducit P. Vasquez tom. 1. in 3. parte, disputatione 49. cap. 3. Deinde si pretio sanguinis Christi gratiam, & beatitudinem consequuti sunt; quamobrem non & immaculati

Marginal notes (right column): 34. (beside "Sed veniamus ad pennigeros illos super-"); Chrysost. (beside "lucolentè D. Chrysostomus Homilia 4. in cap. 1."); Augustin. (beside "clarè ab Augustino"); Vasquez. (beside "P. Vasquez tom. 1.")

immaculati Agni cruore redemptos arbitremur?
quid est enim redimi à Christo, nisi per effu-
sum eius sanguinem liberari à malis? At de su-
pramundanis illis spiritualibus creaturis dici
nequear tedemptos eos fuisse per Christum,
Augustin. nam, vt ex Zozimo Papa conficit Augusti-
nus epistola 157. ad Opratum: *Redemptus dici*
*non potest, nisi qui verè per peccatum fuerit antè*
*captiuus*; sed Angeli, qui steterunt, & quibus
gloriam vnà cum gratia Christus promeruit,
nunquam culpæ iugum admiserunt, non enim
peccauerunt: igitur nec inter redemptos con-
numerandi, nec eorum filius Dei homo factus
appellandus Saluator est. Respondeo, à nobis li-
benter concedi, Angelos non nisi per Christi
merita, & gratiam, qua iustificati sunt, & fœ-
licitatem Sanctorum obtinuisse; quin verò &
hanc ob causam opinione constabilita speciali-
ter oblectatos esse. Nam si tanti passim fit à
Scriptura, & Patribus, quòd Christus origo
censeatur omnium supercæiestium donorum,
quæ in genus humanum profluxerunt ab alto;
cur non & decorum, & spectabile eidem sit, vt
& Angeli debeant quod homines obligat? &
quidem licèt ea, quæ ex sacris litteris, & Do-
ctoribus Ecclesiasticis hunc in scopum profe-
Vasquez. rantur, P. Vasquez nullius, aut medioeris esse
roboris contendat nominata iam disputat. 49.
tom. 1. in 3. part. cap 4. & 5. verùm non minùs
fortia esse, quàm sint ea, quæ pro aduersante
Suarez. placito ab ipsomet congeruntur, ostendit Sua-
rius tom. 1. in 3. part. disput. 42. sect. 1. ea huc
transcribere operæ pretium non est, quoniam
obuia sunt; nobis eum potissimè ob titulum
contradicitur, quia factio opposita irreconcilia-
bile iudicat Christum ante Angelos præuideri
vt existentem, & tamen hominem Dei Verbum
eam ob gratiam factum, vt peccatis moderetur,
& lapsum genus humanam erigeret; quæ duo
cùm nos vinculare laborauerimus, non est quòd
in Vasquelij, & consortium opinione hæreа-
mus; & quanquam negans sententia hoc etiam
sibi laudis vindicat quòd adstipulatores pluri-
mos numeret, sed nostrum etiam placitum co-
pioso graditur agmine, omissis quippè Patri-
bus, quorum inita ratio est ab aliis, defendunt
Valentia. Iacobus de Valentia in illud Psalmi 102. *Be-*
*nedicite Domino omnia opera eius in omni loco do-*
Cusa Card. *minationis eius*, &c. Nicolaus de Cusa Cardina-
lis lib. 8. excitationum, in illud, *Michael &*
Caietan. *Angeli eius*, &c. Caietanus 3. parte, quæst. 7.
Naclant. artic. 11. §. Nota hoc, &c. Naclantius in me-
dulla sacræ Scripturæ, in 3. ætate Mundi, §. 2.
Osuna. Franciscos de Osuna Alphabeti spiritualis par-
Catharin. te 6. cap. 69. Catharinus libro de Angelorum
bonorum gloria, & lapsu malorum, propè fi-
nem §. *quarta sit*, &c. Franciscus Carthagena de
prædestinatione, & reprobatione Angelorum,
& hominum, discursu 6. §. *ad primum*, &c.
Io. Vicent. Ioannes Vincentius relectione de gratia Chri-
Viguer. sti, quæst. 6. dub. 3. conclus. 2. Viguerius insti-
tution. cap. 3. §. 2. vers. 15. & cap. 20. § 1. vers. 4.
Pennot. Pennotus in propugnaculo humanæ libertatis
lib. 6. cap. 4. num. 11. & cap. 29. num. 3. Angelus
Montepil. à Montepiloso tom. 2. 1. part. in Scotum, dispu-
Cabrera. tatione 38. art. 8. num. 10. Cabrera tom. 1. in 3.
part. quæst. 8. art. 4. disputatione vnica. Hie-
De la Rua. ronymus de la Rua tom. 2. variarum, contro-
Machin. uersia 8. scholastica, parte 1. Machin in 1. part.

disputatione 36. sectione 8. sub finem. Suarez Suarez.
tom. 1. in 3. parte, disputatione 41. sectione 1.
Fonseca tom. 3. Metaphys. lib. 6. cap. 2. quæ- Fonsera, & alij.
stione 6. sectione 2. assertione 3. & sectione 3.
§. ad 2. Henriquez lib. 6. qui est tertius de Pœ-
nitentiæ Sacramento, cap. 2. num. 2. litter. F.
& distinctiùs in glossa. Valentia tom. 4. dispu-
tatione 1. quæstione 8. puncto 3. Albertinus
tom. 1. quæstione 1. theologica numer. 35.
Ruizius de Montoia disputatione 57. de præde-
stinatione, sectione 10. Hurtado de Mendoça
de Incarnatione, disputatione 13. sectione 15.
§. 329. Tannerus tom. 4. disputatione 1. quæ-
stione 6. dub. 5. num. 176. Granado in 3. part.
tractat. 14. disputatione 3. num. 8. Spinellus de
B. Virgine, cap. 14. num. 9. Salmeron tom. 13.
disputatione 38. in cap. quintum epistolæ ad
Romanos sub finem §. *& nota*, & disputat. 40. §.
*quare obserua*, &c. Viegas comment. 1. in cap. 1.
Apocalyps. sectione 9. num. 2. à Lapide in cap. 1.
epistolæ ad Ephesios, vers. 22. & in 1. Petri
cap. 3. vers. 22. Adamus Contzen in cap. 15.
Lucæ vers. 7. quæstione 2. Quiros in cap. 1. ad
Colossenses, vers. 20. num. 140. Pintus de Chri-
sto Crucifixo, lib. 3. titulo 2. loco 4. num. 11.
Philippæus tom. 1. in Oseam in cap. 1. vers. 6.
sect. 3. num. 9. & in versum vndecimum, sectio-
ne vnica, num. 11. Morales in cap. 1. Matth.
lib. 4. tractat. 13. num. 24. Antonius Vasconze-
los tom. 1. de Angelo custode, lib. 1. cap. 8. par-
te 4. Iam verò ad ea, quæ opponebantur incon-
uenientia; scilicet imprimis Christum Domi-
num non propter Angelos, sed propter nos ho-
mines, & propter nostram salutem descendisse
in terras, & carnem sumpsisse, de primaria ad-
uentus causa rectè explicant qui nobiscum sen-
tiunt; quemadmodum licèt Matth. capite 15. Matth 15.24
vers. 24. dicat Saluator: *Non sum missus nisi ad*
*oues, quæ perierunt domus Israel*; construendum
est optimorum interpretum declaratione, hoc
est præcipua, & specialis iniuncta destinatione,
iuxta illud Actor. cap. 13. vers. 46. *Vobis opor-* Actor. 13.46.
*tebat primùm loqui Verbum Dei, sed quoniam re-*
*pellitis illud, ecce conuertemur ad Gentes*, &c.
Deinde proponitur, num Christus meritis san-
guinis, & Passionis gratiam Angelis adquisiue-
rit? Respondent Suarez, Carthagena, Hurta-
dus, Montepiloso sufficere alios actus, qui à sta-
tu passibilitatis abstrahunt, quales orationis,
misericordiæ, & charitatis multimodos alij ni-
hil verentur merita passionis Christi ad Ange-
los protendere, vt faciunt Osuna, Viguerius,
Suarez, Fonseca, Tannerus, à Lapide, Sal-
meron, Rua, Pintus; dicunt tamen inde non
sequi, vt dicatur *mortuus* esse pro Angelis, aut
pro iis satisfecisse, aut eos redemisse; quem-
admodum licèt sibimetipsi meruerit glorifica-
tionem corporis, & nominis exaltationem;
non tamen pro semetipso vel satisfecit, vel
mortuus est: postremò, id, quod omnium
difficillimum concessu videbatur, nempe vt
sine limitatione aliqua Angelo *redempti* fuisse
à Christo eum proprietate theologici sermo-
nis dicerentur, concedunt ex suprà nominatis
Episcopus Christopolitanus, Viegas, Morales
Vasconcelos, Salazar de Conceptione B. Vir-
ginis, cap. 24. §. 10. numer. 138. Hurtadus de
Mendoça de Incarnatione, disputatione 13.
sectione 4. subsect. 6. §. 104. Neque Augustinus

contrauenit: nam præter formam Redemptionis, quæ vulgò cognita est, illorum qui seruitutem, vel captiuitatem subierunt, à qua vindicantur; aliam celsioris naturæ Redemptionem, quæ à damnis liberat, quibus vel obnoxij eramus, aut contingere nobis poterant, constituit; quippè in illud Psalmi 85. *eruisti animam ex inferno inferiori*, &c. comparatione ducta à Medici prognostica scientia, *liberatorem* definit; *quoniam*, (ait) *liberasti me ab ægritudine, non in qua iam eram, sed in qua futurus eram*, & lib. 2. confessionum, Deum alloquutus: *Gratiæ tuæ, & misericordiæ tuæ deputo quæcumque te duce non feci mala*; sequutus in hac re Magni Areopagitæ theologiam libro de Diuinis nominibus, cap. 8. §. 9. siue vltimo; *quocirca etiam istiusmodi salus liberatio vocabitur, antequam in malum incidat, in bono firmans*; *præliberatorem* non infestiuo vocabulo appellauit Cardinalis Cusanus lib. 8. exercitationum, in illud, *sicut lilium inter spinas*, &c.

35. Opponas denique: si propter Christum, eiúsque ob merita productionem, & existentiam res omnes naturales sortitæ sunt; igitur donum creationis gratia per Christum est, verúmque fuerit adstruere, Christum venisse non tantùm vt iustificaremur, sed etiam vt essemus, contra memorabile Augustini effatum impugnantis Pelagianos, qui munus creationis gratiam faciebant; ait igitur epistola 105. ad Sixtum scribens non longè à principio: *abiiciatur à Christianorum cordibus hæc fallacia: nam omninò non istam gratiam commendat Apostolus, qua creati sumus, vt homines essemus, sed qua iustificati sumus, vt homines iusti essemus; ista enim est gratia per Iesum Christum Dominum nostrum, etenim Christus non pro nullis vt homines conderentur, sed pro impiis mortuus est vt iustificarentur*. Respondeo, ita esse quemadmodum Augustinus definit, videlicet, Christum non venisse vt conderemur, quasi ad hoc necessarius eius fuerit aduentus, sed vt à peccatis mundaremur; quamuis autem orbis independenter à Christi existentia fabricari potuerit, videns tamen Deus ad incarnati Verbi gloriam conducere, vt propter eius honorem Mundus produceretur, & vniuersitati rerum hoc quoque esse perquam decorum, voluit filio carnem gestanti eius adscribi opificium; taceo vt hæc stabiliam, effectus prædestinationis, qui propriè tales, esse ex Christi meritis, inter quos enumerantur *productio, existentia, substantia* prædestinati, vt habent Suarez lib. 3. de prædestinatione, cap. 7. num. 3. Bañez in 1. part. quæst. 23. art. 2. dubit. 2. & art. 5. post conclus. quintam, §. *ad argumenta Driedonis*, &c. Zumel in eandem quæst. 23. art. 2. disput. vnica, concl. 6. Ioannes Vincentius relect. de gratia Christi, quæst. 6. dub. 1. concl. 5. Dicunt autem benè Augustinum non loquutum esse de creatione prout ordinatur ad finem supernaturalem Beatitudinis, vel vnionis hypostaticæ, sed de ea secundùm se, & intrinsecè spectata; congruit, quod à Suarez obseruatum est lib. 3. de prædestinat. cap. 2. num. 5. meritum Christi non limitari ad mortem, & passionem eius vt tales sunt, sed inueniri etiam in actibus, qui à statu mortali abstrahunt, vt sunt amor, oratio, misericordia, & similes; coniectauit deinde non esse necessarium, vt quicumque prædestinationis effectus tribuantur meritis passionis, aut redemptionis Christi, formaliter loquendo, sed satis esse si alterius generis merito adscribantur; in hanc ergo normam sentiamus Mundi quidem creationem Christi debitam meritis, sed non illis, quæ ad mortem, & passionem spectant. Augustinus verò negat tantùm de meritis in passione fundatis, cùm ait, *Non vt homines conderentur, sed vt iustificarentur, mortuus est*. Denique nihil opus est recurrere ad aliquem Saluatoris actum cum meriti ratione ad hoc, vt propter Christum tanquam finem Deo propositum orbis conditus fuisse intelligatur, sed licèt ipse à Deo non postulauerit vniuersitatis rerum molitionem; Numen ex complacentia in dignitate personali Dei hominis ob illius honorem Mundum confinxerit: Deiparæ autem productio, & aliorum aliquorum existentiæ si quæ naturæ cursum prætergressæ sunt, Christi precibus & meritis adiudicantur.

Augustin. — Suarez. — Bañez. — Zumel. — Vincent. — August.

---

## SECTIO VII.

### *Mundi creaturæ spirituales, & corporeæ, an simul productæ? De opinione tenente Angelos ante Mundum visibilem creatos, quidnam existimandum?*

*Mundi creaturæ spirituales, & corporeæ.*

PErspeximus quem sibi Numen scopum præfixerit, cùm Orbem terrarum fundare decreuit; porrò cùm statuerit Mundum iis venustare creaturis, quæ vel omninò corporatæ essent, vel corpore simul & spiritu coalescerent, quibus homo speciosum, & rationale animal constat; aut quæ materiæ, & concretionis terrenæ nihil admitterent, quales nobilissimæ Angelorum hierarchiæ, indagandum est, num vnà hæc creaturarum distinctio, & varietas prodierit, vel ordinibus illis supra mundialium spirituum honoris veluti priuilegio datum est ob naturæ celsioris fastigium, vt antiquior esset eorum creatio, quàm cæli, terræ, & aliorum elementorum productio? Maiores autem natu ipsos esse Iobus denotat cap. 38. vers. 4. & 7. *Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? cùm me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei*; quibus significatur ante iactam terræ basim conditos Angelos, nam præcinebant opifici laboranti in terræ fundamentis; & apud eundem cap. 40. vers. 14. describentem sub typo Behemoth Ducis Angelorum, Luciferi ortum, *ipse est principium viarum Dei, qui fecit eum*. hoc est, supremus Angelus obiectum primi decreti Numinis de rerum existentiis: non igitur ad cælum, & terram prima volitio de rerum productione terminata est; Apostoli etiam iuuant verba ad Titum cap. 1. vers. 2. *In spem vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur, Deus ante tempora secularia*. Tempora autem secularia interpretanda durationes, quæ fluxerunt, ex quo Mundus corporeus fabricatus est. Si igitur ante has durationes Dei stipulatio de vita æterna ad aliquos facta est, quinam hi esse potuerunt nisi Angeli? neque enim homo priusquam orbis fieret, existebat: ergo Angeli ante mundum corporeum à Deo producti sunt. Accedunt Scripturarum testimoniis multorum, grauissimorúmque Patrum effata: Cassianus enim à nemine fidelium id posse dubitari suppo- 36.

*De Angelis, & eorum productione.* — Iob 38. 4. 7. — Tit. 1. 2. — Cassian.

S. Thom. nit collatiooe 8. cap. 7. & S. Thomas 1. parte,
quæſt. 61. art. 5. ad 1. Græcorum Doctorum con-
cordem fuiſſe ſententiam agnoſcit; io quam &
Latinorom eximios quoſdam declioaſſe oſten-
Suarez. dunt Suarez lib. 5. de Angelis, cap. 3. oum. 7.
Vaſquez. Vaſquez tom. 2. in 1. part. diſputat. 224. cap. 1.
num. 2. quibus adde ex Græcis ſectantem Magni
Philoppon. Baſilij veſtigia Ioannem Philopponum lib. 1. de
creatione mundi, cap. 9. & 10. quem etiam re-
Photius. fert Photius io Bibliotheca, codice 240. & Gre-
Gregorius. gorio Theologo adhærentem Nicetam lib. 2.
Nicet. Theſauri Orthodoxi, cap. 41. & de Latinis Ar-
Arnold. noldum Carnotenſem initio tractatus de opere
ſex dierum. Denique & ratio ſuffragatur: neque
enim aliam potiorem ob cauſam coniectari va-
leamus Moyſem prætermiſſe, vt de Aogelorum
creatione tractatet, quàm cum ſuſceperit Mundi
initia declarate, ad ea, quæ Orbis fabricam præ-
ceſſerunt, diuertere noluerit, cuius generis erant
Angeli: quod enim nonnullis viſum eſt priſco-
rum aliquorum opiniones ſequentibus, tacuiſſe
nimirum idcircò, ne idololatriæ occaſionem ru-
dibus Hebræorum ingeniis præbuiſſe videretur,
ſpeciem veri obtineret, ſi nulla deinceps à Moy-
ſe de Angelis fieret mentio: atquin eorum me-
minit frequenter Pentateuchi libris, Geoeſi
præſertim, & Exodo, vt probè obſeruatom à
Vaſquez. Vaſquez citata nuper diſput. cap. 6. num. 25. & à
Suarez. Suarez lib 1. de opere ſex dierum, cap. 6. nom. 8.
Quemadmodum igitur ex tot locis, quibus An-
geli deſcribuntur, idololatriæ materiam Iudæi
oon hauſerunt; nec etiam hauſiſſeot eo quòd
hiſtoriæ Geneſeos iotroitu Angelorum creatio
delinearetur.

37. Decernimus tamen ioxta Scholaſticorum
communem ſemitam, Angelos neqoaquam ante
hunc mundum corporeum productos fuiſſe:
oam oſtendimus quidem hac ipſa diſſertatione,
ſect. 2. num 11, cap. 1. Geneſ. verſum 1. *In prin-
cipio creauit Deus cælum, & terram*, à Patribus ex-
poni de Mundo facto ſtatim ac tempus cœpit
eſſe, videlicet primo inſtanti veræ, & realis du-
rationis; igitur nullum fuit inſtans reale, & ve-
rum, in quo Angeli prius quam cælum, & terra,
extitiſſent; non igitur ante cælum, & terram
creati fuerunt. Deinde Angeli vt creati fuerint
ante viſibilem mundum, id quidem vel longo
aliqno interueniente ſpatio, vel breui, & com-
pendiario: primum affirmare non conuenit; do-
cet enim vulgata Theologorom opioio inter
creationem Angelorum, & ruinam cadentium
ob ſuperbiam breuem interpoſitam moram;
cùm autem in Tartara ignibus torqueodi deie-
cti ſint: ergo paulò pòſt ipſorum creationem
locus corporeus, qualis infernos, productus
erat; igitur non diu aoteceſſit Mundi fabricam
ſpirituum illorum creatio, ſupereſt igitur, vt
ſi quo modo antiqoiores ſunt aſpectabili orbe,
& rebus materiatis, paulò ſolùm anteà exorti
ſint: qoæ autem vtilitas eſt nonnihil antea quàm
orbis formaretur Angelicam creaſſe naturam?
potiſſimum autem huius ſententiæ robur, &
qoo monentur paſſim Doctores, nititot authori-
tate Concilij Lateranenſis ſub Innocentio III.
cap. 1. *firmiter*, &c. vbi loquens de creatore vni-
uerſi, ait: *qui omnipotente virtute ſimul ab initio*
* *temporis vtramque de nihilo condidit creaturam,*
*ſpiritualem, & corporalem, angelicam videlicet, &*
*mundanam, & deinde humanam*; exprimit igitur,
quemadmodum ſub exordio temporum, ſtatim
nimirum ac res durare cœperunt, Angelica, ac
mundana creatura, videlicet cælum, & terra
producta ſunt, idque *ſimul*, hoc eſt, eodemmet
temporis puncto; non igitur Angeli prius quàm
cælum, & terra, extiterunt.

Sed hinc pullulant graues admodum lites: ſi 83.
eoim Concilium definit ſimul creatos Angelos,
& productum mundum corporatum, igitur coo-
trarium defenſantes poſt Synodi declaratio-
nem, errorem in fide committunt, opponont
ſe enim fidei dogmatibus; & quidem eouſque
progreſſi, vt inter fidei oppoſitos errores nume-
rauerint cogitationem, quæ Angelos ante mun-
dum productos, adſtroit, Fertara commentario Ferrara.
In lib. 2. S. Thomæ contra gentes cap. 83. §. *ſed
circa hoc*, &c. Hieronymus Vielmius de opere Vielm.
ſex dierum lectiooe 7. Alapide in cap. 1. Geneſ. Alapide.
verſ. 1. à quo iudicio ægre excuſantur Molina, Molina.
& Zumel ad quæſtionis 61. primæ partis art. 3. Zumel.
Tam acri verò notæ obſtat benigna cenſura S.
Thomæ. Nam 1. p. quæſt. 61. art. 3. in corpore,
cùm animaduerteret in adoerſantem ſententiam
ex Græcanicæ Eccleſiæ Patribus fulgentiora de-
clinaſſe lumina, ſpeciatim Nazianzenum Gre-
gorium Theologi cognomento perilluſtrem, er-
roris minimè accuſandum monuit, & contra-
riam theſim probabiliorem ſolùm nuncupauit;
quin & opuſculi 15. capite 17. ſuppoſita opi-
nione ſex veros dies orbis creationi tribuente,
hanc concluſionem ſatis probabilem arbitraba-
tor; ei verò non illuxiſſe Concilij Lateranenſis
ſanctionem creditu difficillimum eſt, vtpote in
Conciliorum lectione, ſine qua nemo conſum-
matus Theologus, verſatiſſimo, vt omittam in-
ter eius opuſcula, haberi eo, quod vigeſimum-
tertium eſt, Lateranenſis Synodi præfatam clau-
ſulam cum interpretatione; meliori igitur arbi-
tratu ab errore in fide liberant Canus lib. 5. de Canus.
locis cap. 5. §. *Nomnè igitur*, &c. Baòez, & Ra- Bañez.
phaël Ripa 1. p. quæſt. 61. art. 5. ibidem Valentia Ripa.
punct. 2. Auerſa eadem quæſt. ſect. 2. Suar. lib. 1. Valentia.
de Angelis cap. 3. num. 15. Tanneroi tom. 1. diſ- Auerſa. Suarez.
put. 5. quæſt. 1. dub. 1. num. 21. Franciſcus Ami- Tannerus.
cus de natura Aogelorum diſp. 2. ſect. 15. n. 285. Fr. Amicus.
Yſtella ſcholiis in cap. 1. Geneſ. num. 9. Eſcu- Yſtella.
lante In clypeo Concionatorum lib. 8. cap. 2. §. *ex* Eſculan.
*his*, &c. Ratio illorum, quoniam vt id Conci-
lium docuerit, tamen non ex ioſtituto tractanit,
cum Synodi priocipali ſcopus noo fuerit ea de
materia agere, quam obiter ſolùm tetigit; quæ
autem in Conciliis definiri cenſentur, ea ſuot,
in quæ fertur principaliter, noo quæ tranſcur-
ſim, & incidenter declarat; quemadmodum in
VII. Synodo actione quinta Concilium am-
plexatur ſententiam Ioannis Theſſalonicenſis
de pingendis Angelis, non verò traditam ab eo
cauſam, videlicet, quòd corporei eſſent, vt ex-
pendit Vaſqoez tom. 1. in 3. p. diſput. 103. cap. 5. Vaſq.
oum. 32. Præfati tamen aothores, licèt à iam
graui nota, qualis eſt error io fide, viodicent, de
temeritate nihilomious accuſant duos potiſſi-
mum ob titulos: primò, quamuis Concilij præ-
cipua intentio oon fuerit ſtatuere quid de hac
materia credi oporteret, obiter tamen id præ-
monſtraſſe; at contradicere Œcumenicæ Sy-
nodi tot proceribus omni doctrinarum genere
excultis, nónne audacia, & temeritas fuerit? Se-
cundò, licèt Eccleſiæ definitioni in oihilo repu-

 gnet,

gnet, tamen communi Theologorum iudicio aduersatur; ab ea namque opinione Doctores scholastici vnanimiter, vel saltem vno, alteróve excepto, recedunt; quorum ita conspirantium refragari calculis, temeritas habetur.

39. Ego quidem difficillimè perspicio, vt Concilium de hoc pertractasse argumento statuatur, quam ob causam obiter, & veluti præter scopum id fecisse supponant; quando enim in Conciliorum decretis non interseritur aliquid per modum digressionis, aut pareothesis, vel tanquam historia, aut relatio, quale nihil in capite illo *firmiter*; quamobrem pro sanctionibus non habeantur? aliàs, nimiæ tenebræ occupabant scire cupientes, quando id quod proponitur, definitio est, quando aliud non tam sacrosanctum, vt non malè animaduersum est à Bubalo de Angelis, quæst. 50. art. 1. quæsito 3. difficultate 1. §. 10. Quamobrem in Vasquez transeo opinionem existimantis tom. 2. in 1. part. disputat. 224. cap. 4. num. 18. Synodum de quæstione propositum nihil definiisse; itaque verbis illis: *Deum omnipotente virtute simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidisse creaturam, spiritualem, & corporalem, angelicam videlicet, & mundanam*, non significare Angelos simul duratione cum creatura corpora fuisse creatos, verùm eundem fuisse Deum, & creatorem, à quo inuisibiles pariter & visibiles creaturæ prodierunt; sed quam ob causam hunc fidei articulum stabiliendum censuit Generale illud Concilium cùm Manichæorum vetus deliramentum duo rerum principia confingentium iam Christiani despicerent? Dicam eo libentiùs, quòd ab huius quæstionis examinatoribus oe iosinnatum quidem hactenus perspexerim; Synodus illa OEcumenica sub Innocentio III. celebrata est anno salutis 1215. contra Albigensium, & Almarici hæreses, contra Ioachimi Abbatis quasdam propositiones, pro reformatione morum, & recuperanda Terra sancta, vt edocet notis ad præfatum Concilium Seuerinus Binnius tom. 3. parte 2. pag. 697. sub initiis verò Pontificatus Innocentij in Galliæ Aquitanæ confinibus ad Tholosanum principatum exitialis hæreticorum secta in robur excrescere cœpit, qui à ciuitate Albi, quam nefariis erroribus potissimam Sedem elegeruot, Albienses, siue Albigenses, vt notius habet vocabulum, dicti sunt; horum ioter spurca & abominanda dogmata præcipuum fuit, quod de Manichæorum cloaca hauseruot, quo prædicabant rerum creatores duos existere, bonum, quem animarum opificem adstruebant; malum, à quo formari corpora dicebant. Sic eotuodem temporum scriptor Cæsarius Heisterbachensis ex Cisterciÿ Ordine bistoriarum memorabilium lib. 5. cap. 21. sub initio, quem imitari Sanderus lib. 7. de visibili Monarchia ad annum Christi 1198. Prateolus lib. 1. cap. 23. verbo Albigenses, Petrus Maturus scholiis ad summam historialem S. Antonini parte 3. tit. 19. cap. 1. §. 3. Mariana præfatione ad Lucam Tudensem cootra errores Albigeosium; sed proximè ad oostrum institutum qui eadem ætate vixit Petrus cœnobij vallis Saroensis Monachus ex familia S. Beroardi historiæ Albigensium cap. 2 *primò sciendum, quòd duos constituebant creatores; inuisibilium scilicet, quem vocabant benignum Deum; & visibilium, quem malignum Deum nuncupabant*; pari modo Rogerius de Houeden Anoalium parte posteriori, in Henrico II. anno Christi 1178. titulo, *Epistola Alexandri Papæ, &c. quòd duo Dÿ existerent, alter bonus, & alter malus; bonus, qui inuisibilia tantùm, & ea, quæ mutari, aut corrumpi non possunt, fecisset; malus, qui cælum, terram, hominem, & alia visibilia condidisset*; igitur celeberrimi capitis *firmiter* notata clausula damoari hæresim Manichæorum de nouo suscitatam per Albigenses meritò coniectari valeamus; illis enim ioficiantibus eandem rerum omnium creatorem putandum, & diuinitatem, atque omnipotentiam io plura Numina distraheotibus, ex quibus alterum soli angelicæ naturæ adindicabant; alterum rebus, quæ visa conspiciuntur, quónam conueoientiori modo perstringendus error, quàm asserendo, Deum omnipotenti virtute *simul*, (hoc est, *pariter*,) ab initio temporis vtramque de nihilo condidisse creaturam, spiritualem, & corporalem, angelicam videlicet, & mundanam; scilicet non vnus & alter Deus, à quibus spiritualia, & corporalia, visibilia, & iouisibilia, sed idem & solus à quo vtraque; *simul* itaque ab initio coodidit, id est, vnus fuit amborum opifex, siue pro eodem instanti reali, seu in diuersis produxerit: quemadmodum Ecclesiastici cap. 18. vers. 1. *Qui viuit in æternum, creauit omnia simul.* Non tamen eodem instaoti, sed nec vno die cuncta producta sunt: quid est igitur, creauit omnia *simul*? nempè *pariter*: quanquam non vna die elaborata, sed ab eodem tamen solo creatore; qua phrasi τὸ *simul* nonnunquam diuinis reperiri voluminibus obseruant ibi Iansenius, & à Lapide, speciatim Psalmo 13. vers. 3. & Psalm. 48. vers. 11.

40. Cùm igitur ostenderimus aliam esse Concilij Lateraneosis interpretationem ab ea, quæ simultaneas, hoc est, eiusdem realis instantis productiones Angelorum, & cæli, atque terræ existimat, & quidem Synodum iuxta morem Conciliorum, subnascentes, aut iterum rediuiuas hæreses iugulare, noo ideo sententia probabiliter affirmans ante mundum corporeum Angelos creatos temeraria nuncupanda fuerit, quòd Synodi decretis aduersetur; supcrest igitur ea tantùm ratione accusandam de temeritate, quod Theologorum omoium suffragiis renitatur: verùm & hoc exaggeratè nimis pronunciatur; quænam enim hæc tam vallata coosensio est auersantium theorema de creatis Angelis ante cælum, & elementa? Nonne Theologorum primi duces Augustinus, & Thomas eximendi, quorum alter lib. 11. de ciuitate, cap. 31. liberum cuique relinquit, vt quod velit, ita sentiat in vtramque partem? Alter probabiliorem solùm nominat affirmantem opinionem 1. part. quæst. 61. art. 3. io corpore. Angelici Doctoris ad normam loquitur præstans Theologus, Hugo de S. Victore lib. 1. de Sacramentis, parte 5. cap. 4. Caietanus ad præfatum art. 3. quæstioois 61. Bartholomæus Sibylla in speculo peregrinarum quæstionum, decade 2. cap. 1. quæstiuncula 3. Sixtus Senensis Biblioth. lib. 5. anootat. 5. Ioannes Viguerius Institut. cap. 3. §. 2. versu quinto, in fine; veriorem, & tutiorem sententiam dum tantùm vocant, oppositam absolutè veram, & tutam posse existimari subindicant Pererius lib. 1. in Genesim, num. 197. Ioannes Fernandez Thesauro sacræ Scripturæ, verbo Angelus, n. 3. Salianus tom. 1. Annalium, io Apparatu cap. 7. num. 4. Bolduc tom. 2.

Bubalus. Vasquez. Binnius. Cæs. Heist. Sander. Prateolus. Maturus. Mariana. Petr. Rog. de Houeden. Eccli. 18. Hugo. Caietan. Sibylla. Senensis. Viguer. Perer. Fernand. Salian. Bolduc.

Coquæus. tom. 2. in Iob cap. 38. vers. 7. §. 1. Coquæus ad
cap. 32. libri vndecimi B. Augustini de ciuitate;
opinionem nulli periculo obnoxiam censuit
Puteanus. Ioannes Puteanus in 1. part. quæst. 61. art. 3. con-
clus. 2. nimium tamen est, quod etiam contra-
riæ præferre sententiæ non dubitauerint Augu-
Eugubin. stinus Engubinus tractatu de rebus incorporeis,
& inuisibilibus, qui adiunctus est Cosmopœiæ.
Catharin. Catharinus libro de Angelorum bonorum glo-
Genebrard. ria, & lapsu malorum, conclusione 1. Genebrar-
dus lib. 1. Chronolog. initio primæ Mundi æta-
tis; quamobrem constat nequaquam Theolo-
gos vniuersim post Concilium Lateranense sub
Innocentio III. seuerius aliquod iudicium tu-
lisse contra sententiam defensantem ante Mun-
dum visibilem procreatos Angelos; meritò qui-
dem, cùm aduersùs eam nullum latum sit ana-
thema à Synodo OEcumenica Lateranensi; nul-
la sacrarum litterarum producantur testimonia,
quibus non sufficiens adhibeatur interpretatio;
tot verò & tam insignes nacta sit tutelares ex
Patrum Senatu; quas ob causas iustè probabi-
Vasquez. lem reputant, quibus nos assentimur, Vasquez
Becan. tom. 2. in 1. part. disput. 224. cap. 5. Becanus 1. p.
Mæratius. tract. 3. de Angelis, quæst. 1. conclus. 2. Mæratius
Granado. tractatu etiam de Angelis, disput. 42. Granado
Alarcon. 1. part. quæst. 61. tractatu 10. num. 10. Alarcon
Arriaga. tract. 6. de Angelis, disput. 1. cap. 3. num. 6. Ar-
riaga tom. 2. in 1. part. disput. 1. sect. 3. num. 11.

41. Quando igitur vtramque posse defendi sen-
tentiam statuerimus, id quo pacto fieri valeat,
demonstremus; & quidem meliorem, commu-
nioremque opinionem, & cui principatum de-
ferimus adstruere volens, nimirum Angelos si-
mul duratione cum mundo visibili creatos, ad
locum Iob sectionis huius initio productum;
*cùm me laudarent astra matutina*, vt non aliter,
quàm de Angelis posse construi concedamus, di-
cemus, hos eodem instanti reali, quo conditi
fuere, terra & cælo tum etiam productis, in Nu-
minis laudes prorupisse; si enim Sol eodem quo
producitur instanti, lucem parit, cur Angelus
primo creationis instanti non eliciat actus, qui-
bus Deo encomium pangat? cùm verò ibidem
sub nomine *Behemoth*, Lucifer *principium viarum
Dei* nuncupatur, vt hanc etiam interpretatio-
nem legitimam fateamur, nimirum, sermonem
esse de Lucifero, asserendum est *principij* vocem
ad excellentiam, eo quòd speciosior, & perfe-
ctior aliis spiritibus in natura fuerit, referen-
dam, non ad prioritatem in duratione reali,
aliàs sequeretur hunc Angelorum ducem pro
aliquo reali instanti creatum ante socios, cùm
tamen, vt opinio existat de creatis generatim
Angelis ante cælum & terram, eadem supponere
videatur spiritus ipsos cælestes pro eodem indi-
uisibili reali instanti simul productos. Apostoli
autem locus, *in spem vitæ æternæ, quam promisit qui
non mentitur Deus ante tempora secularia*, intelli-
gendus est veriori significatione de promissione
Dei ante tempora secularia, scilicet priusquam
mundus fieret, & ab æterno in mente diuina se-
cundùm ordines intentionis, & executionis; alij
declarant respectu pollicitationis factæ primis
hominibus sub exordio mundi de conferenda
vita æterna per Mediatoris Christi Incarnatio-
nem, atque mortem; id priusquam opere com-
pletum fuisset, tempora secularia, videlicet, an-
norum non paucæ myriades elapsæ sunt; quod
verò interrogabatur de Angelorum suppressa
mentione per sanctum Moysem Geneseos ini-
tio, id nonnulli inficiantur; nominibus quidem
suis non fuisse indicatos, recipiunt, sed tamen
*cæli, & lucis* vocabulis adumbratos existimant
apud Suarez lib. 1. de opere sex dierum, cap. 6. Suarez.
num. 3. Hanc tamen cogitationem vt allegori-
cam, & à litteræ germano sensu abhorrentem,
repudiant Vasquez tom. 2. in 1. part. disput. 224. Vasquez.
cap. 6. num. 24. Pererius lib. 1. in Genesim, n. 193. Perer.
omisit igitur de inuisibilibus sermonem facere
creaturis, vt Hebræorum se ingeniis adaptaret,
quæ spiritualibus contemplationibus cùm non-
dum pollerent, per narrationes rerum sensibi-
lium erigere tentauit, vt in cognitionem inuisi-
bilium suauiùs proueherentur: ita Chrysosto- Chrysost.
mus Hom. 2. in Genesim. Hieronymus episto- Hieronym.
la 139. ad Cyprianum sub initio. Basilius Homi-
lia 1. in Hexaëmeron, & libro de Spiritu sancto,
cap. 16. iuxta principium. S. Basilij defensor Ioan-
nes Philoponus lib. 1. de creatione Mundi, c. 8. Philopon.
*A Moyse certè de Angelorum ex Deo creatione
nihil omninò dictum est, & hoc meritò: nam mundi
huius corporei duntaxat creationem enarrauit, non
ordinum Angelicorum; hoc enim tantùm opus erat,
vt homines ex rebus aspectabilibus ad Dei cognitio-
nem adduceret*. Iouius autem Monachus in Pho- Iouius.
tij Bibliotheca, Codice 222. lib. 3. num. 19. *Si vi-
sibilia nobis viciniora, atque ad cognoscendum aptio-
ra, quàm inuisibilia sunt, rectè sensibilium tradens or-
tum Moyses, maiora tantisper rudibus tradere ob
inaccessam difficultatem, & quæ multa indigeret in-
structione, omittit.*

Cui autem libuerit, vt probabilem defende- 42.
re sententiam affirmantem ante Mundum cor-
poream Angelis existentiam concessam, respon-
debit ad verba Genes. cap. 1. vers. 1. *In principio
creauit Deus cælum, & terram.* Si de initio tem-
poris, & omnis durationis realis accipiantur,
qua nititur expositione totum argumenti ro-
bur, bene obseruatum à P. Vasquez disput. 224. Vasquez.
in 1. part. cap. 4. num. 19. durationem, siue tem-
pus dupliciter intelligi, nimirum pro interno, &
absoluto, aut pro externo, & relatiuo; internum
significamus entis durationem modalem & in-
trinsecam, qua duraret Angelus Michael, quam-
uis nulla alia creatura existeret, & quia tunc re-
spectu alterius creaturæ nec esset prior, nec po-
sterior, nec coëxistens, idcirco duratio absoluta,
& non relatiua nuncupatur, quoniam actu nul-
lum fundat respectum ad alteram creaturam, sed
tantùm est apta: vt si ponatur aliud ens, sit prior
eo, aut posterior, vel coëxistens, vt eodem instan-
ti duo, aut plures crearentur Angeli; externum
tempus mensuram denotat, cuius regula ex
communi iudicio primum mobile, saltem cor-
poreum, & visibile aliquid designat, quo velut
materiali instrumento tempora, & horum diui-
siones cognoscantur; & quia munus eius regu-
late actu, eam ob titulum relationem imbibit
mensuræ ad mensuratum. Si igitur initium tem-
poris sumatur cum respectu ad externum tem-
pus, & ad primum mobile, quæ est popularis
eius acceptio, & cui sacer historicus rectè se ac-
commodare potuit, cùm intenderet vt homines
id conciperent, quod in more, & consuetudine
ipsis est, tum ritè quod in principio, hoc est, ini-
tio temporis sub hac forma declarati fecerit
Deus cælum, & terram, non verò Angelos, quia
cùm

cùm spiritus illi conditi sunt, non existebat primum mobile, ac proinde nec ipsi creati sunt initio temporis sensibilis, & à primi mobilis regula, & motibus dependentis: tempore autem sub consideratione interim, & propriæ cuiusque rei durationis accepto, sic quidem cœlum & terra non fuere producta initio ex metaphysica nimirum loquutione, quoniam antecessit duratio Angelorum bis prius creatis à Deo: moraliter autem & iuxta communem hominum sermonem, quódque ad scopum vnicè facit ex more loquendi sacræ paginæ, initio temporis fabricata fuisse reputantur, quoniam breue admodum interuallum elapsum est ab Angelorum creatione ad cœli, & terræ productionem; sic Marci cap.10.vers.6. *Ab initio autem creaturæ masculum, & fœminam fecit eos Deus*; cùm tamen homo non primo mundi die, verùm sexto creatus fuerit; & Ioann.cap.8. vers. 44. de Diabolo, *ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit*; nihilominus haud statim ab exordio rerum humani generis ruinam tentauit, sed post formatum Adamum. Quod verò disputatum est, non potuisse Angelos nisi compendiariò ante res corporeas spatio creari, hunc autem nullius apparere vtilitatis, vel momenti; recipimus haudquaquam dici ante elementa formata creatos, quoniam inter creationem ipsorum, & lapsum paucæ & breues interuenere morulæ ex communi Scholasticorum placito: peccati autem meritas statim subiere pœnas in stagnum ignis subtartara detrusi; igitur infernus, & consequenter terræ elementum, ad quod spectat paulò pòst Angelos in lucem productos, constructa sunt: quid autem Numen impulerit, vt nonnihil antequam mundum visibilem conderet, Angelos produceret? ratio firma est ipsius beneplacitum, quod probabiliter ex Scriptura, & Patribus hausimus: quemadmodum orbem vniuersum momento ædificare potuit, sed tamen absoluit diebus, quia voluit: congruentiæ autem sufficit, naturæ Angelicæ ob præstantiam eius hunc deferre voluisse vt maior natu esset, & creaturatum primogenita.

Marc.10.6. — Ioann.8.44.

## Sectio VIII.

### *Quânam anni periodo mundus conditus.*

43. *Mundus qua anni periodo conditus.* DVo sunt quæ hanc controuersiam impeditam faciunt; primum, Solis per Zodiacum decurrentis ordo, sic enim transit, vt simul quibusdam terrarum regionibus pro eiusdem sydetis fuga, vel accessu dominentur æstas, & hyems, & alibi ver incipiat, alibi poma & fructus Autumnus maturet, id quod olim animaduersum à Martiano Capella lib. 8. de nuptiis Philologiæ titulo, *de cursu Solis*, & à Iulio Higino initio lib. 4. de signis cœlestibus. Nunc verò eius rei manifesta experimenta suppeditat nauigatio in vtriusque Solis Indiam, apud quos fructus nascuntur cùm Europæo deficiunt sub climate, & cùm apud nos serenum est, ibi pluuiæ & inundationes, cùm frigora dominantur, apud eos maximi fatigant calores; obseruarunt Clauius in cap.2. Sacrobosci. Conimbricenses 8.Physic. cap.2. quæst.5. art.2. Suarez lib. 2. de opere sex dierum cap.7. num.15. Acosta lib. 2. de natura noui orbis cap.3.4.& 5. ob hanc causam certum Natalis mundi tempus orbe vniuersim comparato haud statui posse, viderunt Iulius Firmicus Marbeseos lib. 3. cap. 1. Ptolemæus lib. 2. Apotelesmatum iuxta Ioannis Pici interpretationem lib. 7. in Astrolog. cap. 6. Secundò, quòd nullæ certæ extiterint leges de annorum incboatu, in quas vel omnium regnorum iocolæ, vel doctiores mundi prouinciæ iurauerint, vt suggerit lib. de die Natali Censorinus c.20. inquiens, *idcirco aliis à sole nouo, id est, à brumali, ab æstiuo solstitio plerisque ab æquinoctio verno, partim ab autumnali æquinoctio, quibusdam ab ortu vergiliarum, nonnullis ab earum occasu, multis à canis exortu incipere annus naturalis videtur*; his cognata Macrobius lib.1.Saturnaliorum cap.12. Simplicius in librum quintum Physicorum Aristotelis, quem sequitur Theodorus Gaza lib. de mensibus cap. 5. Iouianus Pontanus in Vrania. Polydorus lib.2. de inuentoribus rerum cap. 4. Lilius Giraldus libello de annis, & mensibus. Cùm igitur Gentibus vsitatum fuerit pro ea, quam de mundi nascentia opinionem conceperunt, annos auspicari suos; vti nihil stabile constituerant omnium Nationum mortales de anni principio; ita fixum aliquid de tempore, sub quo mundus productus est, nequeat decerni; quamobrem rectè statuunt plerique huius disceptationis examinatores non omnia mundi climata spectanda esse, nec omnium gentium habitatores, cùm de anni periodo disquirimus, in quam orbis Natiuitas incidit, sed Palæstinæ habendam rationem; cùm enim ad Scripturas enucleandas hîc maximè referatur labor, ad Iudaici anni formam imprimis respiciendum est.

Capella. Higinus. — Clauius. Conimbric. Suarez. — Acosta. — Firmicus. — Ptolom. — Censoria. — Macrob. Simplicius. Gaza. Pontanus. — Polydorus. — Giraldus.

Inter duas igitur sententias maximè celebres, quarum altera de verno est tempore, altera pro autumnali decertat; quæ Autumnum prætulit, nititur sequentibus fundamentis; Exod. cap.12.vers.2. intimat Hebræis Moyses: *Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni*; loquitur autem ibi Numen de mense Nisan, qui erat mensis Paschatis incidens in vernam temperiem; præcipit igitur deinceps ab hoc duci annorum exordia, igitur priusquam istud à Deo sanciretur, aliud erat Hebræis anni principium: nam si Iudæi semper à vere annos auspicabantur, quem in scopum Ægyptum deserentibus mandasset Numen à vere computarent annorum natiuitatem? At quænam eis antea origo annorum? nempe septimus mensis *Tisri* dictus, qui nobis September est; ideò de festo Tabernaculorum, seu Scenopegiæ, quod septimo celebrabatur mense Exodi c.23.vers.16. *Solemnitatem quoque in exitum anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro*. Septuaginta etiam, & Chaldæus exitum anni exprimunt; ergo ante septimum mensem finiebatur annus, & nouus cum septimo renascebatur; quam ob causam Exod.cap. 34. vers. 22. de eodem festo: *& solemnitatem quando redeunte anni tempore cuncta conduntur*; sed fruges congregantur, & apothecis recluduntur per autumnum: igitur tum quoque annus iterum redit vt de nouo exoriatur: habemus igitur vetustum anni principium Iudæis fuisse autumnum; nec prorsus deletum sanctione noua Dei, sed eùm olim & sacer, & prophanus annus ab eodem inciperent mense;

44. — Exod.12.2. — Exod.23 16. — Exod.34.22.

post

post hoc Numinis mandatum diuisæ sunt functiones, ciuilis nempè annus ad contractus publicos, & nundinationes deseruiens mansit eodem, quo antea loco; Ecclesiasticus autem festis, & altaribus mancipatus visus est incipere à mense primo, & Veris placida iucunditate, quemadmodum Iosephi Flauij testimonio comprobatur lib. 1. Antiquit. cap. 4. *Moyses autem mensem Nisan, qui est Xanticus primum in suis fastis ordinauit, quòd per hunc Hebræos ex Ægypto eduxisset; eiusdem etiam omnium, quæ ad rem diuinam pertinent, exordium fecit, alioqui quod nundinationes rerum venalium, reliquámque dispensationem anni attinet, nihil de pristino ritu renouauit*; quam Iosephi partitionem duplicis anni plerique diuinarum litterarum expositores, præsertim recentiores admittunt. Neque deest aliquid simile in Romanis fastis; quamuis enim aliæ eorum computationes à mense Ianuario ortum deriuarent, Indictionum verò numeratio, siue à Constantini Magni temporibus harum principium, seu vetustius in tabulis Imperatorum Romanorum à Septembri ducebant exordium, quemadmodum testantur Ambrosius epistola 83. ad Episcopos per Æmiliam constitutos de festo Paschæ, num. 7. Beda de ratione temporum, cap. 46. Chronicon Alexandrinum titulo, Indictiones incipiunt; & latiùs nuperi Scriptores, Onuphrius in lib. 2. fastorum, anno M. L X I I I. Giraldus tractatu de annis, & mensibus. Ioannes Lucidus opusculo de vero die passionis Domini, cap. 7. Baronius tom. 3. anno Christi 312. n. 109. Spondanus in additamento ad eundem annum, num. 14. Petauius fusè tom. 2. de doctrina temporum lib. 11. cap. 39. & 40. ergo tandem si vetustum anni principium apud Iudæos penes Autumnum, id quámnam ob aliam causam, nisi quòd per traditionem maiorum à Protoplasto ad nepotes deriuatam, acceperint hoc sanè tempore conditum fuisse Orbem terrarum à Deo, & idoneum putauerint ab ea periodo annum inchoare, à qua Natalis Mundi incepit.

(Fla uius. Ambros. Beda. Chron. Alex. Onuphrius. Giraldus. Lucidus. Baron. Spondan. Petauius.)

45. Secundò. Annus Sabbaticus, & Iubilæi, de quibus Leuit. cap. 25. vers. 8. & 9. non possunt nisi ab Autumno ortum ducere; quod licèt Abulensis quæst. 8. in dictum caput inficiari visus sit, tamen passim admittitur; docent Burgensis additione 1. ad cap. 12. Exodi, ibidem Pererius disput. 1. & ad Leuitici memoratum locum Cornelius, Lorinus, Bonfretius. Serrarius in cap. 13. Iosue, quæst. 14. dub. 3. & meritò; quippè cùm septimo toto anno terræ requies daretur, & neque serere liceret, neque metere, equidem si initium à vere, & mense primo Nisan, sequeretur non tantùm frugum septimi anni iacturam fieri iuxta legis ordinationem, verùm insuper & sexti, & octaui; sexti quidem, quoniam spica, quæ sementi respondebat sexti anni, & iacta est per Octobrem, cùm non colligi possit vsque ad finem Aprilis, vel principium Maij, nec tum etiam meteretur, quia iam ab Aprili, imò à parte Martij inceperat annus septimus, post quem inchoatum falcem in segetes mittere interdictum erat; octaui quoque, nam cùm annus septimus iuxta oppositam sententiam inciperet à Martio, & duraret in alterum Martium, Octobri, quod erat tempus sementis, nec aratro glebam fodere, nec granum spargere concedebatur; nullis autem seminibus toto anno septimo in terram iactis, nec fruges respondere votis agricolarum poterant anno octauo; euincitur ergo Sabbaticum annum, quemadmodum & Iubilæi non nisi ab Autumno, & Septembri inchoasse; ergo, cùm necessarium sit anni alicuius initium apud Hebræos in Autumni maturitatem, & mensem Tisri, qui est September, transcribere; verisimile est ab ea anni parte numeratum semper anni principium, donec egredientibus Ægyptum Israëlitis facta est mutatio; quòd si is fuit antiquissimus vsus, probabile est fundatum in traditione deriuata ab antiquis Patriarchis, eò quòd Mundus Autumnali tempore à creatore fabricatus sit. Huc etiam facit, quòd diluuium cœperit decimo septimo die mensis secundi, Genes. c. 7. vers. 11. At connaturale erat pluuias increscere hyemis initio, igitur mensis ille secundus anni October erat, quo bruma inchoat; ergo cùm October secundus anni mensis esset, oportet primum fuisse Septembrem; igitur tempore diluuij, & Patriarcharum annus exordiebatur per Autumnum; quòd si horum ætate, certè & ab Orbis conditu; talis verò anni inchoationis alia congruentior ratio assignari nequeat, quàm quòd per id temporis Mundus formatus sit. Adde, quòd poma tum cùm delectabili fructui Eua manus iniecit; Autumnus verò fructibus maturitatem donat. Postremò Orientales generatim consueuisse annum ab Octobri, scilicet quatenus ex dimidio Septembris cum dimidiato Octobri vnus conflatur mensis, inchoare memorat Hieronymus in cap. 1. Ezechielis in illud, *factum est Verbum*, &c. id de Asiæ incolis testantur Simplicius in quintum physicæ auscultationis Aristotelicum: de Ægyptiis multi produnt; nam *Toth*, quem à Mercurio Trimegisto ita dixerunt, & nostro respondet Septembri, anni caput fuisse scribunt Lactantius lib. 1. diuinar. institut. cap. 6. Maximus Martyr in computo ecclesiastico cap. 11. Beda libro de ratione temporum, cap. 9. Rupertus lib. 2. in Exodum cap. 2. Ptolomæus tractatu de inerrantium syderum significatione, num. 34. idem tribuit Isaaco Argyro Monacho, & Aëtio, probátque ex antiquo Græcorum Epigrammate Lilius Giraldus libro de annis, & mensibus, quod Epigramma inueneris in Florilegio Græcorum Epigrammatum, incerto Authore, lib. 1. c. 91. n. 2. Vnde igitur Ægyptij cum Asianis, & toto Oriente id hauserint, nisi ex communicatione cum Iudæis, quibus ea communior fuit opinio, vt docet Lyra in illud cap. 7. Genes. *anno sexcentesimo*, &c. Hebræi autem ex Maiorum traditione acceperant, vt vult Tostatus quæst. 21. in cap. 1. Genesis. Quin etiam ad Occidentem fama cum imitatione perlata est; nam, vt eruditè perspexit Genebrardus lib. 1. Chronologiæ, sub initio, Hetrusci quotannis Idibus Septembris, clauum, qui *Annalis* dicebatur, figebant, vt per eos clauos numerus annorum designaretur; narrator eiusce ritus historiæ Romanæ Pater lib. 7. cap. 3. *Lex vetusta est priscis litteris, verbisque scripta*, (inquit Liuius,) *vt qui Prætor maximus sit, Idibus Septembris clauum pangat*; id verò quem in scopum fieret, statim subindicat: *Volciniis quoque clauos indices numeri annorum fixos in templo Nortia Hetrusca Deæ comparere diligens talium monumentorum Author Cincius affirmat*, rectè *indices numeri annorum* vocauit; vnde Festus Pompeius littera C. *Clauus annalis*, (inquit,)

(Burgens. Perer. Cornel. Lorin. Bonfret. Serrarius. Lactant. Maximus. Beda. Rupert. Ptolom. Giraldus. Lyra. Tostat. Genebr. Liuius. Pompei. *Clauus annalis quis.*)

(inquit,) *appellabatur, qui figebatur in parietibus sacrarum ædium per annos singulos, vt per eos numerus colligeretur annorum*; quo ex ritu Petronij versus Satyric. cap. 95. (Petron.)

*At paries circa palea satiatus inani,*

*Fortuitóque luto clauos numerabat agrestis,*

emendat, *clauos numerabat & annos*, Iacobus Durantius Casselius lib. 1. variarum cap. 5. quæ castigatio Dousæ, Dempstero, & aliis criticis arrisit. Iam vt qui huius sententiæ patroni sunt, declaremus, mundum sub autumno in lucem productum adstruunt Lyra ad cap. 7. Genes. Abulensis ibidem quæst. 9. & antea ad cap. 1. quæst. 22. 1. part. defensotij cap. 14. t. part. cap. 89. Arias Montanus libello de seculis; Bacon apud Ioannem Lucidum lib. 1. de emendatione temporum cap. 2. Picus Mirandulanus lib. 7. in Astrologiam cap. 6. Peretius lib. 1. in Genes. num. 119. Mariana in cap. 15. Exodi vers. 1. Oleaster ibidem; Hannibal Rosellus lib. 5. in Pimandrum Trimegisti, commentario 4. cap. 1. Serrarius in cap. 5. Iosue quæst. 17. Petauius tom. 2. de doctrina temporum lib. 9. c. 6. Alphonsus Maldonatus in Chronico vniuersali tract. 1. num. 35. Antonius Zara in Anatomia ingeniorum sect. 4. memb. 11. Torniellus sexta die Mundi à num. 41. Tena lib. 2. Isagogæ sacræ Scripturæ, difficultate 13. sect. 4. Rhodiginius lib. 1. antiquar. lectionum cap. 9. Lilius Giraldus citans pro eadem Isaacum Monachum, libello de annis, & mensibus; Scaliger lib. 5. de emendatione temporum, titulo, de conditu Mundi, & scholiis in lib. 1. Manilij. Beroaldus chronici lib. 1. cap. 7. Heluicius in theatro historico cap. 2. Prolegomenorum. Adrianus Iunius lib. 3. animaduersionum cap. 8.

(Lyra. Abulens. Arias. Bacon. Picus. Peret. Marian. Oleaster. Rosellus. Serrar. Petauius. Maldon. Zara. Torniell. Tena. Rhodigin. Lilius. Scalig. Beroald. Heluic. Iunius.)

46. Præhabemus tamen oppositam sententiam, quæ edocet, Ver fuisse anni tempus, sub quo Mundus in lucem emersit: probatur ex antiquissima Cæsariensi Synodo Victoris Papæ iussu in Palæstina sub annum 198. celebrata, Theophilo Cæsariensis Ecclesiæ Antistite vices Romani Pontificis gerente, vt memorant Eusebius hist. Ecclesiasticæ lib. 5. c. 22. Nicephorus lib. 4. c. 36. cuius insigne fragmentum Bedæ Venerabili acceptum referre debemus libro de Paschæ celebratione, seu de Æquinoctio vernali ad finem tomi secundi; ex quo auidè transcripserunt Baronius tom. 2. anno Christi 198. num. 2. Binius tom. 1. Conciliot. parte 1. fol. 79. quod paulò emendatius publicauit noster Bucherius sub calcem operis de doctrina temporum; ibi igitur Legatus & Præses Theophilus percunctatur: *quod ergo tempus primum creditis factum in mundo? Episcopi responderunt, Vernum. Theophilus Episcopus dixit: Probate, quod dicitis; & illi responderunt, Scriptum est, germinet terra herbam fœni secundùm genus suum, & lignum fructiferum ferens fructum, hoc enim de veris temporibus accipitur. Theophilus Episcopus dixit, in quo caput Mundi esse creditur? in principio temporis, an in medio, an in fine? Episcopi responderunt, in Æquinoctio, octauo Calendas Aprilis*; probant igitur Synodi illius Hierarchæ ex Genes. cap. 2. vers. 11. *Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum*, ortum Mundi vernæ adscribendum iucunditati, quia tum herbæ, & flores pullulare incipiunt, lætaque, & in varietatem colorum picturata infantia mortales recreant. Oppunas affirmare Caietanum in Genesis cap. 1. relatum versum. Clitouæum ad c. 7. lib. 2. Damasceni de fide Orthodoxa. Vielmium lectione 16. in cap. 1. Genes. Bañez commentario in quæst. 69. 1. part. art. 2. dub. 2. Molinam dispu. 12. & 14. de opere sex dierum. Conimbricenses 8. Physicor. cap. 2. quæst. 3. art. 1. in fine. Tannerum 1. part. disp. 6. quæst. 1. dub. 4. num. 16. miraculosam, & supernaturalem fuisse primam arborum, florum, plantarum, graminum productionem; quippè gleba inarata, & absque proiectis seminibus Dei omnipotentia specialiter concurrente effudit momento vno, quòd spectato rerum ordinario cursu, non nisi spaciosè, & per tædia generari possit, itaquè vix nata, & statim compta prodiit mille luxurians indifferentias florum, herbarum, fructuum. Quando igitur terræ primigenia fœcunditas non nisi ex miraculo, seu in Autumnum, seu in hyemem ipsam asperam referas, germinationes, & virorem, & fructus ex arbore pendentes saluare poteris, nihil enim peregrinam Deo præter naturæ leges operante. Admitto vera hæc esse, nec expectatas sub illis rerum crepundiis ordinarias moras, quamuis tamen cogamur nonnonquam sufficiente stimulante causa ad miracula recurrere, sed tamen hæc ipsa quoad fieri valeat, multiplicanda non sunt: at si in Autumnum Mundi transferamus caput, excrescunt miracula; cogimur enim germinationem Veris in herbas, flores, plantas cum Autumni diuitiis coniungere, duo anni tempora simul conglutinare, quæ euitamus incommoda de Veris amœnitate intelligentes; tum enim obligamur præter herbas, & flores, atque plantaria, quibus Ver superbit arborum solùm fructus quosdam meditari, & ex venustioribus, nam pulchritudinem prima demirata est fœmina: horum autem non paucos Ver submiinistrat, præsertim calidioribus regionibus, itaque in fructuum quorundam versabitur anticipatione miraculi potissima ratio, ac proinde congruentius fuerit Mundi natales Veri, quàm Autumno adiudicare.

(Theophil. Cæsar. Eusebius. Niceph. Baronius. Binius. Theophilus Episc. Clitou. Vielm. Bañez. Molin. Conimbric. Tanner.)

Esto autem locus ille Scripturæ manifestè non vrgeat; præcellit tamen hæc opinio testimoniis Ecclesiasticorum Scriptorum, quibus æquum est deferre sacra non contradicente pagina, quam non repugnare conabimur ostendere: quòd autem huic opinioni Patrum faueant suffragia, Peretius, qui magis ad oppositum declinat, agnoscit lib. 1. in Genes. num. 119. adstruit quippè, haud Astrologorum solùm, & Betarum esse, sed omnium Scriptorum ecclesiasticorum, & Theologorum consensu firmari: & quidem præter nuncupatæ Synodi Cæsariensis Doctores, tradidere Cyrillus Ierosolymitanus catechesi 14 Leo Papa sermone 9. de passione, cap. 3. Ambrosius lib. 1. Hexaëmeri cap. 4. Author quæstionum ex nouo, & veteri Testamento inter opera Augustini, quæst. 55. & 106. Athanasius in quæstionibus ad Antiochum, quæst. 54. Theodoretus quæst. 72. in Exodum. Damascenus lib. 2. de fide Orthodoxa, cap. 7. Quintus Iulius Hilarion libello de Mundi duratione, non longè à principio. Gaudentius Brixiensis tractatu 1. in Exodum, iuxta principium. Aponius in illud Canticor. cap. 2. *Exurge, propera amica mea*, &c. Beda de ratione temporum, cap. 4. & 28. & initio libelli de sex ætatibus Mundi, quem sequuntur exordio suorum Chronicorum Addo Viennensia, 47.

(Peret. Cyrillus. Leo PP. Ambros. Athanas. Theodoret. Damascen. Hilar. Gaudent. Apon. Beda. Addo.)

Scotus. sis, Marianus Scotus, Hermannus Contractus;
Contract. idem sentiunt Rabanus Maurus libr. s. com-
Raban. mentariorum in Exodum cap. 23. & libr. 2.
Hariger. in Numeros cap. 1. Harigerus Abbas Lobiensis, quem ex manuscripto Codice allegat Bucherius de doctrina temporum, tractatu de
Gloss. ord. Paschali Iudæorum Cyclo, pag. 346. Glossa
Interlin. ordinaria in cap. 12. Exod. vers. 1. Interlinearis in Genes. cap. 35. in illud: egressus autem
Cretens. inde, venit verno tempore, &c. Elias Cretensis in orationem 1. Nazianzeni numer. 35.
Nicet. &c. Nicetas in eiusdem Theologi orationem 42. num. 27. Honorius Augustudunensis libr. 2. de imagine Mundi, cap. 100. Comestor in Genesim cap. 5. qui ait Ecclesiam sic dogmatizare. Hugo Cardinalis in cap. 1. Genes. vers. 12. Thomas Anglicus ibidem. Vincentius Bellouac. in speculo naturali, lib. 2. cap. 30. Porrò quamuis Nicolaus de Lyra ad cap. 7. Genes. in illud, *anno sexcentesimo*, &c. docens inter Hebræos à Rabbi Iosue, & eius discipulis traditam sententiam de Mondo in verna tempore creato, suggerat de contraria opinione fuisse communiorem inter Iudæos, id satis fir-
Nicetas. mum haud apparet, quippè Nicetas Gregorij Nazianzeni Scholiastes denotat, ex occulta & seruata Maiorum doctrina Hebræorum animis insedisse non nisi ad vernum Æquinoctiom creatum Orbem, sic enim ad orationis 42. numernm 27. inquit; *arcanus enim hic apud Hebræos sermo est, hoc tempus esse, quo Deus vniuersarum rerum molem condidit, vernum porrò hoc tempus est, quo terra quoque her-*
De Conchis. *bas profert*; Guilielmus de Conchis apud Vincentium speculi naturalis, lib. 5. cap. 30. asserir Hebræorum etiam fuisse mentem, à quibus tanquam certioribus testibus fortasse ad alias Nationes manauit; hue enim respexisse Maronis Cothurnum cum Georgicorum 2. vers. 335. seqnentia modulatus est.

*Non alios prima crescentis origine mundi*
*Illuxisse dies, aliúmve habuisse tenorem*
*Crediderim, Ver illud erat, Ver magnus habebat*
*Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.*

Non tantùm eò loci Seruios, & noster Cerda nota 26. putarunt, sed etiam plerique recentiorum, quos mox pro nostro effato producemus; quos etiam ad Virgilianos alludere ver-
Griall. & alij. sus S. Isidorum Hispalensem Ioannes Griallus eius Scholiastes arbitratur, dum lib. 5. originum cap. 35. inquit; *Veteres post mundum factum Solis cursum internos diuisisse menses, quorum primus Ver nouum dicebatur*: qui *veteres post mundum factum*, nisi antiquissimi omnium terræ habitatores? Hi igitut à vere annum inchoabant, videlicet, quoniam, vt Maro canebat, *Ver illud erat, Ver magnus habebat Orbis*, quando conditus est: atque hæc de priscorum authoritate; iuniorom etiam densa fauet manus, summa Anglicana Astrologiæ iudicialis Ioannis Eschuidi tractatu 1. distinct. 1. cap. 1. Guilielmos Pipinius in capite 1. Genes. clausula 8. dubitat. 5. Caietanus in cap. 1. Genes. vers. 5. & in cap. 12. Exod. vers. 1. Genebrardus Chronologiæ lib. 1. sub initio; & in cap. 1. Genes. vers. 1. interpretes Catherinus, Delrius, Alapide, Bomfregius, Marzilla, Benedictus Fernandez, Hector

Pintus in cap. 1. Ezechielis vers. 1. Adrichomius initio Chronologiæ, anno 1. Mundi. Clitouæus ad cap. 2. lib. 2. Sancti Damasceni de fide Orthodoxa, Rua tom. 1. variarum, controuers. 4. positiua, titulo, de anno, & titulo, de festis & ieiuniis. Escalante in Clypeo concionatorum, lib. 8. cap. 12. in fine. Bañez in commentario, art. 2. quæstione 69. primæ partis, dubitat. 3. Suarez lib. 1. de opere sex dierum, cap. 7. numer. 17. Conimbricenses 8. Physicor. cap. 2. quæstione 3. artic. 2. Molina de opere sex dierum, disputat. 14. Valentia 1. part. disputat. 5. quæstione 3. puncto 3. Granado de opere sex dierum, tractat. 2. disputat. 5. num. 3. Tannerus disputatione 6. quæst. 1. dub. 4. num. 26. Hurtado disputat. 3. de cælo, sect. 6. §. 54. Sanchez in cap. 1. Zachariæ num. 4. Solianus tom. 1. Annalium, in Apparatu cap. 4. num. 6. Henricus Philippi in examine Chronologiæ veteris Testamenti, quæst. 1. in cap. 1. Genes. numer. 15. Tirinus sacri Chronici, cap. 5. Spondanus in Annalibus sacris, die Mundi 6. nnm. 31. Ioannes Lucidus lib. 1. de emendatione temporum, cap. 1. Clauius ad cap. 2. Sacrobosci, pag. 265. Franciscus Iunctinus in idem Sacrobosci caput, pag. 664. §. circa hanc positionem, &c. Iostus Lipsius Physiologiæ Stoicorum lib. 2. dissertatione 9.

Pergamus ad eneruanda oppositæ sententiæ 48.
fulcimenta; quod igitur depromebatur ex capite 12. Exodi vers. 2. *Mensis iste primus in mensibus anni*, &c. non significat iuxta quorundam expositionem mutari priscum ordinem mensibus, sed indicat, vt qui hactenus numeratiuè solùm, & Arithmetica computatione primus erat, idem in posterum sit etiam dignitatis & præstantiæ quadam nubilitate primus ob festum Paschale, & memoriam vindicatæ
libertatis; quo more visus declarare S. Nazian- Nazianzen.
zenus oratione 42. & amplexati sunt ad cap. 15. & alij.
Exod. vers. 2. Oleaster, Marzilla, Leonardus Marius: sed litteræ congruit magis; Hebræis ex doctrina Patriarcharum ab Adamo deriuata Ver fuisse anni principium vsque ad commorationem in Ægypto: hic autem dimisso veteri computo Regionis se vsibus accommodasse, & à Septembri more Ægyptiorum tempora dinumerasse, quem repudiare morem cùm Ægyptiorum liberauit iugo, & ad prisca redire exordia fecit, Numen imperauit, ita ex nuper recensitis Authoribus Ioannes Lucidus, Sanctius, Clauius, Bomfrerius, Tirinus. Nec sanè mirandum cùm Religionis Sacramento non obstringerentur Iudæi antequam in Ægyptum descenderent, vt annum à Veris clementia auspicarentur, quòd Ægyptiorum ritibus cederent, cùm ad tabulas contractuum, aliaque instrumenta lucro deseruitura, quod diligenter procurabant Hebræi, id multò aptius fuerit: quanquam vt præbeamus etiam tum ob Calendaria & festa Israëlitis interdictum ne ab alio, quàm verno tempore annum exordirentur, tamen non adeò scrupulosos fuisse vt piarum ceremoniarum rationem haberent coniectari valeamus, cùm & in tantum Ægyptiorum institutis indulserint, vt eorum non leuis portio veri Numinis spreta adoratione ludibria Ægyptiacæ idololatriæ coluerint, quemadmodum perspicuum est ex

Iosue 24.14. Iosue cap. 24. vers. 14. *& auferte Deos, quibus seruierunt Patres vestri in Mesopotamia, & Ægypto*; consulendi eum in locum Tostatus quæstione 10. Sertarius quæstione 2. Quod etiam suggillat Ezechiel cap. 23. vers. 2. *&* Ezech.23.2. *fornicatæ sunt in Ægypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt*, ex interpretatione Hieronymi, Rabani, Theodoreti, Glossæ interlinearis, Lyræ, Hugonis Carensis, Carthusiani, Pinti, Sanctij, Pradi, Abulensis quæstione 7. in cap. 1. Exodi. Saliani tom. 1. anno Mundi 2451. numer. 3. Sicut ergo postquam Ægyptum reliquerunt, sæpè Numen mandauerat, ne Deos alienos colerent, sed morem veræ religionis haustam à Patribus obseruarent; ita deserentibus eandem prouinciam intimauit, vt antiquum vsum computandorum à vere annorum renouarent. Num verò post discessionem ex Ægypto id obseruatum, quod Iosephus libro 1. Antiquit. cap. 4. refert, & multis persuasit, nempè duplicis anni reteotam formam, vt alius, qui sacer diceretur, à vere inciperet, & festis tantùm ministraret; alius, humanus, & vulgaris ab Autumno duceret exordium, & profanis, atque ciuilibus quibusque negotiis deseruiret, nostri haud multùm interest institutum; contendimus namque, quando Numen præcepit mensem Nisan primum censeri in mensibus anni non esse intelligendum, vt aliud anno principium assignauerit, quin quod ab exordio Mundi habuerit, & quo vsi fuere Iudæi antequam Ægyptum intrassent. Hoc autem æquè verum seu bina anni facies postea instituta fuerit, seu tale nihil contigerit. Nihilominus si quod sentiam pronunciandum sit, cùm sanè rebus multis quæ humanæ & ciuiles erant, mensium anni ecclesiastici nomina accommodarentur, vt pluribus congestis exemplis demonstrat Ribera in cap. 2. Haggæi à numer. 5. existimandum est, non duas fuisse anni partitiones, nempè vt diuersam anni methodum contractus, nundinationes, bella, nuptiæ, & eiuscemodi alia postularent, alteram festorum religio vindicarent, sed eorundem mensium, eiusdémque anni computo, tam quæ ad seculum, quàm quæ ad Sacerdotium spectarent, comprehensa; qua in sententia præter Riberam fuerunt Sanchez cap. 1. Zachariæ num. 4. Castro in cap. 2. Haggæi num. 3. ad finem; & adsignificasse visus Chaldæus Paraphrastes ad lib. 3. Regum cap. 8. vers. 2. ibi quidem Latina vulgata editio; *Conuenerúntque ad Regem Salomonem vniuersus Israel in mense Ethanim in solenni die*; statimque subnectit, *ipse est mensis septimus*; quam etiam clausulam habent Septuaginta in Complutensibus, & regiis Bibliis, quamuis non in Romana versione Sixti V. verùm & in hac etiam sic exprimitur 2. Paralip. cap. 5. vers. 2. *& conuenerunt ad Regem vniuersus Israel in festiuitate, ἑορ- ἡ αὕτη ὁ μὴν ὁ ἕβδομος, hic est mensis septimus*. Pagninus, & Vatablus exponunt, *in mense Septembri*. Sed exhibeamus elucidationem Chaldaicæ translationis; *& congregati sunt ad Regem Salomonem omnes homines Israel, in mense, quem veteres vocabant mensem primum, in festiuitate; & nunc ipse est mensis septimus*. Sed quando antiquitùs primus dicebatur mensis? nempè, ante Exodum, seu discessum Hebræorum ex

Ribera.

Sanchez.

Chaldæus.

2. Paralip. 5. 2.

Ægypto; sed postquam Ægyptum deseruerunt, simul formam anni Ægyptiorum inchoantium à Septembri reiecerunt, & deinceps quoad sacra, & profana annos ab exordio Veris, non ab Autumno computabant, & abinde September, qui primus erat mensis, in septimum transiit.

Quod autem Exodi cap. 23. vers. 16. describitur festum Scenopegiæ, seu Tabernaculorum solennitas celebranda *in exitu anni, quando congregantur fruges*; idémque rursus insinuatur cap. 34. vers. 22. Respondeo. *Anni* vocabulum lata significatione accipi, quòd sub id tempus, laboris qui in semente, annali exacto spatio, consumptus fuerat, fructus cum lætitia colligerentur: & quando cap. 34. Exodi vers. 22. scribitur, *Solemnitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum messis tuæ triticeæ, & solemnitatem quando redeunte anni tempore cuncta conduntur*, &c. Anni quendam circulum denotat cùm Orbe completo à semente ad frugum collectionem regressio fit, quò Dauidis carmen trahas Psalmo 64. vers. 12. *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate, pinguescent speciosa deserti*, &c. itaque quoddam initium, ruralibus præsettim anni à tempore sementis, quibus & finis sub vindemiam; strictè autem, & cum rigida mensium enumeratione nun nisi à verno tempore annorum inchoatio; nam vbi Scriptura distinctiùs, & sigillatim festum Tabernaculorum, à quo huius obiectionis vis desumpta est, explicat Leuit. cap. 23. vers. 31. inquit: *A quintodecimo die mensis huius septimi erunt feriæ Tabernaculorum septem diebus Domino*; quamobrem si annus exordiebatur à Septembri, die quintodecimò mensis primi, Septuaginta etiam, Exodi capite 34. vers. 22. vbi Vulgatus transfert, *quando redeunte anni tempore cuncta conduntur*, ipsi habent, *& solemnitatem collectionis mediante anno*; nempè, quoniam auspicabatur annus à Martio, nascente Septembri dimidium illius transierat; fortasse etiam, quòd *Anni* vocabulum tempori sementis, & frugum collectioni applicaretur, in causa erant annus Sabbathicus, & Iubilæi; hos enim propter rationes initio huius capitis exhibitas libenter concedimus orditi consueuisse per Autumnum; sed non sunt hi anni tam magni, vtpote altero septem annorum, altero quinquaginta, de quibus altercamur, verùm de visuali à Solis & Lunæ cursu desumpto, cuius principium non Autumno, sed Veri adscribimus. Illud autem argumentum, quod à generalis Diluuij inundationibus formatum est, quippe debere nos in hyemem traducere, quod horrisonis imbribus aptior reliquis anni temporibus sit, non magni roboris est; nam, vt ad huius quæstionis ingressum obseruauimus, cùm in vno Mundi climate Fauonij spirant, & Veris recreat placidissima malacia, in opposito bruma frigoribus, pluuia sæuit, ventorum indomitis motibus omnia concutit, & sternit; ergo necessarium est concedere alicubi imbres Veris iocunditatem perturbasse, non enim Cataclysmus ille nationalis tantùm erat, & vnius partis terrarum, sed generalis, & OEcumenicus; quare alibi pluitum est per æstatem, alibi Vere, alicubi per Autumnum, & nonnullis prouinciis

49.

Τὸ Annus latè sumptus quid.

Exod.34.22.

Psalm.64.12.

Leuit.23.31.

uinciis hyeme. Adde, quamuis præbeamus vbique regnasse brumam, aliásque naturales causas imbribus opitulatas; tamen aquarum tam immanem copiam haud solius naturæ fuisse partum, sed Deum supernaturali virtute concurrisse in punitioenem humani generis non contemnendis rationibus, ostendit Pereira lib. 12. in Genes. ad cap. 7. vers. 19. disputatione 12. numer. 60. Quòd si hyemis effectus mundi submersio non statuatur, sed extraordinarij concursus diuinæ omnipotentiæ, nihil interest hyemem, an æstatem meditemur: sin verò asseras congruentius fuisse, vt quoad fieri possit, Deus naturalium causarum auxilium non respuerit, ac proinde brumam potius, quàm Veris serenitatem à qua pluuiæ augerentur, elegerit; Respondeo, hac anteponendam congruentia, scelerum vindictam ex eo quo afficiebantur dolore peccatores cùm interturbari sibi voluptates suas iucundissimas, ad quas verna hilaritas inuitat, perspicerent, cùm segetum, & prouentuum sibi spem abreptam intuerentur; postremò, insolita pluuiæ copia, & temporibus non assuetis mortales nisi omnino stupidi fuissent, commonefacere debuit, iratum Numen generi humano, qui eo tempore immaniter plueret, quando iuxta naturæ cursum imbres cessare debuissent; quare oportebat fletu & supplicationibus placare commotam sceleribus diuinitatem, vt expendunt S. Ambrosius lib. de Noë, & arca, cap. 13. & 14. Rupertus lib. 4. commentariorum in Genesim, cap. 25.

(Margin: Pereira. — Ambros. Rupert.)

50. Præfatæ duæ opiniones sunt, quarum vnam, vel alteram Scriptores passim sectantur, ab vtraque recedere non magno equidem fundamento placuit Gerardo Mercatori, nec veritus est Scripturam simul & Patres contrarios habere, quorum testimonia aliquam ex declaratis sententiis muniant solùm: is verò sub initio Chronologiæ suæ statuit Mundi natalem neque ad Martium, neque ad Septembrem referendum, sed ad Iulium, mediámque æstatem; idcircò videlicet, quòd Genes. cap. 8. vers. 11. Columba secundò emissa *venit ad vesperam portans ramum oliuæ virentibus foliis*; id verò, quemadmodum ex eiusdem versu quinto, & sexto elicitur, contigit decimo septimo die vndecimi mensis, scilicet nouem mensibus post diluuij initium ex collatione, cap. 7. Genes. vers. 11. Iam verò olea per Maium germinat, & viret, teste Plinio lib... cap. 25. Sed à Iulio ad Maium vndecim interiacent menses; igitur principium anni in Iulio fuit, alioqui saluari nequeat, quomodo olea virescere potuerit vndecimo mense, scilicet per Maium, nam si ab alio mense inchoabat annus, oleæ germinationi naturale designari tempus non poterit; quare ad miraculum recurrere opus erit, quod excusandum quoties naturæ adscribi effecta poterunt. Adde, quòd sub Leone, aut Canicula, quæ Iulium non extrudunt, mundum productum fuisse Ægyptij tenuerint, testibus Solino cap. 32. alias 45. Censorino de die natali, cap. 18. Macrobio lib. 1. in somnium Scipionis, cap. 21. Cæterùm huius sententiæ debile est fulcrum; nam oleæ folia semper virent etiam hyeme pluuiosa, & rigidissima, vt docet Plinius lib. 16. cap. 20. & videmus quotidie, quæ fuit causa, vt etiam sub aquis inuentam conseruaret, vti sentiunt D. Ambrosius de Noë & arca, capit. 19. Chrysostomus Homilia 26. in Genesim, quibus adhærent Pererius, Delrius, Alapide; equidem Ambrosius de nouo productum ramusculum indicat, supernaturali tamen virtute Deo maturante naturam in gratiam viri iusti Noë. Sanè, quòd creator sicut in exordio productionis rerum propter Adamum generis humani fundamentum dona terræ anticipauit, sic ob reparatorem submersi Orbis Noacum naturæ molimina & tarditatem iuuerit, vt arbores citiùs maturescerent in germina, inconueniens non est; necessarium tamen non est ad extraordinarius diuini concursus recurrere conatus, præsertim cùm in Orientalibus regionibus, & multò magis vbi fœcundior, & beatior gleba est, præcocia omnia consueuere esse; quamobrem, cùm vndecimus mensis inciderit in partem Februarij, insolens non est vt dicatur oliua festinè germinasse sub illo tractatu, & surculum illum noui Veris fuisse partum, vt non malè coniectantur Salianus tom. 1. anno Mundi 1656. num. 33. Bomfrerius ad cap. 8. Genes. vers. 11. Ægyptiorum mos de anni per Iulium exordio parui momenti; testes etiam produximus grauiores num. 43. qui Ægyptios à Septembri annos inchoare docerent; non certam aliquam fuisse eis regulam, sed modò citiùs, modò tardiùs annum auspicatos ostendit Fredericus Bonauentura annotationibus in librum Ptolomæi de inerrantibus sydetibus, num. 45.

(Margin: Plinius. — Solin. Censorin. Macrob. — Plin. — Ambros. Chrysost. — Salian. Bomfret. — Bonauent.)

---

## SECTIO IX.

### *An sex dies mundani opificij, distincti reipsa, iusti, & naturales fuerint?*

HAnc quæstionem penè extra controuersiam positam ob Patrum & Theologorum indiuisa suffragia vt in dubium reuocaretur, Magni Augustini nunquam contemnenda subtilitas fecit; nam quòd eadem luce, non verò separatis diebus conditæ sint visibiles, & à sensibus remotæ creaturæ, probat libro 5. de Genesi ad litteram cap. 1. ex eiusdem Genes. cap. 2. vers. 4. *Istæ sunt generationes cæli, & terræ quando creati sunt, in die, quo fecit Dominus Deus cælum, & terram, & omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnémque herbam regionis priusquam germinaret*; quippe his indicatur verbis virgulta, & herbas tum prodiisse, cùm formati sunt cæli cum terra; sed ex Genes. cap. 1. vers. 2. & duodecimo liquet terram cum cælo prima die creatam, virgulta autem & herbas tertia natas luce; igitur dies prima & tertia realiter idem sunt, & tantùm ratione distinguuntur. Secundò argumentatur B. Augustinus lib. 4. de Genesi ad litteram cap. 33. ex Ecclesiastici cap. 18. vers. 1. *Qui viuit in æternum, creauit omnia simul*; quo pacto autem 51.

(Margin: De sex dierum mundani opificij, an reipsa iusti & naturales. — August. — Gen 2. 4. — Eccli. 18. 1.)

*simul si diuisis temporibus?* Igitur eodem die, quin & eodem momento vniuersa molitus est Deus, ac proinde sex dies creationis rerum non fuerunt veri, ac naturales dies: his iisdem probationibus vtitur Angelicus Doctor 1. parte, quæstione 74. art. 2. ratione quoque vrgent ambo, nam cùm Deus infinita præstet virtute, in ictu oculi mundum fabricare valebat, & verò tam festina productio opificis admitandum ingenium commendasset; cur igitur opinabimur spatiosè laborantem moras sex dierum trahere voluisse? Dicemus ergo non veros fuisse illos dies, sed imaginarios: & quidem his vt satisfaceret scrupulis D. Augustinus ad intentionalem diem in mente Angelica recurrit, quem conflati ex cognitione matutina, & vespertina adstruit tanquam ex manè, & vespera; matutinam eam nominat scientiam, per quam ab Angelis creaturæ in Verbo cognoscuntur; vespertinam, qua creaturæ extra Verbum in seipsis directè, & immediatè attinguntur ab intellectu Angelico; sic explicat lib. 4. de Genesi ad litteram, à cap. 23. & lib. 11. de ciuitate, cap. 7. quo more eum interpretatur S.Thom. 1. parte, quæstione 58. art. 7. in corpore; de quibus cognitionibus ad longum P. Suarez libr. 1. de opere sex dierum, cap. 11. Dicit igitur sex dies creationis mundi nihil aliud esse, quàm cognitiones illas Angelicas pro diuersitate rerum cognitarum; *& hoc*, (inquit lib. 11. de ciuitate, cap. 7.) *cùm facit in cognitione sui, dies vnus est: cùm in cognitione firmamenti, quòd inter aquas inferiores, & superiores cælum appellatum est, fit dies secundus; cùm in cognitione terræ, & maris, omniúmque gignentium, quæ radicibus continuata sunt terræ, dies tertius; cùm in cognitione luminarium maioris, & minoris, omniúmque syderum, dies quartus; cùm in cognitione omnium ex aquis animalium, natatilium, atque volatilium, dies quintus; cùm in cognitione omnium animalium terrenorum, atque ipsius hominis, dies sextus.* Similia lib. 4. de Genes. ad litteram cap. 34. & Author Dialogi quæstionum 65. ad Orosium in Appendice tom. 4. quem librum B. Augustino adscribit S. Thom. 1. parte, quæstione 74. artic. 2. in corpore.

S. Thom. — Suarez. — *Sex dies creationis mundi quid, secundum Suarez.* — S. Thom.

52. Hæc autem tam præclari Doctoris cogitatio dupliciter considerari valeat; primò, vt non neget dies illos veros, & naturales, sed cùm hos iuxta litteram supponat, Anagogico discursu alios sex dies formet in mentibus Beatorum Angelorum; hoc innuisse videatur capite vltimo lib. 4. de Genesi ad litteram: *Ac per hoc illi dies septem, quos lux corporis cælestis circumeundo explicat, atque replicat secundùm quandam significationis vmbram admonent nos quærere illos dies, in quibus lux creata spiritalis omnibus operibus Dei per senariam numeri perfectionem præsentari potuerit*; ecce materiales dies *vmbras*, seo *figuras* nuncupat spiritualium dierum; qood autem *vmbra* habet rationem, priùs secundùm litteram intelligitur in propria eius natura, exempli causa, Manna comparatione Eucharistiæ, cælum respectu Apostolorum, & sic de aliis pluribus; quo sensu opinio facilè defendi potest, cùm historicam interpretationem verborum Moysis nihil lædat; qua norma quoque exponi valeant loqoentes simili fermè stylo, Philo Hebræus initio lib. 1. Allegoriarum legis, & Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum, cap. 8. Secundò, interpretari potest, vt neget absolutè veros, & naturales dies, supponátque vniuersa eodem creata instanti: vt autem Geneseos textum sex perhibentem dies non absque totidem diebus exponeret, ex bina Angelorum cognitione, matutina, & vespertina, diem conflasse, hoc voluisse suspitio esse potest, quòd seriò tueatur præfato lib. 4. de Genesi ad litteram cap. 28. sic in partitione dierum iuxta matutinam, & vespertinam Angelorum cognitionem, non figuratè, aut impropriè sermocinati, sed cum omni loquutionis veræ rigore. At quod tollit controuersiam Angelici Præceptoris, est oraculum de Augustinianæ meotis sco po; ait enim 1. parte, quæst. 58. art. 6. in resolutiooe quæsiti; *Respondeo, dicendum, quòd hoc, quòd dicitur de cognitione matutina, & vespertina in Angelis, introductum est ab Augustino, qui sex dies, in quibus Deus legitur fecisse cuncta, Genes. cap. 1. intelligi vult, non hos visitatos dies, qui Solis circuitu peraguntur, cùm Sol quarto die factus legatur, sed vnum diem, scilicet cognitionem Angelicam sex rerum generibus præsentatam.* Et sanè cum Augustino perhibente singula eodem momento condita fuisse, nec supra vnum fuisse diem, Caietanus sentit ad cap. 1. Genes. in illud, *factúmque est vespere*, §. *nec propterea*, &c. & cap. 2. vers. 4. *Illæ sunt generationes*, &c. difficultate 4. & vers. 21. *Immisit ergo Dominus*, &c. §. *& confirmatur*. Quanquam in explicando diuersitas est: nam & hunc diem naturalem facit, & reliquos tales etiam denominat, quamuis non distinguat, sed repetitos vocet per ordinem ad sex creaturarum gradus, ex quibus natura tota coalescit: Melchiorem Canum docuisse non qoidem eodem temporis punctu fotmata omnia, sed vno tamen eodémque die, vt non nisi vnus fuerit dies productionis rerum, adstruunt Molina dispurat. 1. de opere sex dierum §. *Canus in commentariis*, &c. Bañez 1. parte, quæstione 74. articul. 2. §. *quidam alius*, &c. Augustini commendanda sobrietas, qui cùm tantus litterarum esset Antistes in quæstione obscura & lubrica nihil definire præsumpsit, sed in vtramque agitauit partem, indagans, non autem fixè asseuerans, vt cernere est lib. 4. de Genes. ad litteram cap. 1. & 28. Caietano associatur Eugubinus à Suarez lib. 1. de opere sex dierum cap. 10. numer. 5. Et quidem Steuchus in Cosmopœia ad illud capit. 1. Genes. *fiat lux*, &c. decipere lectorem potest; verùm inferiùs ad illud capit. 2. Genes. *in die qua fecit*, &c. satis se declarat pto communi sententia.

Philo. — Alexandr. — Caietan. — Molina. — Bañez. — Eugubin. — Suarez. — Steuchus.

Verùm ex hac dissertandi ratione primum illud resultat inconueniens, vt quod Mosaicæ litteræ superficies auribus ingerit de sex veris, & naturalibus diebus, ablegetur prorsus, & pro ea indocatur expositio, quæ sit tropica solùm, & allegorica; quis enim non animaduertat metaphoricam, atque remotam esse loquutionem diem contexentis ex cognitione matutina, & vespertina Angelorum? Quòd si quidem eo interpretari more primum Geneseos caput, non absurdum videatur, eiusdem quoque voluminis alia multa in Allegoriam referre contempta litteræ significatione non pigebit, cùm tamen qui ita 53.

*Auctoris mens, & opinio.*

ita fecerint aliqui, doctioribus summopere displicuerint; Origenes propterea quòd frequens esset in historiæ reiectanda veritate, & Scripturas allegoricè solùm plerumque interpretaretur, speciatim eam, quæ de Paradiso terrestri est, narrationem, à grauissimis Patribus vapulat; nam
Hieronym. Hieronymus non rarò *somniatorem, & delirum* appellat Ieremiæ cap. 27. in illud, *in principio regni*, &c. & in illud, *vos ergo*, & cap. 28. in illud, *& factum est*, & cap. 20. Danielis, in illud, *die*
Epiphan. *autem*, &c. Epiphanius hæresi 64. & epistola contra Ioannem Ierosolymitanum, quæ est se-
Basil. xagesima inter epistolas Hieronymi, cap. 2. S. Ba-
Barcepha. silius Homil. 3. in Hexaëmeron. Moyses Barcepha parte 1. commentariorum de Paradiso, c. 1.
Sophron. & 4. maximè verò Sophronius Patriarcha Constantinopolitanus in sexta Synodo, actione vndecima, post medium; Caietanus etiam inter Neotericos passim reprehenditur, eò quòd mulieris formationem ex Adæ costa ad parabolam referat Genes. cap. 2. vers. 21. itidem & Euæ cum serpente colloquium, eo profectò se nomine defendens, quòd sex dies creationis mundanæ aliter quàm secundùm historiam concipere fas sit;
Sixtus Sen. vide quæ aduersùs illum scribunt Sixtus Senen-
Pererius. sis lib. 5. annotat. 47. Pererius lib. 4. in Genes. quæst. 11. num. 207. At certè quisnam infensior iis, qui deserto primo, & germano verborum sono, nisi ob grauissimas causas, scilicet ad vitanda manifesta absurda, ad mysteria confu-
August. giunt, & tropicè exponunt, quàm ipsemet Augustinus? hanc namque ob causam in ea, quam nuper dicebamus primæ hominum matris formatione ex latere Adæ dormientis, auscultare non vult, vt figuratè explicetur principio lib. 11. de Genes. ad litteram; *admonendum*, (inquit,) *arbitror, quod iam me & alibi in hoc opere memini prælocutum, illud à nobis esse flagitandum, vt ad proprietatem litteræ defendatur, quod gestum narrat ipse, qui scripsit: si autem in Verbis Dei, vel cuiusquam personæ in officium propheticum assumpta dicitur aliquid, quod ad litteram nisi absurdè non possit intelligi, proculdubio figuratè dictum ob aliquam significationem accipi debet*; parem quoque ob rationem expositionem de Paradiso ex mera Allegoria auersatur, quoniam litteræ de vero horto, verisque arboribus restanti nullum relinquit locum, sic quippè lib. 8. de Genesi ad litteram, cap. 1. & luculentè, summoque cum iudicio, lib. 13. de ciuit. cap. 21. Si igitur à verborum, & litteræ proprio recedere sensu, nisi magna compellant absurda, (qualia in præsentiarum assignari nequeant,) incommodum reputat Augustinus, idque meritò; si quod Paradisum, aliaque eum in modum interpretatus fuerit Origenes, eius lucubrationes à viris consummatissimis tanquam pueriles, & ridiculæ despectæ sunt; quorsum dies sex creationis mundanæ, quos naturales, & veros interpretari valeamus, ad cognitiones matutinas, & vespertinas Angelorum referamus?

54. Dices, explicationem ab Augustino traditam
Instantia. nequaquam tanquam figuratam, & allegoricam ab eo exhiberi, sed veluti litteralem, & historicam, propissimum enim diem esse, quem ipse meditatur, contendit lib. 4. de Genesi ad litte-
Augustin. ram, cap. 28. dum ait: *Nec quisquam arbitretur illud, quod dixi de luce spirituali, & de condito die spiritali, & angelica creatura, & de contemplatione, quam habet in verbo Dei, & de cognitione, qua in seipsa creatura cognoscitur, non iam propriè, sed quasi figuratè atque allegoricè conuenire ad intelligendum idem, & vesperam, & manè*; non igitur per illius discursum litteralis sensus euertitur.

Respondeo, inconueniens à nobis propositum Respondetur. fuisse, quòd Scripturæ verba iuxta primitiuam significationem, & vulgarem ipsorum constructionem, non intelligerentur; hoc enim ipse Augustinus non leue existimabat incommodum, cùm hac sublata regula historicæ interpretationis, arduum cum primis esset indicare, quando sacra pagina litteraliter, quando mysticè potiùs exponenda sit. Hoc autem absurdum deuorandum est siue litteralem, siue parabolicam suam vocet explicationem Beatus Doctor; omninò enim recedit à communi loquutione, & notis vocum significationibus, quia diem non admittit naturalem, & verum, sed qualem angelica conficit scientia de creaturis in verbo, atque in seipsis immediatè cognitis. Deinde, si litteralis ille sensus est, & dies mundi non aliter percipiantur, nisi per cognitionem elicitam ab Angelo auroræ, & vesperæ imitatricem, quomodo Moyses, qui vt ruditati Iudæorum consuleret, noluit Angelorum mentionem facere, vt perpendunt Basilius Homil. 1. Basilius. in Hexaëmeron. Athanasius quæst. 1. & 2. ad Athanasius. Antiochum. Cyrillus lib. 2. contra Iulianum Cyrill. §. 3. Ambrosius lib. 1. Hexaëmer. cap. 5. Chry- Ambros. sostom. Homil. 2. in Genes. Theodoretus ibi- Chrysost. dem, quæst. 2. cui adhæret Procopius D. Thom. Theodor. 1. parte, quæstione 66. artic. 1. ad 1. & quæ- S. Thom. stione 68. art. 3. in corpore; tantis historicum sensum obuoluit nebulis ob dispositionem lucis mundanæ subnixam cognitionibus Angelorum, vt ne quidem diu, & cum laude in scholis exercitati, quid spectauerit, diuinando consequi valeant? Vlteriùs, ad non gratis, & pro libito asseritur cognitionem de creaturis in Verbo, & in seipsis diem conflare, præsertim non habentibus eiusmodi cognitionibus subordinationem inter se, vt subordinatur vespera auroræ? Deinde, cùm vnico intuitu verbum contemplantes cernant pariter obiecta creata innumera ob connexionem transcendentalem cum scientia simplicis intelligentiæ, & omnipotentia radicaliter intellecta; quamobrem tot, & non plura obiecta diem primum constituunt? & ita proportionatè de reliquis diebus. Postremò, ingeniosissimus Pater, cùm Angelos cælorum creatione denotari arbitretur, lucis verò productione communicatum eis lumen gloriæ, & Dei intuitiuam visionem, per quam in Verbo creaturas noscebant, vt subindicat lib. 1. de Genes. ad litteram cap. 2. 9. 17. & lib. 4. cap. 22. & lib. 11. de ciuitate, cap. 19. quando pariter adstruat vniuersa fuisse creata eodemmet temporis momento; quónam pacto his suppositis conciliare valeamus vt creaturas in Verbo perspexerint? Necessarium est enim dicamus, vel Angelos à primo creationis instanti beatitudine donatos, quod Theologi respuunt, nam statum merendi, & viam quamuis breuem eis assignant; aut lucem & cælum modò fuerint creata initio temporis haud repræsentare Angelos, & infusum ipsis lumen beatificum; quod si pro primo instanti creationis Angelorum, quos B. Augustini discursus

innuit eodem productos temporis momento, quo cælum, & lux condita fuere, visione beatifica ipsi caruerunt; ergo creaturas in Verbo non cognouerunt, proinde matutinam non habentes cognitionem, nec diem facere poterant, qui ex tali scientia consurgit; erit igitur alius à cognitione Angelorum, & diuersus ille dies, in quo cæli formati sunt, & lux splendescere iussa, dies scilicet naturalis, & ordinarius.

55. *Aliud argumentum aduersus præfatam opinionem.* Desumitur quoque aduersùs præfatam opinionem non spernendum argumentum ex c.20. Exodi, vers.9. *Memento, vt diem Sabbathi sanctifices, sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, septimo autem die Sabbathum Domini Dei tui est*, &c. atque horum mandatorum velut congruentiam subtexens, addit, *sex enim diebus fecit Deus cælum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt, & requieuit in die septimo, idcircò benedixit Dominus diei Sabbathi, & sanctificauit eum*; satis quidem aperta loquutionis formula, & quæ nullo labore septem dies legenti insinuet; quam si metaphoricè interpretari liceat, & litteræ sonum relictare, quid tam perspicuum fuerit in sacris Bibliis, quod si placeat acutis ingeniis, non torquere ad mysticos, & arcanos sensus valeant in historici intellectus præiudicium? Nam si multiplicitas dierum in eo consistit vt diuersa concipiantur obiecta, nempe, quatenus vnica & simplex reipsa Dei visio, per quam creaturæ in Verbo cognoscuntur, terminatur ad Angelos, cælos, & lucem, diem primum constituit; quatenus tendit in firmamentum, diem secundum facit, & ita de aliis; igitur verè, quemadmodum non nisi vna, & indiuisibilis cognitio, quamuis plurium obiectorum, quæ indirectè in Verbo penetrantur, sic non nisi vnus & simplex erit dies; ergo Moyses non legitimè argumentatus est à diebus, in quibus conditus est Orbis, quia hi propriè sex dies non erant, sed ad summum ratione nostra, neque satis idoneo fundamento, cùm voluntariè asseratur cognitio tot obiectorum præcisè diem constituere. Neque etiam conuenienter Legislator exhortabatur, vt diem Sabbathi à reliquis discriminarent, quod in aliis laborare fas esset, in hoc feriari deceret, & sacris operari, quia potiùs in Exordio rerum contigit, vt dies operatum idem esset cum luce sanctificata otij, & quietis, quando tunc præcisa intellectus considerationе non nisi vnicus & simplex reipsa extiterit dies. Rursus Dominicam respondere festam diem primæ omnium dierum, in qua lux producta est, & reoebræ sublatæ ex grauissima authoritate nouimus, & fixa Patrum traditione.

Leo PP. Nam ita Leo Papa epistola 81. ad Dioscorum
Augustin. Alexandrinum cap.1. Augustinus sermone 251. de tempore, qui est de Dominica 26. post Trinit.
Basilius. Basilius Hom.3. in Hexaëm. sub finem. Iustinus
Iustin. Mart. Martyr ad calcem secundæ Apologiæ. Sedulius
Sedul. lib.4. operis Paschalis metrici, & lib.5. eiusdem
Isidorus. operis soluta oratione, cap.21. Isidor. Hispal.
Raban. lib.1. de officiis ecclesiast. cap.24. Rabanus lib.2. de institutione Clericor. c.42. & homilia in Do-
Rupert. minicis diebus. Rupertus lib.5. de diuinis Offi-
Bruno. ciis, cap.9. Bruno Herbipolensis ad titulum
Marian. Psalmi 23. Marianus Scotus initio Chronici.
Breu. Rom. Breuiarium Romanum in hymno ad Laudes
Conc. Trid. Dominicæ. Concilium Tridentium sessione 2.
Cæs. Synod. & antiquissima Cæsariensis Synodus sub Victore Papa, anno Christi 198. de cuius digna æsti-

matione tractauimus sectione præcedenti, n.46. Iam igitur si non nisi vna dies tantùm sub rerum initiis, quorsum Patres, & Concilia tanto nisu iudicare studuerint diei Dominicæ in hebdomada primatum tribuendum? Equidem in Cæsariensi illa Palæstinæ Synodo ita ratiocinantur; *ergo, cum nouissimam diem signet Sabbathum, quis potest esse minus nisi Dominicus dies?* Quòd si tum non nisi vnus dies verus, atque naturalis, quomodo aut Sabbathi nouissima, aut prima Dominica lux? primum enim & vltimum multitudinem, & distinctionem supponunt, alioquio valdè impropria erit loquutio.

56. *Diluuntur argumenta ex exordio posita.* Diluamus argumenta sectionis huius exordio proposita. Ad *primum* ex Genes. cap.2. *in die, qua fecit Deus cælum, & terram, & omne virgultum*, &c. asserimus, *Diem* pro indefinito tempore supponere, vt Deuteron. cap.32. vers.35. *Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora?* Corinthior.2. cap.6. vers.2. *Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te*; sic & numerus certus pro indeterminato vsurpatur, vt commonstrat Marriuez Hypotyposeon lib.6. §. *numerum definitum*, &c. vel ad struendum, pro numero plurali singularem suffectum, qui nos satis frequens est sanctæ linguæ, vt eodem capite relatus Author ostendit §. vltimo, & quidem ex B. Augustino in illud Psalm.78. *Redde vicinis nostris septies*, &c. Cùm ergo satis liqueat ex longa Moysis narratione Genes. cap.1. & Exodi c.20. vers.10. sex dies consumptos in mundana fabrica; conciliare æquum est aliquem in specie repugnantem textum iuxta vsitatas Scripturæ loquendi formulas. Ad *secundum* testimonium ex cap.18. Ecclesiastici, vers.1. *Qui viuit in æternum, creauit omnia simul*; respondemus, omnibus negotium facessere authoritatem; nam, aut consentimus vniuersa producta fuisse eodem instanti reali, aut diuersis: si diuersis instantibus, ecce quo pacto non omnia *simul* creata sunt? Si eodem temporis puncto, quònam more vera fuerint quæ Moyses historiatur? ait enim Genes. cap.1. vers.2. tenebris coopertam faciem abyssi, & luce emicante diuisum splendorem à tenebris: si autem in primo omnium realis durationis instanti lux existentiam sortita est, quî fieri potuit vt tenebræ dominarentur? nec enim pro eodem reali instanti lux, & carentia ipsius, ac ideò nec tenebræ: terra quoque tunc asseritur inanis & vacua; sed quo pacto vacua, si arboribus & plantis decorata? animalibus quoque locuples? & huiusmodi alia plurima expendi queant, quæ nonnisi aptè componi non valeant cum simultanea rerum productione pro eodem temporis indiuisibili realiter momento; ideò affirmandum τὸ *simul* apud Syracidem non denotare comproductiones rerum pro eodem instanti; sed indicare ab vno, eodémque opifice Deo singula creata esse; igitur *simul*, hoc est *pariter* condidit; scilicet, non vnum alius, & aliud alter diuersus fabricator rerum, sed idemmet Numen vniuersa, quamuis non eodemmet die, sed pluribus, & diuersis. Ad argumentationem ratione subnixam, videlicet, quam ob causam voluit Deus sex diebus immorari, cùm vnico potuisset creare instanti? Respondeo, ideò, quia placuit, & hoc quidem à priori fundamentum est; mystica verò cogitari possunt varia motiua; sicut, vt queratur, quamobrem iussit Deus septies

circuiti muros Iericho Iosue cap. 6. vers. 4. Cùm ad vnum circuitum, vnúmque clangorem tubarum possit facere vt muri corruerent? Aut cur Elisæo inspirauit vt præciperet Naaman septenam ablutionem in Iordane, cùm ad primum lauacrum potuerit lepra emaculari 4. Reg. cap. 5. vers. 10. Non alia poterit secundùm litteram conuenienter exhiberi ratio, nisi quoniam Domini voluntas fuit: allegoricas autem sancti Patres varias meditantur; itidem ergo dicendum percunctaturo, quorsum, cum vnico instanti opus totum creator absoluere potuisset, diebus sex hærere maluit in dispositione Orbis? & quidem mysticas causas ingeniosas exhibet
Ambros. S. Ambrosius Hexaëm. lib. 1. cap. 7. interrogatus, cur non simul Deus cælos & terram statim ornauit vt produxit? Respondet, *quòd imitatores sui Deus nos voluit esse, vt primò faciamus aliqua, postea venustemus, ne dum simul vtrumque adorimur, neutrum implere possimus*; & lib. 2. de Abel, & Caio, cap. 6. cum præmisisset, quamobrem pluribus diebus in Mundi structura laborare Numen voluit? *Vtique*, (subnectit,) *simul omnia fieri iubere potuit Deus, sed distinctionem seruare maluit, quam nos in omnibus imitaremur negotiis, & maxime in vicissitudinibus gratiam, in quibus non est satis reddere quod acceperis, sed commendare quod reddas.*

## DISSERTATIO IV.

### *De bonis, malísque Angelis nobiliores aliquæ controuersiæ excussæ.*

PRÆMISIMVS è lapsæ disceptationis examine generaliores quosdam articulos ex his, quæ ad rerum productionem ad extra spectant; nunc quando ad singularium creaturarum emanationes cursum flectere methodi debita ratio exposcat, æquum est à præstantioris naturæ creaturis, videlicet ab intelligentiis, quas *Angelos* alio vocabulo dicimus, auspicari, de quibus quoniam plurima ad longum Theologorum commentationes, quorum obuia, & multa est copia, disquirunt, selectarum nonnullarum quæstionum, in quibus eruditio plus emicat, delibatione, contenti erimus.

### SECTIO I.

#### *Dæmonum existentia num ex Magiæ superstitiosæ effectibus certò probetur? Striges an vero motu locali ad spatia distantia transferantur? quales serpentes Pharaonis Magi produxerint? Samuel, num ipse à Pythonissa excitus, vel solum phantasma eius?*

1. *Dæmonas existere vnde probari possit.* ANgelos dari bonos, item & nequitiæ spiritus, ex principiis reuelatis, & Christiana Theologia, indubitandum est, veteris enim atque noui Instrumenti litteris passim de ipsis mentio occurrit, Concilia & Patres edocent; sunt tamen, qui sublata hac notitia, existimant, solius naturalis Theologiæ ductu, efficaciter nec à priori, neque à posteriori conuinci posse existere intra vniuersi ambitum intelligentias, & eos, quos vel Dæmonas, aut Angelos nuncupamus; ita Valentia tom. 1. disput. 4. quæst. 1. puncto 1. Becanus 1. parte, tract. 3. cap. 1. quæst. 1. num. 3. Raynaudus in Theologia naturali, dist. 2. quæst. 1. art. 2. num. 17. Tannerus 1. p. disput. 5. quæst. 1. dub. 1. assertione 3. Maratius de Angelis disput. 1. sect. 2. Franciscus Amicus disput. 1. de Angelis sect. 1. num. 3. Arriaga tom. 2. in 1. p. disput. 1. sect. 1. num. 5. Qui contraria incedunt via, intelligentiarum existentiam demonstratiuè colligi autumant ex cælorum motu, horum quippè rapidissimum circumuolutum cùm per causas secundas more vsitato Deus operatur, nulla assignari valeat, cuius robur in tantum sufficiat onus, præter spiritus illos immani quadam fortitudine præcellentes; hunc modò non vrgebo discursum, aptior erit occasio infrà cùm de cælorum productione tractandum fuerit, fortasse ostendemus excusari posse, vt ab Angelis Orbes supramundani circumrotentur; nunc solùm aduerto à Pererio tradi lib. 2. in Genesim, sub initio, quæst. 5. num. 19. olim florente Ethnicorum schola, Stoicorum, Academicorum, & Peripateticorum concordem fuisse sententiam, cælos torqueri assidua agitatione ab intelligentiis; Conimbricenses maiorem, ac meliorem Philosophorum partem ea constanter imbutam opinione in secundum Aristotelis de cælo librum, cap. 5. quæst. 5. art. 3. referunt. Hinc igitur deduco, quam Paganorum sapientes de Angelis habuerunt cognitionem, neque à Iudæis mutuatos fuisse, nec ex diuinis suffuratos voluminibus, nec traditione subnixam à primis Mundi incolis deriuatam, sed naturalibus ex principiis illatam, & Licæi disputationibus sic firmatam, vt certiùs nihil à se probari existimarent; nam licèt argumentum cælorum ex motu deductum non eius sit efficacitatis, vt euidentiam pariat rebus intrò & diligenter introspectis, sed pro illa ætate, qua Philosophorum scholæ vigebant, irrefragabile iudicatum est; quamobrem celebri illo principio fulti, nihil dubitabant intelligentias existere, à quibus cælorum apto concentu regebantur motus.

Dimissa igitur huius probationis ope, Angelos actu productos, & intra compagem rerum vniuersitatis existere, naturali discursu validè comprobari nonnullis visum est ob Energumenorum mirandos effectus, nec enim inter visibiles creaturas aliquam tantæ potestatis agnoscunt, cui obsessorum à spiritibus peregrinæ operationes adscribi valeant; sed id multo verius adhuc existimant de Magiæ Dæmoniacæ, & superstitiosæ supra omnem hominum vsum portentis; eum in modum Suarez de Angelis lib. 1. cap. 1. num. 8. Vasquez tom. 2. in 1. p. disp. 178. cap. 1. num. 1. Bubalus de Angelis, quæst. 50. quæsito 2. difficultate 5. §. 3. Arrubal disp. 148. cap. 1. num. 5. Granado de Angelis, disp. 1. o. 5. Martinon in 1. part. disput. 35. sect. 1. num. 3. placet horum cogitatio; & suppono ex communi Theologorum doctrina Angelos naturali virtute

Valentia.
Becan.
Raynaudus.
Tannerus.
Maratius.
Amicus.
Arriaga.

2. *Angelorum productio.*

*Effectus Magiæ superstitiosæ.*
Suarez.
Vasquez.
Bubalus.
Arrubal.
Granado.
Martinon.

virtute posse corpora loco mouere; quamobrem propinqua vt distent, rursúmque dissita vt in proximo sint, efficere valent; elementa sic immutare possunt, vt tempestates immittere, ventos, fulmina, tonitrua excitare queant, quibus damna inferunt animantibus, frugibus, ædificiis, nauigantibus; Deo quoque permittente terræ motus, incendia, inundationes causant; corpora hominum & animalium transformare queunt, non intrinsecè figuram mutando, sed externè adscititiam ex vaporibus circumponendo variis modis, ita vt speciem eius, in quam metamorphosis tendit, aptè referatur; aliquas etiam veras transformationes viuentium imperfectorum applicando actiua passiuis operantur, morbis afficiunt incurabilibus, & immedicabiles hominum scientia & ordinaria industria breuissimè sanant; læsiones, quæ ferro, ignibus, aliísque instrumentis inferri queant Numine permittente repellere sciunt, quemadmodum & thesauros occultos eruere; possunt & inuisibiles facere per varias ludificationes, inferre amentiam, incitare ad libidinem, & alia huius generis non pauca seu vera aliqua, seu multa simulata exhibere, de quibus Delrio lib. 2. de Magia, quæst. 8. & quæst. 10. atque sequentibus; Suarez tom. 1. de Religione, lib. 2. de superstitione, cap. 16. Tannerus in 1. part. disput. 5. quæst. 5. dubio 4. asserr. 5. Cùm autem hæc omnia præstent, quoties Deo permittere visum est, naturæ viribus, sequitur potentiam ad nuncupatos extraordinarios effectus non solis Angelis beatis tribuendam, sed peruersis etiam spiritibus, qui ob peccatum æternis addicti sunt cruciatibus; nam, teste Magno Dionysio libro de diuinis nominibus, cap. 4. §. 23. naturalia eis remanserunt ornamenta; *Neque dicimus*, (inquit,) *Angelicas dotes, quas acceperant, penitus vnquam fuisse immutatas, sed etiamnum integras esse, planéque conspicuas*; quo ex loco S. Thomas 1. parte, quæst. 64. art. 1. in corpore; *& ideo dicit S. Dionysius, quòd dona naturalia eis integra manent, vnde naturalis cognitio in eis non est diminuta*; quare Gregorius Papa, in illud cap. 41. Iob vers. 24. *Non est super terram potestas, quæ comparetur ei*, &c. lib. 34. moral. cap. 17. *quamuis enim internæ fœlicitatis beatitudinem perdidit, natura tamen suæ magnitudinem non amisit, cuius adhuc viribus humana omnia superat.* Iam verò hæc eadem, in quæ Dæmonum sufficit virtus, illi per Magos Sacramento sibi obstrictos, edunt, quemadmodum edocet Arnobius lib. 1. contra Gentes, ad medium: *Quis enim hos nesciat, aut imminentia studia prænoscere, quæ necessariò velint, nolint suis ordinationibus veniunt? aut mortiferam immittere quibus libuerit tabem, aut familiarum dirumpere charitates, aut sine clauibus reserare quæ clausa sunt, aut ora silentio vincire, aut in curriculis equos debilitare, incitare, tardare, aut vxoribus, & liberis alienis, siue illi mares sint, siue fœminei generis, inconcessi amoris flammas, & furiales immittere cupiditates? aut si vtile aliquid videantur audere, non propria vi posse, sed eorum, quos inuocant, potestate*; confirmant Tertullianus Apologetici cap. 22. & 23. Minutius Fœlix in Octauio. Cyprianus de idolorum vanitate, Lactantius lib. 2. institut. cap. 15. & 16. Philo Hebræus libro de specialibus legibus, post medium. Isidorus Hispalens. originum lib. 8. cap. 9. Cassiodorus variar. lib. 4. formula 22. & 23. Prudentius

Delrio. Suarez. Tannerus. S. Dionys. S. Thom. Gregor. PP. Arnob. Tertull. Minutius. Cyprian. Lactant. Philo. Isidor. Cassiodor. Prudent. &c.

lib. 1. contra Symmachum, iuxta initium. Petrus Blesensis epistola 65. Ioannes Sarisberiensis Polycratici lib. 1. cap. 10. & ex recentioribus Ioannes Franciscus Picus de rerum prænotione lib. 7. cap. 1. Victoria relectione de arte Magica, n. 3. Michael de Medina lib. 2. de recta in Deum fide, cap. 7. Pererius lib. 1. de Magia, cap. 6. Bullingerus lib. 1. de licita, & vetita Magia, cap. 21. & 22. Ianus Iacobus Boissardus de Magia, c. 5. & seqq. Petrus Gregorius lib. 34. Syntagmat. cap. 16. & lib. 13. de Republ. cap. 25. Delrio eruditè lib. 2. de Magia, quæst. 9.

3. Quanquam verò Magiæ species, quæ naturalis dicitur, abominatione careat, si quis ea debito vtatur more, de cuius ratione disserit Baptista Porta lib. 1. de Magia naturali, cap. 4. & seqq. Medina de recta in Deum fide, cap. 7. §. *in hoc verò sententiarum*; eam tamen periculosam esse, quia superstitiosæ Magiæ viam facilè sternit ob ardens studium mirabiliora patrandi, quibus humana solertia par non est, obseruant Suarius lib. 2. de superstitione, cap. 14. num. 2. Lessius de iustitia, & iure lib. 2. cap. 44. dubitat. 1. num. 1. de ea malè sentit Franciscus Picus lib. 7. de rerum prænotione, cap. 2. nec Comitem Mirandulanum patruum suum, eius suscepisse defensionem ostendit; sed esto qui intra veros Philosophiæ limites se contineat, ob Magiam non sit reprehendendus; altera tamen est Magia Dæmoniaca ob pactum & societatem cum spiritibus peruersis intrinsecè mala, cuius potestate insolitos effectus, & suprarationalis animæ conatum, & industriam, qui se tartareis deuouent ministris, operantur. Hæc cultus Dæmonum inuentrix, hæc omnium scelerum & fraudum magistra; huius præceptores fuisse damnatos spiritus, inde exortum Paganismum, huic initiatos Gentilium diuinos, eámque impensè ab Ethnicis adamatam narrant Tertullianus de idololatria, cap. 9. Eusebius de præparatione Euangelica, cap. 10. aliàs 7. Lactantius lib. 2. institut. cap. 17. disertè Minutius Fœlix in Octauio; *Magi quoque non tantùm sciunt Dæmonas, sed etiam quicquid miraculi ludunt, per Dæmonas faciunt; illis aspirantibus, & infundentibus præstigias edunt, vel quæ non sunt, videri, vel quæ sunt, non videri.* Cassianus collatione 7. cap. 21. Isidorus Hispalens. originum lib. 8. cap. 9. Sarisberiensis Polycratici lib. 1. cap. 9. Mercurio speciatim tribuit Prudentius lib. 1. contra Symmachum versu 176. de ea Hugo Victorinus eruditionis didascalicæ lib. 6. cap. 15. siue vltimo. *Magica in Philosophia non recipitur, sed est extrinsecus falsa professione, omnis iniquitatis, & malitiæ magistra, de vero mentiens, & veraciter lædens animos, seducit à religione diuina, culturam Dæmonum suadet, morum corruptionem ingerit, & ad omne scelus, ac nefas mentes sequacium impellit.* Non immeritò idololatriæ affinem Tertullianus nuncupauit tractatu de idololatria, cap. 10. certè pedisequam, & quæ ab eius vestigiis nunquam discedit, arbitratus est Hieronymus Procemio ad commentaria in epistolam D. Pauli ad Ephesios; proinde Euangelio affulgente nihil huius præcones antiquius habuere, quàm vt Magiam detestarentur, & ab ea nouè conuersorum mentes auerterent; Tertullianus idololatriæ cap. 9. *Post Euangelium nusquam inuenias aut Sophistas, aut Chaldæos, aut incantatores, aut coniectores, aut Magos, nisi planè punitos;*

*Magia species, naturalis,* Porta. Medina. Suarez. Lessius, &c. *& Dæmoniaca.* Tertullian. Eusebius. Lactantius. Minut. &c. Victor. Tertullian.

August. *puniτos*; & Auguſtinus in illud Pſalmi 91. *Incun-
daſti me Domine*, &c. *Quando autem aliqua tibi
tribulatio eſt, currunt ad Pythonem, aut ſortilegum,
aut Mathematicum. Homo bone, nónne ſignas te
ſigno Crucis Chriſti? & lex omnia iſta prohibet.*
Theodor.R. Succinctè Theodoricus Rex lib. 4. variar. Caſ-
ſiodori, formula 22. *Verſari non licet in Magicis*
Actor.19.19 *artibus temporibus Chriſtianis*; quare Actorum
cap.19. verſ. 19. *Multi autem ex eis, qui fuerant
curioſa ſectati, contulerunt libros, & combuſſerunt co-
ram omnibus*; quænam hæc eſſet pernicioſa cu-
rioſitas flammis digna, exponit Syriaca tranſla-
tio; *Multi porrò etiam ex Magis congregauerunt
libros ſuos, allatóſque concremarunt coram omnibus*;
Baron. quadrat Iudæ interpretatio Baronio tom. 1. an-
no Chriſti 56. num. 40. Sed non omittenda con-
ſideratio OEcumenij cap. 28. in Acta Apoſto-
lorum *Notandum vero, quòd hi, qui in Chriſtum
crediderunt, Magicos libros non diſtraxerunt, quan-
quam pretioſi eſſent, ſed exuſſerunt, licèt ibi adeſſent,
qui eos libros ſibi parare vellent.* Denique Magnus
Conſtantin. Conſtantinus poſtquam repudiatis vanorum
Nominum ſuperſtitionibus Chriſtum vbique
adorari procurauit, inter leges Chriſtiano Im-
peratore dignas, contra Maleficos & Incantato-
res edictum tulit; *eorum eſt ſcientia punienda, &
ſeueriſſimis meritò legibus vindicanda, qui Magicis
accincti artibus, aut contra ſalutem hominum inoleri,
aut pudicos animos ad libidinem deflexiſſe detegun-
tur*; & cætera, quæ habes lib. 9. Codicis tit. 18.
l. 4. *Eorum eſt ſcientia*, &c.

4. *Magia operationes deteſtandæ.* Magiæ verò deteſtandas operationes, in pro-
bæ, & ſalutaris Religionis excidium, in humani
generis nocumentum non ſoli Eccleſiæ Patres
deteſtati ſunt, ſed Ethnicis imbuti ceremoniis
Scriptores, & Chriſtianæ profeſſionis hoſtes;
Porphyrius. nempè Porphyrius apud Euſebium lib. 5. de præ-
Apuleius. paratione Euangelij, cap. 10. Apuleius citatus à
Plinius. B. Auguſtino lib. 8. de ciuit. c. 16. Plinius lib. 25.
Tacitus. cap. 9. & lib. 26. cap. 4. Tacitus Annalium 2 c. 32.
Paul. Iuriſc. Paulus Iuriſconſultus lib. 5. ſententiar. titul. 11.
Vlpian. Vlpianus lib. 5. Digeſt. titul. 13. l. 1. §. *Medicos*
3. *ff. de extraordinariis cognitionibus*, &c. His verò
prælibatis argumentamur; Magiæ ſuperſtitioſæ
admirabiles effectus cùm nequitia pleni ſint,
ſcelus & inquinamentum inuoluant, à Deo
quaſi poſitiuo Authore nequeunt eſſe, ſed tan-
quam à cauſa permiſſiua ſolùm, qua norma ad
peccatum concurſum non denegat; ſunt igitur
ab aliqua cauſa ſecunda, à qua per ſe intendun-
tur. Hæc autem alia concipi nequeat niſi vel
anima ſeparata, vel natura Dæmonum; ſed ani-
mabus ſeparatis damnatorum hominum, quibus
tribui valeant tantùm, adſcribi nequeant, igitur
in malos Angelos referendi ſunt; quod autem
animabus ſeparatis adiudicari non debeant, li-
quet primò; nam hi effectus quamuis naturæ
ſphæram non tranſcendant, adeò tamen pere-
grini ſunt, tantúmque mortalibus ſtuporem ge-
nerant, vt niſi cum ſcelere & peruerſitate con-
iuncti eſſent, difficillimè crederemus Dæmonas
ipſos tanta præcellere virtute, quo igitur funda-
mento animæ rationali, cuius tam debiles ſunt
vires dum apud nos moratur, tantam conceſſuri
ſumus poteſtatem ſtatim ac corporis mole libe-
ratur? Hoc qui pertinaciter dicturus ſit, æqua
temeritate ſtatuet ab occulta aliqua cæli in-
fluentia, aut herbarum virtute eoſdem proueni-
S. Thom. re effectus: deinde S. Thomas 1. part. quæſt. 117.
in corpore art. 4. docet Animam ſeparatam na-
turali virtute non poſſe mouere aliquod corpus;
at Magiæ celebriora portenta proueniunt à mo- *Magiæ celebriora portenta vnde.*
tu locali variarum rerum. Idem quoque B. Do-
ctor, quæſt. 89. art. 8. ad 2. perhibet, animas fun-
ctorum non niſi per ſpecialem Dei diſpenſatio-
nem regredi ad viuentes, & quidem ſimiles ap-
paritiones inter miracula computari, quod
etiam latè Abulenſi diſputat, & ſtatuit in cap. 8. Abulenſ.
Matthæi quæſt. 114. & in cap. 25. quæſt. 752.
Bartholomæus Sibyllanus in ſpeculo peregrina- Sibyllan.
rum quæſtionum, decade 3. cap. 3. quæſtiunco-
la 5. & ordinarè vtpote carceribus ob ſcelera
mancipatæ. Non igitur putandum eſt animas
paſſim ergaſtula relinquere, & maleficis, incan-
tatoribus, ſtrigibus aſſiſtere, corpora energume-
norum intrare; proinde id de aliis ſubſtantiis
natura celſioris, potentiæ, & virium nobiliorum,
interpretandum; num verò vt alia natura ſpiri-
tualis admittatur, quæ dignitate rationalem ſu-
peret animam, & ingenitis eſſentiæ dotibus an-
tecellat, adhuc non efficiatur, debere hanc exi-
ſtimari ſubſtantiam completam eò quòd non
repugnet illi corpus ſubtile aliquod, controuer-
ſia altera eſt, num ſcilicet Angeli corporei ſint?

Opponas ſtatutis, nihil à Magis verè fieri, ſed 5.
præſtigiatoriè ſolùm, & ad deluſionem; *multa* *Oppoſitio.*
*miracula*, (inquit Tertullianus Apologet. cap. 2.) Tertullian.
*circulatoriis præſtigiis ludunt*; & libro de idolola-
tria, cap. 9. *circulatoriam ſectam appellat*; Minu- Minutius.
tius Fœlix in Octauio; *Magi quicquid miraculi
ludunt, per Dæmonas faciunt; illis aſpirantibus, &
infundentibus præſtigias edunt; vel quæ non ſunt vi-
deri, vel quæ ſunt, non videri.* Ecce mendacium
& ſimulationem, dum quæ non ſunt eſſe iudi-
cantur, & quæ exiſtunt, tolli putantur; & in iure
Canonico Decreti 2. parte cauſa 26. quæſt. 5.
cap. 14. *Nec mirum*, &c. latè probatur, quæ Ma-
gorum præſtigiis fiant, non vera, ſed phantaſtica
eſſe; hoc etiam ſpecialiùs oſtenditur; tria enim
memorantur contentioſis altercata diſceptatio-
nibus, quibus maximè fulciantur veræ Mago-
rum operationes; primò lamias ad nocturnos
conuentus à Dæmonibus non cogitatione ani-
mi ſolùm, vt cum ſomniamus inania, ſed reipſa,
& corpore transferri per motum localem. Se-
cundò, veros fuiſſe ſerpentes, quos exhibuerunt
Magi Pharaonis ad Moyſis æmulationem Exod.
cap. 7. verſ. 11. Tertiò, veram Samuelis animam
è Lymbo euocatam Pythoniſſa incantationibus
vtente Reg. 1. cap. 28. verſ. 12. At nihil horum
eſt, quod non grauis Scriptorum authoritas
phantaſmati adſcribat. Nam imaginariam tan- *Nocturna ſagarum equitatio ad choreas.*
tùm eſſe nocturnam ad choreas ſagarum equi-
tationem exiſtimant allegati à Delrio lib. 2. de
Magia, quæſt. 16. ſub initio; nituntur verò po- Delrio.
tiſſimum c. Epiſcopi, &c. ex iure Canonico loco
nuperrimè præmonſtrato ſic ſtatuente; *Illud
etiam non eſt omittendum, quòd quædam ſceleratæ
mulieres retrò poſt Satanam conuerſæ, Dæmonum illu-
ſionibus, & phantaſmatibus ſeductæ credunt, & pro-
fitentur ſe nocturnis horis cum Diana Dea pagano-
rum, vel cum Herodiade, & innumera multitudine
mulierum equitare ſuper quaſdam beſtias, & multa-
rum terrarum ſpatia intempeſtæ noctis ſilentio per-
tranſire, eiúſque iuſſionibus velut Dominæ obedire,
& certis noctibus ad eius ſeruitium euocari; ſed vti-
nam ſolæ in ſua perfidia periiſſent, & non multos ſe-
cum ad infidelitatis interitum pertraxiſſent; nam*

*innumera*

*innumera multitudo hac falsa opinione decepta, hac vera esse credunt, & credendo à recta fide deviant, & errore Paganorum involvuntur, cùm aliquid divinitatis, aut Numinis extra vnum Deum arbitrantur; quapropter Sacerdotes per Ecclesias sibi commissas populo Dei omni instantia prædicare debent, vt nouerint hac omnia falsa esse*, &c. Constat igitur telato c. *Episcopi*, decerni, striges per verum motum localem non transuolare in remota loca, sed imaginatione solùm. Quòd autem Pharaonis incantatores & Malefici virgas non conuerterint in serpentes proprias, sed oculos aspectantium deluserint occultis artibus, veterum Patrum, & Scholasticorum communiorem fuisse opinionem agnoscunt Pererius lib. 1. de Magia, cap. 16. & disputat. 9. in cap. 7. Exodi, num. 54. Bomfrerius in cap.7. Exodi, vers. 12. Postremò factam à Pythonissa euocationem animæ Samuelis illusoriis annumerant, & laruam sapientibus Doctorum, & in his ex Patrum classe grauiores nonnulli, non spernenda manus, quos recensent Alphonsus de Mendoça quæst.5. scholastica num.8.§. *amplexati sunt*, &c. Leo Allatius in opera S. Eustathij Antiocheni, syntagmate de Engastrimytho, cap. 10. & 11. quibus ipse adquiescit, cap.14. Iam igitur si opera Magorum fallacia sunt, & solidi nihil præferunt, non est quod arbitremur ad eiusmodi effectus debiles esse vires animæ separatæ; quamuis enim ad vera & realia opera, præsertim tam insolita & rara, excellens quædam & nobilissima virtus desideretur, ad falsam tamen imitationem mediocris præstat; ergo licèt veros effectus ab anima separata prodire negemus, non tamen præstigias, qualia esse Magorum opera perhibuimus, ac ideo ex Magiæ operationibus non infertur Dæmonum aliquam reipsa existere naturam. Respondeo, quamuis concedamus Magorum artem sophisticam esse, atque in delusoriis versari, vt cùm simulant carminibus animas extinctorum suscitari, mutari homines, aut bruta in alienas figuras, & his cognata alia; nihilominùs ad hæc ipsa non solùm desiderari vt agens principale Mago assistat, sed etiam vt celeritate, & peritia insigni emineat, quo possit actiua passiuis applicare ad deludendum, dissita approximare, & propinqua in longum distrahere. hac tanta dexteritate non pollent animæ separatæ; atque vt tantum concederemus robur, talem industriam, loca quibus retinentur, deserere nequeunt, & Magorum tam copioso adesse numero, idque tam sæpè, tam familiariter.

Pererius. Bomfrer. Mendoça. Leo Allat.

Specialibus verò exemplis vt non longa oratione satisfaciamus, strigum, aut cuiuscumque personæ veram translationem ministerio Dæmonum possibilem esse, multa in sacris voluminibus noui & antiqui fœderis posita exempla euincunt, nec ratio in aduersum; quamobrem vt contingar non rarò sagas existimare se verè deferri peregrinas in regiones, cùm imaginariè solùm depotientur, tamen etiam sæpissimè reipsa Dæmonum vectantur ministerio, vt solidè & latè demonstrat Delrio lib. 5. sect. 16. Iam quod ad canonem ex cap. Episcopi, attinet, quanquam Bartholomæus de Spina quæstionario de strigibus, cap. 21. litem moueat, quòd vnde haustus sit Canon ille, inexploratum sit, Doctorum tamen eorum speciatim, quos allegaturi sumus, vulgata opinio est Concilij Ancyrani, quod sub B. Syluestro Papa celebratum est anno Christi 314. decretum esse; & quanquam Baronius Cardinalis tom.4. anno 382. num.20. in tempora Damasi Papæ transferibat, atque editum in quarta Romana Synodo sub eodem velit, eúmque sequutus hac etiam transferat Binius tom. 1. Conciliorum parte 1. Sed communis sententiæ anteponenda est traditio, præsertim cùm nihil repugnet de nouo stabilitum in Concilio Romano sub Damaso, quod olim primò commendatam est in Ancyræ Conuentu; certè vt hodie non reperiatur inter Canones Ancyranos, tamen vetustioribus repertum exemplaribus suadet conseruata eius memoria à similium decretorum collectoribus; nam quòd Damasus Papa eadem confirmauerit ex manuscripto antiquo Codice, quem vidit Michael Thomasius, vir eruditione nobilis, testatur Antonius Augustinus lib. 1. de emendatione Gratiani dialogo 14. iuxta initium; habet & Author libri de spiritu, & anima, tom.3. operum Augustini in Appendice, cap. 28. quem etsi Louanienses pro ingenuo eius partu non habent, tamen Author non admodum recens videtur; exhibet correctus Gratianus loco præmonstrato, exhibent Burchardus lib. 10. cap. 1. Iuo Carnotensis in Panormia lib.8. cap.75. Ioannes Filesaccus tractatu de idololatria magica, §. 3. citat ex Petri Blessensis epist. 65. verba eundem ferentia scopum: *Dæmones assumunt corpora mulierum de nocte, quæ Hera-Diana dicuntur, quæ mulieres hac opinantur, eis tamen nulla fides adhibeatur*; agnoscit noster Busæus notis ad præfatam epistolam ex quodam Moguntino exemplari ante centum annos typis, daro similem colligi loquutionem, dum ait; *item assumunt corpora mulierum de nocte, quæ Homo-Diana dicuntur, quæ mulieres hac opinantur, eis tamen nulla fides adhibeatur*, quæ prætermisit, quia in nullo manuscripto erant, & parum cum antegressa sententia cohærebant; Ioannes quoque Sarisberiensis in nugis curialibus lib. 2. cap.17. fauet, sub eius calce inquiens; *quale est, quod Nocticulam quandam, vel Herodiadem, vel præsidem noctis Dominam, concilia, & conuentus de nocte asserunt conuocare*; itaque apud Scriptores non contemnendos præteritorum seculorum crebra viguit mentio Canonis adscripti Synodo Ancyranæ de Lamiarum in nocte equitationibus; sed his tamen confœderatis, adhuc in cap. illo *Episcopi*, &c. non pauca relucere castigoada, videlicet ea omnia, quibus suadere nititur, eiusmodi translationes etiam in hominibus sanctis non contingere, nisi per imaginationem, contendit F. Bartholomæus de Spina c. 21. quæstionum de strigibus, Delrio itidem lib. 5. de Magia, sect. 16. Quam ob causam §. *primum est*, &c. coniectatur ea aliunde assuta, fortasse ex Authore libri de spiritu & anima, inter opera Augustini, cap. 28. & à collectoribus Decretalium Gratiano, Burchardo, Iuone adiuncta; sed vt omittam hæc etiam in bonum vt pertrahantur sensum non repugnare, vt cernere est apud nominatum modò sacri Palatij Magistrum Spinam cap. 25. & 27. & Apologia 1. in Ponzimbium cap.6. Alphonsum de Castro lib.1. de iusta hæreticorum punitione, cap. 16. Tannerum in 1. part. disput. 5. quæst. 5. dubio 3. num. 15. etiamsi vt absurdam aliquam continerent doctrinam, ea ab aliquo Doctore Catholico ipsius Ancyrani

De strigum translatione ad loca distantia. Delrio. Spina. Baronius. Binius. Antonius. Gratian. Burchard. Iuo. Filesacc. Busæus. Sarisber. Spina. Delrio. Alph. Castr. Tanner.

rani Synodi adduci potuit; Concilium verò non probationes, sed conclusionem admisetit, vt passim Theologi statuunt de Ioanne Thessalonicensi Episcopo, qui cùm in septima Synodo actione 5. §. *Sanctus dixit*, &c. non longè à principio, Angelos pingi posse affirmaret, eò *quòd corporei essent*, Concilium thesim amplectitur, ratione detestata; sic & in Concilio Florentino sessione 18. §. *Ego affirmaui*, &c. Ioannes Theologus vtitur illo principio ad stabiliendam conclusionem, *Actiones sunt suppositorum*; de cuius tamen firmitudine dubitant Scholastici, quos produxi suprà differt. 2. sect. 1. num. 4. & obseruat Bernal disput. 7. de Incarnatione, sect. 2. §. 1. num. 16.

Bernal.

7. Igitur tribus primis Ecclesiæ seculis cùm Doctores Sancti partim editis voluminibus, partim concionibus Domino cooperante signis & miraculis ementitam esse falsorum Numinum Deitatem commonstrassent, & hinc Dæmonum non solùm minui cultus, sed extingui prorsus cœpisset, qui mala pleraque in Orbem terrarum per fœmineum introduxit sexum Angelus tenebrarum, instrumento vsus strigum sibi intimè deuinctarum, per eas in vulgus effudit, se cùm omnia noctu silentium haberent bestialibus per aëra vectari in loca amœnitatibus fortunata, vbi post epulas & tripudia, choreas ducerent, saltationibus vacarent; obsequium verò noctis Reginæ imprimis deferre, Magiæ nimirum & saltatricum præsidi; post Dianam honorari saltandi moribus olim laudatissimam inter Palæstinos Herodiadem; cùm autem seriò protestarentur non hanc esse personatam voluptatem, qualia somniantium gaudia, vel qui alio more extra se rapti cogitatione solùm quædam perspiciunt, sed reipsa contingere benè vigilantibus, *multos secum*, (vt Canon affirmat,) *ad infidelitatem pertraxerunt*; assentiebantur Dianam verum esse Numen, & creatoræ excedere conditionem; putabant Herodiadem mortali sepulta imbecillitate in Deam transisse, quare non fictam esse religionem plurium & multiplicium Deorum cogitabant. Huic igitur contagio vt medicinam ferrent Patres Concilij Ancyrani, decreuere nullam fabulosis mulierculis fidem præstandam, & nisi inter somnia & vanas imaginationes referantur, implicare aliam vt habeant veritatem; itaque Synodus non depugnabat transuectionem per aëra, cùm sciret Deo permittente in hoc posse Dæmonas, sed quoniam hæc translatio eò tendebat, vt corruentem de multiplicitate Deorum opinionem fulciret, tanquam Diana homanis viribus maior, & Herodias Deabus adscripta, quæcumque supremum operatur Numen, efficere valerent, Concilium definit hoc phantasma esse, stolidum & inane; *Sacerdotibus iniungit, per Ecclesias sibi commissas omni instantia prædicare hæc omnia falsa esse*; atque hic Concilij genuinus scopus, nam probationes quædam superaddiæ Ezechielis, Ioannis Euangelistæ, Apostoli nominibus confirmatæ subindicantes transuectionem per æthera, & in distantia, qualemcumque repugnare, Concilio nihil necessum est attribuere, sed Doctori alicui particulari ex conuocatis, vt iam obseruatum est à me, & aliatum Synodorum exemplis roboratum; quare datam interpretationem amplexantur Tostatus in cap. 4. Matth. quæst. 47. Victoria relectione de Magia, num. 34. Torrecremata eum sequutus art. 3. in cap. *Episcopi*, &c. Castro lib. 1. de iusta hæreticorum punitione, c. 16. Spina de strigibus, cap. 25. & Apologiæ primæ cap. 6. Suarez tom. 1. de Religione, lib. 2. cap. 16. num. 26. Vasquez tom. 2. in 1. part. disput. 184. cap. 3. num. 16. Valentia tom. 3. disp. 6 quæst. 12. puncto 2. §. *aduertendum*, &c. Azor tom. 1. instit. lib. 9. cap. 25. quæsito 3. in fine. Sanchez tom. 1. in Decalogum lib. 2. cap. 40. num. 6. Lessius de iustitia & iure, lib. 2. cap. 44. dubitat. 3. num. 17. Conimbricenses tractato de anima separata, disput. 6. art. 3. in septimo argomento. Raynaudus Theologiæ naturalis, dist. 4. quæst. 1. art. 3. num. 55. qui de modo euocationis animarum apud Ethnicos ibidem luculente à num. 53. Filliucius tom. 2. tract. 24. cap. 7. quæsito 7. n. 175. Fagundez tom. 1. in Decalogum lib. 1. cap. 41. num. 10. Castro Palao tom 3. tract. 17. de superstitione, disput. 1. punct. 9. num. 7. in fine. Delrio lib. 5. de Magia, sect. 16. Petrus Gregorius Syntagm. lib. 34. cap. 20. num. 8. Torreblanca lib. 2. de Magia, cap. 3. num. 45. Raphael de Torres tom. 1. de Religione, disputat. 5. præambula ad quæstionem 95. sub finem. Tannerus in 1. part. disput. 4. dub. 3 num. 15.

Tostat. Victoria. Castro. Spina. Suarez, &c.

De Magis Pharaonis etsi olim veterum non pauci existimarunt, quos exhibuerunt serpentes delusarios fuisse, nunc tamen eam sententiam paociores colunt; docent Bomsterius in cap. 7. Exod. vers. 12. Leo Allatius scholiis in Eustathium Antiochenum syntagmate de Veotrilo. qua cap. 20. Quod licèt admittamus, nostrum tamen effatum stabit; non enim tuemur Dæmonem per Magos semper veros edere effectus, sed hoc frequenter præstare, ex quibus deducitur aliquam naturam viribus superiorem animabus separatis, esse, à qua operationes illæ non fucatæ procedant: de præsenti tamen controuersia duo celebriora feruntur pronuntiata; veros fuisse serpentes ambo consentiunt; sed alterum contendit, nequaquam Magorum industria genitos Dracones, Dæmonum quidem subtilitate aliunde natos, in locum eum incredibili allatos celeritate, & pari ingenio, atque velocitate sublatis virgis imposuisse spectatoribus virgarum in serpentes conuersionem; nam dispatuere momento virgæ, iisque obeuntibus continuò serpentes visi; nec plura quàm hæc Moyses externa rerum facie considerata. Nemo igitur non in serpentes transformatas virgas putaret; sic Lyra in cap. 7. Exodi vers. 12. Abulensis quæst. 19. in fine. Pererius decima in idem caput, num. 59. ibidem Estius, & Alapide. Valentia 2. 2 dispot. 6. quæst. 12 a. puncto 2. §. *primò enim*, &c. Alterum docet, non alibi genitos serpentes in Pharaonis aulam Dæmonum ministerio asportatos, sed ibi dum producti virgarum materia talem in momento præparata, & disposita coniungendo actiua passiuis, vt statim enati fuerint serpentes eius magnitudinis, vt virgarum longitudinem æquarent; nec quidem prioris dicti Authores negant Dæmonas id efficere potuisse, sed volunt non satis datum temporis vt ligni materia aptati potuerit ad aliam recipiendam formam: cæterùm B. Augustinus lib. 3. de Trinitate, cap. 8. rectè obseruat sub rerum vniuersitatis ambitu iacere multa nobis occulta Dæmonibus manifestata, quorum applicatione dura etiam & fortia, breui interuallo

8. *Magi Pharaonis, serpentes quales fuerint.* Bomster. Allatius. Lyra. Abulensis. Perer. Estius. Alapide. Valentia.

interuallo corrumpi valeant; Deo igitur permittente actiua passiuis copulando Dæmones talia rerum seminalia adbibuerunt, per quæ sine longa temporis mora eiusmodi introductæ sunt dispositiones in materiam ligni, vt hoc in serpentem conuerti potuerit; & quidem videmus humana industria fructuum & pomorum miram anticipationem, maturante arte quod natura tardiùs perficeret; quanto nobilior Dæmonum scientia ad præuenienda naturæ in operando tædia? Quamobrem S. Augustini cogitationem D. Thomas sæpè amplexatus est, persuasus Dæmonum versutia per rerum absconditarum applicationem, quibus efficacissima quædam virtus ad lignorum corruptionem, virgarum destructa forma enatos veros serpentes; ita quæstione 114. primæ partis, art. 4. in corpore, & 2. 2. quæst. 178. art. 1. ad 2. & distinctiùs quæst. 6. de potentia Dei, art. 5. ad 8. quòd si temporis intercapedo supponenda est, vt virgæ præparari debuerint ad transmutationem, nec hanc defuisse vult huius opinionis propugnator Carthusianus. (Carthus.) nam art. 13. in cap. 7. Exod. §. *His quoque Augustini*, &c. inquit; *Cùm enim versa fuisset virga Aaron in serpentem, videntes Dæmones Pharaonem vocare Maleficos suos ad similia perpetranda, potuerunt mox in virgis Magorum facere alterationes, & dispositiones notabiles ad conuertendum eos in Dracones, & fuit notabile tempus inter illam vocationem, & virgarum proiectionem*; quod etiam visum Caietano sententiæ eiusdem asseclæ, c. 7. Exod. vers. 12. *Intercessit etiam multum temporis spatium à vocatione Magorum vsque ad proiectionem virgarum coram Pharaone, in quo tempore operabantur Dæmones disponendo virgas per naturalia agentia, & sic mutando vt postea proiecta verterentur in serpentes.* Porrò Carthusianus vbi modò §. *de hac autem materia*, &c. testatur, *Doctores egregios super secundum sententiarum, dist. 7. hanc communiter adamare opinionem, quam & Magister ipse in textu ibidem defendit*; & quidem iuxta eam litteræ sensus facilè decurrit, Exod. cap. 7. vers. 11. *Vocauit autem Pharao sapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam similiter*; hoc est, veros quoque serpentes produxerunt; quanquam illi sagacitate naturali adaptando passiuis actiua, quare miraculum strictè non erat cùm naturæ vires non excederet; Moyses autem non expostulatis naturæ subsidiis, sed supra omnem naturam Dei excelsa virtute; saluatur etiam rigorosè illud, quod subiungitur; *proieceruntque singuli virgas suas, quæ versæ sunt in Dracones*; nec enim si veros serpentes vndecumque translectos, & loco virgarum suppositos concedamus, hanc ex Philosophiæ terminis conuersionem nuncupare valeamus, sed largè & metaphoricè; conuersio est transitus vnius rei in aliam, éstque inter duos terminos positiuos, vnum, qui desinit esse, alterum, qui incipit de nouo esse, quod totum in nostra sententia reperitur, desinit enim forma ligni, & incipit esse forma serpentis: sunt autem ex nostris patribus præter hactenos recensitos Paulus Burgensis (Burgens.) additione 2. ad cap. 7. Exodi. Guilielmus Pipinus (Pipin.) in idem caput, clausula 2. dubio 3. ibidem Ystella (Ystella.), Marzilla (Marzilla.), Leonardus Marius (Marius.) num. 13. Delrio (Delrio.) lib. 2. disquisit. quæstione 6. §. *posterius dubium*, &c. Salianus (Salian.) tom. 2. anno Mundi 2543. num. 130. Bubalus (Bubalus.) de Angelis, quæstione 50. articul. 1. quæsito 2. difficult. 2. §. 6.

9. De Samuelis è Limbo euocatione quodcumque dicatur, Dæmonum per Magos potentiæ in veris effectibus, nihil prodest; (*Samuelis euocatio è Limbo,*) veterum enim Ecclesiasticorum Scriptorum pars illa, quæ Samuelis ipsius animam negat apparuisse, adstruit tamen spectro & phantasmate Dæmoniaco eius simulatam personam, idcirco perhibent, quòd credant Dæmonum in potestate non esse situm, vt animas suis educere locis valeant, speciatim eas, quæ iustæ sunt, & loco vnde certa ad Superos transmigratio, requiescunt, quod S. Thomas (S. Thom.) edocet 2. 2. quæst. 174. art. 5. ad 4. & quanquam vt Deus ita permittere velit, implicantia non est, Dæmonum imperio transportari animas, vt hominibus appareant, sed loquimur de ordinaria horum spirituum potestate, quibuscum dispensasse Numen super anima Samuelis, non facile creditur; itaque Samuel verissimus apparuit, (*eiúsque apparitio.*) hoc est, Anima Samuelis non informans corpus, vt olim per vnionem physicam materiæ & formæ, sed cum corpore assumpto, quod aër subministrauit. Non autem ventriloquæ carminibus Anima obsequuta est, sed Dei imperio, Pythonissa quidem Necromanticis artibus procurabat Samuelis præsentiam effingi à malignis spiritibus, vt mos est illis hanc, illamve defuncti animam, cuius aspectus desideratur, ementiri: Numini autem visum est ob causas speciales præter Sagæ expectationem verum Samuelem ab infero specu excitare; ita Theodoretus (Theodor.) q. 62. in lib. 1. Regum, Lyra (Lyra.) in dicti lib. cap. 28. Abulensis (Abulens.) quæst. 28. Sed quid si asseramus ventriloquæ mandato auscultasse Samuelem? potuit Deus Pythonissa quamuis tartari mancipio vti tanquam euocationis instrumento. Non repugnat malos vera edere miracula, non implicat vaticinari; certa pronuntiasse oracula, prodigiis fulsisse ostendi, tom. 1. in Canticum Salomonis, Anteloq. 7. sect. 8. num. 70. cur imperare valeant animabus etiam Sanctorum Numine dispensante vt hominibus appareant, & loquantur? Nihil enim istorum donorum cùm ad gratiam gratis datam spectent, per se, & necessariò formam iustificantem supponit, proinde simul cum noxis mortalibus absolutè esse queunt; equidem Caïphæ illa sententia Ioann. cap. 11. (Ioan. 11. 50.) vers. 50. *Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit vobis vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat*, in eo sensu, quem ipse conceperat, falsa, & iniqua erat, vt expendit Toletus (Tolet.) annotatione 17. Spiritus sanctus tamen per eadem verba quamuis id Caiphas omninò ignoraret propheticè, & diuinè loquebatur; quam ob causam subiungit Euangelista, *Hoc autem à semetipso non dixit, sed cùm esset Pontifex anni illius, prophetauit, quòd Iesus moriturus erat pro gente.* Quanquam igitur Pythonissa Magici carminis sermone Samuelem euocans non aliud intenderet, quàm vt Dæmon Prophetam externis lineamentis simularet, Deus mandatum aliter dirigere potuit; per illud verò Samueli iubens, vt Limbum relinqueret; pulchrè hæc omnia ab Augustino (Augustin.) traduntur lib. 2. ad Simplicianum, quæst. 3. *Nisi fortè quis dixerit faciliorem Diabolo fuisse licentiam ad Dominum viuum vnde voluit assumendum, & vbi voluit constituendum, quàm ad Samuelis defuncti spiritum à suis sedibus excitandum.*

Quid

*Quòd ſi illud in Euangelio nos ideò non perturbat, quia Dominus voluit, atque permiſit nulla diminutione ſuæ poteſtatis, & diuinitatis id fieri; non eſt abſurdum credere ex aliqua diſpenſatione diuinæ voluntatis permiſſum fuiſſe, vt non inuitus, nec dominante, aut ſubiugante magica potentia, ſed volens, atque obtemperans occultæ diſpenſationi Dei, quæ & Pythoniſſam illam, & Saulem latebat, conſentiret ſpiritus Prophetæ ſancti, ſe oſtendi aſpectibus Regis diuina eum ſententia*
Iſidor. Hiſp. *percuſſurus.* hæc eadem Iſidorus Hiſpalenſis in 1. Regum cap. 20. Habemus igitur ſimpliciter non repugnare vt per loquutionem Pythoniſſæ intimantem Samueli reditum ab inferis concauitaribus, ſuſcitaretur, non quòd ſermoni quatenus Magiæ eſſet, & Dæmonis prolatus nomine ad hoc virtus aliqua ineſſet, ſed quia Deo placuerit iis vti verbis, quemadmodum libuit ſententiam maleuolo prolatam animo à Caipha vaticinationi accommodare; nec Sancti huic contradicunt pronunciato dum audire nolunt, vt Pythoniſſæ facultas data ſit in verum Samuelem; ſignificant enim vi ſolius Necromantiæ, & Dæmonum poteſtare tantùm conſiderata fieri non potuiſſe, vt Propheta Samuel obedire cogeretur: non autem Deo ſummo imperante, cuius in arbitratu poſitum eſt, vt ſi velit extraordinariè, etiam per Dæmones, per ariolos, & ſagas, voluntatem ſuam intimare queat his, aut illis verbis rem legitimè ſignificantibus.

10. Iam igitur, ſiue per nuntium aliquem bonum, vt communior habet exiſtimatio, Samuelem Limbo Numen reuocauerit, ſeu, quemadmodum per Balaam Magum nobile cecinit oraculum Numerorum capite 23. verſ. 5. veræ prophetiæ, ita Pythoniſſæ verbis Samuelem alloquutus eſt Deo non aſpernante iuſſionis inſtrumentum eſſe Ventriloquam, vtraque norma Samuel vocari potuit: quod ſi de vero Samuele intelligi Scripturæ verba nullius eſt abſurditatis; igitur non ſunt metaphoricè de Samuelis figura, ſeu phantaſmate conſtruenda; diuinæ quippe paginæ ſermo tropicè non eſt exponendus, niſi cùm ex Grammaticali & natiua explicatione aliquod pullulat inconueniens: at quòd verus Samuel intelligatur, nullum affert incommodum; non enim ſequitur Dæmonum iuſſu quaſi id imperare valentium, aut magicæ incantationis ſtrepitu euocatum; quanquam enim tribuamus Pythoniſſæ mandanti obſequutum, ſed non imperabat Maga tunc vt miniſtra Sathanæ, verùm vt Dei inſtrumentum, ſiue hoc ipſam latebat, ſeu nouerat, quemadmodum Balaam prophetabat non Diabolo, ſed Spiritu ſancto afflante. Accedit, quòd Eccleſiaſtici cap. 46. à verſu 16. Syracides ſpecioſiora delibat encomia Samuelis, nec enim geſtorum quotumcumque compendium eſt illud, ſed eorum, quæ famam & admirationem promeruerunt; verſu
Eccli.46.23. autem 23. inquit; *& poſt hoc dormiuit, & notum fecit Regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ, & exaltauit vocem de terra in prophetia delere impietatem gentis.* Quæ verò laus Samueli, eius à Dæmone ſimulatam perſonam, eiuſque ſub figura, & ementito habitu falſitatis parentem nugatoria prompſiſſe oracula? eſt autem ſingulare ornamentum non ſolùm dum inter viuos moraretur, vaticinandi gloria excelluiſſe, verùm & poſt funera, hoc enim paucis admodum conceſſum; quamobrem nihil Auguſtinum magis deflexit vt crederet verum Samuelem excitatum, quàm locus hic Ieſu Syrach: quod autem plenè non aſſenſerit, ſed quæſtionem in vtramque partem diſputauerit, cauſa fuit nondum ab Eccleſia clarè promulgatum librum Eccleſiaſtici Canonicum eſſe; id cernere eſt libro de octo Dulcitij quæſtionibus, quæſt.6. ſub finem, & libro de cura pro mortuis agenda, cap. 15. Auguſtinum B. Thomas imitatur 1. part. quæ- S. Thom.
ſtione 89. artic. 8. ad 2. Sententiam de vero Samuele reduce, recentior præſertim ſchola paſſim anteponit; eam magis declinare in partem viſi Lyra in lib. 1. Regum cap. 28. Victoria re- Lyra.
lectione de Magia, num.19. Alphonſus de Ca- Victor.
ſtro de iuſta hæreticorum punitione, libro 1. Caſtro.
cap.14. Carthuſianus in 1. Regum cap.28. arti- Carthuſ.
cul. 47. in fine. Caniſius lib. 5. de Beata Virgi- Caniſ.
ne, cap. 21. §. *ſed ne longius*, &c. Thyræus lib. Thyræus.
de ſpirituum apparitionibus, cap. 11. num. 9. Suffragantur verò palàm & inhæſitanter Abu- Abulenſ.
lenſis in 1. Regum cap. 28. quæſt.28. & opuſculo de Trinitate, concluſione 1. prope finem §. *dicendum tamen*, &c. Caietanus in 1. Regum Caiet.&c.
cap. 28. verſ. 12. Galatinus lib. 6. de arcanis, cap. 8. Alphonſus de Mendoça quæſtione 5. ſcholaſtica, num. 8. §. vltimus tandem modus, &c. Iodocus Coccius tom. 1. Theſauri lib. 5. art. 10. Valles de ſacra Philoſophia, capite 33. Bellarminus lib. 4. de anima Chriſti, cap. 11. & lib. 2. de Purgatorio, cap. 6. §. *At his non obſtantibus*, &c. Suarez tom. 2. in 3. part. diſputat.42. ſect.2. §. *& confirmari poteſt*, &c. & tom. 1. de Religione, lib. 2. de ſuperſtitione, cap. 16. num. 18. Valentia tom. 4. diſputat. 11. quæſt. 1. de locis animarum, puncto 1. §.9. Leſſius de iuſtitia, & iure, lib.2. cap.44. dubitat.3. num.24. Gabriel Aluarez in cap.65. Iſaiæ verſ.4. num.15. Hieronymus Sopranis tom.1. de Dauide, in cap.28. lib.1. Regum verſ. 14. diſputat.2. cap.1. Hieronymus de la Rua tom.1. controu.7. poſitiua dub. 5. §. *ſed quia*, &c. Caſtro Palao tom. 3. diſputationum moralium tractat. 17. de ſuperſtitione, diſputatione 1. puncto 9. numer. 5. Peretius lib. 2. de Magia, cap. 11. & diſputatione 8. in cap. 7. Exodi numer.48 Delrio lib. 2. de Magia, quæſtione 6. §. *verorum effectuum*, &c. Chriſtophorus de Caſtro Iſagoge ad Prophetas minores, lib. 2. cap. 11. fine. Serrarius in lib. 1. Regum cap. 28. quæſtione 3. in idem cap. Gaſpar Sanchez numer. 15. in eiuſdem cap. verſum duodecimum, Tirinus, Menochius, Cornelius Alapide, qui diffuſiùs probat in cap. 46. Eccleſiaſtici verſ. 23. quo etiam loco Oliuerius Bonartius §. *antiqua hic, & grauis*, &c. Salianus tom. 3. anno Mundi 2979. numer. 76. Eſtius notationibus in ſacram Scripturam, Regum 1. cap. 28. ibidem Claudius Rangolius verſu 14. quæſtione 133. Petrus Gregorius commentariorum in ſyntaxes artis mirabilis lib. 8. cap. 5. num. 30. Tornellus ſacrorum Annalium tom. 1. anno Mundi 2979. numer.7. eodem anno Spondanus num. 6. Torreblanca de iure ſpirituali, lib.1. cap. 3. num. 44. Raphael de Torres tom. 2. de Religione, quæſtione 95. artic. 3. diſputatione 2. in principio.

Elias à sancta Theresia legatione Ecclesiæ triumphantis ad militantem lib. 1. capite 23. num. 15.

11. Omissis contra hanc opinionem diuersis obiectionibus, quoniam iis factum satis est à plerisque ex nuperrimè allegatis, prædictionis factæ verbis illis dicti cap. 28. lib. 1. Regum, vers. 19. *cras autem tu, & filij tui mecum eritis*, veritas diligentiori studio examinanda est; nec morabimur communi scrupulo, videlicet Saulem Deo inuisum nequaquam ad loca sanctis animabus reseruata descendisse; *non enim*, (vt inquit Augustinus lib. 2. ad Simplicianum, quæstione 3. in fine,) *ad æqualitatem sermonis, sed ad parem conditionem mortis referendus est sermo*. Est autem difficultas de tempore præsignato; verba quippe vsuali intellecta significatione, denotant sequenti luce prælio interimendos Saulem cum filiorum aliquot: at pugna commissa non est altera proxima die, qua Saul nondum in castra peruenerat; igitur vaticinatio falsa est, ac proinde non à vero Samuele profecta, sed à Dæmoniaco spectro Samuelis animam fingente; sic Beatus Martyr Eustathius Antiochenus dissertatione contra Origenem de Engastrimytho, seu Ventriloqua, ait; *Neque enim, vt ille dixerat, Cras eris tu mecum, euenit, cùm ibi die sequenti ieiunus commoratus fuerit, deinceps altera cibo degustato exercitum repetierit*; & Procopius Gazæus ad finem commentariorum in lib. 1. Regum. *Obiicere aliquis possit ignorantiam mortis Saulis, non enim postero die, sed diebus aliquot interiectis videtur obiisse; nisi dicamus per diem crastinum, interitum imminentem significari*. hoc argumentum à paucis animaduersum eruditè amplificat Leo Allatius Syntagmate ad nuncupatam S. Eustathij dissertationem de Pythonissa, expendit cap. 16. bellum æstate, vt motis est, peractum; Saul in Endor, vbi Ventriloqua habitabat, nocte peruenit, Regum 1. cap. 28. vers. 8. Iam igitur noctis æstiuæ, quæ breuior est, aliquid præterierat, pars etiam consumpta est, dum Magæ Saul adblanditur, & securam reddere studet, scilicet non interficiendam ob incantationes, quemadmodum alij Pythones, & Arioli sublati fuere; sic recreata præparat se ad Necromanticas artes, quarum instrumenta & ceremoniæ moram vendicant; Samuel spectandum se exhibet, & aliquandiu cum Rege colloquitur; tum ille stupefactus vires amittit, & animo linquitur; reluctantem cibos capere Saulem hospita & famuli demulcent, & inducunt vt refocillari velit; occiditur vitulus pascualis, & panes conficiuntur, quæ spatium temporis requirunt; demum reuertitur sub noctem opacam ad suos in castra. Hæccinè tot, & tanta confici valeant nocte vna sex, aut octo horarum? Non igitur eadem nocte, verùm sequenti, vel tertia castris restitutus est Saul, ac proinde nec sequenti die prælium commissum est, neque interemptus Saul: deinde hac subodorata quæstione Carthusianus in 1. Regum cap. 28. articul. 47. non aliam affert lucem, quàm vt dicat: *Ad quod si certò debeat responderi, oportet scire locorum distantiam inter Endor, & Gelboe*; nimirum venerat Saul & Gelboe in vrbem Endor, vbi Pythonissæ domicilium; quòd si quidem multis inter se leucis distabant, quónam modo tam longam percurrere viam poterant nocte eadem? At octò horarum iter fuisse contendit Leo Allatius capite 17. sub initio. Soli igitur conficiendæ viæ noctis totum necessarium erat spatium, præsertim non equo, aut curru vectis; pedibus enim ambulasse, vt magis latere possint hostes, existimant Salianus tom. 3. anno Mundi 2979. numer. 97. Menochius in 1. Regum capite 28. vers. 25.

Augustin. | Antiochen. | Carthus. | Salian. | Menoch.

12. Hæc controuersia Theodoretum non latuit quæstione 62. in 1. Regum, qui tamen decernit sub vnius cursu noctis vniuersa peracta, & sequuto manè cum Philisthæis dimicatum, Saulum cum filiis interfectum: *Cùm abiisset ad ventriloquam, & à Deo accepisset sententiam, statim cecidit, cùm neque noctu comedisset quando clam relicto exercitu Ventriloquam sciscitaturus accessisset, & neque per totam diem cibos sumpsisset, per mulierem accepta consolatione cœnauit, & noctu peruenit ad exercitum, hoc enim docuit historia, & apposuit coram pueris suis, & comederunt, & surgentes abierunt nocte illa; deinde orta luce commissum est prælium: vera igitur fuit prædictio, tu morieris, & filius tuus Ionathan tecum*; quæ iterum repetit, & fusiùs declarat. Certè id sacer textus non leuiter insinuat; testatur apertè cap. 28. vers. 8. Saulem nocte ingressum domum Pythonissæ, qua Magicis carminibus vacante, & Samuele excitato, ex huius comminatorio sermone Rex corde, & sensibus excidit, cibi præparantur, vescuntur, *qui cùm comedissent*, (ait historia vers. 25.) *surrexerunt, & ambulauerunt per totam noctem illam*; quam noctem? eam quidem, qua cibos sumpserunt: fuit autem hæc nox Magicæ inuocationis, nam huius occasione obstupuit, & consternatus est Saul, esca ablata ei est, vt sibi restitueretur; & quidem Saul profugit à statione suorum militum veste aliena duobus sociis comitatus; hoc autem ab eo factum, (inquit Tostatus quæstione 22. in capite 28. Regum 1:) *vt eius discessus lateret, ne cognita absentia, exercitus dilaberetur, suspicatus Regem ob periculi magnitudinem fuga saluti consuluisse*; quod etiam Salianus approbat tom. 3. anno Mundi 2979. numer. 70. Igitur conaturus erat omni studio sub eadem nocte redire, ne quod tenebris celari potuit, lux reuelaret, aut die proximo Philisthæi castra adorirentur: omnibus autem ad Regem statim conuolantibus, eo non inuento, aut dispergerentur suos reuersi ad lares, aut vt pugnarent animo deiecti terga citò verterent; & quidem Saul tum curis plurimis obrutus, omnia festinanter agebat; nam quòd tota illa die cibi nihil sumpserat, vt indicatur versu 20. hanc fuisse causam arbitratur Serrarius in capite 28. Regum 1. Denique nocte vna singula confici poterant; Maga enim solito properantiùs Necromantiam adorta est, & vix insonuit cùm Samuel apparuit; cum Propheta spatiosè demoratum Saulem nihil est quod persuadeat; maior cunctatio in cibis præparandis, quando & vitulus occisus est, & panes cocti, sed azymi non fermentati. At benè Mariana ait, *ob festinationem fermentare non*

Theodor. | 1.Reg.28.25. | Tostatus.

*non potuit*; itaque celeriter omnia peracta sunt, quo Rex antequam plene illucesceret, castra intraret, quem peditem iter fecisse nescio vndenam haustum; verisimilius multo ipsum, duósque commilitones pernicibus vsus equis, tum vt non longam noctem tantis rebus gerendis hac vincerent industria, tum vt immissos ab hostibus exploratores si fortè in eos inciderent cursu, vi viribus non possent, fallerent; his nostris coniecturis de prælio confecto luce ad noctem illam proximè sequuta, qua Samuel Regi oblatus est, fauet semper

Abulens. Abulensis: quæstione 40. in cap. 28. lib. 1. Regum. *Cras autem tu, & filij tui mecum eritis*, &c. *Cras autem dicitur, quia sequenti die mortui sunt; nam ista dicta sunt Sauli per noctem, scilicet, quia ipse venit ad mulierem Pythonissam per noctem, vt patet suprà in littera, & fuit facta consultatio per noctem, deinde recessit eadem nocte, nam dicitur, & ambulauerunt per totam noctem illam; sequenti autem die, vel fortè in nocte ipsa, peruenit Saul in castra, & die sequenti initum est bellum, & fugiente Israel mortuus est Saul cum filiis suis*; reperit eadem in fine quæstionis 42. & cap. 29. initio primæ quæstionis; parem in modum Serrarius commentatio in capite 28. lib. 1. Regum. Solinus dicto anno 1979. num. 98.

13. Sed quid facimus octo horarum distantiæ

Masius. inter Gelboe, & Endor? Masius in cap. 17. Iosue vers. 11. *Habebátque Manasses*, &c. inquit: *Porrò Endor, quod est idem, ac si fontem Dora dicas, existebat in iugo, quod a monte Thabor decurrit versus Austrum, atque Hermonem minorem, vrbs nobilitata excito ab inferis Samuele per veneficium; & hanc quoque prope Torrentem Cison positam fuisse, argumento sunt diuini vatis verba, quibus eam memorat cladem, qua Sisara Præfectus Regis Iabin apud illum torrentem est afflictus à Debbora, & Barac*; Hermonem hunc minorem docet idem in cap. 11. Iosue vers. 1. exstare apud Flauiolum Chison non procul à monte Gelboe; & in cap. 19. vers. 17. sub finem Torrentem Chison conflari ex humore, quem vicini tres montes Thabor, Gelboe, Hermon minor distillant. Porrò Hermon & Thabor

Galatza. iuxtà positos obseruant Galatza Euangelicar. institutionum lib. 6. qui est de Topographia

Salmeron. Palæstinæ, cap. 6. in fine, Salmeron Prolegom. 41. §. *Torrens Cison*, &c. qui sitam vrbem Endor in Hermonio, seu Hermon minore adstruit; quod etiam perhibet Adrichomius in Issachar numer. 27. Ex quibus colligere licèt, quemadmodum inter Hermon & Gelboe non longa aliqua interiecta spatia, sic nec inter Gelboe, & Endor; quidem de Thabor, quem Hermoni coniunctum statuimus, & de

Sà. Gelboe, inquit Emanuel Sà in 1. Regum capite 28. *Gelboe distat à Thabor duobus milliaribus, éstque in campo magno Esdrelon*; eodem loco Gordanus hæc ipsa confirmat. Adeamus verò

Broc. Mon. Brocardum Monachum ob Terræ sanctæ descriptionem laudatum, titulo; *Iter ab Acone versus Eurum*, &c. sub finem; *A monte Thabor contra Eurum est vna leuca ad villam Endor, quæ situm habet iuxta montem Hermonim, qui tamen non est mons proprius, & distinctus, sed iugum quoddam humile, seu tumor quidam a monte Hermon contra montem Thabor procedens*; & titulo sequenti, *de Acone versus Notum*, iuxta principium: *& nota, quod hi duo montes Hermon, & Gerboe iacent in vna linea Meridionale, Gelboe quidem ad Austrum, & Hermon ad Aquilonem, intercepto duarum leucarum spatio inter eos*; eadem Bernardus Breidenbachius in sua Palæ-

Breidenb. stina 1. Itinerarij parte. *De monte Thabor ad dimidiam leucam contra Eurum est villa Endor in monte sita, Hermonio scilicet medico, qui Hermonium non est mons, sed quasi tumor quidam veniens de monte Hermon contra montem Thabor*; & paulò inferius: *Isti duo montes, scilicet mons Hermon, & mons Gelboe, ita sunt dispositi, vt mons Gelboe sit ab Austro, & Hermon ab Aquilone, & duarum medicarum leucarum spatium sit inter eos*;

Marin. San. Marinus Sanutus in secreta Crucigerorum historia lib. 3. parte 14. cap. 5. *De monte Thabor ad vnam leucam est mons Hermon modicus, à quo descendit Hermonium, tumor quidam potius, quàm mons, & coniungitur monti Thabor, & est in eo villa Endor, vbi erat mulier habens Pythonem, in fine 1. Regum, vltra Hermon ad Meridiem sunt montes Gelboe*; & Iacobus de Vitriaco in historia Ierosolymitana cap. 54. *Est autem prædictus mons Thabor in regione Galilææ non longè à Nazareth, habens ad radicem eius torrentem Cison; montes autem Gelboe ex vna parte, ex altera verò mare Galilææ.* Si ergo inter Hermonium & Gelboe non nisi duarum leucarum spatium, & ne tantum quidem inter Endor, cùm villa, seu vrbs hæc proximior esset Gelboe; cùm Thabor, Cison, Hermon, Endor, Gelboe omnia vicina essent loca, non est quòd arbitremur Saulem eundo, redeundo à Gelboe in Endor longos regionum tractus percurrisse; & nisi Endor castris vicina fuisset, credo exercitum Saul non reliquisset, cùm ex supremi Ducis absentia contingere multa possint magnas allatura clades; sed quia non longè aberat, eò quòd à Gelboe breuissimo distaret itinere Endor, facilè admoneri potuit quocumque exorto tumultu: omitto, vt præberemus spatio aliquo longiori separata loca illa, cursoriis Regem, & stipatores duos vectari potuisse equis; quamobrem cùm proximo manè ad noctem illam, qua prophetatum est, *cras autem tu, & filij tui mecum eritis*, pugnatum fuerit, & ceciderit Saul cum gnatis suis; nihil est quod vaticinij strictum impediat sensum.

## SECTIO II.

*Angeli custodes hominum, aliarum specierum creatarum, Prouinciarum, vrbium: hoc ipsum an Ethnicis innotuit Philosophis? Num Angelus tentator sicut & bonus? pluscula de Genio, & qua sub forma colebatur?*

PErspeximus ex Magiæ sceleratæ effectibus naturali disquisitione patuisse Philosophis 14.
Gentium atroces, & impios dari spiritus, quorum

rum natura vti sublimioris virtutis, quàm anima rationalis, sic & dignioris, atque alterius essentiæ; sed num pariter consequuti esse bonos Angelos, quibus à Numine prouincia imposita esset, vt hominum à primis vitæ auspiciis custodes & Pædagogi essent; quin & nationum & vrbium, & omnium creatarum specierum curam gererent solertem, & in horas omnes? Equidem de his, vt rectè sensisse præbeamus eorum nonnullos, tamen id lumine naturæ cognitum non est; nam Angeli boni speciatim, & quatenus tales, non nisi per effectus laude dignos à malis separare valebant, scelerum quippè & nequitiæ Authores esse non poterant Deum facie ad faciem contuentes, & in gratia confirmati; bonorum verò effectuum causam primam originem esse nihil vetabat: nosse igitur poterant solùm infectos aliquos dari spiritus, quoniam Magorum operationes cùm impietate, & noxa coniunctæ cùm à Deo ob malitiam esse non possent, nec à separatis animabus damnatorum ob vires naturæ impares, rectè colligebant à creata & spirituali substantia esse rationalem animam superante; & quanquam probabiliter ratiocinari poterant Deo satellites assistere optimorum spirituum splendidam cohortem, & his demandatam rerum inferiorem aliquam solicitudinem, sed an præscriptum vt hominum Tutelares, & Magistri essent, cùm hoc à libera Numinis voluntate penderet, vnde colligere poterant? Sed vndecumque hausta ea fuerit notitia, num de Angelo hominum protectore, & nostrarum rerum fido vigile, germanam habuêre? Non pauca referuntur ab Ethnicis Scriptoribus, quæ id comprobare videantur; proferamus Mandarensem illum libro de Deo Socratis non longè à fine; *Ex hac igitur sublimiori Dæmonum copia Plato autumat singulis hominibus in vita agenda testes & custodes singulos additos, qui nemini conspicui semper adsint, arbitri omnium non modò actorum, verùm etiam cogitatorum: at vbi vita edita remeandum est, eundem illum, qui nobis præditus fuit, raptare & trahere veluti custodiam suam ad iudicium, atque illic in causa dicenda assistere, si qua commentiatur, redarguere, si qua vera dicat, asseuerare, prorsus illius testimonio ferri sententiam*; & paulo pòst, eum graphicè depingens. *Hic, quem dico, prorsus custos, singularis præfectus, domesticus speculator, proprius curator, intimus cognitor, assiduus obseruator, indiuiduus arbiter, inseparabilis testis, malorum improbator, bonorum probator, in rebus incertis prospector, dubiis præmonitor, periculosis tutator, egenis opitulator*; sunt affinia apud Platonem in Theage, Plutarchum de Iside, & Osiride, Iamblicum de mysteriis Ægyptiorum iuxta principium. Proclum tractatu de anima & Dæmone, titulo, *Dæmon non est particularis intellectus*, &c. Alcinoum institutionis ad doctrinam Platonis c. 13. Plotinum Enneadis 3. lib. 4. cap. 3. Senecam epistola 110. Plautum in Rudente initio Prologi. Plinium lib. 2. cap. 7. Symmachum lib. 10. epistola 54. Danda Censorini verba cap. 3. de die natali. *Genius autem ita nobis assiduus obseruator oppositus est, vt ne puncto quidem temporis longius abscedat, sed ab vtero matris exceptos ad extremum vitæ diem comitetur.* Danda & Martiani Capella ex libro 2. de nuptiis Philologiæ, ante medium. *Ideóque Genius dicitur, quoniam cùm quis hominum genitus fuerit, mox eidem copulatur; hic tutelator, fidissimúsque germanus, animos omnium, mentésque custodit; & quoniam cogitationum arcana supera annunciat potestati, Angelus poterit nuncupari; hos omnes Græci δαίμονας dicunt.* Epictetus apud Arrianum lib. 1. dissertat. cap. 14. *Suum cuique curatorem Dæmonem apposuit Numen, qui custos esset vigilantissimus, qui decipi non possit. Quamobrem clausis ianuis, ac valuis cùm in tenebris consederitis, nolite dicere vos solos esse: non certè estis, sed Deus est intus, & vester Genius non abest.* Quamobrem cùm inter illos qualescumque Paganorum Theologos hoc receptum esset ex communi fama Amianus Marcellinus lib. 21. non longè à fine inquit: *Ferunt Theologi in lucem editis hominibus cunctis salua firmitate fatali, huiusmodi quædam velut actus rectura Numina sociari, admodum tamen paucissimis visa, quos multiplices auxêre virtutes; idque oracula, & authores docuerunt præclari, inter quos est etiam Menander Comicus, apud quem hi senarij duo leguntur:*

*Angeli custodes.*

*Mandarens.*

*Proclus.*
*Alcinous.*
*Plotin.*
*Seneca.*
*Plautus.*
*Plinius.*
*Symmach.*
*Capella.*
*Genius quis, & vnde dictus.*
*Marcellin.*
*Menander.*

Ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται,
Εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου.

Hoc est,

*Cuique mortalium statim edito Genius copulatur, vita vt sit moderator*; itidem ex sempiternis *Homeri carminibus intelligi datur*; quod Menandri testimonium celebratur quoque à Clemente Alexandrino lib. 5. Stromatum cap. 7. & à Plutarcho libro de tranquillitate animi; qui & Hesiodi in eundem scopum versus refert libro de Iside, & Osiride.

Nónne his consonæ diuinorum Oraculorum 15.
enarrationes? Genes. cap. 48. vers. 16. *Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis.* Psalm. 90. vers. 11. *Quoniam Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.* Ad Hebræos cap. 1. vers. 14. *Nónne omnes sunt administratorij spiritus*, &c. Patrum verò documenta qualia? Origenes Homilia 8. in cap. 12. Genesis iuxta finem: *Ipsi enim velut procurationem animarum nostrarum tenent, quibus dum adhuc paruuli sumus, velut tutoribus & actoribus committimur vsque ad præfinitum tempus à Patre.* Hieronymus in cap. 18. Matth. in illud, *Videte, ne contemnatis vnum*, &c. *Magna dignitas animarum, vt vnaquæque habeat in ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum delegatum.* Pantaleo Diaconus encomio in S. Michaelem apud Lippomanum 1. parte historiæ Sanctorum. *Ex diuinis quidem, & infinitis Angelis vnumquemque vnicuique præesse fidelium, & eum regere iussit Dominus, vt suppeditarent hominibus diuinos nuncios, & dona, & componerent, & dirigerent eorum vitam ad ea, quæ sunt meliora*; parem in formam S. Dionysius de cælesti Hierarchia, cap. 9. §. 3. Cæsarius Dialogor. 1. §. Nam ab eo, &c. Sophronius Archiepiscopus Hierosolymit. oratione de Angelorum, excellentia. Eusebius de demonstratione Euangelij, lib. 4. cap. 7. Hilarius Canone 18. in Matth. in illud, *Videte ne contemnatis*, &c. Iustinus Martyr quæstione 30. Basilius in Psalmum 33. & de vera virginitate. Germanus Constantinopol. oratione de dormitione Deiparæ. Ephrem de spirituali lactamine, cap. 2. Alcimus Auitus lib. 4. de diluuio. Theodoretus diuinorum Decretorum epitomes lib. 5. titulo *De Angelis*. Bernardus sermone 31. in

*Gen. 48. 16.*
*Psalm. 90. 11.*
*Hebr. 1. 14.*
*Origen.*
*Hieronym.*
*Pantaleo.*
*Dionys.*
*Cæsar.*
*Sophron. &c.*

in Cantica, & fermone 12. in Pfalmum. *Qui habitat*. Petrus Damianus ferm. de exaltatione S. Crucis. Diuus Chryfoftomus fermone de Afcenfione. Procopius Gazæus in cap. 6. Ifaiæ. Primafius in cap. 1. epiftolæ ad Hebræos. Potho Prumienfis de ftatu domus Dei, lib. 4. capite 13. Ionas Aurelianenfis de cultu imaginum, lib. 2. B. Auguftinus in foliloquiis, capite 27. Petrus Cellenfis de Panibus cap. 10. Richardus de S. Victore in cap. 4. Canticorum. Lyra in cap. 12. Actorum. S. Thomas 1. parte, quæft. 113. art. 4. Magift. in 2. dift. 11. Quamobrem cum dictis Orthodoxorum Scriptorum, quibus Angeli cuftodis excubias & folicitudinem erga homines delineant, cognata pleraque legerent apud Ethnicos Authores, exiftimarum à nonnullis etiam bonorum Angelorum notitiam habuiffe Gentilium Sapientes, quanquam non ingenij fui viribus, fed quòd vel in facras inciderint litteras, vel ex familiaritate cum Iudæorum Theologis; quo pacto Clemens Alexandrinus ftromatum lib. 5. cap. 6. & hunc fequutus Eufebius lib. 13. de præparat. Euangelij, cap. 13. ex recentioribus Eugubinus de perenni Philofophia lib. 8. cap. 40. Iulius Sirenius lib. 5. de fato, cap. 4. Lipfius Phyfiologiæ Stoicorum lib. 1. differtatione 10. Marfilius Ficinus in conuiuium Platonis oratione 6. cap. 3. Bubalus de Angelis, quæft. 50. art. 5. quæftio vnico, difficultat. 1. §. 1. Accedit, docere memoratos Ecclefiæ proceres Angelos bonos non hominum cuftodes tantùm effe, verùm & Prouinciarum, & vrbiū, & fpecierum, fiue quæ in animantibus funt, fiue quæ in volatilibus; nam ita Pantaleo Diaconus encomio in fanctum Michaelem, Eufebius demonftrationis Euangelicæ lib. 4. cap. 7. Bafilius lib. 3. contra Eunomium, & in Pfalmum 33. Dionyfius de cælefti Hierarchia, cap. 9. §. 2. in fine. Hieronymus in cap. 10. Danielis in illud, Princeps autem, &c. Clemens Alexandrinus ftromat. lib. 7. cap. 1. Nazianzenus carmine de fubftantiis mente præditis. Theodoretus q. 3. in Genef. & lib. 3. de curandis Græcorum affectionibus. Epiphanius hærefi 51. Andreas Cæfarienfis in cap. 14. Apocal. Damafcenus lib. 2. de fide Orthodoxa, cap. 3. Beda in quæftionibus quæft. 9. Rabanus lib. 1. de vniuerfo, cap. 5. Anfelmus in elucidario. S. Thomas 1. part. q. 110. art. 1. ad 3. & quæft. 113. art. 2. in corpore, & contra Gentes, lib. 3. cap. 83. quorum plerique
Deut. 32. 8. colligunt ex verfione Septuaginta Deuteronomij, cap. 32. verfu 8. ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ: *Conftituit terminos gentium fecundum numerum Angelorum Dei*. Verùm & hoc Ethnici
Feftur. tradiderunt de Geniis. Feftus de verborum fignificationib. littera G. *Genium putauerunt cuiufque*
Virg. *loci Deum*. Virgilius lib. 5. Æneid. verf. 95.

*Incertus geniúmve loci, famulúmve parentis,*
*Effe putet,*

Calph. & fimilia lib. 7. quem imitatus Titus Calphurnius ecloga 5.

*—— Cefpite viuo;*
*Pone focum, Geniúmque loci, Faunúmque, Larémque,*
*Salfo farre voca.*

Iuuenalis Satyra 6. verf. 25.

*Atque facri Genium contemnere fulcri.*

Claud. Claudianus epiftola ad Setenam.

*Vel Genius regni, vel pietatis amor.*

P. Sherlogi Antiq. Hebr. Diopira.

Seruius in illud Georgic. 1. *Inuitat genialis hyemis*, &c. *Genium dicebant antiqui naturalem Deum vniufcuiufque loci, vel rei, aut hominis*. (Genius, naturalis Deus cuiufque loci, vel rei, vel hominis.) Symmachus lib. 10. epift. 34. *Varios cuftodes vrbium mens diuina conftituit, vt animæ nafcentibus, ita populis fatales Dij diuiduntur*. Tertullianus de (Symmach.) pallio ex fententia Ethnicorum, cap. 4. *Si quis* (Tertull.) *loci Genius ingemebat*; Arnobius lib. 4. con- (Arnob.) tra Gentes propè initium de focorum Genio tractans; *Quid ergo fi argilla, aut materia fuerint quæcumque alia fabricati foci, Genios non habebunt*, &c.

16. (Duplex Genius apud Ethnicos.) Porrò, non vnum meditata eft, quem natis adhætere infantibus adftrueret Ethnicorum Theologia, Genium, fed binos, alterum bonitate præftantem, à quo femper ad virtutem hortamenta; alterum vitiofum, qui malitiam fuaderet, de quibus generaliori forma meminit Augu- (Auguftin.) ftinus lib. 9. de ciuit. cap. 2. diftinctiùs, idque ex Sapientum traditionibus Eufebius Cæfar. lib. 4. (Eufeb.) præparat. Euangelicæ, cap. 5. à quibus probus ille Genius Lucis vocatus eft, impius tenebrarum Dæmon appellatus eft; quem fermè in modum Trimegiftus Pimandri cap. 9. Iamblichus (Trimegift.) de Myfteriis Ægyptiorum, titulo: Chaldæorum (Iamblich.) myfteria de Sacerdotio. Porphyrius lib. 2. de fa- (Porphyr.) crificiis titulo, *de fpeciebus Dæmonum bonorum, atque malorum*. Dio Chryfoftomus oratione 23. (Chryf. &c.) quòd fœlix fit Sapiens: Paufanias lib. 6. fiue in Eliaca pofteriori, & lib. 9. feu in Bœotica; Plutarchus de Iride, & Ofiride, & de Oraculorum defectu, & libro de tranquillitate animi. Diogenes Laërtius initio, lib. 1. Cenforinus de die natali, cap. 3. Tertullianus ex Paganorum fententia, libro de Anima, cap. 39. & Clemens Alexandrinus ftromat. lib. 5. cap. 7. Zeleucus apud Stobæum fermone 42. non longè à principio; tale quid & Horatius epiftolarum lib. 2. epiftola 2. verfu 189. dum Genium alium candidum, atrum, nigrúmque alium pingit; fed verba Seruij Grammatici, reponenda in illud, lib. 6. Æneid. *Quifque fuos patimur Manes*, &c. *Nam cùm nafcimur, duos Genios fortimur: vnus eft qui hortatur ad bona; alter qui deprauat ad mala; nec incongruè dicuntur Genij, quia cùm vnufquifque genitus eft, ei ftatim ob-* (τὸ Genij etymon.) *feruatores deputantur, quibus affiftentibus poft mortem aut afferimur in meliorem vitam, aut condemnamur in deteriorem*. Verùm hoc, quod ex fchola Ethnica Seruius deprompfit, à Chriftianis quoque edoctum eft; nam Hermas S. Pauli Apoftoli Difcipulus in libro, qui ei adfcribitur cum titulo *Paftoris*, parte 2. Mandato fexto inquit; *Duo funt genij cum homine, vnus æquitatis, & vnus* (Duo cum homine Genij.) *iniquitatis: æquitatis Genius tener eft, lenis, & verecundus, manfuetus, cùm in cor tuum afcendit, continuò loquitur tecum de iuftitia: Genius iniquitatis amarus, iracundus, & ftolidus eft, & opera illius perniciofa funt, & euertunt feruos Dei*; quod eius effatum laudaut Origenes lib. 3. Periarchon cap. 2. (Origenes.) §. *quod verò*, &c. & Homilia 35. in Lucam; & Abbas Serenus apud Caffianum collatione 8. cap. 17. quanquam verò Hermæ fcriptum non citet, eadem tamen habet S. Antiochus Homi- (Antioch.) lia 61. cui titulus, *Vide vt tibi ipfi attendas*; fuffragatur Diuus Bernardinus Senenfis Sabbato (Bernard.) in Albis ferm. 64. iuxta initium; *nam omnis homo habet duos fpiritus, vnum bonum, & vnum malum*: & feria 3. poft Refurrectionem fermone 49. de amore gloriofo, 1. parte in 2. contemplatione:

K 3 vt

*Cuilibet ani-ma duo Angeli.* vt intelligamus, quòd qualibet anima habet duos Angelos; vnum Dei & spiritus; alium carnis, qui semper sunt contrarij, &c. Denique huc etiam spectant illa Nysseni in vita Moysis in mysticæ interpretatione non longè à principio: *Occultior quadam traditio, & verus sermo ad nos vsque descendit, quo creditur, postea quàm in peccatum natura nostra lapsa est, non omninò à clementia diuina neglectam, neque absque suo patrocinio dimissam, sed Angelorum, qui natura incorporei sunt, aliquem in adminiculum cuique constitutum esse; naturaque nostræ corruptorem in omnibus contrà amitentem, prauum aliquem, atque maleficum Dæmona ad malè viuendum homines impellentem, ad singulos destinasse.* Nyssen. Scio Cardinalem Bellarminum de scriptoribus Ecclesiasticis, sæculo primo, agentem de Authore libri, qui *Pastor* inscribitur, errori deputare effatum illud, de duobus Angelis, vno bono, & altero malo, singulis hominibus à Deo tributis; quod quidem verum est in rigore sermonis theologici; nequaquam enim putandum, quemadmodum à Numine bonus assignatur Angelus vt protegat, sic prauum destinari vt tentet, imò sanctorum Spirituum id commendatissimum munus est, vt Dæmones nocere conantes frænent, quemadmodum venustè tradit Ionas Aurelianensis lib. 3. de cultu imaginum. §. *Numerum verò*, &c. *Nam sicut Imperatores optimi vrbes omnes, castella singula manu militari aduersus hostilem munium aduentum, ne barbarica incursione deleantur; ita Deus, quoniam barbarica, & agresti mente rapientes Dæmones vbique versantur ad pacis euersionem, ad nostram tutelam constituit exercitus Angelorum, vt eorum præsentia Dæmonum constringatur audacia*; & simili stylo Aponius lib. 5. in Canticum Canticorum, in illud cap. 3. *en lectulum Salomonis*, &c. Remigius Antissiodorensis de celebratione Missarum §. *ista sunt voces*, &c. Eusebius lib. 7. de præpar. Euangel. cap. 16. Cyprianus in expositione orationis Dominicæ, in illud, *& ne nos inducas in tentationem*, &c. Theodoretus de Græcor. affect. lib. 3. ad finem. Damascenus de fide Orthodoxa, lib. 2. cap. 4. Bernardus de modo benè viuendi, cap. 67. Hugo Victorinus summæ sententiarum tractat. 2. cap. 6. Quare B. Thomas statuit, 1. part. quæst. 114. art. 1. in corpore, impugnationem quidem ipsam ex Dæmonum malitia procedere, sed ordinem impugnationis à Deo esse, qui nouit malis vti ad bona ea ordinando, sed ex parte Angelorum tam ipsa custodia, quàm ordo custodiæ reducitur ad Deum sicut ad primum Authorem, & ibidem ad 1. perhibet à malis Angelis impugnari homines duplici forma, vno modo instigando ad peccatum, & sic non mittuntur à Deo, sed permittuntur quandoque secundùm Dei iusta iudicia; altero, puniendo homines, & sic mittuntur à Deo, licèt Dæmones alia intentione puniant, quàm mittantur, ex odio nimirum, & inuidia; à Deo autem mittuntur propter eius iustitiam: vide P. Suarez lib. 8. de Angelis, cap. 18. num. 10. iuxta hunc sensum exponendum, quod à primo animationis instanti non quidem Dæmon aliquis singularis ad tentandum nos speciatim designatus à Deo præscribatur, sed quod statim inimica turba peruersorum Angelorum, quas valeant nobis insidias struant, more relato.

Aurelianen. Apon. Remigius. Eusebius. Cyprian. Theodoret. Damascen. Bernard. Victorin. S. Thom. Suarez.

17. Illud etiam insinuat benigni Spiritus, cui nostra credita protectio, notitiam inditam, quòd eum puerili, seu iuuenili forma depingerent eximia cum pulchritudine, alatum quoque, quandoque & militari conspicuum paludamento, aut tunica ad cruris medium circumuoluta, pateram dextera ad morem sacrificantis gestantem, læua cornucopiæ, vt obseruant Lilius Giraldus in historia Deorum, syntagmate 15. & Vincentius Cartharius in imaginibus Deorum, titulo *Lares*; quamobrem formosis & suaueolentibus capillis ornat Tibullus lib. 1. elegia 8.

Giraldus. Carthatius. Tibull.

*Illius è nitido stillent vnguenta capillo,*
*Et capite, & collo mollia serta gerat.*

& lib. 2. elegia 2.

*Ipse suos Genius adsit visurus honores,*
*Cui decorent sanctas mollia serta comas.*
*Illius puro distillent tempora nardo,*
*Atque satur Libo sit, madeàtque mero.*

Antiquam inscriptionem refert Bullingerus libro 1. de licita, & vetita Magia, cap. 26. sequentis formæ: *In ara sepulchri marmorea stent duo Geny mutuo se amplectentes, Mas nudus, & alatus; fæmineus stola longa, subtilique*; iam verò & his ipsis modis bonos Angelos nobis sacræ repræsentant litteræ, nimirum ephebos, seu adolescentes specie humana, eáque admirabili, volucres & pennigeros; qualem repræsentasse figuram Templi Iudaici Cherubinos vult Prado commentario de 1. Ezechielis visione, parte 1. sect. 5 & Villalpandus in eiusdem Prophetæ cap. 41. tom 2. parte 2. lib. 4. cap. 45. Vasquez tom. 1. in 3. part. disput. 104. cap. 6. num. 36. Thyræus in Appendice 1. ad librum de spirituum apparitionibus cap. 3. Alcazar in cap. 4. Apocal. vers. 7. notatione 8. qui notatione 7. §. 6. cogitat *Cherub* etymologiam esse, quod *pater* interpretetur; quamobrem verò spiritus illi corporeæ malis expertes, siue bellatores appareant, & vel cum Dæmone certantes, vel contra scelestos homines armati, seu pacem afferant, & pennis subleuantur, & lætam præferunt ætatem, & vestibus materia, atque arte pretiosis teguntur, sublimiter exponit Areopagita de cælesti Hierarchia, c. 6. §. 2. & ad longum cap. 15. §. 3. tradunt in eundem scopum nonnulla Tertullianus in Apologet. cap. 21. Nazianzenus carmine de substantiis mente præditis. Claudius Marius Victor præfatione in Genesim. Georgius Pisides de mundi opificio. Sancta Hildegardis lib. 1. visione 6. cap. 2. Cæsarius Heisterbachensis lib. 8. cap. 7. agens de Richimunde Virgine.

Bullinger. Prado. Villalpand. Vasquez. Thyræus. Alcazar. *Cherub etymon.* Areopagita. Tertullian. Nazianzen. Victor. Pisides. Hildegard. Heisterbach.

Dico, in lege naturæ expressam fuisse scientiam de Angelo custode, quem nouerant sanctum esse, & perenniter beatum, & ex amore in genus humanum à Numine designatum excubatorem, & vigilem rationalis creaturæ mundi sublunaris; antequam verò Scripturæ extarent, è quibus id Geneseos libro sæpè colligitur, præsertim ex cap. 48. vers. 16 *Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis*, vt obseruat Anastasius Sinaita quæstionibus in sacram Scripturam, quæst. 57. sub initio; id duabus cognitum viis, primùm ex traditione maiorum deriuata per Adamum ad posteros; secundò, ex multis ipsorummet Angelorum apparitionibus, non quòd Israëlitici populi conditoribus Abrahæ, Isaaco, Iacob, aut horum religionem & ceremonias profitentibus solùm apparuerint, sed etiam viris Deum timentibus, & legem naturæ obseruantibus in medio nationis prauæ Ethnicorum

18. *De Angelo custode in lege naturæ expressa scientia.* Gen. 48. 16. Sinaita.

Augustin. eorum, quos viguisse non paucos Augustinus
elatè edocet lib. 18. cap. 47. Horum fuisse è numero, & Angelos instructores habuisse de Melchisedecho putat S. Dionysius cap. 9. de cælesti
Dionysius. S.Maxim. Hierarchia §. 3. sub finem, vbi Scholiastes S. Maximus: *Nota quæ de Melchisedech traduntur, vt quòd Pontifex fuerit, & Angelorum ductu verum Deum agnouerit*; talis & Cornelius Centurio,
Act. 10. 3. qui Actor. cap. 10. vers. 3. *Vidit in visu manifestè quasi hora diei nona Angelum Dei introeuntem ad*
S. Thom. *se, & dicentem sibi*, &c. de quo S. Thomas quæstione 14. de veritate artic. 11. ad 1. Ab his igitur Pagani edoceri potuerunt, & faciliùs multo cum eaundante Iudæorum multitudine patriis eacessêre liminibus, & Orbis terrarum plerisque regionibus sedes fixerunt; verùm quod aliis sacræ & intemeratæ Religionis contigit arcanis, quæ Ethnici sapientes à Iudæis hauserunt, ea vt nefandis superstitionibus cuntaminarent, id notitiæ de Angelo custode accidit; quamobrem si quam Geniorum sub nomine creaturam intelli-
*Genius, de Dæmone.* gebant, Dæmon erat, & spiritus nequitiarum locuples earum rerum prædicator. Lactantius li-
Lactant. bro 2. diuinar. institut. cap. 14. *Hi vt dico spiritus contaminati, ac perditi per omnem terram vagantur, & solatium perditionis suæ perdendis hominibus operantur; itaque omnia insidiis, fraudibus, dolis, erroribus complent, adhærent enim singulis hominibus, & omnes ostiatim domos occupant; ac sibi Geniorum nomen assumunt, sic enim Latino sermone Dæmonas interpretantur*; nimirum versutus hostis, quo stolidos Gentiles certiùs falleret, Genium se, hoc est, protectorem & custodem venditabat, nonnunquam opitulari, & ad virtutem aliquam imperfectam adhortari præseferebat, cùm sub his maius lateret venenum; quare Lactantius memorato nunc capite; *cùm sint perditores hominum, custodes tamen se videri volunt, vt ipsi colantur, & Deus non colatur*; quamobrem celebratum illum Socratis Deum inter Apulei scripta non fuisse bonum Angelum, & de Tutelarium numero, sed prauum Dæmonem, de quo ille ad gloriæ aucupium laudandæ falsò spargebat, ostendit satis
Raynaudus. Raynaudus Theologiæ naturalis dist. 3. quæst. 2. art. 4. num. 131. & distinct. 5. quæst. 1. artic. 8.
Mæratius. num. 157. attestatur & Minutius in Octauio,
Tertullian. Genios non nisi Dæmones esse. Tertullianus Apologetici cap. 22. *Nescitis Genios Dæmonas dici, & inde diminitiua voce Dæmonia?* & de Anima, cap. 39. *Sic & omnibus Genij deputantur, quod Dæmonum nomen est, adeò nulla fermè natiuitas munda est, vtique Ethnicorum.*

19. Hoc ipsum subingerit, quod Genij Numen anguis & Draconis sub specie coli fecerit; videlicet non satis ei fuit primam fœminam decepisse, nisi & animanti, sub cuius figura asturiam meditatus est, impiam vindicaret apotheosim, & cælitibus debitos honores quod de Phœnici-
Eusebius. bus, & Ægyptiis testatur ex Philone Biblio Eusebius Cæsar. lib. 1. præpar. Euangelicæ, cap. 10. de Romanis Seruius Maurus in illud Æneid. 5. *Septem ingens gyros*, &c. *loci Genium per magnitudinem vult probare; nullus enim sine Genio locus est, qui per anguem plerumque ostenditur.* Persius,

*Pingue duos angues; pueri sacer est locus, extrà meite.*

Isidor. Hisp. Ex quo S. Isidorus Hispalens. lib. 12. originum
*Angues, pro Geniis.* cap. 4. initio: *Angues autem apud Gentiles pro Geniis locorum erant habiti semper, vnde & Persius:*

*Pingue duos angues, pueri sacer est locus*, &c. Est autem versus 114. ex 1. Satyra Persij, indicantis, ne pueri certis in locis meierent Genij effigiem serpentis depictam sub imagine, vt sacrum esse locum intelligentes, pueri obscœnare metue-
rent, quemadmodum fusiùs declarat Lælius Bi- Bisciola.
sciola tom. 1. subcesiuarum lib. 6. cap. 12. Insuper Genius voluptatis, atque Epicureorum *Genius voluptatis, & Epicureorũ Deus.* Deus, qua secta, quamuis Paganorum detestandæ omnes erant superstitiones, nihil mage damnosum, futuræ enim vitæ omni suppresso timore, laudum & virtutis nullum habebant pensum,
omnis de ingluie solicitudo, aduersùs quos Se- Seneca.
neca epistola 123. conqueritur hoc eorum nefando producto axiomate; *Virtus, & Philosophia, & iustitia verborum inanium crepitus est, vna fœlicitas est bona vita, facere omnia liberè, frui patrimonio, hoc est, viuere*; ita Florilegij variorum Græcorum epigrammatum lib. 2. cap. 47. num. 7.
Straro. Straro.

*Et bibe, & gaude Democrates, non enim semper*
*Bibimus, neque semper lætitiam habebimus,*
*Et coronis capita condensemus, aut inungamus*
*Ipsas, prius quàm hæc in sepulchra ferant alij.*

Ibidem num. 17. ex Anacreonte Poëta: *Mihi cura est vnguentis imbuere barbam, mihi cura est rosis coronare caput; hodiernum mihi cura est, crastinum quis nouit?* quibus accinit Martialis lib. 2. Martialis.
epigrammate 59.

*Frange toros, pete vina, rosas cape, tingere nardo,*
*Ipse iubet mortis te meminisse Deus;*

& lib. 7. epigrammate 46. ad Licinium:

*Viue velut rapto, fugitiuaque gaudia carpe,*
*Perdiderit nullum vita reuersa diem.*

Omninò tota Epicureorum doctrina ex Sapien- Sap. 2. 5.
tiæ cap. 2. num. 5. *Vmbra enim transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri. Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, vino pretioso, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis, coronemus nos rosis antequam marcescant, nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra.* Hoc autem tam pestilens dogma ea Geniorum schola profluait, vt videas quàm boni fuerint, à qui-
bus tam exitialia dimanarunt. Horatius epistola- Horat.
rum lib. 2. epistola 1. vers. 143.

*Tellurem porco, syluarum lacte piabant,*
*Floribus & vino Genium memorem breuis æui;*

hoc est, quia nos memores reddit vitam momentaneam esse, ac proinde deliciis incumbendum, vt peritiores interpretes construunt; &
Persius declarat Satyra 5. vers. 151. Perf.

*Indulge Genio, carpamus dulcia, nostrum*
*Est quod viuis, cinis, & manes, & fabula fies.*

Quare eius imaginem Romæ conspici sequentibus cum distichis memorat Laurentius Beyerlinch tom. 3. Theatri vitæ humanæ, littera G. verbo *Genius.*

*Quis tu late puer? Genius? cur dextera aristas,*
*Læua vuas, vertex curuè papauer habent?*
*Hæc tria dona Deûm, Cereris, Bacchi, atque soporis,*
*Namque his mortales viuitis, & Genio.*

Nam quidem pane omne obsoniorum genus intelligi consueuit, vti Baccho quicquid in liquidis excellet. Hortatur itaque cultores suoa ad comedendum, & bibendum, tam vt somnos longos & dulces capiant, quæ voluptuosurum regula est.

Omitto non paucos errores circa Genij naturam,& officia;ex doctioribus enim aliqui putarunt non esse substantiam per se completam, & intellectualem essentiam Superioris, quàm sit homo ordinis,sed affectum,aut cognitionem
Plotin. mentis humanæ; sic Plotinus Enneadis 3. lib.4. cap.3. quod hausisse ille ex Timæo Platonis,atque ex Pythagoræ carminibus,Marsilius Ficinus adstruit in dicti libri compendio; Marcus Antonius Imperator vitæ suæ lib.5. cap.10. de Genio inquit; *quem Iupiter sua quandam particulam naturæ vnicuique præsidem ducémque dedit, nimirum, Mentem, atque Rationem*; sed hanc opinio-
Apul. nem paululum emendat Apuleius libro de Deo Socratis post medium. *Nam quodam significatu & animus humanus etiam nunc in corpore situs Dæmon nuncupatur, igitur & bona cupido bonus Deus est*; sed verò, qui Genium substantiam faciunt, tamen sexu distinguunt; viris enim custodem adhiberi Genium perhibent, mulieribus Iuno-
Plinius. nem. Plinius lib.2.histor.natur. cap.7. *Quapropter maior cælitum populus etiam,quàm hominum intelligi potest, cum singuli quoque ex semetipsis totidem Deos faciant,Iunones,Geniósque adoptando sibi.*
Seneca. Seneca epistola 110. *singulis enim & Genium, & Iunonem dederunt*, vbi Muretus & Lipsius aliis
Turneb. stabiliunt testimoniis, Adrianus quoque Turnebus Aduersariorum lib. 16. cap. 19. quod in-
Tertull. dicare Tertullianum libro de Anima, cap. 39. Pamelio visum. Non latet Ariam Montanum in schemate Mosaici Tabernaculi, quod ærea expressit lamina, in Apparatu Bibliorum Cherubin exhibere,alterum masculum,alterum fœmellum; sed id ex Rabbi Salomonis, & Iudaica
Pradus. tractum imperitia obseruat Pradus in 1. Ezechielis visionem, parte 1. sect. 5. neque enim spiritus illi incorporei sexu discriminantur: si quando autem in corporibus assumptis visendos se exhibent, non fœminas, sed viros repræsentant. Postremò, quod dicerent, hominum, & Prouinciarum, & vrbium, & cunctarum ex viuentibus specierum, Genium, seu custodem esse, nec in his modum tenuêre, cùm eousque progressi essent, vt nihil tam abiectum esset cui non Geniorum nimia prodigalitate assignarent
Prudent. aliquem, vt eis meritò Prudentius lib.2. aduersùs Symmachum improperat.

*Quanquam cur Genium Romæ mihi fingitis vnum?*
*Cùm portis, domibus, thermis, stabulis soleatis*
*Assignare suos Genios? pérque omnia membra*
*Vrbis, pérque locos Geniorum millia multa*
*Fingere, ne propria vacet angulus vllus ab vmbra.*

Quare demum exploratum est ab Ethnicis quæ de Angelo custode inaudierant, multis contaminata fuisse erroribus,nec alium quàm prauum Dæmonem eo coluisse sub nomine.

## Sectio III.

*Angelos esse strictè, & verè corporales, num veterum Ecclesiæ Antistitum pars aliqua docuerit? ea quidnam statuerit de thesi Concilium Lateranense sub Innocentio III.*

Existere Angelos demonstrauimus, homini- 21.
bus assistere, eorum amabilem curam gere- *Affirmãt SS.*
re; sed numquid tantæ amicitiæ vinculum abs- *& PP. aliqui.*
que congressu,mutuis aspectibus,dulci familiaritate,& colloquio? At inuisibiles sunt spiritus, quónam igitur modo nostris subiici oculis, qui non nisi materialia intuentur, valeant? Aptè
D. Thomas 1. part. quæst. 51. art.2. ad 2. Sicut S. Thom.
enim à sacra Scriptura proprietates rerum inintelligibilium sub similitudinibus rerum sensibilium describuntur; ita corpora sensibilia diuina virtute sic formantur ab Angelis, vt congruant ad repræsentandum Angeli inintelligibiles proprietates; itaque Angeli non imaginariè, aut per ludificationes, vel præstigia, sed reipsa veris in corporibus spectandos se exhibent, quarum apparitionum copiosa exempla diuinarum litterarum monumentis; de tribus viris,qui Abrahæ visi sunt Genes. cap.18. vers.2. de iuuenibus Sodomiticæ luxuriæ vindicibus Genes.19.vers.5. Exod. cap.3. vers.2. Iosue cap. 5. vers.13. Iudic. cap. 6. vers. 12. & cap. 13. vers. 3. Tobiæ cap.5. vers.17.& cap.12.vers.18.Danielis cap.8.vers.16. & cap. 10. vers. 5. in nouo autem Testamento frequentiùs Matth. cap.4. vers.3. cap.28. vers.5. Marci cap.16. vers.5. Luc.cap.2. vers.10.cap.22. vers. 43. cap.24. vers. 4. Ioann. cap. 20. vers.12.
Actor.cap.1. vers.10. cap.11. vers.7. Quare Au- Augustin.
gustinus lib. 15. de ciuitat. cap.23. iuxta principium; *apparuisse tamen hominibus Angelos in talibus corporibus, vt non solum videri, verùm etiam tangi possent, eadem verissima Scriptura testatur.* Accedit Patrum consensus, quos producunt
Suarez lib.4. de Angelis, cap. 33. num.7. Thy- Suarez.
ræus de spirituum apparitionibus,cap.6.Bubalus Thyræus. Bubalus.
latè quæst.51. art.2. quæsito 1. difficult. 1. §. 3. quibus assentiuntur Scholastici in 2. distinct. 8. & 1. parte, quæst. 51. art. 2. Quamobrem non posse sine magna temeritate negari,statuit Suarez capite nuper memorato, num.5. sententiam
fide certissimam appellat Valentia disputat. 4. Valentia.
quæst.2. puncto 2. hæresim,aut huic quam pro-
ximum contrarium vocat Bubalus præfata dif- Bubalus.
ficultate §.4. Istud autem est, in corporibus as- *Explicatur,*
sumptis Angelos apparere: formantur eiusmo- *Angelos ap-*
di corpora vt plurimum ad similitudinem ani- *parere in cor-*
malium perfectorum, & vsitata apparitio est *poribus as-*
humanæ repræsentationis; non est autem cor- *sumptis.*
pus hominem referens, quale humana generatione ex virili semine producitur, quoniam Angeli naturalem virtutem hoc excedit, & anima rationali deberet informari: est autem simulachrum, & phantasma lineamenta corporis humani perfectè, & ex vera materia repræsentans. Materia autem hæc, prætermissa defunctorum corporum assumptione, quæ rarior est, ex communis doctrinæ placito, ex aëre conflatur, vel

ex nube, aut exhalatione, interdum adiuncto mixto aliquo imperfecto nobis ignotato ad crassitudinem, vel soliditatem; cuius compactionis vestigium est, quòd citò euanescunt, & resoluuntur, nec ictibus cedunt: est autem eiusmodi corpus tanquam ens artificiale, cuius forma est species, seu figura, & repræsentatio illa, quæ apparet; materia, tota illa substantia, in qua refulget species illa externa: huic autem materiæ Angelus subtiliter magis, minúsve resistit, vnde facit, vt solida, & quasi ossa habens iudicetur, vel vt mollis videatur; coloribus pictutat, at non veris, sed quales in iride, pauonis delectabili variatione, & ceruicis columbarum multiplici distinctinctione; aut certis, minimúmque fucatis, vt placet Molinæ in 1. p. quæst. 51. art. 2. disp. 2. Quoniam verò si homo attente consideraret, & non simplici animo, vt faciebant Abraham & alij cùm apud eos hospitabantur Angeli, iísque pedes abluebant, animaduertere posset non esse veram duritiem, aut mollitiem assumptorum corporum, sed artificiose imitatam in non ficta materia; propterea Christus Dominus humanitatem certo indicio probaturus palpandam exhibuit Luc. cap. 24. vers. 39. & Ioann. cap. 20. vers. 27. Assumere verò Angelum corpus, non est solùm illud mouere localiter, nam cœlos ita mouent ex communi opinione, quorum tamen formam non assumunt; nec etiam coalescit ex vnione inter eam, Angelíque substantiam, quoniam hæc vnio cùm deberet esse substantialis, vtpote nexus duarum substantiarum, oporteret eam esse, aut formæ incompletæ ad materiam, aut subsistentiæ ad ens completum, quorum neutrum reperitur; consistit igitur in intima propinquitate motoris ad mobile, hoc est, vt obseruat lib. 4. de Angelis Suarus cap. 36. num. 8. nempe Angelus assumens eam se gerit in normam, & corpore illo sic vtitur tanquam vna persona cum ipso esset, aut velut si anima ipsius fuisset. Denique Theologorum peruulgato assensu Angeli in assumptis corporibus opera vitæ non exercent, sed eis cognatas quasdam operationes iudicio externo sensuum; cùm enim Angelus non sit principium immanens respectu corporis assumpti, actiones non erunt à principio interno, ideò nec vitales; quin verò nec propriè, & ad rigorem comedebant, quia comestio est eduliorum transmissio in verum stomachum fine nutritionis, quæ est actio vitalis; quam ob causam Raphaël Archangelus Tobiæ cap. 12. vers. 19. *videbar quidem vobiscum manducare, & bibere*; hoc est, non edebam omnino proprie, at in similitudinem tantùm & repræsentationem.

Suarius.

Tob. 12. 19.

22. His compendiosè excussis, quoniam trita sunt, & pleraque nullis fluctuant opinionum differentiis, aliud studiosiùs indagandum, num præter externa, quæ assumunt corpora spiritus siue boni, siue peruersi, aliqua sit ipsis connatiua materia corporum subtilium, quibus nunquam exuuntur, seu ignea dicas, seu æthereа, seu ad auræ flantis, & ventorum similitudinem, atque, vt apertè loquamur, num Angeli conditione & natura sua corporei reputandi? Controuersiæ rimam aperuit, quòd Philosophorum hac de re iudicium, Platonicorum imprimis, Ecclesiasticorum scriptorum nec pauci, nec secundi ordinis pars eorum fouisse videantur; sie

*An conditione & natura sua reputandi corporei.*

de Geniis, quos dæmones nuncupabant, Platonem existimasse docet ex Plutarchi de oraculorum defectu, opusculo Eusebius lib. 5. de præparatione Euangelij cap. 4. ex Apuleio S. August. lib. 8. de ciuit. cap. 16. de Platone item Lactantius lib. 2. diuinar. institut. cap. 14. Minutij in Octauio non longè à fine, danda verba; *& in symposio etiam suo naturam Dæmonum exprimere conntitur, vult enim esse substantiam inter mortalem, immortalémque, id est, inter corpus & spiritum mediam, terreni ponderis, & cœlestis leuitatis admixtione concretam*; quibus similia de Platonis mente produnt Hierocles Philosophus commentario in Pythagoræ versus, in illud versus primi; *& terrenos cole Dæmones*, &c. & Maximus Tyrius serm. 27. de Socratis dæmone iuxta medium; horum Platonicorum sequutus axiomata Philo Hebræus lib. de gigantibus, in principio, aëta habere corpora statuit, ætherísque propria animalia vocat; eundem in modum ex Christiana schola disserit Origenes proœmio in lib. 1. Periarchon, sub finem, & dicti libri cap. 6. quem Platonicorum in his vestigia sectatum perhibet S. Thomas quæst. 6. de potentia art. 6. ad 2. licèt non omninò asseueret, sed dubitans, & ambiguus pronunciet; iam verò Augustinus epistola 115. ad Nebtidium iuxta principium, aëta, siue ætherea dicit animantia, quo appellat etiam nomine lib. 3. de Genesi ad litteram c. 10. quibus, alisque locis suorum operum Platonicorum indulgere sententiæ, non tamen asseuerando quidpiam, testatur Angelicus Doctor 1. p. quæst. 51. art. 1. in corpore sub finem, & q. 6. de potentia art. 6. ad 1. cùm verò adstruit lib. 21. de ciuit. cap. 10. *nisi quia sunt quædam sua etiam Dæmonibus corpora sicut doctis hominibus visum est, ex isto aëre crasso, atque humido, cuius impulsus vento flante sentitur*, Platonicos etiam subintelligere per viros illos doctos S. Thomas memorat q. 16. de malo art. 1. ad 1. Porrò siue Platonicorum respexerint dogmata, seu aliis ex principiis deduxerint modò aërea, modò ignita, aut subtili ex quouis elemento corpora Angelis, & Dæmonibus tribuerunt Magnus Basilius libro de Spiritu sancto cap. 16. Cæsarius Gregorij Theologi frater dialogo 1. quæsito, *Si incorporei sint Angeli?* Macarius senior Ægyptius homil. 4. ante medium. Cassianus collatione 7. Sereni Abbatis cap. 13. Faustus Rhegiensis epistola 16. §. *ad hæc aliqua*, &c. Michaël Psellus dialogo de operatione dæmonum cap. 7. & 8. Fulgentius libro de Trinitate cap. 8. in fine. Claudianus Mamercus lib. 3. de statu animæ cap. 7. Rupertus lib. 1. in Genesim cap. 11. & lib. 1. de victoria Verbi Dei cap. 16. in fine. Bernardus serm. 5. in Cantica, & lib. 5. de consideratione ad Eugenium cap. 4. innominati quidam apud Richardum de S. Victore part. 1. de Trinitate lib. 4. cap. 25. Nec Recentiores omnes despiciunt; laudant Caietanus in epistolam ad Ephesios cap. 2. vers. 2. in illud, *secundum seculum mundi huius*, &c. Eugubinus in Psalm. 103. in illud, *Qui facis Angelos suos*, &c. quod latè etiam communstrat lib. 8. de perenni Philosophia cap. 16. 17. 30. Marsilius Ficinus argumento ad lib. 5. Enneadis 3. Plotini cap. 3. Augustinus Niphus lib. 3. de Dæmonibus à c. 3. Franciscus Georgius Problematum tom. 1. quæst. 54. & 57. & tom. 6 quæst. 330. non improbabilem assertionem statuunt Sixtus Senensis Biblioth.

Eusebius. Augustin. Lactantius. Minucius. Tyrius. Philo. *Statuitur, aërea habere corpora.* Origenes. S. Thom. August. Macarius. Cassian. Faust. Rheg. Psellus. Fulgent. Mamercus. Rupert. &c.

Biblioth. lib. 5. annotatione 8. Becanus de Angelis cap. 1. quæst. 2. conclus. 1.

23. His adiungitur ex septima Synodo generali, siue Concilio secundo Nicæno OEcumenico; qoippe non longè à principio quintæ actionis Nicolaus Episcopus Cyzici exhibet librum Ioannis Episcopi Thessalonicensis, quem Synodus recitari præcipit, & id Demetrius exequitur Diaconus. Est autem altercatio de imaginum cultu cum homine Pagano, quo interrogante de Angelis respondet Thessalonicæ Hierarcha Ioannes; *De Angelis, & Archangelis & sanctis virtutibus, quæ super istos sunt, addam etiam nostras hominum animas, intelligibiles quidem eas Catholica, & Apostolica nouit Ecclesia, non tamen incorporales omninò, sicuti vos Pagani fatemini, subtiles autem corpore, & aëreos, & ignitos, secundum id, quod scriptum est, Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem; & hoc multos sanctorum Patrum nostrorum sensisse inuenimus, quorum est Basilius ille Magnus, Athanasius, atque Methodius, & qui circa ipsos sunt*; quibus, alijsque eandem firmantibus sententiam prolatis, Tharasius Patriarcha epilogauit eadem; Synodus verò velut approbans, subiunxit; *etiam Domine*; igitur à septima Synodo declaratum est rectè definire eos, qui Angelos corporales statuunt.
Postremò ex Scripturis subsidia alij mutuantur,
Gen. 6. 2. nimirum Geneseos cap. 6. vers. 2. *Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores*, &c. quædam verò LXX. Interpretum exemplaria legebant, videntes *Angeli Dei* filias
Augustin. hominum, &c. vt memorant B. Augustinus
Cyrill. lib 15. de ciuit. cap. 23. & D. Cyrillus Alexandrinus lib. 9. contra Iulianum, textu 1. Quare ex vetustissimis Ecclesiæ Patribus nonnulli ea se duci cogitatione passi sunt, vt Angelos cœlo delapsos, & mulierum victos cupiditate traderent: necesse est autem ita sentientes vt Angelos corporeos faciant; fuere autem opinionis duces
Tertullian. Tertullianus imprimis libro de habitu mulie-
Lactant. bri cap. 2. & de virginibus velandis cap. 7. La-
Clem. Alex. ctantius lib. 2. diuinar. institut cap. 14. Clemens Alexandrinus lib. 3. stromatum, cap. 5. in fine.
Athenagor. Athenagoras legatione pro Christianis, post
Iustin. Mart. medium. Iustinus Martyr Apologia 1. pro Chri-
Sulp. Seuer. stianis, iuxta initium, Seuerus Sulpitius lib. 1. sacræ historiæ, prope initium.

24. Vera, & certa doctrina, Angelos haudqua-
*Vera, & certa doctrina de Angelis.* quam corporales putandos, sed adæquate spirituales esse, & materiæ expertes. Primum spiritus vocantur Luc. cap. 6. vers. 18. cap. 10. vers. 20. c. 11. vers. 26. ad Hebræos cap. 1. vers. 14. quanquam verò interdum etiam corporata quædam, qualia auræ, ventus, ignis spiritus nomine significentur diuini fœderis pagina, atque hanc ob causam imbecillior hæc existimata sit probatio à
Arrubal. Patre Arrubal disp. 148. cap. 2. num. 16. tamen nisi spiritus appellatio propriè concipiatur,
Actor. 23. 8. Actorum locus non satis explicatur cap. 23. vers. 8. *Sadducæi enim dicunt, non esse resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum*; hoc est, negabant quidquam materia vacuum existere, non resurrectionem, animam videlicet rationalem, non Angelum, scilicet Dæmonum omne
Epiphan. genus, non Spiritum, Deum nempe ipsum, vt
Philastr. explicant Epiphanius hæresi 14. Philastrius c. 4.
Chrysost. de hæresibus ante Christum; Chrysostomus,
Theophyl. Theophylactus, OEcumenius in dicta verba
OEcumen.
Actorum; aut, vt alia habet interpretatio, volebant nihil esse immortale; quare vanas esse prædicationes de reuniendis olim corporibus, de scelerum vindicta, de iustorum duratura fœlicitate in perpetuum. Ratio eorum, quoniam Angelus & Spiritus qualiscunqoe materia constans, non possit noncorruptionem subire; eum in modum de Sadducæorum hæresi Iosephus Ioseph.
lib. 8. antiquit. cap. 2. & lib. 2. de bello Iudaico cap. 7. Hieronymus in cap. 22. Matth. vers. 22. Hier. &c.
Magister, *Moyses dixit*, &c. Paschasius Abbas ibidem. Rabanus lib. 1. in Matth. cap. 3. *videns autem*, &c. Victor Antiochenus in cap. 12. Marci vers. 18. Beda eodem loco. Zacharias Chrysopolitanus lib. 3. concord. Euangel. cap. 17. Rupertus lib. 5. de glorificatione Trinitatis, & processione Spiritus sancti cap. 4. Isidorus Hispal. originum lib. 7. cap. 4. Leontius Bizantinus libro de sectis, actione 2. Lyra, Hugo Cardinal. Carthusianus in Actorum cap. 23. vers. 8. Abulensis tom. 6. in Matth. quæst. 127. In cap. 22. Sed *Sadducæi cur nuncupati hæretici.*
quoniam responderi queat, non ideò Sadducæos hæreticos nuncupatos florente Synagoga, quia Angelos, vel animas hominum corporeas affirmarent, sed quia non futuram resurrectionem inde falsò deducerent, transeamus ad probationem Patrum fundatam testimoniis; ex quibus S. Dionysius Areopagita cap. 4. de diuinis nominibus §. 1. vocat mentes incorporeas, & immateriales, supermundanas, ab omni generatione liberas; cuius effatum amplexatur S. Maximus in scholio ad §. 1. & Pachymera in Paraphrasi; agnoscunt intellectuales, ab omni materia & corpore remotos, immortalis æui Athanasius tractatu de communi essentia Patris, & Filij, & Spiritus sancti, propè finem, titulo *de Angelis*, Nazianzenus in carminibus arcanis, carmine 6. *de substantiis mente præditis*, circa principium. Chrysostomus homil. 22. in Genesim. Basilius Seleuciæ orat 6. in Noëmum. Didymus Alexandrinus lib. 1. de Spiritu sancto, iuxta principium. Eusebius Cæsar demonstration. Euang. lib. 4. cap. 1. Nyssenus in Dominicam precem orat. 4. non longè à principio, in illud; *sicut in cœlo*, &c. Theodoretus lib. 5. epitome diuinorum operum, titulo, de Angelis, & lib. 3. de curandis Græcorum affectibus, post medium. Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus oratione de Angelorum excellentia. Pantaleo Diaconus in encomio S. Michaëlis. Damascenus lib. 2. de fide Orthodoxa cap. 3. Gregorius Papa lib. 4. moral cap. 9. in illud cap. 3. Iob. *Non requiret eum Deus desuper*, &c. Potho Presbyter Prumiensis lib. 4. de statu animæ cap. 2. Laurentius Iustinianus in solemnitate S. Michaëlis. Hugo de S. Victore eruditionis theologicæ summæ seu sententiarum tract. 2. c. 2. Richardus Victorinus 1. p. de Trinitate lib. 4. cap. 25.

Sed instat multarum authoritatum vna sit 25.
Concilij Generalis Lateranensis sub Innocentio III. cap. 1. quod intitulatur de fide Catholica, & incipit, *Firmiter credimus*, &c. dictio hæc est, *Creator omnium inuisibilium, & visibilium, Spiritualium, & corporalium, qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem, & corporalem, Angelicam videlicet, & mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu, & corpore constitutam*; ex quibus verbis colligimus omnem, quam

quam de facto Deus produxit creaturam, iuxta
Synodi partitionem in tres diuidi ordines, vt
aliæ sint spirituales omninò, aliæ corporales
adæquata sui consideratione, aliæ partim ex spi-
ritu, partim ex corpore & materia, nimirum ho-
mines; quas autem putet creaturas integrè spi-
rituales, quas corporeas, subindicauit, *angelicam
videlicet, & mundanam* exprimens, *Mundi* voce
ad creaturas totum corporales restricta, ab vtra-
que homine statim separato, quoniam mixtæ
compositionis est, hoc est, ex spiritu & corpore;
& quidem studiosè semper corporalia à spiri-
tualibus disiungit, vtpote naturas penitus diuer-
sas; equidem & in septima Synodo Generali in
confessione fidei, non longè à fine Actionis 4.
sanctorum Angelorum cùm adorandas imagi-
nes declararent, eosdem incorporeos nuncu-
pant; *τῶν τε ἁγίων ϗ ἀσωμάτων ἀγγέλων, Sancto-
rum etiam, & incorporalium Angelorum.* Denique
si Angeli, & Dæmones corporei essent, quánam
prærogatiua cum aliis penetrarentur corpori-
bus, & clausa quæque facilè perrumperent? Sa-
nè hominem vnum legionem intrasse Dæmo-
Luc. 8. 30. num Beatus edocet Lucas cap. 8. vers. 30. id pro
Richard. nobis quomodo expendat Richardus à S. Vi-
ctore lib. 4. de Trinitate, cap. vltimo, obaudia-
mus; *Nónne ex Euangelio innotuit, quòd Dominus
ab vno homine legionem Dæmonum eiecit? continet
autem vna legio sex millia, sexcenta, sexaginta sex:
si tot ab vno homine eiecta sunt, tot in eo ante eiectio-
nem fuerunt: si Dæmones corpora habent, vbi quæso
in eo fuerunt? in spiritu, an in corpore? cónstat au-
tem, quia omne corpus longitudinem, latitudinem,
altitudinem, locales videlicet dimensiones habet, & eo
ipso sine locali capacitate subsistere non valet, qua-
lem quidem spiritus omninò non habet; ergo non in
spiritu, sed corpore fuerunt: sed quomodo, vel in
qua hominis parte tot corpora esse potuerunt? Sed di-
cis fortasse, quod angelici spiritus tam boni, quàm mali
subtilia corpora habent? Sed quantumcumque sub-
tilia duo eiusdem præsertim quantitatis corpora,
vnum, eundémque locum occupare non valent: cuius
ergo, quæso, exiguitatis putas angelicum corpus esse, si
credas vel solam hominis corpori detractam pellem,
tot angelica corpora posse comprehendere?* Porrò,
quod Richardus ait legionem vltra sex millia
Vegetius. numerasse, docet Vegetius lib. 2. de re militari;
illustrátque ibi Scholiastes Vegetij Godescalcus
Sigonius. Stevvechius; Sigonius lib. 2. de antiquo iure
Lipsius. ciuium Romanorum, cap. 15. Lipsius de Militia
Valtrin. Romana lib. 2. dialogo 8. Valtrinus lib. 3. de re
militari veterum Romanorum, cap. 1.

26. Sed hanc, quam certam, & veram statuimus
assertionem, oportet noscamus quam certa exi-
Bubalus. stimanda sit? Bubalus de Angelis quæst. 50. art. 1.
quæsito 3. difficultate 1. §. 10. opinatur in La-
teranensi Concilio definitam hanc sententiam,
atque ideò fide sanctam putandam; contrariam
autem docturos, errorem in fide propugnaturos.
At nihil de hac re definiendo Synodum tradi-
disse perhibent Carranza in Summa Concilio-
rum, ad Concilium secundum Nicænum scholio,
Sixtus Sen. sub finem Actionis quintæ. Sixtus Senensis li-
Canus. bro 5. annotat. 8. Canus de locis lib. 5. cap. 5. ad
Bañez. calcem quartæ quæstionis. Bañez 1. p. quæst. 51.
Zumel. art. 1. conclus. 2. & 3. Zumel in quæst. 50. dis-
sertatione 1. conclus. 3. volunt Concilium de-
finiisse tantùm, Deum esse vnicum rerum om-
nium creatorem, cæteras particulas exponendi,
non definiendi gratia adiectas esse, in quibus
certiores tunc in Ecclesia opiniones iudicantur;
atque hoc est commune Theologorum iudi-
cium, qui etsi ab erroris nota oppositam libe-
rant cogitationem, temeritatis nihilominus
condemnánt, refragatur enim Concilio non de-
finienti Angelos esse incorporeos; id tamen obi-
ter docenti refragatur Scholasticorum vnani-
mi ferè consensu: tantam verò spernere au-
thoritatem præcipitis, & temerarij ingenij est;
hanc in normam loquuti Molina 1. part. quæ- Molina.
stione 50. art. 1. §. Iouerius, & Miranda, &c.
cap. 6. num. 10. Vasquez disputat. 178. cap. 3. in Vasquez.
fine. Valentia disputat. 4. quæst. 11. puncto 1. §. Valentia.
si quis autem, &c. Arruba disput. 148. cap. 3. Arruba.
num. 3. num. 29. Tannerus disputat. 5. quæst. 1. Tanner. &c.
dub. 2. assert. 3. Granado tractat. 1. de Angelis,
disputat. 1. num. 4. Maratius disput. 2. de Ange-
lis, sect. 1. in fine. Franciscus Amicus disputat. 3.
de iisdem sect. 1. num. 10. Deosculamur libenter
huius pronunciati membrum, quod contendit
minimè à Concilio definitum Angelos esse in-
corporeos; nam si in ipso Dei verbo cùm dubia
occurrit intellectio, eam veneramur explicatio-
nem, in quam Patrum, & Theologorum non di-
cam omnis conspirat chorus, sed quam erudi-
tior & densior pars tradit, cur inde Conciliorum
idem statuamus interpretamento? Quamobrem
lite exorta, num Synodi verba definitionem so-
nent? Theologorum crisi standum est: hi au-
tem declarant à definitione abstinuisse. Sed in-
quias, aliquid definiuit, nempè, vnum esse creato-
rem visibilium, & inuisibilium; cùm autem ser-
monis eodem tenore de reliquis tractet articu-
lis, cur eiusdem styli verbis comprehensa, quæ-
dam definita esse, alia nequaquam perhibemus?
ostendimus quidem dissertationis 3. sect. 7. nu-
mer. 39. Albigenses hæreticos paulò ante Con-
cilium Lateranense Manichæorum enorme sus-
citasse dogma, quo duos affirmabant creatores,
visibilium alterum, quem malum nuncupabant,
inuisibilium alium, quem benignum dicebant;
aduersùs hos igitur lata est definitio à Synodo,
videlicet vnum esse creatorem visibilium, & in-
uisibilium; sed opinio de Angelorum corpora-
litate licèt Patrum, dissidentibus agitata iam
tum ab Ecclesiæ primordiis quæstio erat tota
de nomine, vt mox patefaciemus; hoc autem
*non multum refert ad fidei Christianæ doctrinam*, vt
statuit B. Thomas quæst. 16. de Malo, art. 1. in S. Thom.
corpore, quare litem fidei principiis nihil peri-
culosam dirimendam Concilium non suscepit.
Nec insolitum est, licèt styli formam non mu-
tent intra eiusdem argumenti cancellos alia
quæ fide certa sunt, alia opinionibus nondum
extracta ingeri; nam in Tridentino sessione 14. Conc. Trid.
cap. 1. de institutione Sacramenti Extremæ vn-
ctionis; *Instituta est autem hæc sacra Vnctio infir-
morum tanquam verè & propriè Sacramentum noui
Testamenti à Christo Domino nostro, apud Marcum
quidem insinuatum, per Iacobum autem Apostolum,
ac Domini fratrem fidelibus commendatum, ac pro-
mulgatum*, &c. atque in his quidem Sacramen-
tum esse propriè & verè noui Testamenti, Chri-
stum Dominum illud instituisse, Iacobi Aposto-
li cap. 5. vers. 13. commendatum, omnia ad fidem
spectant. Num autem Iacobus minor consuetus
vocari frater Domini, Canonicæ eius epistolæ
fuerit scriptor, an potiùs Iacobus Zebedæi ve-
terum

terum, & recentiorum altercationibus iactatur,
vt cernere est apud Daza Prolegomenis in di-
ctam epistolam §.3.& seqq. Sic etiam, quod præ-
fato subnectit capite Tridentinum; *intellexit
enim Ecclesia materiam esse oleum ab Episcopo be-
nedictum*, non est definitio, alioqui non tantùm
esset verior solùm opinio, sed ex fide, & indubi-
tabilis prorsus, quæ adstruit esse de necessitate
Sacramenti, vt per Episcopum præcisè adhi-
beatur benedictio, cùm nihilominus opposi-
Valentia. tum censeatur probabile apud Valent. tom. 4.
Basil. disp.5 q.1. punct.2. § *deinde dico*, &c. Basilium
Legionensem de Sacramento confirmationis
Layman. part.2.cap.4.num.3. Layman lib.5.tract.2.cap.2.
Bauny. num.1. Bauny de Sacramentis tract.3. quæst. 4.
§.*affirmatiuum*, &c.

27. Quando igitur nec Scripturæ locus aliquis
efficaciter probans Angelos esse incorporeos,
non Conciliorum definitio, non Patrum tradi-
tio, & vnanimis consensus, vnde recentiores
subinferunt, temerarium esse Spiritibus illis
quamcunque corporalitatis normam tribuisse?
videlicet, quia Scholasticorum communibus re-
pugnat suffragiis? Sed vtra maior authoritas? à
Patribus, an à Scholasticis? Patres autem Tute-
lares habere, & in his doctissimos, eruditissi-
August. mósque, quis deneget? Augustinus lib. 21. de
ciuit. cap. 10. *Sicut doctis hominibus visum est*; al-
ludere autem ad Patrum quosdam, qui ante
ipsum floruerunt, arbitratur commentario in
Coquæus. præfata verba Leonardus Coquæus, Fulgentius
Fulgent. lib. de Trinitate cap 8. in fine, *asserunt Magni &
Faust Rheg. docti viri*. Faustus Rhegiensis epist. 16. *nonnulli
Thessalon. eruditissimi Patrum asserunt*. Ioannes Thessalo-
nicensis in septima Synodo actione 5. *& hoc
multos sanctorum Patrum nostrorum sensisse inueni-
Psellus. mus*; Michaël Psellus dialogo de operatione
Dæmonum c. 7. *quod quidem vel ab ipsis veneran-
dis Patribus Religionis nostra antistitibus ediscere
Rupert. possumus* Rupertus Abbas lib 1. in Genesim c. 11.
Bernard. *vt docti quoque & magni viri perhibent*. Bernardus
serm. 5. in Cantica. *Videntur Patres de huiusmodi
diuersa sensisse, nec mihi perspicuum est, vnde alte-
Richard. rutrum doceam*; & de sua ætate, Richardus de
S. Victore lib. 4. de Trinitate cap. vltimo. *Nam
sunt vsque hodie, qui putant eos corpora habere*, cùm
igitur ex Patrum Senatu multi docti, venerandi,
magni, eruditissimi hanc coluerint sententiam,
quorsum his præiudicatura sit in aduersum pro-
posita Scholasticorum factio? aut cur temera-
rium supponatur tradidisse quod à talibus Ma-
gistris, & ducibus acceptum referatur? Sed nec
Scholastici omnes exosum habuere; nam pluri-
S. Thom. morum vnus B Thomas instar, quæstione hac
magno cum studio pertractata, & argumentis
vndique coaceruatis, resoluit quæst. 16. de Malo,
art. 1. *Siue Dæmones habeant corpora sibi naturali-
ter vnita, siue non habeant, hoc non multum referre
ad fidei Christiana doctrinam*, & cum Augustino
lib. 21. de ciuit cap. 10. statuit, *siue hoc, siue illud
teneamus non esse laborandum de hac re, aut operosa
inquisitione, aut contentiosa disputatione certandum*;
quod aliud nihil est, quàm tradidisse, vtramque
controuersiæ partem defendi posse, quando siue
hanc, siue illam propugnes, nihil, quod fidei
dogmatibus opponatur, aut catholicæ doctrinæ,
eruditorum suggeras auribus. Nec dicere est S.
Thomam latuisse decretalem Concilij Latera-
nensis sub Innocentio III. in cap *firmiter*, &c.
vbi declarat Angelos esse incorporeos, quippe
eam interpretatur opusculo 23. errores, quibus
contradicit, manifestat, sed inter hos quòd An-
geli sint corporei haud connumerat: opuscu-
lum autem hoc, genuinum esse sancti Doctoris
partum, argumento est, quòd in ipsius lucubra-
tionibus Romæ summa diligentia excusis Pij V.
iussu anno 1570. in admonitione ad lectorem
præfixa opusculo 41. expresse asseritur, quæ ma-
iusculo charactere donata sunt, ea esse genuina
B. Thomæ opuscula: in his autem cernitur opu-
sculum 23. atque huic se remittit censuræ Car-
dinalis Bellarminus, eandémque sectatur Lu-
douicus de Torres quæst 50. primæ partis art. 1. Torres.
disp. 21. dub. 2. in fine; & antiquiores quidam
Scholastici, quorum placita recenset Carthusia-
nus in secundum distinct. 8. quæst. 1. Sententiæ
fauent, quæ Angelos incorporeos statuit, sed à
notanda contraria abstinent opinione, sanè
Gabriel Biel, qui anno 1490. floruit in 2. dist. 8. Biel.
ante quæst 1. solùm dicit, *probabile est Angelos
esse natura incorporeos*; sed à septuaginta annis
elapsis Michaël de Palatios in 2. sentent. dist. 3.
disput. 1. postquam docuit olim assertionem
probabilem fuisse, adiungit concl. 4. iam sua
ætate temerarium existimari à se dogma tradens
Angelos esse corporeos; & qui ab hac temporis
periodo scripserunt, recentiorum maxima pars
in hunc eundem modum decernunt, quanquam
nec defuere qui patrocinium subirent nobiles
aliquot scriptores, quales Caietanus, Eugubi-
nus, Niphus, Marsilius, Ficinus locis suprà in-
dicatis num. 22.

Sed quidem, meo iudicio, si Patrum senten- 28.
tiæ expendantur, nullus veram corporalitatem *Authorum placitum.*
Angelis indulsit; aliis itaque incorporeos vo-
cantibus, aliis corpora adscribentibus, dissidium
tantùm erat de nominibus. Quemadmodum ve-
rò Origenes Ecclesiasticorum Scriptorum pri- Origenes.
mus fuit, qui Angelos corporeos dicere visus
est, ita ab eodem hauriemus, quidnam *incorporei*
appellatione intelligeretur? inquit ad finem
Procemij in lib 1. Periarchon *In consuetudine ve-
rò hominum omne quod solidum, vel palpabile non
fuerit incorporeum simplicioribus, vel imperitioribus
fuerit; velut si quis aerem istum, quo fruimur, incor-
poreum dicat, quandoquidem non est tale corpus, vt
comprehendi, ac teneri possit, vrgentique resistere.*
At in hac loquendi norma doctos etiam vulgi
se accommodasse phrasibus, deponit Michael
Psellus dialogo de operatione Dæmonum, c. 7. Psellus.
in fine; *& nostri, & externi, atque adeò à nostra
religione remotissimi, & antiquissimi quique corpora
illa, quæ crassiora sunt, corporea dicere solent: quod
autem perexiguum est, & pertenue, nec sub aspectum
cadit, nec tactui exponitur, id incorporeum non so-
lùm religionis nostra, verùm externa superstitionis
antistitu appellandum censent.* Sed quo pacto in-
doctior mortalium portio aërem incorporeum
nuncupabat, non absolutè, verùm ex compara-
tione rerum solidarum, & palpabilium; eundem
in modum eruditi & perspicaces, Angelos non
simpliciter, sed cum nobis collatos vocabant in-
corporeos; Cæsarius dialogo 1. *Incorporei qui-* Cæsarius.
*dem sunt Angeli respectu natura nostra*; sed Deo
comparatas animam rationalem, Dæmonas, &
omnium Angelorum Hierarchias corporeos ap-
pellabant, solúmque Numen infinitum absolutè
incorporeum dici statuebant; quem in morem
Origenes

Origenes Periarchon lib. 1. cap. 6. in fine; *cùm solius Dei, id est, Patris, & Filij, & Spiritus sancti naturæ id proprium sit, vt sine materiali substantia, & absque vlla corporeæ adiectionis societate, intelligatur subsistere*; (Hilar.) sic Hilarius Canone 5. in Matth. in illud, *ideo dico vobis*, &c. *Nihil est, quod non in substantia sua, & creatione corporeum sit, quia omne, quod creatum est, in aliquo sit, necesse est.* (Cassianus.) Cassianus collatione 7. cap. 13. *quibus manifestè colligitur nihil esse incorporeum, nisi solum Deum*; (Faust Rheg.) quem sequitur Faustus Rhegiensis epistola 16. (Thessalonic.) Ioannes Thessalonicensis in septima Synodo, actione 5. *Sola enim, vt veraciter fatemur, diuinitas est incorporalis, & incircumscripta; porro intelligibiles creaturæ non omninò incorporales, & inuisibiles, vt Diuinitas, sunt, propter quod in loco sunt, & circumscripta consistunt.* Sed quid moramur, cùm (Damascen.) Damascenus, qui non theologicè solùm, verùm & scholasticè disputat lib. 2. de fide Orthodoxa, cap. 3. postquam Angelum definiuit, *essentiam intelligentem, corporis expertem*, subnectit; *quod autem corpore, & materia vacare dicitur, hoc nostri ratione intelligendum est; alioqui enim id omne, quod cum Deo confertur, crassum, ac materia constans reperitur*; parem (Cretens.) in modum Ælias Cretensis in orationem 1. Nazianzeni num. 16. in illud: *Nihil enim mihi*, &c. *solus quippe Deus circumscriptionis expers est, quoniam & solus propriè corpore vacat; circumscripti autem Angeli, quoniam ne incorporei quidem propriè sunt, etiamsi nostri respectu incorporei dicantur.*

Patrum igitur scopus fuit Dei spiritualitatem vnicè extollere; hanc vt commendarent, creaturæ spiritualitatem adeò extenuabant, vt corporeas ad Numen relatas vocarent; eam sanè ad formam, qua à nobis ostensum est superiùs dissertatione 1. sectione 5. num. 31. cùm de *esse Dei* Patres loquuntur, affirmare creaturas non habere *aliquid esse*; non quoniam supponerent, vt eos Scholastici passim interpretantur, creaturas non habere esse reale cùm subsistant, & verè sint, sed non habere summum esse, cuius esse summi, & infiniti tanta est amplitudo, & maiestas, vt huius ad iubar creatura omninò delitescat & velut non habere esse iudicetur, ita Angeli, Dæmones, animæ seu beatorum, siue damnatorum spiritales, & incorporeæ sunt strictè, & propriè, verùm facta comparatione cum Dei incorporalitate, hæc adeò sublimis, & excelsa est, vt subtilitas Angeli, & animæ crassitudo & materialitas velut reputanda sit; verborum igitur sola altercatio est, num scilicet homo, qui ex parte, Angelus qui integrè spiritualis est propriè & rigorosè; Deo tamen comparati *corporei* nominandi sint? & controuersia cum his (Augustin.) additamentis ritè explicata, de ea benè Augustinus lib. 21. de ciuitate, cap 10. *non esse laborandum operosa disquisitione siue hoc, siue illud dicatur*, nempè aut esse Dæmones absolutè incorporeos, aut esse corporeos non simpliciter, & reipsa, verùm comparatione facta ad (S. Thom.) creatorem rerum; & simili resolutione B. Thomas quæstione 16. de Malo, articul. 1. in corpore: equidem plerique eorum, qui Angelos, & Dæmonas corporeos vocari posse contendunt, hoc ipsum de anima rationali tradunt; de quo dubio interrogatus sanctus Augustinus, respondet egregie, non posse esse contentionem nisi de nomine; sic verò loquitur epistola 28. ad Hieronymum; *Incorpoream quoque esse animam etsi difficilè tardioribus persuadetur, mihi tamen fateor esse persuasum, sed ne verbi controuersiam vel superfluè faciam, vel meritò patiar, quoniam cùm de re constat, non est opus certare de nomine: si corpus est omnis substantia, vel essentia, vel si quod aptiùs nuncupetur, id quod aliquo modo est in seipso, corpus, est anima. Item, si eam solam incorpoream placet appellare naturam, quæ summè incommutabilis, & vbique tota est, corpus est anima, quoniam tale aliquid ipsa non est. Porro si corpus non est, nisi quod per loci spatium aliqua longitudine, latitudine, altitudine ita sistitur, vel mouetur, vt maiore sui parte maiorem locum occupet, & breuiore breuiorem, minúsque sit in parte, quam in toto, non est corpus Anima*; quod igitur de anima rationali Augustinus opinatus est, num sensu aliquo *corporea* nominari queat, hoc de Angelis pariter cogitandum est.

30. Nullus igitur Patrum corporis propria spectata significatione docuit corporeos esse Angelos, vel Dæmones; sed cùm scirent reipsa spirituales & incorporeos esse, posse tamen Deo collatos nominari corporales volebant; itaque si de voce contentio existat, fatemur Patrum multos allegari posse, qui Angelos corporeos appellauerint: Scholastici autem, qui ad vnguem dissecant axiomata theologica, cùm metuerent, ne qui Patrum in lectione indiligentiùs versati essent, existimarent eos vera tribuere Angelis corpora, ex quo dogmate periculosæ deduci consequentiæ possent, nempè denegata intellectualitate creaturæ materiali, negata eidem impassibilitate, atque æuo fine carituro, phrasim etiam corporeitatis tollendam censuerunt, vt fecit B. Thomas 1. parte, quæstione 51. articul. 1. (S. Thom.) quamadmodum olim plurimorum Conciliorum & Patrum frequens loquutio extitit, *Hominem assumptum fuisse à Deo*; & tamen eum dicendi modum, vt minùs proprium, Scholastici ablegarunt, de quo Vasquez in 3. parte, (Vasquez.) disputatione 15. cap. 1. & 2. Quamobrem qui hodie defendere proponeret Angelos esse corporeos, idque intelligendum contenderet de corpore philosophice, & rigorosè accepto, is aduersantem sibi haberet omnium Patrum, & Theologorum sententiam; aliunde verò nullum à ratione & intrinsecis principiis desumptum argumentum solidum & graue exhibere posset; quid enim statuat, si Angelum ex materia & forma componat; animam ei tribuit, quod de Angelis affirmari non patitur Augustinus lib. 1. retract. cap 11. (August.) *quos habere animas nunquam me legisse in diuinis eloquiis canonicisque memini.* Si vnam, & simplicem pingat substantiam, adhuc corpoream faciens, scrupuli multi exurgunt; primò enim sub quæstione est, an repugnet absolutè corpus simplex? Deinde, vt nulla sit implicantia, homo cùm ex parte spiritualis sit, hoc est, secundùm animam, Angelo perfectior erit, cùm tamen omnium suffragiis nobilior reputetur Angelica natura;

hominis verò animam ſpiritualem, & incorpoream eſſe, & ideò incomparandæ cuiuſdam dignitatis tradit Auguſtinus in illud Pſalm. 145. *Lauda anima mea Dominum*, &c. non longè à principio: *Natura animæ præſtantior eſt, quàm natura corporis, excellit multum, res ſpiritualis eſt, res incorporea eſt, vicina ſubſtantiæ Dei*, &c. Tertiò, quomodo ſubſtantia corporea intellectus & arbitrij capax, & vt corpore Deum intuitiuè videat? ex qua materia corpus formatum, quod in functionibus omnibus nihil creaturæ adæquatè ſpirituali debeat? itaque cùm hæc omnia ſpinoſa ſint, nullíſque ſubnixa fulcris receptorum in ſcholis dogmatum; ſequitur, eum qui propugnare tentaret Angelos ſtrictè exiſtimandos corporeos à Patrum & Theologorum diſceſſurum tramite, rationis, aut Philoſophiæ ſolidioris nullam allaturam micam; quamobrem has ob cauſas meritò audax, & temerarius haberetur; quare recentiores Scholaſtici theſim defenſantem Angelos eſſe corporeos iuſtè temerariis annumerant propoſitionibus.

31. Iam, quod ſupra ex Geneſis cap. 6. verſ. 2. productum eſt, ſcilicet filios Dei amoribus ſpecioſarum virginum illecebratos Angelos extitiſſe, qui carnalibus indulſerint amplexibus, tantum abeſt vt Patres, qui de Angelorum natura æquum aliquod tulerint iudicium, approbare aliquo modo voluerint, vt potiùs maximè ſtomachati ſint; nam demus corpora habuiſſe, nec cæli beatos incolas fuiſſe, ſed corpora impaſſibilia erant, prurigini, & ſpermaticis ſordibus inepta, proinde à venereo incendio aliena; quamobrem Cæſarius
Cæſar. Gregorij Theologi germanus *ſtultitiæ* depu-
Cyril. tat credidiſſe Angelos fœminas deperire; Cyrillus Alexandrinus lib. 9. contra Iulianum textu 1. *opinionem vocat ad luxuriæ patrocinium excogitatam*, *ſtupidorum* eam fuiſſe ſententiam cen-
Theodoret. ſet Theodoretus quæſtione 47. in Geneſim; idémque Anaſtaſius Sinaita quæſtione 25. in
Philaſtr. ſacram Scripturam: Philaſtrius erroribus adnumerat hæreſi 59. poſt Chriſtum; *dementiam*
Chryſoſt. appellat Chryſoſtomus Homil. 22. in Geneſim
Baſilius. non longè ab initio; itidem & Baſilius Seleuciæ Epiſcopus oratione 6. in Noëmum. Siue igitur legas, *videntes filij Dei filias hominum*, vt habet vulgata Latina editio, & correctiora Biblia L X X. Interpretum; ſeu placeat legere cum Græcis nonnullis Patribus, quibus L X X. quædam exemplaria præfulſere, *videntes Angeli Dei filias hominum*, ſincera interpretatio, vt filiorum Dei nomine poſteri, & nepotes Seth concipiantur; per filias autem hominum à Cain ſtirpem trahentes ſignificentur puellæ; Sethiana familia prognati hauſtam à maioribus pietatem, & iuſtitiam diu coluerunt, qua ne exciderent ab amicitiis cum domo Cain abſtinuerunt, hæc enim ſceleribus multis coinquinata eſt, ſed tandem virginum, quibus formæ rarum decus, ſpecie dementati vnà cum thalami fœdere deteſtandos hibere mores, atque ex eorum lapſu iuſtitia à mortalibus profugata diluuium ſuperinductum eſt; hanc tradidere expoſitionem præter declaratos Authores locis
Caſſianus. eiſdem Caſſianus collatione 8. cap. 21. Augu-
Auguſtin. ſtinus lib. 15. de ciuitate, cap. 23. Athanaſius,
Athanaſius. ſeu quis Author quæſtionum ad Antiochum, quæſtione 57. ex prioribus; & ex poſterioribus quæſtione 65. Beda in illud cap. 5. Geneſ. *vocauítque nomen*, &c. Chronicon Alexandrinum in principio. Alcuinus interrogatione 95. in Geneſim. Rabanus lib. 2. in Geneſ. cap. 5. Eucherius in cap. 6. Geneſ. num. 37. Rupertus lib. 4. in Geneſ. cap. 12. hiſtoria ſcholaſtica, cap. 31. in Geneſim; in eiuſdem libri cap. 6. verſ. 2. Strabus, Interlinearis, Lyra, Hugo Cardinalis, Carthuſianus, Abulenſis quæſt. 9. Lucas Tudenſis in Chronico in prima mundi ætate. Suidas verbo *Seth*. Zonaras Annal. tom. 1. non longè ab initio. Hugo de S. Victore Allegoriarum in Geneſim lib. 1. cap. 11. Vincentius Speculi hiſtorialis lib. 1. cap. 59. & hunc ſequutus B. Antoninus de Florentia Summæ hiſtorialis titulo 1. capitis ſecundi initio; Freculphus Chronicorum tom. 1. lib. 1. lib. 14. S. Thomas 1. parte, quæſtione 51. articul. 3. ad ſextum, & denſo agmine recentiores interpretes; itaque quemadmodum hæc eſt concors enarratorum ſacræ Scripturæ expoſitio, ſic etiam verior eſt quibuſuis aliis ſententiis; cui verſiones illæ, *filij potentum*, *filij magnatum*, *ſeu principum*, non opponuntur; nam qui tales erant in ſtirpe Seth, vt diuitum & magnatum audacior eſt licentia, fortaſsè primi omnium opibus, & imperio fulti luxuriæ cœpere patrocinium, quos mediocris fortunæ pars facilè imitata eſt.

Beda. Chron. Alex. Alcuinus. Raban. Eucher. Rupert. &c.

Poſtremò, nec illud terret, quod ex ſeptima Synodo, actione quinta prolatum eſt, velut 32.
Ioannis Theſſalonicæ Epiſcopi libellus quoad omnia à Concilio approbatus fuerat; in eo autem ſtatuebatur Angelos ideò pingi, quoniam corporei ſint. Reſpondetur imprimis cùm Synodi ſcopus non fuerit tractare de naturæ Angelicæ forma, an corpore, an ſpiritu conſtitueretur, ſed vtrùm pingi poſſint, & num imagines eorum coli debuerint? approbauit articulum principis controuerſiæ, & metæ ſibi vnicè præfixæ, videlicet Præſulem illum rectè ſenſiſſe Angelorum ſanctorum pingi iconas, & adorari; rationem verò quam proponebat, quorſum pingi eos nihil repugnaret, nimirum, quoniam *corporales* fuiſſent, nec reiecit, nec
approbauit, quia præter ſcopum erat; ita Vaſ- Vaſquez.
quez tom. 1. in 3. parte, diſputatione 103. cap. 5. num. 32. & tom. 2. in 1. parte, diſputa-
tione 178. cap. 5. num. 13. Valentia diſputa- Valentia.
tione 4. quæſtione 2. puncto 1. §. ad ſecun-
dum, &c. Becanus cap. 1. de Angelis, quæ- Becan.
ſtione 2. numer. 3. Franciſcus Amicus diſpu- Amicus.
tatione 3. de Angelis, ſectione 1. num. 14.
Ludouicus de Torres diſputatione 21. dub. 2. Torres.
§. *rationibus etiam*, &c. Secundò dicimus: Taraſium Patriarcham audito toto Ioannis libello, ad Synodum retuliſſe: *oſtendit Pater, quòd & Angelos oporteat pingi, quoniam circumſcripti ſunt, & veluti homines apparuerunt multis*; tribus quidem de cauſis Angelos à pictoribus exprimi poſſe Ioannis Theſſalonicenſis indicabat opuſculum; videlicet primum, quia circumſcribi & definiri poterant; ſecundò, eo quòd humana ſub ſpecie apparerent; tertiò, propterea, quòd corporei eſſent: Patriarcha verò Taraſius, cui demandatum fuerat, vt epilogaret libellum Theſſalonicenſis quatenus Synodi inſtituto deſeruiret, ſubiunlit

*Angeli pingi poſſunt, & eorum adorari icones, & cur.*

Suarez. Granado. Bobalus.

lit à Ioanne rectè doceri Angelos pingi posse, eò quòd humanis sublineamentis cùm se spectandos offerrent, circumscribi, & picturæ terminis comprehendi valeant; hoc modo Suarez lib. 1. de Angelis, cap. 5. num. 9. Granado tractatu de Angelis, disput. 1. num. 10. Bobalus quæst. 50. art. 1. quæsito 3. difficultate 1. §. 6. certè Concilium ipsum actione 4. in confessione fidei §. *Dei, & Saluatoris nostri*, &c. inquiebat; *Porrò has pretiosas, ac venerabiles icones honoramus, & salutamus, ac honoranter adoramus, hoc est, magni Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi humanationis imaginem, & intemeratæ Dominæ nostræ Dei genitricis, Sanctorum etiam, & incorporalium Angelorum, vt homines enim iusti apparuerunt.* Vides prædicare Angelos *incorporeos*; sed quoniam humana sub figura cernebantur, sub hac exprimi posse; non igitur approbauit Ioannis tractatum, qua parte Angelos corporales edocebat cùm Synodi oppositæ fuerit sententia, sed quatenus aiebat conspici ad hominum similitudinem. Tertiò affirmamus, Tarasium Archihierarcham Concilium nihil aliud significare voluisse, quàm recitatum Ioannis Thessalonicensis cum inscriptione libellum, veram esse ipsius ptolem, nec alienam, aut suppositiriam lucubrationem; cùm enim ex sanctorum Patrum effatis, & Ecclesiasticorum Doctorum monumentis plurima Synodus testimonia coaceruaret, oportebat, ne aduersarij ficta pro veris obtrudi opponerent; atque hanc in gratiam eruditis commiserat vt à fucatis certa distinguerer; hoc perfunctus munere Tarasius, cùm Ioannis Thessalonicensis perlectus est tractatus: Concilium autem vt indicaret, se fidem habere Patriarchæ, & credere genuinum esse illum fœtum Thessalonicensis Episcopi, subiecit, *etiam Domine*; non quòd his verbis doctrinam recitati comprobaret opusculi, sed innuebat tantùm qualiscumque demum fuisset doctrinæ ratio, omnium verum Authorem habendum Ioannem Thessalonicensem; sic rectè explicant Arrubal in 1. p. disp. 148. c. 3. n. 25. Mastrius tractatu de Angelis, disp. 2. sect. 2. §. *Hac obiectione*, &c.

Arrubal. Mastrius.

## Sectio IV.

*Gigantes veros fuisse variis Gentium Prouinciis: an tales Adam atque Eua, & cur modò pauci giganteæ staturæ? Incubos, & succubos esse Dæmones; an ex eorum libidinibus homo nascatur aliquando? Pygmæi qui censendi? Num extiterint?*

33. Qvanquam satis exploratum sit Angelos esse incorporeos, aliquas tamen dubitatiunculas proponemus, quibus quòd defuerit masculi cuiusdam roboris excusabit nonnihil curiosa indagatio. Vndenam igitur procreata monstruosa gigantum corpora nisi ex Dæmonum scortationibus, & concubitu? ita quidem de primis mundi gigantibus tradiderunt, Athenagoras legatione pro Christianis, post medium, Lactantius lib. 2. diuinar. institut. cap. 14. Iustinus Martyr Apologia 1. pro Christianis. Seuerus Sulpitius lib. 1. historiæ sacræ; probabile reputant historia Scholastica, cap. 31. in Genesim. Hugo Cardinalis ad cap. 6. Genes. vers. 2. absolutè docent ex Neotericis Paulus Burgensis additione 1. & 3. ad cap. 6. Genes. Franciscus Georgius tom. 1. Problemat. sect. 1. quæst. 54. & tom. 6. sect. 5. quæst. 192. Valles sacræ Philosophiæ, c. 8. Num quidem vel ab hominibus tam procera magnitudo, vel à quo alio nisi à Dæmone? At humanæ generationi si ea virtus inesset, cur non passim variis in Regionibus matres giganteam edant sobolem? Quis naturam lassauit? Quis infœcundam reddidit? Sed his facilè ij respondebunt, qui omne genus gigantum præter quosdam ante diluuium natos fabulosum opinantur, & quæ referuntur inueniri diuersis in Prouinciis ossa granditatis supra humanam staturam, elephantum esse, aut aliarum bestiarum, seu terrestrium, seu ex marino gurgite cogitant; quam sibi placere sententiam non obscurè indicat Goropius Bocanus in Nilofcopio, & in Gigantomachia etiam repudiato patrio gigante Antuerpiensi. Verùm gigantes extitisse multos à prudentiori aliquo cerebro vix negati queat; certè, qui gigantum nomen, quod veteris Instrumenti crebra resonat pagina, ad metaphoricos transferre sensus contendat, ostendat prius necessarium est, implicare gigantum ortus, si enim non repugnant, quorsum non propriè vos accipiatur? repugnare autem prorsus quis affirmet, quando Scriptura & immanes eorum lectos, & arma stupendi ponderis describat, aliaque subindicet argumenta hominum communi staturæ contraria? rectè admodum Theodoretus quæst. 48. in Genesim. *Ego verò cum audio Scripturam diuinam dicentem de Enac, quòd à Gigantibus oriundus erat; & de Og, quòd cubile ipsius ferreum erat, habens longitudinem nouem cubitorum, & latitudinem quatuor cubitorum, & quòd ille existimatus est esse de familia Raphaim: item, cùm audio exploratores narrantes, quòd eramus in conspectu eorum tanquam locustæ, & Deum confirmantem hos sermones, & dicentem, Tradiderunt Amorrhæum, cuius altitudo erat tanquam cedri, & robustus vt quercus; & de Goliath, quòd longitudinem habeat sex cubitorum & palmi; arbitror fuisse quosdam prægrandes homines, Deo hoc sapienter dispensante; vt cognoscant Deum tanquam omnipotentem creatorem, tantam hominibus distribuisse mensuram, perfacile enim erat ei maiores etiam homines creare.* Theodoreti longiorem transcribere periodum adlubuit, quoniam ex diuinis litteris speciatim probat; de quibus Augustinus compendiosiori clausula lib. 15. de ciuit. cap. 23. *Igitur secundum Scripturas Canonicas, Hebræas, atque Christianas, multos ante diluuium fuisse dubio non est*; quod cùm Patrum atque interpretum communis sit definitio, non malè pronunciatum est à Pineda in cap. 26. Iob vers. 5. num. 8. *Qui de gigantibus in re dubitaret, de fide, & sacra historia veritate dubitaret.* Ne autem imperiti vanis Græcorum Poëtarum figmentis decipiantur, qui in fictionum mille portenta de gigantibus luserunt, admonet B. Cyrillus Alexandrinus lib. 9. contra Iulianum, circa principium. *Non enim nos Græcos sequuti Poëtas, immani mole præditos illos fuisse dicimus, ac tam altis corporibus, vt insulas è medio mari ereptas in cœlum proiicerent, sed vultu quidem deformes, ac monstrosos, & præferocis, non tamen vltra humanam mensuram in tan-*

Gigantorum de geniti. Athenagor. Lactant. Iustin. mart. Sulpitius. Hugo Card. Burgensis. Georgius. Valles. Gorop. Gigantum existentia. Theodoret. August. Pineda. Cyrillus.

*tum elatos, quantum Græcorum Principibus placuit ementiri.*

34. *Gigantum habitatio post diluuium extra Chananæam variis terrarum regionibus.*

Quod verò extra Chananæam aliis terrarum regionibus, idque plurimis post diluuium seculis gigantes habitauerint, ex historia discimus, quam qui despexerit, mendacē priùs esse ostendat, operæ pretium est. Nec verò, quod Sycophanta aliquis interdum pro humanis balænæ, aut elephantis substituerit ossa, idcircò contemni debet argumentum, quod ossium magnitudine fulcitur: nam nec humana dignoscere ossa tanti laboris prouincia est; nec similibus probare indiciis Scriptores grauissimi respuunt; Tertullianus libro de resurrectione carnis, cap. 42. *Nec gigantum antiquissima cadauera deuorata constabit, quorum crates adhuc viuunt.* Augustin. lib. 15. de ciuit. c. 9. exemplo dentis molaris insolitæ magnitudinis, quem ipse viderat, confirmat extitisse gigantes; Philostratus in Photij Bibliotheca codice 241. *Ego autem gigantes fuisse dico, multisque locis direptis tumulis eiusmodi corpora ostendi, vt fertur, cum Diis pugnasse non credo,* & varia quidem exempla, quæ comprobant gigantes conspectos regionibus compluribus, suppeditabunt Baptista Fulgosius lib. 1. memorabilium cap. 6. titulo *de Gigantibus.* Thomas Fazellos ad longum & seriò prioris decadis de Rebus Siculi lib. 1. c. 6. Hieronymus Magius lib. 1. Miscellaneorum c. 4. Torniellus sacrorum Annalium tom. 1. anno mundi 987. à n. 18. Atque vt omittam, quæ de gigantibus apud Indos Peruanos memorant Acosta lib. 1. de natura noui Orbis, c. 19. Leuinus Apollonius lib. 1. de rebus Peruanis c... pag. 20. Forcatulus lib. 1. de imperio Gallorum asserit *Tuiscon* gigantem Sarmatis leges dedisse; Ioannes Picardus lib. 1. de prisca Celtopœdia Grimaldum gigantem duello victum à Carolo Magno; sed fertilis gigantum imprimis Septentrio, vt docet Olaus Magnus lib. 1. historiæ Septentrionalis, cap. 36. quod speciatim de Suetia, & Gothia demunstrat lib. 5. c. 2. & seqq. idem de Dania perhibet Saxo Grammaticus sub finem Prologi ad historiam Daniæ; testantur à Gigantibus penè totam inhabitatam Angliam, quos Brutus præliis multis deleuit Galfridus Monemutensis lib. 1. de origine, & gestis Britannorum c. 9. Guilielmus Parisiensis secundæ partis de vniuerso p. 3. c. 25. in Scotiæ minoris historia Ioannes Leslæus lib. 4. in Eugenio 2. Rege, inquit, celebratum eo tempore gigantum dictum *Fynmaccul,* qui cæli putabatur filius; nostra etiam Ibernia à Gigantibus famosa, tradit habitam à Gigantibus tertio post elapsum diluuium seculo Giraldus Cambrensis in Topographia Iberniæ cap. 12. & 13. meminit thermarum, quas in *Killare* monte Iberniæ habebant, quibus *chorea gigantum* nomen Galfridus Arthurus iam allegatus lib. 5. de gestis Britannorum, cap. 5. meminit, & gigantum Iberniæ saxo Grammaticus lib. 6. hist. Daniæ, Iocelinus in vita S. Patricij, quem Apostolum nostrum Iberni studiosè colimus, c. 81. narrat inter plurimos, quos diu iam extinctos vitæ secundò restituit, vnum fuisse gigantem quendam Ibernum *Glarcum* nomine ante centum defunctum annos, cuius bustum miræ fuisse longitudinis significat; eam longitudinem pedum fuisse triginta vita B. Patricij apud Bedam testatur lib. 2. post medium; equidem annus huius seculi decimi septimi trigesimo septimo propè Limricum nobilem Iberniæ nostræ vrbem in Momoniæ Prouincia cùm effoderent quidam per æstatem præter omnem expectationem sepulchrum, offendunt Gigantis triginta pedes in longum; eius rei plurimi & graues oculati extitere testes; dens molaris palmum æquans etiam tum sex librarum ponderis erat; Sigibertus Gemblacensis in vita S. Maclouij Episcopi, quam Surius tom. 6. exhibet, qui alio nomine Machutus, de quo Kalendarium Romanum ad decimam quintam Nouembris, cap. 8. narrat peregrinātem cum Magistro suo D. Brendano nostra orto ex insula, incidisse in tumulum defuncti hominis, quem fuisse giganteæ molis & proceritatis, prodebat conspecta qualitas corporeæ magnitudinis, quem iussu præceptoris iterum has redire ad auras fecit; de qua vita per Sigibertum scripta ait Ioannes Molanus notis ad martyrologium Vsuardi ad 15. Nouembr. n. 2. eam diligenter exaratā antiquorum stylo quantum ad veritatem historiæ attinet; ex Sigiberto desumpsit Bellouacēsis speculi historialis lib. 21. c. 97. ex hoc S. Antoninus tom. 2. summæ historialis, c. 8. tit. 11. §. 5. habet etiam Petrus de Natalibus in catalogo Sanctorum lib. 10. c. 64. illustrat Matthæus Raderus 1. p. Viridarij Sanctorum, in annotationibus ad historiam de miraculo Carthagine facto 28. Aprilis. Nemo vt commentitiam reiectat narrationem de gigante, denique Americus Vespasius in secunda sua nauigatione ad Occidentales Indos refert peruenisse ad insulam, quam ob insolitam virorum, & mulierum proceritatem, *Insulam gigantum* meritò appellandam duxit; Surius etiam in commentariis gestorum sui temporis ad principium anni 1511. scribit Maximiliano Cæsari apud Augustam virum oblatum prodigiosæ vastitatis & crassitudinis, qui integrum vitulum crudum, vel ouem incoctam vice vna deuoraret.

Itaque gigantes extitisse plurimos, & variis terrarum regionibus certum prorsùs arbitramur; sed horum ortus quorsum Dæmonibus adscribendus? quid vetat ex hominibus prognatus fuisse? neque vt hoc persuadeamus, supponimus necessariò Gigantes semper giganteæ stirpis authores fuisse; nam ex proceris nascuntur exiguæ staturæ filij, ex mediocribus & paruis alti verticis soboles pro occulta seminis, & aliarum causarum dispositione. Mihi non dissonant qui autumauere primos Orbis terrarum incolas, & hos inter Adamum ipsum giganteæ fuisse magnitudinis, non quòd monstruosæ fuissent staturæ, sed quibus grandiores inter nos comparati, homunculi videantur; de Adamo memorat Christianus Adrichomius in Terræ Sanctæ theatro, in Iuda, n. 7. luxisse simul cum coniuge Eua mortem Abel in spelunca quadam centum per annos, in qua cauerna visuntur lecti eorum saxei triginta pedes in longitudinem; ex quibus subinferre licet, ipsos staturæ fuisse pedum triginta, quæ gigantea est; sed nescio vnde hauserit, quos enim allegat testes Brocardum, & Breydenbachium, nihil iuuant, quippe Brocardus planctum illum de filio interempto inter fabulas reponit, titulo, *Montes circa Ierusalem.* Bernardus verò Breydenbachius tractans de agro Damasceno, in quo Protoplastus formatus existimatur, antri quidem meminit, & lectorum Adæ, eiúsque consortis, at non hos, sed speluncam ipsam triginta fuisse pedum secundùm longitudinem narrat. 35.

*Gigantes, giganteæ stirpis semper authores fuere.*

*Lecti saxei triginta pedes in longitudinem visuntur.*

Nec

Nec his solidiora illa sunt, quæ Ludouicus Romanos nauigatiooum lib. 6. cap. 4. recenset, irdi oempè à Mahumetanis insulæ Zeylam, in fastigia vastissimi cuiusdam montis specum cerni, vbi memorant Adam post lapsum fleuisse culpas, & pedum eius vestigia saxo impressa conspici adhuc geminum palmum excedentia; quòd si pedes duos excedebant palmos, ooo potuerunt sustentare nisi corpus ingentis magoitudinis. Sanè eandem traditionem suggerit Episcopus Osurius lib. 4. de Rege Emanuele non longè à fine, nisi quòd vestigij Adamitici longitudinem silet; superaddit tameo eosdem affirmare, ibi vita functus primos mortales, & sepulchra duo Adæ, atque Euæ eodem constructa loco ab incolis honoranter visitari. Sed hæc apocrypha esse meritò diiudicauit Sanctius Dauila Episcopus Giennensis lib. 1. de veneratione sacrarum Reliquiarum, cap. 7. num. 2. cùm ea Patrum sententia constet Adamum intra Chamanæam fuisse; quamobrem præfatam habitatorum insulæ Zeylan narrationem non de Adam, sed de alio homine sanctitudinis fama conspicuo Maffæus intellexit lib. 3. Indicæ historiæ. Hæc igitur vt incerta missa facientes; probabile est, quemadmodum longæuitas maxima fuit ab initio, & hoc excelluit genere Adam vltra nongentos annos superstes, sic statura fuisse nostra in duplum maiori; nam siue diuturnitatem annorum cum Pererio adscribas lib. 7. in Genes. cap. 5. quæst. 3. num. 107. quod natura recens à Deo facta vigeret & efflorescceret, seu præstantiæ alimentorum, seu beoignis syderum aspectibus, & influentiis; hæc etiam omnia suadeot tum corpora & maiora, & pulchriora fuisse;

*Adamus cũ filiis & nepotibus inter gigantes numerati.*

quare Adamum cum filiis & nepotibus inter gigantes numerant Ioannes Lucidus lib. 1. de emendatione temporum, cap. 14. Daniel Mallonius commentario in historiam de Christi crucifixi stigmatis, cap. 3. Salianus tom. 1. anoo mundi 1042. n. 10. Bomfrerius Genes. cap. 1. vers. 7 Franciscus lib. 3. de meteoris, tract. 3. cap. 8. sub finem.

36. At si gigantes naturæ fœtus, cur modò non parturit? cur nullibi stupendæ magnitudinis corpora? an quoniam consenuit, & effœta reddita est, vt canebar Lucretius ille lib. 2.

Lucret.

*Iamque adeò fracta est ætas, affectaque tellus*
*Vix animalia parula creat, quæ cuncta creauit*
*Secla, deditque ferarum ingentia corpora partu.*

Sed natura hodie plerisque in locis adeò fœlia, & beata est, vt siue terrarum prouentus consideres, seu hominum ingenia & bellicam fortitudinem, quæ præcipuæ dotes sunt, nihil præsens cedat ætas nobilioribos aotecedentium sæculorum; quamobrem quòd hoc, aut illud naturæ desit oroamentum, hominum impiorum sceleribus imputandum; nam quemadmodum pestes, inundationes, bella, glebæ sterilitates cùm modum exceduot, creduntur specialiter dirigi contra mortales ob enormes iniquitates, sic Numen vindicat culpas magnas generali aliquo oaturæ detrimento; qualis Sodomitica regio anteqoam Dei iram prouocaret? quæ *vniuersa irrigabatur*,

Gen. 13. 10.

( Genes. cap. 13. vers. 10. ) *antequam subuerteret Dominus Sodomam, & Gomorrham sicut Paradisus Domini, & sicut Ægyptus venientibus in Segor?* qualis Palæstioa ante Christi necem? quam nunc infrugifera & ingloria? Gigantes igitur primis mundi seculis viri probi erant, vtpote benè instituti ab Adamo, & plerisque filiorum ipsius virtutum cultoribus; prolabente autem tempore postquam luxuriati sunt cum virginibus ex stirpe Cain, tantis se inquinamentis commaculauere, vt gigantum secta nihil mage caosum esset, vt eapendont Philastrios part. 2 hære si 59. Alcimus Auitus lib. 4. de diluuio. Cassianus collatione 8. cap. 21. Freculphus Chrooic. tom. 1. lib. 1. c. 14. Cyrillos Alexandrinus lib. 9. contra Iuliaoum iuxta principium.

Philastrius. Alcimus. Cassianus. Freculphus. Cyrill.

*Solet autem Scriptura gigantes vocare homines feroces, ac robustissimos*; & Philippus Presbyter in c. 26. Iob io illud: *Ecce gigantes gemunt sub aquis*, &c. *Gigantes autem appellat Scriptura diuina homines superbos, rebelles, contumaces*, &c. Denique propter eos Orbis submersus est Sapientiæ cap. 14 vers. 6. *Sed ab initio cùm perirent superbi Gigantes, spes Orbis terrarum ad ratem confugiens remisit seculo semen natiuitatis*; & cap. 16. Ecclesiastici, vers. 8 *Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt confidentes virtuti suæ*, ub hæc igitur tã magna Gigantum delicta post diluuium, & vitæ longæuitas, & staturæ altitudo decrescere cœpit in hominibus,

*Gigantes, de superbis, rebellibus, contumacibus.* Sap. 14. 6. Eccli. 16. 8.

sed ooo vsquequaque, non pauci enim longæui, & gigantum nuo spernendus colligitur numerus ex veteris Instrumenti pagina sequutis ætatibus, quorum etiam extra Chananæam copiosior extitit multiplicatio ferè omnibus regionibus, quas mortales habitarent, quanquam non mihi displicet, quod Paulus Merula obseruat, p. 1. Cosmographiæ lib. 3. c. 14. § *quod ad staturam*, &c. nullam integram gentem, aut familiam extitisse gigantum: at gigantes vbique sibi similes neque humanum, oeque diuinum aliquid pensi habentes, quamobrem de eis Paganus scriptor Macrobius 1. Saturnaliorum c. 20.

Macrob.

*Gigantes autem quid aliud fuisse credendum est, quam hominum quandam impiam gentem Deos negantem, & ideo existimatam Deos de cælesti pellere sede voluisse. horum pedes in Draconum volumina desinebant, quod significat nihil eos rectum, nihil superum cogitasse*; & Philostratus in vita Apollonij apud Photium codice 241.

Philostrat.

*Gigantes cum Diis pugnasse non credo, sed forsan Deorum ædes, ac templa violasse*; cùm igitur tales esse pergerent, eorum & longæuitas & procera magnitudo funditus sublata est, ita vt prodigij instar habeatur si quando secula interdum, aut nimium annosos, aut modum staturæ superantes ostendunt; id tamen nonnuoquam accidit, vt homines reminiscantur damni, quod peccatum intulit, & sobrietatem, atque iustitiam diligant. Sic regnante Ioanne III. Lusitanorum Rege, quidam e Gangaridum natione, qoam hodie Bengalam dicuot, Proregi oblatus est, de quo testimonia varia comprobant annos viuendi exegisse qxinque & triginta sopra trecentos, vt narrant Maffæus histor. Indicæ lib. 11. & Vasconcellos in historia Regum Lusitaniæ in Ioanne III. num. 25. Petrus Gassindus in vita Nicolai Claudij Peireskij lib. 5. refert, hominem in Perside Capuccinis, aliisque viris fide dignis cognitum, annos iam oatom qoadringentos, & serem io Anglia anno 1636. defunctum post exactos annos centum & quinquaginta duos; Albericus Vespasius io soa naoigatione, cap. 4. ait Regioois cuiosdam à se detectæ accolas ob salubritatem climatis viuere communiter centum quinqoaginta annos; alia quoque recentiora profert exempla Bomfrerius Genes. cap. 6. versu 3.

*erúmque dies illius*, &c. De gigantibus pariter
ostendimus nupera vestigia ex Americi Vespa-
sij II.nauigatione,ex Surij historia ad ann.1511.
& cuiusdam satellitis ex his, qui à pedibus sunt,
Caroli V. Imperatoris altitudinis quatuor bra-
chiorum memorat Hierooymus Magius lib. 1.
Miscellaneorum cap. 4.

37. Esto autem Gigantes homines, nimirum viri
ex aliis hominibus orti fuerint, sed numquid
Dæmonũ virtute generari quoque valeant ipsi,
aut cuiusque staturæ mortales? Nam si Dæmo-
nes generare possunt, id profectò non nisi cor-
porum interuentu;materia igitur præditi erunt,
ac corporales? Huius quæsiti trita solutio est,
Dæmones secundùm naturam spectatos cùm in-
tegrè spirituales sint, & corporum expertes,
generare non posse; ab iis tamen aërea formari
corpora, quibus nunc pulchellos se adolescen-
tes fingunt, nunc comptarum fœminarum spe-
ciem induunt; cùm autem virgines se dissimu-
lant, succumbunt,& hominum fruuntur ample-
xibus, taléique succubi dicuntur: si quando au-
tem viros se ostendunt, quod maximè frequens
illis est, tunc sublatum aliunde virile semen, &
maxima diligentia fœtum puellæ, aut mulieris,
cum qua congressus est,traiiciunt in matricem,
efficiuntúrque grauidæ,& prolem edunt:at non
huius partus Dæmon incubus genitor, sic enim
talis vocatur, sed homo verus quisquis est cui
tale decidit semen; certè dari spiritus petulan-
tes,à quibus inhonestiores viri & fœminæ deci-
piuntur, quibuscum amicitias spurcas & libidi-
nosas ineunt,qui in corporibus assumptis modò
incumbunt vt viri, modò vt fœminæ succum-
bunt, & propterea succubi, incubi appellantur
non nisi proteruè negari queat, vt obseruat
Augustin. S. Augustinus lib. 15. de ciuitate, cap.23. cuius
Isidor. effatum laudant D.Isidorus Hispal. lib.8. origi-
S. Thom. num cap.11.in fine. S.Thomas 1.part.quæst.51.
Abulens.&c. art. 3. ad sextum. Abulensis in cap. 7. Exodi
quæst.12. Exempla specialia Dæmunum,qui sa-
laces fuerunt,exhibent Guilielmus Abbas in vi-
ta S.Bernardi, lib. 2. cap. 6. Cæsarius ex ordine
Cisterciensi, lib.3. cap.5. & seqq.Thomas Can-
tipratanus in Apiario lib. 2. cap. 57. num. 8. &
num. 13. Vincentius Burgundus in speculo na-
turali, lib. 2. cap. 126. & 127. Guilielmus Pa-
riensis partis 2. de Vniuerso, parte 3. cap. 25.
quod increbuisse vitium suis temporibus con-
Innoc. VIII. queritur Innocentius VIII.in decretali epist.2.
contra sortilegos; *Non sine ingenti molestia ad no-*
*strum peruenit auditum complures vtriusque sexus*
*personas propriæ salutis immemores, & à fide Catho-*
*Dæmones incubi, & succubi.* *licà deuiantes, Dæmonibus incubis, & succubis abu-*
*ti, ac suis incantationibus, carminibus, & coniuratio-*
*nibus, aliisque nefandis superstitionibus, & sortilegiis*;
eam constitutionem exhibet Petrus Matthæus
Iurisconsultus in Innocentio VIII. num. 2.
pestem illam superioris Alemanniæ Prouincias
infecisse memorat, vbi non diu pòst hæreses ni-
mium promptas inuenere sedes, quæ facile sub-
intrare consueuerunt, vbi proiecti dominantur
mores. Admitto Dæmonum incubationes &
succubationes, admitto in Venerem petulcos,
sed verùm ex coniunctione Dæmonum norma
descripta, cùm fœminabus nascatur soboles
haud prorsus exploratum est, speciatim de ho-
minibus;nec ex hactenus relatis autoribus ab-
solutè id pronunciant,nisi Guilielmus Parisien-
sis, & Tostatus. Recentiorum ea communior
est sententia, citant & sequuntur Delrius lib.2. Delrius.
Magiæ quæst.15. Serrarius in cap.6.Tobiæ quæ- Serrarius.
stiuncula 2. & 4.Thyræus de apparitionibus spi- Thyræus.
rituum, cap.10. Bubalus de Angelis, quæst. 51. Bubalus.
art.3. quæsito vnico, difficultate 3. Raynaudus Raynaudus.
Theologiæ naturalis,dist.4.quæst.4 art.3.n.286.
& hanc opinionem quanquam D. Thomas ma-
gis approbet in 2. sentent. art. 4. in corpore, &
quæst.6. de potentia,art.8. ad quintum, vtrobi-
que tamen alteram memorat sententiam asse-
rentium Dæmones nullo modo generare posse
in corporibus assumptis; quam indicare visus
nonnullis Cassianus collatione 8. cap. 21. Sed
alius est scopus Authoris eius collationis; vi-
detur tamen fautores nacta temporibus Vincen-
tij Bellouacensis, nam suo & aliorum nomine Bellouac.
loquutus speculi naturalis,lib.2. cap.128.inquit:
*Sed nunc dicunt Magistri, Dæmones non posse ge-*
*nerare, licèt possint, & nouerint semina commiscere;*
*ad generationem hominis exiguntur non solùm semi-*
*na, sed etiam operationes vtriusque, scilicet maris*
*& fœminæ; vnde si Dæmon semen hominis proiice-*
*ret in matricem mulieris, nunquam per hoc tamen*
*fieret hominis generatio, itaque per commixtionem*
*seminum, quam faciunt Dæmones, illa sola animalia*
*fieri possunt, quæ fiunt per putrefactionem, vt ranæ,*
*muscæ, & quidam serpentes; ea verò quæ fiunt per*
*generationem, non possunt ob rationem prædictam:*
*dicunt ergo falsum esse, quod Merlinus dictus sit à*
*Dæmone progenitus*, &c. ex nuperis tenent Vlri-
cus Molitoris tractatu de Pythonicis mulieri- Molitor.
bus, cap. 10. §. *mihi non videtur*, &c. Nicolaus
Remigius lib. 1. de Dæmonolatria, cap. 6. Al- Remig.
phonsus Carranza, tractatu de legitimo partu, Carranza.
cap. 20. num.98. Torreblanca de iure spirituali, Torrebl.
lib. 4. cap. 2. num. 34. non incelebris Medicus
Ambrosius Paræus lib.24. de monstr. & prodig. Paræus.
cap.16. horum præcipua ratio; quoniam proli-
fica virtus in semine adeò subtilis & delicata
est, vt facile exhaletur & infrigidetur, atque ita
generandi vim amittat dum ab vno loco in
alium transfertur à Dæmone quantacumque ni-
tatur celeritate; quod ob fundamentum valdè
ambigunt an generari possit homo per semen
traiectum a Dæmone incubo.Pererius in Genes. Perer.
lib. 8. cap. 6. vers. 5. disput.3. num.74. Conim- Conimbr.
bricenses in lib.1.Aristot.de generatione & cor-
ruptione,cap.4.quæst.10.art.3.§. *Porrò secundum*
*hoc*, &c.Lorinus in cap.14. Sapientiæ vers. 6. §. Lorin.
*incubos*,&c. Torniellus anno mundi 987. num.8. Torniell.
At licèt euaporari seminis calorem nisi valida
concurrant adiumenta, præbeamus, sed Dæ-
monum sagacitas humanam longè vincit indu-
striam, nam qua sunt agilitate, & naturalium
rerum peritia, norunt singularibus modis calo-
rem prolificum in semine quantumuis subtilis,
& aëreus sit,an facilè dissipabilis,conseruare, &
illud quo momento fœmina ad concipiendum
optimè disposita est,quod eos non latet matrici
infundere; atque hoc expressè sentiunt B. Tho- S. Thom.
mas, quæst.6. de potentia, art. 8. ad sextum; &
in 2. dist. 8. artic. 4. ad 2. Guilielmus Parisien- Guil. Paris.
sis 2. partis de vniuerso, parte 3. cap.25. Suarez Suarez.
lib. 4. de Angelis, cap. 38. num. 12. Delrio Delrio.
lib.2. de Magia, quæstione 15. axiomate 2. Qui
autem statuit hanc industriam negare Dæ-
monibus, eadem facilitate tollere potest alia
multa, quæ illis Scholastici communiter tri-
buunt

buunt virtutis humanam diligentiam & artem superantis.

38. *Difficultas.* Alia sunt quæ mihi nonnullam pariunt difficultatem, videlicet ex coniunctione Dæmonis succubi, & mulieris, vt nasceretur vera humana soboles, num proles illa ex Adamo descendere censeretur? quoniam si ex huius stirpe non esset, peccatum originale non contraheret, nam vt hoc maculetur quispiam, conditio necessaria est eum ex posteris Adæ haberi; nulli autem puræ creaturæ tribuendum absque peccato originali conceptum fuisse, nisi soli Virgini, quæ Deum enixa est; quod autem nepotes Adæ illi computandi essent tantùm, qui ex maris ad fœminam accessu progignerentur, Anselmus docere visus libro de conceptu virginali, & peccato originali, cap. 11. sub principio; *certum quidem est, quòd Adam non accepit naturam propagandi, nisi per virum, & mulierem, siquidem humana natura non habet, & impossibile cognoscitur, vt solus vir, aut sola mulier hominem generare queat, natura tantùm voluntate propria operante*, &c. Fulgentius etiam de fide ad Petrum, cap. 26. *Firmissimè tene, & nullatenus dubites omnem hominem, qui per concubitum viri, & mulieris concipitur, cum peccato originali nasci, impietati subditum, mortique subiectum, & ob hoc natura iræ filium nasci*; emphasis non contemnenda est in illa particula, *& ob hoc iræ filium nasci*, scilicet ob concubitum viri & fœminæ; non igitur absque concubitu opera Dæmonum homo generatus Adæ ex posteris esset, aut originali maculandus; & tractatu de Incarnatione, & Gratia Iesu Christi, cap. 13. in fine, asserit Christum Dominum ideo peccato liberum, *quia vuluam matris eius non concupiscentia concumbentis, sed omnipotentia filij nascentis aperuit*; & similibus proludit Augustinus lib. 10. de Genesi ad litteram, cap. 20. Salas tamen 12. tom. 2. q. 81. tract. 13. disput. 11. sect. 5. num. 56. opinatur sufficere vt contrahat peccatum originale, quòd ex semine eius, qui ab Adamo descendit, quisquam oriatur, licèt ille à quo semen decisum est, fœminam non cognouerit, sed arte Dæmonum illud in matricem tempore conceptioni opportuna traiectum sit; sed vt hæc largiamur, alia pullulant inconuenientia. Pater geniti infantis non Dæmon est, sed ille cuius semen operatur; innotescat hoc ipsi per reuelationem, aut aliis modis, num obligabitur ad filium alendum, instituendúmque? Nam quidem verus genitor est; ergo naturali iure adstrictus est soboli? sed quomodo adstrictum cùm nihil consenserit, imò reniteretur supra modum cùm Religiosus esse possit magnæ sanctitudinis, & qui Monasticam professus est, ne liberorum curam haberet? Deinde concipiamus veram esse opinionem existimantium, vt in hoc genere Dæmon aliquid valeat, posse etiam efficere vt Virgo corpore & mente talis permanens concipiat & grauidescat, quia poterit dormienti, & ignaræ semen virile aliunde sumptum, & prolificum sine congressu carnali, hymene, alijsque claustris virginitatis incorruptis, infundere; cuius sententiæ patroni B. Thomas quodlibeto 6. art. 18. in fine. Abulensis in cap. 19. Genes. in illud, *Ingressa est maior*, &c. Nauarrus consiliorum lib. 4. in titul. 15. de frigidis, & maleficiatis. Sanchez de Matrimonio lib. 7. disput. 113. num. 10. Delrio lib. 2. de Magia, quæst. 15. §. *his consentaneum est*, &c. statuamus hanc puellam seu laribus victitantem paternis, seu Monialium contubernio adscriptam, studiosè adamare puritatem, in eam diligentia singulari excubare; quale probrum ventrem ei intumescere? quis nisi falsò honestam arbitretur? Nam, vt etiam constaret Dæmonum interuentu grauidare, sed quomodo purgabit nullas à se cum Dæmone contractas amicitias, verùm hanc inter somni inducias malitiosè insidiarum! propter hæc igitur inconuenientia, quanquam Dæmones in assumptis corporibus cum mulieribus decumbant, lasciuiam omnem exerceant, amatorum nomina diu teneant, tamen valdè ambigo, vt permittantur à Deo, cùm semen ab homine decisum tollunt, eiusmodi ferant, quòd prolifica virtute excellat, aut vt hanc secum deportet, vt velit Numen concursum suum præbere, quo operetur, & generationi in actu exercito deseruiat. Nihil autem refert Merlinum Brittannorum vatem ex incubo Dæmone procreatum, vt referunt Galfridus Arturius lib. 3. de gestis Brittannorum, cap. 3. Cæsarius lib. 3. cap. 12. qui de Hunnorum gente, & Regibus nonnullis Anglorum similia tradit; qualia etiam de Vrsina familia memorat Guilielmus Pariensis part. 2. de Vniuerso, parte 3. c. 25. & de Vlphone Sueco narrant Saxo Grammaticus lib. 10. historiæ Daniæ in Kannuto Rege 83. Ioannes Magnus Gothus historiæ Gothorum lib. 18. cap. 2. Nam hæc commentitia sunt, & à fabularum inuentoribus excogitata; putamus, vt Deus permittat humanum semen, quòd sit fœcundum, ad libidinem explendam, à Dæmonibus transferri nec suum deneget concursum, vt inde concipiat & pariat fœmina, id non nisi rarissimè, & ob causas speciales accidere.

39. *Homunculi aliqui, non homines, sed Dæmonum genus.* Diximus de Gigantibus, quos multos extitisse comprobauimus; sed num alicubi terrarum homunculi vix trium pedum staturæ, & qui ad magnitudinem puerulorum nostromum si quando maximè proceri, non pertingunt? noster Athanasius Kirkerus in Prodromo Copto, c. 4. §. *cui adstipulantur*, suspicatur veros homines non esse, sed Dæmonum genus, quod à fossoribus metallorum crebrò cernitur humana sub specie contractæ admodum staturæ. Sanè fabulationibus annumerare tam ipsos, quàm eorum cum auibus prælia, graues non dubitant Scriptores, Strabo lib. 1. Geographiæ, Aulus Gellius lib. 9. cap. 4. ex recentioribus Scaliger Poëtices lib. 5. cap. 3. Alapide in cap. 27. Ezechielis vers. 11. Tirinus ibidem. Vlysses Aldrouandus parte 3. Ornithologiæ lib. 20. cap. 5. titulo, *Pugna cum Pygmæis*; non veros homines, sed monstra, vel animalia esse, & ad simiorum referendos classem autumat Delrius lib. 2. de Magia, quæst. 15. ad finem. Equidem negari haud potest naturæ in genituris rerum variam esse faciem, atque, vt benè obseruant Conimbricenses in lib. 1. Aristotel. de generatione, & corruptione, cap. 3. in explicatione textus §. *Iam verò posteriorem*, &c. terminus ex parentibus staturæ exiguæ proceros nasci filios, ex proceris genitoribus natos infra mediocrem staturam, imò ex eodem patre & matre alios iustæ magnitudinis, alios pumiliones; quo in genere obseruat Iulius Scaliger exercitatione 263. in Cardanum sub finem, populos inter Prussiam, & Liuoniam, quos *Samogithios* nuncupat, cum proceræ staturæ maxima

Anselm. | Fulgent. | Augustin. | Salas. | S. Thom. | Abulens. | Nauarr. | Sanchez. | Delrio. | *Merlinus Brittannorum vates ex Dæmone incubo.* | Arturius. | Kirkerus. | Strabo. | Gellius. | Scaliger. | Alapide. | Tirinus. | Aldrouand. | Delrius. | Conimbr. | Aristot. | Scaliger. | *Samogithij populi in Polonia.*

maxima ex parte exiſtant, tamen quaſi per vices tam proceros, quàm penè nanos generare; certè omnibus ferè regionibus nani vtriuſque ſpectantur ſexus, & qui in Magnitatum ioco, aut deliciis, breuis admodum ſtaturæ. Pygmæos igitur non alios intelligo, quàm hocce mortalium genus, nunc contractioris, nunc maioris aliquantum ſtaturæ, ſed homunculis ſemper, & pumiliones; hos aliquibus interdum vixiſſe inſulis, aut continentis angulo maiori numero, & infeſtatas à volucribus, ſeu piſcationem, ſeu horros, vel ſegetes eorum abactione defendiſſe, vnde cum gruibus pugnæ fundamentum, nihil impoſſibile reputo; cæterùm Pygmæos extitiſſe Ariſtoteles clarè deponit; nam lib. 8. de hiſtoria animalium, cap. 12. loquutus de eorum cum gruibus contentione in Ægypto, quæ eſt ſupra Nilum, ſubiungit; *Non enim id fabula eſt, ſed certè genus tum hominum, tum etiam equorum puſillum, vt dicitur, eſt; degúntque in cauernis, vnde nomen Troglodita à ſubeundis cauernis accepere*; pro iiſdem teſtantur Nonnoſus in Bibliotheca Photij, codice 3. ſub finem. Cteſias apud eundem codice 72. Philoſtratus in vita Apollonij lib. 3. c. 14. Iuuenalis Satyra 13. verſ. 167. Plinius lib. 7. c. 2. Solinus cap. 15. & 65. Mela de ſitu Orbis lib. 3. cap. 9. Lyra in cap. 27. Ezechielis verſ. 11. Abulenſis in cap. 5. Geneſ. quæſt. 12. Bartholomæus Anglicus de rerum proprietatibus, lib. 15. c. 121. Olaus Magnus lib. 2. hiſtoriæ Septentrionis, cap. 11. Paulus Iouius in legatione Moſcouitica, Viues in cap. 8. lib. 16. de ciuitate Dei B. Auguſtini. Ioannes Camerts in ſolem. cap. 15. Leo Allatius notis in S. Euſtathij Hexaëmeron. pag. 28. linea 13. Hieronymus de la Rua tom. 2. controu. 7. poſitiua, parte 1. dub. 1. §. ſed præter, &c. Franciſcus Reſta, lib. 3. de meteoris, tractat. 3. cap. 9. §. *Nihilominus*. Lælius Biſciola tom. 2. Horarum ſubceſſiuarum, lib. 4. cap. 1. Ioannes Nieremberg. lib. 3. curioſæ Philoſophiæ, cap. 4. & lib. 5. hiſtoriæ naturæ, cap. 16. quod verò inter armatas militum copias, quibus Tyri ſuperbiſſima communiebatur vrbs Pygmæorum quaſi bellatores eſſent, ſit facta mentio Ezechielis, cap. 27. verſ. 11. *Sed & Pygmæi, qui erant in turribus tuis, pharetras ſuas ſuſpenderunt in muris tuis per gyrum, ipſi compleuerunt pulchritudinem*, arbitror nanorum, quos varij Principes & Dynaſtæ habebant, cohortem fuiſſe, quos turrium occupare faſtigia, & inde pharetras oſtentare iuſſerunt, non quòd pumiliones illi robore præſtarent, aut ſagittando dignum aliquid facere poſſent, ſed, vt ingenioſè Nicolaus de Lyra obſeruat, tales eſſe ciuitatis munitiones, cui propugnandæ vel iners, & imbecilla nanorum phalanx ſufficeret; niſi mauis aliam interpretationem ex Septuaginta verſione; *cuſtodes in turribus tuis erant, pharetras ſuas ſuſpenderunt ſuper propugnacula tua per gyrum*; quales *cuſtodes*? vigiles ſcilicet, & excubiæ; certè vt ex alta ſpecula contemplarentur quid hoſtilia tentarent agmina, Pygmæorum ſufficiebat induſtria; nec enim ad hoc aut vires requirebantur, aut magnitudo corporum. Sed perſpicax oculus, & à ſomno vinci difficilis, qua excellere diligentia pumiliones, nihil vetat; quamobrem Prophetas de homunculis iſtiuſmodi rectè conſtrui valeat.

*Pygmæi qui cenſendi, nũ extiterint.*

Ariſtot.

Nonnoſus.
Cteſias.
Philoſtrat. & alij.

## Sectio V.

*Fauni, Satyri an vera animalia? præcipua diſquiſitio de Hypocentauris; Syrenarum, vt & Tritonum quænam certa hiſtoria? homines aſſueti viuere ſemper in mari; Tobiæ locus enarratus cap. 6. verſ. 8. de piſcis virtute contra Dæmonem; item & de cithariſtæ harmonia Regum lib. 1. cap. 16. verſ. 23.*

40. DÆmonum etiam corporeitatem indicare monſtra illa, quæ partim effigiem humanam, partim belluinam exprimunt, nonnulli obiicient, quales Fauni, Panes, Satyri, Hypocentauri, & id genus alia; quanquam enim Dæmones incubos tali ſub forma in mulieres laſciuos eſſe Auguſtinus quaſi indubitatum tradit lib. 15. de ciuitate, cap. 23. cui Iſidorus adhæreſcit lib. 8. originum cap. 11. & incubos agnoſcat B. Hieronymus in vita S. Pauli primi eremitæ, tamen etiam vera fuerunt animalia cum dictis lineamentis, quorum parentes cùm ſit difficillimum ex hominibus, ſiue brutis aſſignare, oportet ad Dæmonas recurramus, quos Genitores ſuſpicatur Guilielmus Parienſis 2. partis de Vniuerſo, parte 3. cap. 8. in principio. Dico imprimis, nihil repugnat Hypocentaurum, hoc eſt, animal verum hominis & equi ſimilitudinem referens, exiſtere? natura enim, vt omnium ſeculorum experientia teſtata eſt, & grauiſſimi cunctarum ætatum Scriptores, in partubus humanis & belluinis varia portenta oſtendit, ſtupor autem inde natus, quòd ſoboles matrem & Genitorem aut omninò non repræſentabat, aut ex parte ſolùm cætera figura adſcititia, & peregrina; adſentiuntur Ioannes Corraſius Miſcellaneorum iuris ciuilis, lib. 5. cap. 2. num. 2. Hieronymus Magius lib. 1. Miſcellaneorum cap. 20. Franciſcus Floridus Sabinus lib. 2. lectionum ſubceſſiuarum, cap. 6. Biſciola tom. 2. Horarum ſubceſſiuarum lib. 12. cap. 4. Franciſcus Fernandez de Cordoua in Didaſcalia multiplici, cap. 8. Baptiſta Fulgoſius memorabilium lib. 1. cap. 6. titulo, de Satyris & Centauris. Aldourandus lib. 1. de quadrupedibus agens de equo, titulo *Centauri*. Hermannus Hugo de militia equeſtri, lib. 1. cap. 2. Nieremberg lib. 3. Philoſophiæ curioſæ, cap. 8. & 10. & lib. 5. hiſtor. naturæ, cap. 8. & 9. aliud eſt an conceſſa Satyri, vel Hypocentauri non repugnantia, quæ cum illis figuris apparuerunt nonnunquam viuentia, exiſtimanda ſunt vera & certa animalia, vel potius ludibria, & inania ſpectra Dæmone tales confingente repræſentationes; certè contingere potuit Satanam talibus illudere modis; quam Auguſtinus ſententiam amplexatus eſt loco paulò ſuperiùs memorato, in quam proclinant Couarruias lib. 4. variarum cap. 2. in fine. Conimbricenſes in 2. Phyſicor. Ariſtot. cap. 9. quæſt. 5. art. 3. Pererius lib. 8. in Geneſim cap. 6. verſ. 2. diſput. 2. num. 62. Bubalus de Angelis, quæſt. 50. art. 1. quæſito 3. difficult. 2. §. 9. Plinius tamen apertè deponit, lib. 7. natural.

*Fauni, Panes, Satyri, Hypocentauri.*
Auguſtin.
Iſidorus.
Hieronym.
Guilielm.
Corraſius.
Magius.
Sabinus.
Biſciola.
Cordoua.
Fulgoſius.
Aldourand.
Hugo.
Nieremb.
Couarr.
Conimbr.
Ariſtot.
Pererius.
Bubalus.
Plinius.

natural. biftor. cap.3. in fine fub Claudij Cæfaris imperio miffum ex Ægypto ad Imperatorem Hypocentaurum melle conditum, quem ipfe viderat ; fimile memorat Phlegon Trallianus, Adriani Imperatoris libertus , ad calcem libri de mirabilibus, fcilicet ab Ægypti Præfecto Romam tranfmiffum Hypocentaurum conditum, quem tota vrbs confpexerit ; *enim qui Romam miffus eft*, inquit, *fi quis non credit, videre poteft, repofitus eft enim in finibus Imperatoris conditus, vt dixi*, famæ de talibus animantibus defert Ælianus lib 17. de hiftoria animalium, cap.9. & Hypocentaurum , qui B. Antonio Abbati occurrit , vt narrat S. Hieronymus in vita Pauli I. Eremitæ , verum fuiffe animal cenfet Baronius tom.3. anno Chrifti 341. num. 3. Nec quidem nifi veræ fuerunt carnes , quæ more aliarum ab hominibus præferuari potuerunt in longa tempora ; itaque aliquando eiufmodi bruta extitere , vt obferuat Guilhelmus Parifienfis 1. partis de vniuerfo. parte 3 cap.8. ac proinde non omnes eorum apparitiones Dæmoniacis adnumerandæ funt præftigiis.

Ælian.

Baron.

Guiliel.

41 Neque obftat Iuftinianus Imperator Inftitutionum lib 3 titulo 20. *de inutilibus ftipulationibus* §. 1. *At fi quis rem, quæ in rerum natura non eft, aut effe non poteft, dare ftipulatus fuerit , veluti Stichum, qui mortuus fit, quem viuere credebat ; aut Hypocentaurum, qui effe non poffit, inutilis erit ftipulatio*, aut Celfus Iurifconfultus prope in eandem fententiam lib.45. Digeftorum, titulo 1. de verborum obligationibus l. 97. *Si ita ftipulatus fuero*, &c. Hypocentaurus enim dupliciter confiderandus eft ; aut fecundùm figuram externam folùm, quam præfert hominis pariter & equi ; vel fecundum naturam , ita vt quifpiam arbitretur fub illis lineamentis externis occultari effentiam, quæ rationalis, & equina fit ; hoc omninò implicat, nec Dei abfoluta potentia fieri valeat, vt in vnam quadret naturam ratione præditam effe, etiam & ratione carere, cùm fupponatur equina, & propterea irrationalis, id eft, rationis fundans carentiam. habere enim difcurfum, fiue rationem , & non habere contradictorie opponuntur : duo autem contradictoria eiufdem de eodem nequeunt verificari; fub illa igitur figura latebat vna folùm natura, videlicet bruta, & irrationalis, feu equinas haberet proprietates, feu alias. Veteres igitur Sapientes , qui Hypocentaurum chimæram, aut ens rationis & impoffibile quouis modo exiftimabant, non confiderabant repugnantiam ex parte figuræ externæ, quia huius comparatione nulla dabatur , cùm eius generis quamplurima exhibeant exempla ex probatiffimis authoribus Lycofthenes tractatu de prodigiis, & oftentis , & Arnoldus Sorbinus opufculo de monftris ; de natura igitur intelligebant , quia combinari in vnam eandémque equinam & humanam factu impoffibile eft, & cogitatione tantùm fit ; idcóque ens non reale , *fed rationis & chimericum* appellatur ; quare Lucretius lib.5. de rerum natura verf. 875.

Iuftin. Imp.

Celf.

*Hypocentauri duplex confideratio.*

Lycofthenes.

Arnold.

Lucret.

*Sed neque Centauri fuerunt , nec tempore in vllo*
*Effe queat duplici natura, & corpore bino ,*
*Ex alienigenis membris compacta poteftas.*

Recte potius : *effe queat duplici natura* ; hinc enim impoffibilitas oritur ; egregie declarauit lib.4. ftromatum cap. 1. fine Clemens Alexandrinus, inquiens ; *videtur autem, opinor, fimilis effe Centauro, figmento Theffalico , vt qui fit compofitus ex ratione participe , & experte rationis* ; quem reuocandus ad fenfum Tullius lib. 2. de natur. Deorum, principio, cùm ait : *Quis enim Hypocentaurum fuiffe, aut chimæram putet ?* Suppofita igitur veritate Hypocentauri arbitror quidem haud opus effe monftruofis partubus adnumerare, vt probè obferuatum eft à Bomfrerio in Genef. c.7. verf. 9. quæft. 4. conclufione 5. nec enim , quia apud nos bruta fimilis figuræ vifa non fuêre, ideò monftra exiftimanda ; nam qualem , quàm inexpectatam varietatem in plantis , arboribus, quadrupedibus, aquatilibus, volucribus vtraque India poftquam illuc enauigatum eft , aperuit ? rara funt illa nobis, at non præter naturæ conatum genita, fed hac intendente & læta ob fobolem ; nihil quod tantam naturæ admirationem conciliet, vt in fpeciebus rerum diuerfitas figurarum. Deinde adiicio , quamuis Dæmones incubi tranfportando femen virile hominem non generent, ob rationes affignatas, num. 18. tamen quoniam fundamenta illa homines fingulariter comprehendunt, non effe illis negandam virtutem ad brutorum traiiciendum femen in matricem equæ , aut vaccæ conceptui promptam , ex quo nafcatur foboles, cuius author & generator verus non Dæmon quidem , fed animal , à quo prolificum illud femen decifum eft ; hac igitur norma & Hypocentaurus à Dæmone incubo generari potuit ; inde autem non infertur Dæmonas effe ex natura fua corporeos, fed tantùm corpora ex aëre formata affumere , vt hoc , aut illud animal repræfentent ; quare illud Ifaiæ contra Babylonem , cap. 13. verf. 21. *& habitabunt ibi ftruthiones , & pilofi faltabunt ibi* , vt *pilofi* nomine Fauni , aut Satyri conftruantur , nihil vetat intelligere de vero aliquo bruto hominem in quibufdam, capram, vel aliud filueftre animal in cæteris referente ; & quod rurfum idem vates, cap. 34. verf. 14. *& occurrent Dæmonia Onocentauris , & pilofus clamabit alter ad alterum , ibi cubauit Lamia*, &c. Si ad feras & indomita animalia, vt indicat LXX. Interpretum verfio, traducenda fint , non de figmentis Poëtarum , fed de brutis vero fenfu præditis conftitui queant; quòd autem huiufmodi feræ humanis interdum loquutæ vocibus , vt ex vita Pauli primi Eremitæ colligitur apud Hieronymum, id vel miraculosè perpetratum eft, quemadmodum à coruo Paulo tot annis panis fubminiftratus eft , quod Baronius opinatur Cardinalis, tom.3. anno 343. n.5. vel Satan per eas fermocinabatur mentitus hominum voces , vt coniectatur Pereira lib. 8. in Genefim cap.6. verf.5. difput.2. num.62.

Alexandr.

Tullius.

Bomfrer.

Ifai. 13. 21.

Ifai. 34. 14.

Pereira.

Nec terra folùm animantium eorum genitrix , quæ hominum lineamenta in quibufdam imitantur, in aliis belluinam figuram, verùm & Oceanus in fimiles luxuriat partus ; exhibet enim marinum genus , quorum alterum in pubem vfque humanæ fpeciei mafculos refert , alterum virgines exprimit , abinde pifcium normam imitantur, dicas Tritones illos , has Syrenas ; vifos & in Olyfipponenfi , & in Gaditano littore narrat Plinius lib. 9. hiftor. natur. cap 5. vifos & in Nilo flumine à Mena Ægypti præfecto decimonono imperij Mauritij anno, fusè exponit Nicephorus Calixtus hiftor. Ecclefiaft. lib. 18. hiftor. Ecclefiaft. cap. 36. de quibus & Cedrenus in compendio hiftoriarum ; certè, 42.

*Tritones , & Syrenæ.*

quòd

quòd ad Olysipponensem oram maritimam
A Goëz. spectat accuratus scriptor Damianus Goëz multa & vetusta, & recentia exempla accumulat, non contemnendis adhibitis testibus libello de
Alexand. ab Alex. situ & figura Olysipponis; Alexander ab Alexandro lib. 3. Genialium cap. 8. oculatos testes memorat nobiles eorum temporum scriptores Theodorum Gazam, & Georgium Trapezun-
Mexia. tium, cuius narrationem approbat Petrus Mexia 1. parte sylux variæ lectionis, cap. 23. & 24.
Baronius. in eadem cùm incidisset Cardinalis Baronius tom. 3. anno 343. num. 3. Neapolitanum Alexandrum solidæ fidei authorem nuncupauit.
*Nereides, marinæ Nymphæ.* Scalig. Serrar. Parmæ à se visam Nereidem affirmat Scaliger exercitatione 226. contra Cardanum, num. 12. Serrarius narrat, quæst. 23. in cap. 16. Iudicum, audiuisse à nonnullis, qui certò affirmarent conspicatos à se in Anglia VVallia pisces vmbilico
*Pisces vmbilico tenus fœminæ.* tenùs fœmineas; sed & Cornelius Alapide in c. 13. Isaiæ vers. 12. nostro seculo captam in Frisia Sy-
Alapide. *Syrena pubetenus virginibus similis.* renam pubetenus virginibus similem, quæ vixit inter homines multos annos, & didicit nere; confirmat recenti quoque testimonio Petrus
Gassendus. Gassendus lib. 5. vitæ Claudij Peireskij pag 314.
Maiolus. plura conglobant Maiolus tom. 1. colloquio 9.
Nieremb. de piscibus 5. *recentiores authores*, &c. Nierembergius Philosophiæ curiosæ lib. 3. cap. 5. & 6. & histor. naturæ, lib. 5. cap. 11. At non prætermit-
Sacchin. tendum, quod Franciscus Sacchinus 2. parte historiæ nostræ Societatis, lib. 4. num. 276. prodit; in ora Comorini Indiæ Orientalis piscatores scaphis aduectasse inter capta multa piscium genera, nonem fœminas, & septem mares, quos
*Marini homines.* propter similem humanæ speciem *marinos homines* vocabant; ac quidem forma mirum in modum viros ac mulieres referebant pubem adusque in tantum, vt etiam in propagandæ sobolis membris nulla ab humanis esset differentia; cætera in piscem desinebant cauda bisulca. Vlys-
Aldrouand. *Syrenæ, aues fabulosæ.* ses Aldrouandus Orinthologiæ lib. 10. cap. 4. Syrenas aues fabulosas existimauit; de eorum cantu & blandimentis pro innata fingendi libidine multa luserunt Poëtæ, at Oceani monstra perhibebant; aptius Nierembergius locis paulo antea recensitis, vt Isaiam, qui inter siluestria desertorum bruta eollocat, explicaret inquientem cap. 13. vers. 22. *& respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & Syrenes in delubris voluptatis*, pisces quidem agnoscit, sed eorum ex genere qui alis subleuati è gurgite in campos & deserta volitant; sanè quos hactenus produximus testes, quorum plerique oculis explorauerunt, haud tales nobis describunt, nec pennatum, aut volatus meminere; & siquidem in delubris voluptatum reperiantur, sed iam dirutis, & conuersis in paludes stagnaque tantæ vastitatis, in quibus & Syrenæ exoticum piscium genus, reperiantur, adeò nulla vestigia antiquæ gloriæ superbissimi ædificij.

43. Perplexior nodus, an inter vndas conspicati,
*Homines si per in mari viuere asserti.* qui homines ad amussim exprimerent, & quale animantium genus hoc ad rationalium speciosam spectans nobilitatem, an ad vilia pecora?
Olaus. Olaus Magnus lib. 21. Septentrionalis historiæ,
Viues. in Prologo, visos tales enarrat. Ludouicus Viues lib. 2. de veritate fidei Christianæ, affirmat, ætate sua apud Batauos marinum hominem conspectum à plurimis, qui supra duos annos ibi detentus est, mutus cùm diu esset, tandem fari incipiebat, cùm peste bis ictus ad mare remissus, velut qui natalia repeteret, gaudens maria intrauit; celebris & accurata est narratio Alexan- Alexand. ab Alex.
dri ab Alexandro lib. 2. Genial. cap. 21. de homine *Colam* dicto apud Catanam Siciliæ, qui plus in aquis, quàm in terra viueret, nec possit ab aquis aliquamdiu abesse; paucis notum quod Episcopus Abulensis Tostatus scribit iis com- Tostat.
mentariis, quibus vulgari Hispanis idiomate Eusebij Cæsariensis Chronicon elucidauit, 5. p. cap. 206. deponit, tum cùm lucubrationes ederet multos oculatos viuere testes, qui captum in mari Occidentali Galaciæ, & gurgite extractum viderant per omnia hominibus terrestribus similem; quem dono Magnatum cuidam missum; domi vltra anni vnius spatium tenuit; quo sub interuallo & potu & cibo vsuali sustentabatur, lætitiæ risu signa edebat; cæterùm quanquam humanas edere voces non est assequutus, intelligebat quæ à domesticis tractabantur, & iussus huc, illúdve facere, obtemperabat; tandem verò occasionem nactus, aufugit ad littora, & charo Oceano restitutus deinceps non comparuit. Ego quidem, quemadmodum ex coitu humanæ & belluinæ speciei verus nascatur homo, non capio, nam humani corporis organizatio, cui habenti vltimas dispositiones debetur conformem animæ spiritualis, intelligentis, æternum victuræ, maius opus est quàm quòd ex seminum tantæ disparitatis tumultuaria combinatione oriatur; quomodo etiam Adami nepos ritè censendus ex homine & bellua generatus? si verò non de Adami posteris, nec originali labe fœdatus: ab hac autem nemo purus homo præter Christi singularem illam Genitricem, Orbis reginam, liber; quare vt veri homines fuerint, qui vndarum receptacula habitauerint, haudquaquam existimandum est ex piscis alicuius, & hominis congressu natos; vnde igitur eis Lympharum tantus amor? Tostatus, & Alexander Neapolitanus locis præmonstratis cogitarunt natandi consuetudine, piscandíve sub gurgite vsu factum, vt elementum fluidum terris anteponerent; in hac re maximè arduum est, quomodo sub vndis diu latitantes non suffocarentur? quo pacto crudis ali piscibus valerent? hyberno gelu non enecarentur? cur loqui nescirent? sed quidem apud Brasilos, & alios Indos piscatores, seu vt Margarita, seu vt alia pretiosa ab imo extrahant, sine olei beneficio, aliarúmve rerum subsidio longo temporis spatio sub vndis commorantur, subeunt & respitant, iterúmque submerguntur: crudis vesci piscibus quantum est cum homo hominem deuoret? quot etiam mortalium nullis aduersum frigora & calores integumentis vtantur, patientia & vsu obdurati? quòd autem non loquerentur, morbus in causa esse potuit, quanquam historiæ de eis produnt fari cœpisse, & aliorum sermones percepisse; atque hac quidem norma saluari queat veros è cœtu mortalium homines fuisse illos: cæterùm, quoniam liquet & Dæmonem nonnunquam multo atque longo tempore hominem se simulasse quoad externa indicia, tandémque euanuisse; exempla subministrant Delrio lib. 2. Delrio.
Mag. quæst. 15. §. quid igitur, &c. Serrarius in Serrarius.
cap. 6. Tobiæ quæstiuncula 4. fieri posse, vt qui sic in mari appareant humana cum figura, & capi se permittunt, nonnihilque apud homines
cummoran

commorantur, Dæmones sint, qui talibus illudunt modis.

44. *Piscis virtus contra Dæmones.* Hactenus de admirandis creaturarum aliquarum generationibus, & probatum inde nullum efficax duci argumentum pro corporeitate Dæmonum. Nunc vertamur ad sacras Scripturas; nec facilem scrupulum Tobiæ suppeditat liber. Nam de piscis corde Archangelus Raphael, c.6.
Tobiæ 6.8. vers. 8. *Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus Dæmoniorum, siue a viro, siue a muliere, ita vt vltrà non accedat ad eos*; at quomodo fumus ille cùm materialis & corporeus esset, Dæmones si spirituales fuissent, & materiæ expertes arcere posset? nullum enim à rebus corporatis, quæ merè spiritualia sunt, nocumentum recipiunt. Tres sunt de hac controuersia sententiæ. Prima subindicat nonnullis rebus intra naturæ sphæram à creationis exordio virtutem antipathiæ contra Dæmones inditam, vt odorem, aut conspectum sufferre non valeant, sed fugam statim meditentur tanquam ab hoste vapulati; quo more Author historiæ scholasticæ in Tobiam, cap.1. Petrus Gre-
Gregor. gorius lib.34. syntagmat. cap. 22. num.2. & 10. & certè vt omninò vellet naturalem ad medendum vim Medicorum quispiam tradere, haud apertiori vsurus phrasi ea per quam Angelus expressit quantam cordis particula virtutem haberet: nam si non cordis naturalis illa proprietas, cur tanto studio conseruatum? miraculosè enim etiam quiduis aliud præter cor piscis Dæmonem abigeret? Displicet tamen hæc opinio non solùm ob tutelarium paucitatem, sed quia supponit corporalia spiritualibus potentiora esse, cùm oppositum rei spiritualis nobilitas vindicet; & speciatim, quoniam hoc admisso principio Malefici & Incantatores superstitiosæ & Dæmoniacæ Magiæ effectus rerum naturalium abstrusis virtutibus adscribere possint; nec enim maius fuerit lapide, aut herba aliquem morbum tolli, furtum detegere, hæc, aut illa præstigia edi, quàm Dæmonem ferocem & superbum nolentem depelli; temperant hanc assertionem alij, & naturalem atque intimam potestatem ad Dæmones propulsandos cordis particulæ largiuntur, sed inchoatam solùm & remotam; accessit verò ad perfectionem supernaturalis virtus tum significationis olim futuræ Christi passionis, tũ precum & orationum, quas iustus Tobias fudit;
Mengus. sub hac norma explicant Hieronymus Mengus
Serrarius. in flagello Dæmonum, cap.3. Serrarius in c. 8.
Nieremb. Tobiæ quæstiuncula 3. Nierembergius Philoso-
Menoch. phiæ curiosæ, lib.1. cap.50. Menochius in cap.6.
Moura. Tobiæ vers. 8. Emanuel de Moura opusculo 1.
Torreblanc. de Ensalmis sect.1. cap.3. num. 3. Torreblanca de Magia, lib.2. cap.52. num. 13. Verùm, neque hæc satisfacit conciliatio, omnis enim potentia incompleta naturalis ab alia etiam naturali virtute compleri valeat, vt in omni causa, & principio naturali cernere est; quanquam igitur nihil supernaturale, qualis repræsentatio passionis Christi, aut precum Tobiæ vis superaduentaret, cordis particula ex solo naturæ adiumento Dæmonem fugaret: hoc autem est absurdis inuolui primæ sententiæ; quamobrem tertia amplexanda est conclusio eorum, qui supernaturali efficientiæ adscribunt adæquatè quòd per cordis particulam carbonibus superimpositam, & in fumos resolutam propulsatus fuerit Dæmon; defendunt Abulensis in 1. Reg. cap. 16. quæst. 46. Abulens.
Carthusianus art.6. in cap. 6. Tobiæ. Valles sa Carthus.
cræ Philosophiæ cap. 28. Azor tom. 1. institut. Valles. Azor.
Moral. lib.9. cap.26. quæsito 2. in fine. Sanchez Sanchez.
in cap.6. Tobiæ num.24. Mariana ibidem vers.8. Mariana.
Tannetus in 1. part. disput. 5. quæst. 1. dub. 2. Tanner.
num.27. Raynaudus Theologiæ natural. dist. 2. Raynaudus.
quæst. 2. art. 2. num. 53. Bulingerus de licita, & Bulinger.
vetita Magia, lib.1. cap 10. Porrò, rectè obseruat Nicolaus de Lyra in cap.6. Tobiæ, & in cap.16. Lyra.
lib.1. Reg vers.6 cui adhærescunt Tobiæ cap.6. vers.6. Estius, Tirinus, Gordonus, fumum illum Estius.
signi tantùm habuisse rationem, quo conspecto Tirin.
spiritus improbus diuina arcebatur virtute; sed Gordon.
inquias ita ablegari potuisse à quaque re naturali, nam in signũ quęuis eligi poterat; qua igitur loquutionis proprietate efficacitas fumo particulæ cordis tribuitur? Respondeo, nos etiam dicere, intellectum producere visionem beatificam, aquam producere gratiam, quæ in Baptismo confertur, & tamen non significamus vel soli intellectui Angelico id competere, aut non posse alios liquores assumi à Deo vt instrumenta productionis gratiæ; nec denotamus intellectui secundùm se conuenire, vt Dei intuitionem eliciat, sed confortato per lumen gloriæ, vt nec aqua suis ex viribus gratiam attingit, sed vt supernaturaliter adhibita; sic igitur licèt fumus cordis alium piscium Dæmonem abigere possit, non inde sequitur quin de illo pisce, (quem Valles Philosophiæ cap. 28. Serrarius quæstiuncula 1. in cap.6. Tobiæ, Callionymum, siue Vranoscopum arbitrantur,) hoc ipsum legitimè affirmetur; non quoniam à natura insitam haberet talem energiam, sed miraculosè communicatam; sanè robur illud, & fortitudo insuperabilis, qua Samson hostibus metuendus erat, verticis pendebat à coma, quibus sublatis debilis factus est, Iudic. cap.16. vers.17. Sed cur in amputato digito aliquo, aut vulnera certa corporis parte fortititudo deperiisset? Sic quidem contingere potuit, sed voluit Numen crinibus alligare; & tamen comam tesseram, siue signum huius gratiæ gratis datæ solùm fuisse tam Patres, quàm expositores conueniunt, vt cernere est apud Abulensem in cap.16. Iudicum vers.17. Abulensis.
quæst. 23. ibidem Alapide, & Bomfrerium, & Alapide.
imprimis Serrarium, quæst.14. num.5. Sic fumus Bomfrer.
particulæ cordis piscis illius signum erat, ad cu- Serrar.
ius præsentiam cælesti virtute Dæmon terga vertere, & procul discedere cogebatur.

Nec prætereundus spiritus malus, qui Saulem Regem corripiebat, & quem cithara Dauidis aut expellebat, aut tam humanum, & mansuetum reddebat, vt nullam vexationem afferret; 45. *Cithara contra Dæmones.*
*igitur quandocumque,* (inquit sacer textus Reg. 1. cap.16. vers.23.) *Spiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus.* 1.Reg.16.23. Num solo Musicæ naturali concentu spiritus ille infestus superatus discedebat? Hoc enim si verum, sequitur naturalibus rerum multarum proprietatibus Dæmonas subiugari posse, quod absurdum esse, nuper monstrauimus. Caietanus ad Reg.1. nomi- Caietan.
natum locum putauit, spiritum illum Saulis malleatorem solùm atræ bilis morbum fuisse, qui cùm modum excederet, Regem miserè torquebat; quæ si vera essent, facilè consentiremus

dulcibus

*Musica morbis curandis præstat.* Kircher. Sanchez. Salian. Burgens. Nieremb. Lyra. Tostat. Azor. Valles. Serrar. Sanct. Alapide. Salian.

dulcibus modulis nobilis citharistæ infirmitatem vinci potoisse, nam in morborum curationes valere Musicam, cùm alia probent experimenta, tum eius, quem *Tarantula* venenosus causat morsus, de quo latè noster Athanasius Kircherus in arte Magnetica, lib. 3. parte 8. cap. 8. Sed communis Patrum, & interpretum opinio duobus infestatum malis Saulem adstruit, altero, humani & naturalis morbi prouenientis à melancholia; altero, spiritus Dæmoniaci, à quo obsessus erat; ostendunt Sanchez in 1. Regum cap. 16. num. 24. Salianus tom. 3. anno Mundi 2969. à num. 53. Esto igitur vapores crassos & nocturnos atræ bilis Musica dissipare valuerit, sed quam vim habeat ad abigendos Dæmonas? huius tamen, qui Saulem offendebat, exilium adæquatè adscribunt harmoniæ, & concentus naturali virtuti, Paulus Burgensis additione ad cap. 16. lib. 1. Regum. Niercmbergius lib. 1. occultæ Philosophiæ, cap. 21. Video quidem, Dæmoni præcipi potuisse, vt intra Saulem tandiu solùm commoraretor, quantum morbus tristium humorum perseueraret; quibus sub circumstantiis, qui melancholiam tolleret, virtualiter Dæmonem profugaret, cùm ei sublata atræ bilis tortura, commorari ampliùs non liceret; quare si Musica integrum remedium esset dispulsæ melancholiæ, eidem quoque tribueretur Dæmonis abactio, quatenus hæc conditionis, sine qoa non Saulem Dæmon occuparet, auferendæ instrumentum fuit; sed neque de talibus Dæmoni limitibus præfixis constat; de quibus vt satis liqueret, hoc non esset propriè Musicam naturaliter valere contra Dæmones, quoniam si Dæmoni intimatnm non esset, vt extincta atra bile discederet, haud melancholia ob Musicam euanescente abiret; quare affirmandum, esto citharistæ ars mirifica humores composuerit, bilem atram sustulerit, ad Dæmonem fugandum nihil contulisse, precibus tamen sancti Dauidis relegatus est, & fortasse quos canebat hymnos, ex iis erant, quibus exorcismus constabat, hæc Dæmonis audaciam virtute supra humanam confringebant; hoc Lyræ iudicium in 1. Reg. cap. 16. vers. 8. Tnstati quæst. 45. Azor. tom. 1. lib. 9. quæst. 26. quæsito 2. in fine. Vallesij sacræ Philosophiæ cap. 28. Serrarij in lib. 1. Regum cap. 16. ibidem Sanctij, & Alapide. Saliani tom. 3. anno Mundi 2970. num. 4.

---

## Sectio VI.

*Futurorum liberorum, quæ à voluntate pendet, soli Deo conuenit præscientia. Ea quorsum Angeli naturaliter præcognoscere num valeant? Cur secreta mentium iidem non penetrent? Dæmones futurorum liberorum prænotionem se habere mendacissimè iactant? Ethnicis persuadent; & quæ falsorum oraculorum celebriora loca? Christi aduentu obmutuere Dæmones: quid prædicere vtcumque norint, vnde hauriant?*

46. *Futurorum præscientia soli Deo conuenit.* Ruizius. Isai. 41. 23. Adamant. Tertull. Pachom. Athanas. Sinaita. Sixt. V. S. Thom. Suarez. Ruizius.

Diuinitatis singularem, & congeuitam laudem esse certò, & infallibiliter præscire futura contiugentia, quæ à liberi arbitrij sola dispositione pendent, Scripturæ sæpè proclamant, Patres & Theologi extra quæstionem ponunt; loca multa Bibliorum congerit Ruizius de Montoia disput. 22. de scientia Dei, sect. 2. n. 1. Isaiæ maximè celebre pronunciatum, cap. 41. vers. 23. *Annunciate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia Dij estis vos*; accinunt Patres, Adamantius lib. 6. contra Celsum non longè ab initio; *Nam diuini sermonis character est futurorum prædictio, quæ in naturam humanam non cadit, & indicatur ex euentibus, quando euidens fit diuini spiritus prænunciatio.* Tertullianus de malorum spirituum oraculis Apologet. cap. 22. *æmulantur diuinitatem dum furantur diuinationem.* Author vitæ S. Pachomij cap. 49. *Tu mendacij principatum geris*, (alloquebatur Dæmonem B. Pachomius.) *Nam præscire nihil omnino prævales; hoc enim solius Dei est, & maiestatis eius, atque potentiæ proprium cuncta præcognoscere.* S. Athanasius in vita D. Antonij cap. 17. quid de prænotione Dæmonum ille suis traderet alumnis memorans; *non enim, (inquiebat,) ea, quæ nondum fieri cœpta sunt, referunt, quia Deus solus conscius est futurorum.* Anastasius Sinaita quæstionibus in sacram Scripturam, quæst. 20. *Futurorum autem, & arcanorum nihil præsciunt Dæmones, sed solus Dominus, qui nouit omnia priusquam fiant.* Sixtus V. constitutione damnante Astrologiam iudiciariam, & alios diuinationis modos, edita anno 1586. *Vt superbum animal homo non altum saperet, sed timeret, & immensam conditoris sui maiestatem humi stratus veneraretur, sibi soli eorum, quæ euentura sunt, scientiam, & futurarum rerum cognitionem seruauit*; eadem S. Thomas 2. 2. quæst. 95. art. 1. in corpore, & cum eo Interpretes suffragio vno; fusiora dabunt Suarez lib. 2. de Angelis, cap. 9. num. 12. Ruizius de scientia Dei, disput. 22. sect. 2. & 3.

47. *Ea Angeli naturaliter præcognoscere non valent.*

Hæc verò quanquam omninò explorata sint, & omnium Catholicorum recepta opinionibus, non tamen facile est enarrare, quamobrem futura contingentia libera ordinis peniiùs naturalis Angelici luminis sublime acumen certi præuidere non queat; nam Theologorum trita sententia receptum Angelis rerum ordinis naturæ species ab initio communicatas primæ existentiæ ipsorum contemporaneas. Harum igitur beneficio quemadmodum possibilia, & quæ actu subsistunt, præterita quoque mouerunt, quurfnm non & futura pariter? Respondent, species naturaliter Angelis inditas quanquam vim habeant repræsentandi ohiectum contingeus liberum sub rationa possibilis; insuper virtute polleant, vt postquam à causis productæ fuerint, eorum existeniiam exprimant, tamen quamdiu merè futura sunt, specierum virtute repræsentari nnn posse, ant cognosci ab intellectu Angelico: qnnd autem præfatæ species hanc limitationem patiantur, à posteriori colligi ex Scripturarum effatis cum Patrum, & Scholasticorum interpretatione assentientium, Dei solius tantam esse perspicaciam, vt futura contingeutia libera certò & infallibiliter præcernat: Angelo autem non

non aliunde impotentia subnascitur, quàm ex specierum eo defectu; hunc in modum Vasquez tom. 2. in 1. part. disputat. 208. cap. 4. num. 16. Valentia in 1. part. disputat. 4. quæst. 8. puncto 3. §. *Neque obstat*, &c. asserens, vt Angelus huiuscemodi futura attingat, conditionem, sine qua non esse, actu ei coëxistere, vel vt prius aliquando coëxstiterint; Arrubal disputat. 167. cap. 1. num. 9. Moncæus in opusculis, disputat. 5. cap. 6. §. *Hæc verò probabilem*, &c. Ludouicus de Torres quæst. 57. disputat. 45. dub. 2. §. *dicendum ergo est*, &c. Mæratius de Angelis, disputat. 29. §. *dices tertio*, &c. Granado tractat. 5. disputat. 1. num. 11. Verùm, cum eadem sit essentia rei possibilis, futuræ, & actu existentis, quamobrem species quæ valet exprimere essentiam sub statu possibilitatis, & existentiæ, non possit eandem repræsentare in statu futuritionis? & quidem rem futuram esse nihil ratione status difficultatis inuehit, quam non inuoluat consideratio rei prætentæ; futurum enim dicit, modò non esse, erit tamen absolutè; præteritum quoque denotat modò non esse, & supponit aliquando absolutè fuisse, quæ duo æquiualenter se habent; sed species naturales ducunt in cognitionem præteritorum, igitur & futurorum. Aduerto, quòd Beati in Verbo, aut essentia diuina omnes creaturas possibiles, ad quas omnipotentia transcendentaliter refertur, non cognoscant à nobis concipi ex limitatione, & circumscriptione luminis gloriæ prouenire; de qua sententia Arriaga tom. 1. in 1. part. disputat. 12. sect. 4. subsect. 2. num. 25. conclus. 2. Quamobrem non ideo sanctorum ciuium quispiam Deum intuitiuè conspicans quinquaginta, aut centum creaturas non vltrà percipit, nisi quia lumen gloriæ, quo donatus est natura, eiusmodi sit, vt licèt totam omnipotentiam ex parte obiecti attingat, ex parte modi tamen diminutio talis est, quæ non sufficiat ordinem ad vniuersas creaturas reuelare, sed ad paucas aliquas; itaque luminum gloriæ varia est differentia, altero multas creaturas, altero pauciores manifestante; hanc in normam specierum aliæ minus completæ & adæquatæ sunt, aliæ vniuersaliores: species igitur Angelis collatæ futurorum contingentium liberorum non omni præstant amplitudine, quia obiectum quatenus futurum, repræsentare nequeant. Sed esto species, quæ de facto reperiuntur in Angelis, hanc limitationem patiantur, quæ implicantia est à Deo alias nobiliores produci species, quæ obiecta libera sub statu possibilitatis, futuritionis, & actualis existentiæ manifestent? quemadmodum etsi lumen gloriæ, quo Beatorum aliquis de facto prædicus sit, non nisi viginti creaturas in Verbo ostendat, potest altero ditari lumine creaturarum numerosam expressuro multitudinem: at si concedamus species naturaliter produci posse, quæ obiecti à libero arbitrio pendentis futuritionem repræsentat; igitur his locupletatus intellectus Angelicus futura contingentia libera naturaliter præscire valebit; quare eorum prænotio non erit soli Deo adscribenda: his dicendum cum Vasquez tom. 2. in 1. part. disputatione 208. cap. 4. num. 15. & cum Suarez lib. 2. de Angelis, cap. 10. num. 8. vt naturaliter detur species obiecti potentiæ, debere obiectum esse ex his, quæ intra sphæram

Vasquez. Valentia. Arrubal. Moncæus. Torres. Mæratius. Granado. *Aduertendũ.* Arriaga. Vasquez. Suarez.

potentiæ illius continentur, & à quibus tanquam à ratione formali specificatur; hanc ob causam nec auditui dari species ad colorem & lucem, nec visui ad sonum, nec oculo corporeo ad intuenda spiritualia valeat; futurum igitur contingens liberum extra ambitum cognitionis Angelicæ naturalis est, quanquam ipsum futurum in se ad entia naturalia pertineat: hanc autem dissonantiam futuri contingentis liberi naturalis cum potentia intellectiua Angelica non eleuata, quanquam vnde nascatur à priori non assequamur, à posteriori tamen colligimus ex Scriptura & Patribus prohibentibus creaturæ rationali hoc ipso quòd sit creatura repugnare vt naturæ viribus futura libera prænoscat.

Suggeras, eodem rigore, quo sacrum Instrumentum, & in huius expositione Patres, atque Theologi constanter deponunt Numini solùm competere futurorum liberorum prænotionem, eámque Angelorum, & hominum captum naturalem excedere, affirmant simul Deo tantùm conuenire cordis secreta rimari, & voluntatis intima penetrare arcana; testimonia dabunt Suarez lib. 2. de Angelis, capite 21. numero 3. Arrubal disputatione 169. capite 1. numero 5. Didacus Ruiz de scientia Dei, disputatione 22. sectione 2. & omnes S. Thomæ commentatores multa congerunt; sed ea Scripturæ & Patrum loca propriè exponi graues tradunt Theologi, non quia Angeli speciebus prædiri non sint, quibus naturaliter affectiones cordium dignoscere possunt, nec quia eiusmodi obiecta non contineantur intra naturalem sphæram potentiæ intellectiuæ Angelicæ, sed quia impediuntur à Deo negante eis concursum suum, vt in actum secundum prodeant, sicut ignis Babylonicus ex se aptus erat ad comburendum ni Deus concursum subtraxisset; igitur etiam dici poterit Angelos habere species naturales ad cognoscenda futura contingentia, quæ pendent à dispositione voluntatis liberæ; quare sufficienter instructos esse ad ea prænoscenda imponeretur obex, videlicet negatio diuini concursus; & quidem eius opinationis, quæ statuit, ex parte Angeli nihil deesse ad penetrandos interiores voluntatum affectus, & solùm desiderari vt Numen simul concurrat, patroni sunt Scotus in 2. distinct. 9. quæstione 2. §. *ad argumenta secundæ quæstionis*, &c. Gabriel ibidem. Okam in 2. quæstione 20. Maior ibidem, quæstione 3. & ex recentioribus Alexander Pesantius in 1. parte, quæstione 57. articul. 4. disputatione 1. num. 2. Raynaudus in Theologia naturali, distinct. 4. quæstione 1. articul. 4. num. 88. Franciscus Amicus de Angelis, disputatione 12. sectione 1. num. 29. Granado de Angelis, tractat. 5. disputatione 2. sectione 2. num. 16. Respondeo, admittere nos, Bibliorum effata, & sanctorum Patrum interpretationes pari cum rigore contendere, & futura contingentia libera, & voluntatis Angelicæ atque humanæ latentes effectus a solo Deo perscrutari posse, quare Angelicas intelligendi vires, & humanas longè superexcedere; sed hanc ipsam ob causam relatam nuper sententiam nobis minùs gratam esse, Scripturæ enim verba laxè nimis interpretatur.

48. *Nec secreta mentium penetrant.*

Suarez. Arrubal. Ruizius. Scotus. Gabriel. Okam. Maior. Pesantius. Raynaudus. Amicus. Granado.

Meliùs imprimis qui affirmant nunquam Angelos accepisse species secretorum mentis alienæ; quamobrem intellectus speciebus viduatus mancus est omninò ad habendam notitiam obiectorum, quorum ex forent species, completur enim per speciem potentia; hoc pacto Molina quæst. 57. art. 4. §. *iuxta opinionem*, &c. Suarez lib. 2. de Angelis, cap. 23. num. 17. Becanus de Angelis, cap. 1. quæst. 10. conclus. 3. Arrubal disputat. 169. cap. 2. num. 14. Arriaga disputat. 9. de Angelis, sect. 6. subsect. 2. num. 41. huius autem sui pronunciati non physicam aliquam implicantiam afferunt, sed moralem quandam & politicam, nempè decuit rationalem creaturam secretorum animi sui reginam esse, alioqui mœrore tabesceret omnium ludibriis exposita, nihilque celare valens, & desperatione victa in apertas discordias, & effrænem peccandi licentiam prorumperet; quibus occurrere absurdis supremum Orbis Moderatorem præstabat: vitabantur autem incommoda denegatis speciebus affectuum cordis alieni non interueniente consensu eius, qui in arcana illa ius & dominium habet. Verùm hæc non suadent impossibilem esse speciem ordinis naturæ, quibus internæ cogitationes, & affectus detegantur, sed probant solùm, quanquam species illæ produci queant, oportuisse non infundi Angelis ob causas relatas; at necessum est statuere eiusmodi species physicè repugnare, aliàs hæc sententia copulabitur tandem opinioni nuper confutatæ adstruenti, ideò Angelum non penetrare alieni cordis liberos affectus, quia Numen denegat concursum suum generalem. Nam si species physicè & reipsa non implicat, physicè etiam loquendo quid prohibet Angelo communicari? ea autem ditatus intellectus Angelicus physicè erit proximè potens ad secreta cordium vestiganda; quæ si non attingit, non ideo est, quia physicum aliquid complementum ex parte Angeli desideratum absit, sed quoniam Deus suum exhibere concursum non velit; & certè politica illa & moralis congruentia specierum exilium inducere non debuit, quacomque via contingat arcana mentis non propalari, nisi volente ipsorum tutore, rationi illi satisfactum est, exigit enim solùm ad pacem vniuersi, & rationalis creaturæ solatium, ne cui liceat velum secretò alienæ mentis tollere absque bona venia ipsius; hoc autem cumulatè præstatur ex eo solùm, quòd supremus Monarcha decernat concursum suum non exhibere; ergo hunc ob titulum species denegatas fuisse, nihil necessum est affirmare. Vndénam igitur haurienda physica implicantia? Equidem laudo consequentiam Patris Vasquez; nam quod de futuritione obiectorum contingentium & liberorum meditatus, hic etiam applicuit dispur. 209. cap. 10. videlicet arcana mentium non contineri intra latitudinem obiecti naturalis intelligibilis ab Angelo; cui adstipulatur Ludouicus de Torres quæst. 57. disputat. 46. dub. 3. §. *mihi ergo*, &c. quemadmodum dicebamus superiùs speciem quidem posse dari naturaliter, quæ repræsentet obiectum liberum vt possibile, vtque actu existens, non tamen quatenus futurum, quia vt futurum reduplicatiuè est obiectum improportionum cognitioni naturali Angelicæ, ita dicimus affectus humani cordis alieni, item Angelicæ voluntatis dum publico non exponuntur, consentiente arcani Domino angelici intellectus sphæram naturalem suffugere; quare cùm physicè Angelici intellectus ambitum excedunt, physicè & naturaliter repugnat species de ipsis: quo autem fundamento hæc physica improportio adstruatur, diximus in simili de obiectis liberis quatenus futuris, nimirum à priori demonstrari non posse; à posteriori autem constare ex Scripturarum effatis, atque ex Patrum doctrina, tradunt enim solius Dei esse prærogatiuam, & creaturæ rationalis omne acumen, omnem intelligendi perspicaciam longo vincere interuallo.

(Molina. Suarez. Becanus. Arrubal. Arriaga. Vasquez. Torres.)

Equidem mortalium cordibus tacita quadam naturæ disciplina sic imbibitum est, occultorum notitiam, præsertim futurorum contingentium, & liberorum cognitionem penes solam diuinitatem residere, vt cum spiritus maligni intolerando ausu pro Diis haberi affectassent, hac singulariter via consequuturos se non dubitauerint, quod heu incredibili generis humani detrimento contigit; nam statim vt Dæmon occulta pandere cœpit aliqua, quæ naturalem eius solertiam non exsuperabant, Orbis ad eum totus confluere vniuersus, templis & immolationibus venerari properauit; vnde Himmerius Sophista apud Photium Bibliothecæ codice 243. ex fragmento orationis in aduenas Ephesios, ait: *Cum Apollo diuinatorium tripodem collocans omnibus oracula redderet, omnes gentes, omnésque vrbes fama hac ad Deum attrahebatur*, celebriora horum oraculorum loca, quibus seu Iupiter, seu Mars, seu alia falsa Numina, & Apollo speciatim, colebantur, enumerat Papinius lib. 8. Thebaidos vers. 196. 49.

*Dæmones futurorum liberorum prænotionem se habere falsò iactant.*

*Himmerius.*

*Falsorũ oraculorum loca celebriora quæ.*

*Statius.*

*——— mutisque diu plorabere Delphis.*
*Hic Tenedon, Cyrrhámque dies, patriúque ligatam*
*Delon, & intensi claudet penetralia Branchi;*
*Nec Clarias hac luce fores, Dydimæaque quisquam*
*Limina, nec Lyciam supplex consultor adibit.*
*Quin & cornigeri vatis nemus, atque Molossi*
*Quercus anhela Iouis, Troianaque Thymbra tacebit*
*Ipsi amnes, ipsaque volent arescere laurus.*

Disertè Theodoretus lib. 10. contra Græcorum fabulas, qui est de veris & falsis oraculis, propè initium. *Iidémque Dæmones nobis dederunt Castalium fontem, Colophonium fluentum, sacram quercum, Dodonæum tintinnabulum, Tripodem Cyrrheum, Thesprotium lebetem; ac in Libya quidem Ammonis oraculum, Iouis in Dodona, in Branchidis etiam, Delo, Delphis, Colophone, oraculum Clarij, Pythij, Delij, Dydimæi Apollinis; tum in Lebadia quidem Trophonij, in Oropo Amphirai, in Tyrrhenorum verò finibus, & Chaldæorum Necromantia antra obscurissima; & alibi quidem Amphiloci, alibi verò Glauci, alibi autem Mopsi, aliorúmque quorundam famosorum hominum diuinationes nobis proposuerunt*; de horum oraculorum ementitis vatibus, déque Mundi regionibus, quibus eorú recepta est adoratio, fanis magnificis extructis, cœcæ Gentilitatis dementia Sidonius Auernus carmine 5. vers. 160. & carmine 9. vers. 185. ex iunioribus Lilius Giraldus syntagm. 7. de Diis.

*Theodoret.* *Sidonius.*

Ianus

Boissard. Bulling. Maiolus. Torreblanc.

Ianus Boissardus de præstigiis, & diuinatione à pag. 88. Bullingerus lib. 1. de oraculis & vatibus. Maiolus tom. 2. Canicularium dierum, colloq. 1. §. *inter oracula*, &c. Torreblanca lib. 8. de iure spirituali, cap. 3. & 4. Quamobrem Christus Seruator, tum vt petulantem, & superbum compesceret aduersarium, tum vt probaret mortalibus futurorum liberorum certam cognitionem, & mentium abstrusas cogitationes sibi tantùm vt pote vero & viuo Deo patere, faciendum putauit aduentu suo in Orbem, vt mendaciorum oraculis silentium imponeret, & Dæmones vaniloquos obmutescere cogeret; quam eius de Tartaro perinsignem victoriam Patres miris encomiis euehunt; Basilius in cap. 2. Isaiæ prope finem: *Sanè Christi aduentus vt fuit omnibus Dæmonibus terrori, ita & Orbi vniuerso salutaris; Dæmones enim loca illa olim famigerata, ac passim decantata, nempè officinas imposturæ omnes reliquerunt; non amplius Delphi, non etiam vaticinantium responsa; iam fatidica Amistes conticescit, Castalius fons bibitur, vt ex eo haurientes reuocentur ad sobrietatem, & temperantiam; Amphilocus ille vates perfuga vna cum sui commenti statua concidit, & in nihilum redactus est.* (Basil.) Clemens Alexandrinus in Parænesi ad Gentes, cap. 3. *Silentio certè mandatus est fons Castalius, & alius fons Colophonius, & alia similiter perierunt fluenta diuinatoria.* (Clem. Alex.) Athanasius de Incarnatione post medium: *Olim quidem vbique Delphica, Dodonæa, Bœotia, Lycia, Ægyptiaca Cabyrorum oracula imposturis vaticiniorum scatebant, Pythia apud homines in admiratione erant; nunc, ex quo Christus vbique prædicatur, eiusmodi vesania conquierunt, nec superest vllus fatidicus;* consentanea apud eundem in vita S. Antonij Abbatis, cap. 17. (Athanas.)

*Christi aduentu obmutuere Dæmones.*

Hieronymus lib. 12. in illud cap. 41. Isaiæ; *Probate, facite, &c. Hoc autem significat quod post aduentum Christi omnia idola conticuerint; vbi Apollo Delphicus, & Loxias, Deliusque, & Clarius, & cætera idola futurorum scientiam pollicentia, quæ Reges potentissimos deceperunt?* (Hieron.) Theodoretus lib. 10. contra Græcorum affectiones, circa medium. *Postquam verò lux diuinæ veritatis Orbi terrarum exorta est, cunctis specubus, latibulisque suis relictis, fugam arripuerunt. Nulla itaque diuinationes ad Castalias aquas, nulla ad Colophonium fontem, nihil prædicit lebes ille Thresprotius, nihil tripus ille Cyrrhæus, Dodonæum Tintinnabulum nihil nugatur, nihil loquitur vulgatissima illa quercus, sed tacet Iupiter Dodonæus, tacet Colophonius Apollo, Delius, Pythius, Clarius, Dydimæus; silentium est in Lebadia, & in Trophonij antro, obmutuit Amphylocus, Amphyraus obmutuit, & Ammonis oraculum, cessauit etiam illa Chaldæorum, ac Thyrrenorum per mortuos diuinatio, &c.* (Theodoret.)

Prudent. Prudentius in Apotheosi titulo contra Iudæos, vers. 503.

*Ex quo mortalem perstrinxit spiritus aluum,*
*Spiritus ille Dei, Deus & se corpore Matris*
*Induit, atque hominem de virginitate creauit.*
*Delphica damnatis tacuerunt sortibus antra,*
*Non Tripodas Cortina regit, non spumat anhelus*
*Fata Sibyllinis fanaticus edita libris,*
*Perdidit insanos mendax Dodona vapores,*
*Mortua iam muta lugent oracula Cumæ,*
*Nec responsa refert Libycis in Syrtibus Ammon.*

P. Sherlogi Antiq. Hebr. Dioptra.

Dæmon ipse in Pachomij vita cap. 49. fassus eadem, *Iam, (inquit,) tibi antè prædixi, ex quo mirabilis Incarnatio Christi facta est, nos sine viribus prorsus existere cœpimus.* Nec latuisse hoc Ethnicorum doctiores expendit Eusebius Cæsariensis lib. 5. de præparatione Euangelij, cap. 1. *Audi ergo deinceps quemadmodum Scriptores ipsi Græci oracula sua ex omni memoria tum denique primum defecisse fateantur, cum salutaris hæc, & Euangelica vnius Dei, ac Saluatoris nostri doctrina, ac summi Numinis, eiusdémque rerum vniuersarum Domini pariter ac molitoris cognitio hominum animus Solis instar cœpit illucescere,* quod deinde probat testimonio Porphyrij acerrimi Christianorum hostis; capite autem 16. ex Plutarchi opere de Oraculorum defectu, atque adeò ex ipsius Apollinis querela; memorat certè Nicephorus Callixtus histor. Eccles. 1. cap. 17. Augustum Cæsarem prouectiore ætate ad Oraculum Pythij venisse Apollinis, & cùm nullum acciperet responsum, sacrificio oblato de silentij occasione interrogantem, Dæmonem tandem respondisse: Eusebius.

Παῖς Ἑβραῖος κέλεταί με θεοῖς μακάρεσσιν ἀνάσσων
Τόνδε δόμον προλιπεῖν, καὶ ἀΐδην αὖθις ἱκέσθαι.
Λοιπὸν ἄπιθι σιγῶν ἐκ βωμῶν ἡμετέρων.

Id est:

*Me puer Hebræus, Diuos Deus ipse gubernans,*
*Cedere sede iubet, tristémque redire sub Orcum;*
*Aris ergo dehinc tacitus abscedito nostris.*

Symmachus etiam inter Latinos, quanquam Paganorum vindex acerrimus, lib. 4. epist. 33. ad Protadium: *Non vides oracula olim loquuta desiisse, nec vllas in antro Cumano litteras legi, nec Dodonam loqui frondibus, nec de spiraculis Delphicis vllum carmen audiri, &c.*

His igitur tantis modis liquet futurorum contingentium notitiam soli Deo ex natura competere. Verùm, (inquias,) indubitatum est spiritus malignos occultorum multa reuelare, & nondum existentia, sed ventura adhuc prænuntiare, quin & olim florescente Paganismo de Christo Seruatore nondum edito, & de sacræ nostræ Religionis mysteriis quædam prædixerunt: hæc autem planè testantur futurorum cognitione præditos fuisse. Sed huic interrogato Patres satisfaciunt plenissimè Gentilium eo submixam iactantiam confutantes; egregiè Hieronymus lib. 12. in Isaiam, in illud cap. 41. Hieron. *Probate, facite, &c. Quod si aliquis dixerit, multa ab idolis esse prædicta, hoc sciendum, quod semper mendacium iunxerint veritati, & sic sententias temperauerint, vt seu boni, seu mali quid accidisset, vtrumque possit intelligi, vt est illud Pyrrhi Regis Epyrotarum: Aio te Æacida Romanos vincere posse; & Crœsi: Crœsus transgressus Halym maxima regna perdet;* equidem si quid illi vetustis temporibus de futuræ Christianæ Religionis gloria, aut aliis sublimibus mysteriis profundiorem de Numine Theologiam continentibus, & naturalis ingenij vires superantibus, id ex Beatorum Angelorum instructione, cui Deus ea reuelauit, hauserunt, quando ab his Adam, & alij Patriarchæ, summi Creatoris veri cultores, edocti fuere, aut quæ viris sanctis prophetica luce manifestata sunt, & ea vel traditione posteris communicarunt, vel scriptis monumentis consignarunt id quod præclarè animaduersum est à S. Augustino lib. 4. de Trinitate, cap. 17. Augustin.

*Dæmones quod prædixere vtcumque nouerint, vnde hauriant.*

 audiunt

*audiunt enim ista & aerea potestates, siue Angelis ea nunciantibus, siue hominibus, & tantum audiunt, quantum opus esse ille indicat, cui subiecta sunt omnia;* atque in fine capitis eiusdem; *potestates autem aereæ superbæ, atque fallaces, etiamsi quædam de societate, atque ciuitate Sanctorum, & de vero Mediatore à sanctis Prophetis, vel Angelis audita per suos vates dixisse reperiuntur; id egerunt, vt per hæc aliena vera etiam fideles Dei si possent ad sua falsa traducerent: Deus autem per nescientes id egit, vt veritas vndique resonaret fidelibus in adiutorium, impiis in testimonium.* Alia autem remota à sensibus hominum, sed intra causas naturales latentia, illi quoniam perspicaciores sunt prænunciant, vt sterilitates frugum, impendentes tempestates, sequuturos æstiuales morbos; in his tamen nonnunquam falluntur, quoniam interdum obices aliqui interueniant, ne ita res contingant vt naturalium causarum dispositio spondebat; facetè B. Antonius vitæ suæ cap. 17. Discipulos suos instruens, *ita & de Nili inundatione, cùm multas in Ægypto viderint pluuias, è quibus fluuius intumescens vltrà alueum stagnare consueuit, præcurrentes ad Ægyptum, nunciant amnis aduentum, hæc autem & homines si illis celeritatis tanta esset natura, facilè nunciarent.* Deinde subnectit, quemadmodum quæ euentura Dæmones supponebant, obstaculis interuenientibus præpediuntur, atque ita decepti ipsi alios fallebant; quod si ne ea quidem, quæ à naturalium causarum vinculo pendent, assequuntur multoties: quid de liberis operationibus diuinabunt? de his tamen ob coniecturas aliquas prædicere ausi, mirum quantum à scopo aberrauerint; quæ tanta hallucinatio cùm ipsos vtpote acris ingenij non lateret, flexuosa & ambigua promebant oracula, quo verborum dubia significatione excusare se possent sub euentu quocumque, ac si quid vt illi prænunciabunt, contingebat, fortuitò id magis contingebat, quàm ex certo ipsorum vaticinio; ita de iniquis spiritibus, & falsa eorum prænotione Augustinus lib. 4. de Trinitate, cap. 17. lib. 12. de Genesi ad litteram, c. 17. libro de diuinatione Dæmonum, cap. 3. & 6. lib. 2. de quæstionibus ad Simplicianum, q. 3. Tertullianus Apologet. cap. 22. Lactantius lib. 2. diuinar. institut. cap. 16. Minutius Fœlix in Octauio. Cyprianus de vanitate idolorum. Basilius in cap. 8. Isaiæ, in illud, *Quærite Pythones*, iuxta finem. Isidorus Hispal. lib. 1. sentent. cap. 12. Eusebius Cæsar. lib. 5. de præparatione Euangelij, cap. 20. & 21. Author vitæ S. Pachomij cap. 49. Nyssenus ad finem libri, seu orationis contra fatum. Damascenus lib. 2. de fide Orthodoxa, c. 4. Synesius de somniis, circa principium. Anastasius Sinaita quæst. 20. in sacram Scripturam. Petrus Blesensis epistola 65. Sed & illud pulchrè adnotatum est ab Origene non altitura concepisse Ethnicorum sapientes de prædictionibus Dæmonum; *Possem*, (ait lib. 7. contra Celsum, sub initio,) *ex authoritate Aristotelis, & Peripateticorum multa proferre Pythia, cæterisque fidem abrogantia; possem item ex Epicuro, eiusque sectatoribus transcribere quid de his sentiant, ostenderéque quod ipsi Græci nihili pendant Græciæ oracula vel celebratissima;* quod argumentum præclarè vrget Theodoretus lib. 10. contra Græcos circa medium, vbi ex Diogeniano Philosopho. *Nunc verò tantùm hoc superius dictis adiiciam, quod si quando veri inuenti sunt in suis prædictionibus ij, qui vates appellantur, nullius quidem scientiæ, sed fortunæ opus id fuit.*

S. Antonius.

Augustin.

Tertullian. Lactant. Minutius. Cyprian. Basilius. Isidor. Euseb. &c.

*Ethnici sapientes quæ censerint de prædictionibus Dæmonum.*

51. Scio quæ spiritus tenebrarum de se memorato aliàs cap. 49. vitæ S. Pachomij: *Secundùm præscientiam quidem, vt dicis, nihil penitùs noui, coniiciendo tamen plurima cognosco;* agnoscunt hoc Delrius lib. 4. de Magia, cap. 2. quæst. 2. Pererius lib. 3. de Magia, cap. 5. num. 35. Sanchez lib. 2. in Decalogum. Ruizius de Montoia disput. 22. de scientia Dei, sect. 9. & statuunt, Dæmonem ex coniecturis non leuibus posse cum probabilitate non pauca antequam fiant, prædicere; cùm enim ingenio admirabilis perspicaciæ, nempè angelico præditus sit, cui accedit rerum naturalium exacta scientia, & longa ab origine Mundi rerum propè infinitarum experientia, ob quæ adiumenta sagacissimus est in futurorum disquisitione; & cùm omnium hominum temperamenta, & inclinationes optimè pernoscat, & quid ex ipsis frequentissimè oriri consueuerit, quæ corporum intus, forísque sit perturbatio eum non delitescat, clandestina consilia, tacita colloquia, scripta nullius commissa oculis, deliberationes etiam amicorum negatas fidei, & quicquid mentis euagatur claustro, per quæcumque iudicia rimetur vigilans, hinc est vt etiam de operationibus liberis, & de cordium arcanis sic iudicet, vt non tardò, quæ probabiliter intulit, & prænunciauit, eodem postea contingant modo. De cogitationibus autem quid non sibi persuadere audeat, cùm phantasmata interdum ita súsque, déque vertat, vt difficillimum sit mentem ab iis diuertere, quæ malignus hostis suggerit? iam quot in formas tentando se transmutat, vt palmam referat? egregiè B. Ephrem sermone Ascetico, & Adhortatorio ad fratres, sub finem 2. tom. *Caueamus eius insidias; si enim tanquam leonem firma murorum communione ipsum arceamus, tanquam canis efficitur, vt propter vilitatem eum minimè deuitemus; si vt canem] excludamus, volucris instar per fenestram ingreditur; metuimus eum dum Aquilam se exhibet, & mox passerculus apparet; eiicimus vt coruum, & velut apis insilit; & cùm in omnibus cognouerimus eum, tunc in culicem se transformans non exigua nos iniuria afficit.* Quanquam verò hæc ita sint, & præteritorum, quorum notitiam assequutus est, Dæmon viuam memoriam retineat, præsentia, quæ actu externo consistunt, certò attingat, Thesauros occultissimis locis creditos, deperditarum rerum amissionem, furta magno silentio operata, tamen cum B. Thoma asseuerandum lib. 3. contra Gentes, cap. 154. §. *Fuit autem & alius*, &c. *Maligni autem spiritus veritatem fidei corrumpere molientes, sicut abutuntur operatione miraculorum, vt errorem inducant, & argumentum veræ fidei debilitent, tamen non verè miracula faciendo, sed ea, quæ hominibus miraculosa apparent; ita etiam abutuntur prophetica prænunciatione, non quidem verè prophetando, sed prænunciando aliqua secundùm ordinem causarum homini occultarum, vt videantur futura præcognoscere in seipsis*, &c.

Delrius. Pererius. Sanchez. Ruizius.

Ephrem.

SECTIO

## SECTIO VII.

*Diuinationis ex societate cum malis spiritibus variæ formæ; Pyronomantia, seu traductio per ignem Hebræis idololatris familiaris; vbi, & quo ritu exerceretur? Moloch an idem Numen cum Saturno? eius cruentum sacrificium humanæ victimæ speciatim puerorum Diabolus operum Religionis veri creatoris æmulator: probabilius Moloch solem existimandum esse.*

52. *Diuin. quæ formæ variæ.* QVantum in prædicendo Dæmones assequerentur, perspeximus, operæ pretium quoque est dicere non prætermittamus, quot superstitionum generibus, quàm varia, quàm deridiculosa ementitæ diuinationis facie mortalibus illuserunt, rectè S. Thomas (S. Thom.) lib. 3. contra Gentes, cap. 154. non longè à fine; *ea verò, quæ præcognoscunt, prænunciant quidem, non mentem illustrando, sicut in reuelatione diuina, non enim eorum intentio est vt mens humana perficiatur ad veritatem cognoscendam, sed magis quod à veritate auertatur, prænunciant itaque quandoque quidem secundum imaginationis immutationem, vel in dormiendo, sicut cum per somnia aliquorum futurorum indicia monstram, siue etiam in vigilando, vt in arreptitiis, & phreneticis patet, qui aliqua futura prænunciant, aliquando vero per aliqua exteriora indicia, sicut per motum, & garritum auium, & per ea, quæ apparent in extis animalium, & in punctorum quorundam descriptione, & in similibus, quæ sorte quadam fieri videntur.* Sed diuinationum multiplices vias idem S. Doctor maiori cum expressione declarat 2.2. quæst. 95. art. 5. in corpore; de quibus Alcinus Auitus (Auitus.) lib. 2. carminum in Genesim. Clemens Alexandrinus (Alexandr.) in exhortatoria ad Nationes, c. 5. Nyssenus (Nyssen.) oratione contra fatum, & epistula de Ventriloqua, seu Pythonissa ad Theodosium Episcopum, Clemens Romanus (Clem. Rom) constitut. Apostolicar. lib. 8. cap. 32 Isidorus Hisp. (Isidor. Hisp.) orig. lib. 8. cap. 9 Nonnus in orationem 4. Nazianzeni, in expositione profanarum historiarum, à num. 67. Hugo de S Victore (Hugo de S. Vict.) lib. 6. eruditionis Didascalicæ, cap. 15 Ioannes Sarisberiensis (Sarisber.) Polycratici lib. 1. cap. 12. Theodorus Balsamon (Balsamon.) in VI. Synodum in Trullo, ad Canonem 61. Gratianus (Gratian.) 2. parte Decreti, causa 26. quæst 3 & 4. Iuo (Iuo.) Panormiæ lib. 8. cap. 66. Burchardus (Burchard.) lib. 10. cap. 42. & 43. Codicis lib. 9. tit. 18. de Maleficis, & Mathematicis, leg. 5. Abulensis (Abulens.) in 1. Regum cap 18. quæst. 8. 9. 10. grauiter Sixtus V. (Sixt. V.) in constitutione iudiciariam Astrologiam feriente; *Sunt enim quidam homines & curiosi, vel impij, & irreligiosi, qui futurarum, & occultarum aliarum rerum notitiam adeò anxiè habere student, vt ob eadem prænoscenda & inuestiganda, in diuinæ legis offensionem multipliciter incurrant, alij enim Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chyromantiæ, Necromantiæ, aliisque sortilegiis, ac sortitionibus, non sine Dæmonum saltem occulta societate, aut tacita pactione operam dare, seu aleis, ac sortibus illicitis taxillorum, granorum triticeorum, vel fabarum iactu vti non verentur, alij vero aliquas pristinæ, & antiquatæ, & per crucis victoriam prostratæ idololatriæ, reliquias retinentes, quibusdam auguriis, auspiciis, similibusque signis, & variis obseruationibus ad futurorum diuinationem intendunt,* &c. & quidem de superstitiosæ diuinationis variis membris recensiti hactenus Doctores summatim egerunt; de iisdem tamen separatim, & adhibita cuiusque differentia vbertimè tractatum à recentioribus, nempè à Ioanne Francisco Pico (Picus.) lib. 4. de rerum prænotione, cap. 7. & toto libro sexto. Iulio Sirenio (Siren.) lib. 9. de fato, à cap. 7. Michaele de Medina (Medina.) de recta in Deum fide, lib. 2. à 5. *Nunc ad reliquas.* Francisco Valesio (Valesius.) Philosophiæ sacræ cap. 30. Pererio (Perer.) tribus de Magia libris. Christophoro de Castro (Castro.) lib 2. Isagogæ in Prophetas minores. Bullingero (Bulling.) lib. 1. de ratione diuinationis à cap. 3. Theophilo Raynaudo (Raynaudus.) in Theologia naturali, dist. 4. quæst. 1. art. 4. à num. 44. Suarez (Suarez.) tom. 1. de Religione, lib. 2. à cap. 12. Petro Gregorio (Gregor.) syntagm. lib. 14. cap. 3. & 4. Raphaele de Torres (Torres.) tom. 2. in 2.2. quæst. 93. art. 1. disput. 1. articulo item 6. & 7. Hieronymo de la Rua (Rua.) tom. 2. controuers. 7. positiua, parte 4. pag. 179 Francisco de Torreblanca (Torreblanc.), lib. 8. de iure spirituali, à cap. 8. Qui igitur omnia discere cupiat, hos consulat scriptores; nobis præcipua solùm attingere capita, & nobiliores vanæ artis modos studium est: sed nec de his ipsis omnia perquiremus, verùm ea, in quibus Hebræi Gentium externarum idololatriam imitati sunt; cùm enim nobis scopus potissimus de iis vestigationem inire, quæ sacris litteris contenta sunt, dabimus operam vt in hac parte nonnihil dixisse videamur, eóque meliori animo, quòd cùm præfati Authores, ad quos remittimus, plurima dixerint, tamen in Scripturæ eximandis locis minorem posuerint conatum.

Auspicemur verò à Pyronomantia, hoc est, diuinatione per ignem; nec enim abominandarum superstitionum aliqua, de qua in veteri Instrumento frequentior execratio, Leuit. c. 18. vers. 21. *De semine tuo non dabis vt consecretur idolo Moloch.* Deuter. c. 12 vers. 31. *Omnes enim abominationes, quas auersatur Dominus, fecerunt Diis suis, offerentes filios, & filias, & comburentes igni;* eiusdem Deuteronomij cap. 18. vers 9 *Quomodo ingressus fueris terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, caue ne imitari velis abominationes illarum gentium, nec inueniatur in te, qui lustret filium suum, aut filiam suam ducens per ignem;* ex quibus colligas superstitiosis huius duplicem normam; alteram superstite, & viuo puerulo, tum enim, vt purgaretur à malis quibusque animi, vel corporis, per flammas traducebatur solùm; alteram vita miseris cruciatibus ablata, cùm rogo tostus immolabatur statuæ Moloch; confirmantur hæc 4. Reg cap. 16. vers. 3. & cap. 21. vers. 6. capite etiam 23. vers. 10. Psalm. 105. vers. 35. & 16. Sapientiæ cap. 12. vers. 5. & cap. 14. vers. 24. Tam immanis carnificinæ locus *Vallis Ennon*; lucus autem, seu fanum, aut delubrum *Tophet* Isaiæ cap. 30. vers. 33. Ieremiæ cap. 7. vers. 31. & 32. cap. 19. vers. 5. Ezechielis cap. 16. vers. 20. & 21. cap. 23. vers 37. Porrò vallem Ennon locum fuisse satis amœnum, vtpote irrigatum Lymphis ex Siloe stagno profluentibus, tradit Hieronymus in cap. 7. Ieremiæ vers. 31.

53. *Pyronomantia.* [margin: Leuit. 18. 21. — Deut. 12. 31. & 18. 9.]

*ædificauerunt excelsa Tophet*,&c. Tophet etiam in suburbanis Ierosalem idem collocat in nominibus Hebræis,verbo *Tophet*.Vallis autem Ennon legitur cum appellatione Gehennon;Iosue c.18. vers.16. *Descenditque in Gehennon, (id est, vallem Ennon, )* atque hinc,quòd vallis tartarea planè esset ob combustiones puerorum,& ignium assiduas pœnas, deriuatum vocabulum *Gehenna* (*Gehennæ etymon.*) subiodicat Hieronymus in Onomastico Hebræo,voce *Gehennon*; nec contemnunt assonantiam etymologiæ Masius in c.18 Iosue vers.16. Maldonatus in cap.5. Matth vers.22. Iansenius concord. cap. 40. in illud; *ego autem dico*, &c. sed mudum horribilis victimationis ediscamus; (Lyra.) Lyra ex Rabinorum traditionibus in cap. 18. Leuit. vers.7. inquit: *erat enim vt Hebræi dicunt, idolum cupreum ad formam hominis factum, interiùs concauum, & in illa concauitate fiebat ignis quousque idolum erat quasi ignitum; & tunc ponebatur puer inter manus idoli, & Sacerdos tympana percutiens tantum sonitum faciebat, quòd vox pueri morientis audiri non poterat, ne parentes compaterentur, sed magis crederent animam acceptam a Diis in quiete, & sine dolore*; atque his explicat ille eorum immolationem,quibus flammæ vltimum intulerant exitum; sed alios fuisse,qui expiandi causa per accensos focos traducebantur solùm absque salutis periculo, idem refert in 4. Reg. cap.16. in illud: *& filium suum consecrauit transferens per ignem*, &c. subdit itaque; *ex hoc enim quod ignis habet virtutem purgatiuam, sicut videmus quod metalla à rubigine, & impuritate purgantur per ignem, sic credebant antiqui, quod purgaret ab impuritate spirituali; & vsque hodie credunt hoc Tartari, & ideo extraneè venientes ad præsentiam Imperatoris, transeunt inter ignes factos hic & inde, vt sic purificati appareant coram ipso, & forsitan vtroque modo Achaz idololatra fecit de filiis suis*, &c. eadem habet Tostatus in 4. Regum (Tostat.) cap.16. quæst.5. multaque ex Iudæorum præceptoribus congerunt Drusius notis in Leuiticum cap 62. Seldenus de Diis Syris, syntagmat.1.c.6. Verùm de translato per ignem,in quo diuinatoriæ superstitionis maior elucet ratio Rabbi Salomon apud Eugubinum in cap.18. Leuit. sub initio, morem fuisse suggerit, vt filios suos traderent Sacerdotibus templorum, qui duos faciebant maximos ignes, & inter eos transire (Theodoret.) puerum cogebant; Theodoretus in lib. 4. Reg. interrogat. 16. percontatus, quomodo intelligeretur de Achab Rege,filios suos tradoxisse per ignem? & respondet, *Ego autem existimo id,quod dicitur tacitè significare genus erroris, quod ad nos vsque peruenit, vidi enim in aliquibus ciuitatibus semel in anno accendi rogos, & trans eos saltare aliquos non solùm pueros, sed etiam viros, infantes autem per flammam ferri à Matribus; videbatur autem quadam esse expiatio, & purgatio; existimo autem hoc fuisse Achaz peccatum*, consentit Theodoreto Procopius Gazæus, in illud cap.16. Regum 4. *& filios suos traduxit per ignem*, &c. eum (Tiball.) ritum Tibullus indicauit lib 2. elegia 5,

*Ille leuis stipula sollennes potus aceruos*
*Accendet, flammas transiliétque sacras.*

Cánon Pseudosynodi in Trullo 65. *Qui in Nouilunio à quibusdam ante suas officinas, & domos accenduntur ignes, supra quos etiam antiqua consuetudine quadam salire ineptè, ac delire solent; iubemus deinceps cessare*, quam ad prohibitionem Theodori Balsamonis scholion, *Mos erat Iudæis, ac Græcis in nouiluniis ante suas officinas, ac ædes rogos incendere, & supra eos salire, per id existimantes ea, quæ illis priùs obtigissent mala, comburi, forteque vt in alia bona inciderent. Hos ergo consequenter faciebant quidam Orthodoxi eo tempore, quo hæc habita est Synodus, vnde etiam ea cessare iusserunt*, &c. Nec dissimile illud apud Benjamin Iudæum cognomento Tudelensem in Itinerario suo, non (Tudelens.) longè à fine pag. 95. *Nam de Insulis Chenerag, quorum habitatores Igni tanquam Deo falsos honores deferunt, appellanturque Dughiin*, inquit: *Ante singula fana campus magnus, & latus est, in quo ingens ignis omnibus diebus ardet, quem ipsi Elhota vocant; solent autem filios super hunc ignem transmittere expiandi gratia.*

At e numerosa Ethnicorum Deorum farra- 54.
gine, quod tandem Numen Moloch tam crudele (*Moloch an idem Numen cum Saturno.*) & asperum, vt non nisi hominum per dira tormenta mortibus placari voluerit? Multorum cogitatio est Saturnum fuisse; nam ab antiquis terræ Chanaam incolis idololatria contaminatis, qui Palæstini & Phœnices nuncupabantur, hunc fluxisse morem ad Hebræos, liquet ex Deuteronomij cap. 18. vers. 9. Psalm. 105. vers. 35. Sapientiæ cap.12. vers. 3. Porrò Saturno homines sacrificatus à Phœnicibus tradit Athanasius (Athanas.) oratione contra Gentes circa medium, inquiens; *Phœnices item & Cretenses mactatu liberorum Saturnum placarunt*; idémque testantur apud Eusebium Cæsariensem lib.4. de præparatione Euangelij, cap.16. aliàs 7. Philo Biblius, atque Porphyrius, quem etiam allegat Cyrillus Alexandr. lib. 4. contra Iulianum: de Carthaginensibus autem, qui ex Phœnicia prodierunt, Saturno litasse filiorum dulcissima pignora, memorant Diodorus Siculus Biblioth. lib 13 num marginali 377. & lib. 20. num. 739. Halicarnassæus Romanar. antiquit. lib. 1. ad medium. Plutarchus opusculo de superstitione, circa finem; & opusculo, *De his, qui serò à Numine puniuntur.* Iustinus historiar lib 18. post medium. Silius Italicus lib.4. vers.767. & ex Patribus Tertullianus Apologet. cap.9. Minutius in Octauio. Lactant. lib. 1. diuinar. institut. cap. 21. Eusebius lib 4. de præparatione Euangelij, cap.16. Theodoretus lib 7. de sacrificiis contra Græcos, Paulus Orosius histor. lib.4. cap. 6. Vnde autem ea deriuata sit tam sanguinaria impietas inter Phœnices, edocet apud Eusebium Philo Biblius (Philo Bibl.) dicto lib.4. de præparatione Euangelij, cap.16. & secundùm Trapezuntij versionem 7. in hæc verba. *Enimverò Saturnus, quem Phœnices Israëlem nominant, quémque post obitum in astrum eiusdem nominis consecrarunt, cum iis in locis regnaret, ac filium vnicum ex Nympha quadam indigena, quam Anobretten vocabant suscepisset, eúmque propterea Ieudem appellasset, quod ea vox apud Phœnices vnigenam etiamnum significet, cúmque teterrima belli clades vniuersam in regionem incubuisset, ad aram a se prius erectam, & instructam, immolauit*; qua ex narratione suspicari possimus nobilissimum illud Abraham Patriarchæ sacrificium indicari, cùm dilectissimo Isaaco necem dare iussus est; quidem Genes.cap.22. vers.2. est in Hebræo בנך את יחידך *bincha eth Iehidcha*; vbi *Iehid*, quod *vnicum* denotat, Phœnicio vocabulo Ieüdem idem repræsentanti assonat; quòd autem *Israelem* dictum Saturnum referat, non autem

tem Abraham vocatum, id ex more Scriptorum Gentilium factum, qui cùm Hebræorum res non fatis perfpectas haberent, aliena intermififfent, vt cernere eft in his, quæ Strabo, Tacitus, Diodorus Siculus, Iuftinus hiftoricus, de Moyfe & Iudæis produnt; ex quibus additum belli gratia immolationem fufceptam, non enim ea de caufa Ifaacum victimare Abrahæ fignificatum eft; fed vnde Saturni cultus Palæftinis ex Abrahæ facrificatione? Equidem malus Dæmon veri Numinis gloriæ æmulator ftudiosè procurat, quæ in venerationem fempiternæ Deitatis ab illuftribus eius cultoribus excogitantor, ad fuperftitionem traducere, vt non minus falfa Religio per ipfum inuecta obtinuiffe videatur; notatum libro de præfcript. a Tertulliano cap 40. *Diabolo fcilicet, cuius partes funt interuertendi veritatem, ipfas quoque res Sacramentorum diuinorum in idolorum myfteriis æmulatur*; & Iulius Firmicus Maternus, de errore prufanarum Religionum, cap. 22 *Omnia fymbola prophana Religionis per ordinem fuggeruntur, vt probemus nequiffimum hoftem generis humani, de fanctis hac venerandifque Prophetarum oraculis, ad contaminata furoris fui oracula tranftuliffe*; fuis igitur in partibus habere ambiens Diabolus, quem Abrahæ Paralelum gloriaretur, ftimulauit Ethnicorum principem aliquem virum, qui filium truncaret, atque parricidæ vita functo apotheofim curauit; Saturnum autem dici placuit, quòd fobolis propriæ vorator effet; à Phœnicibus nunc *Il*, nunc *Ifrael*, nunc *Melkom* vocatum adftruit Scaliger in notis ad fragmenta quædam Græcorum Authorum fub finem operis de doctrina temporum, pag. 39. Illud etiam quod Philo Biblius memorata relatione fcribit, Saturnum poft obitum in aftrum fui nominis confecratum, ftatuæ Moloch quadrat, vt inde etiam coniectura ducatur Moloch, & Saturnom idem fuiffe Numen, his enim an non confonat Amos cap. 5. verf. 6 *Et portaftis tabernaculum Moloch veftro, & imaginem idolorum veftrorum fidus Dei veftri, quæ feciftis vobis?* & Actor. cap 7. verf. 43 *& fufcepiftis tabernaculum Moloch, & fidus Dei veftri Rempham, figuras quas feciftis, adorare eas.*

Tertull.

Firmicus.

Scaliger.

Amos 5. 26.

Actor. 7. 43.

55. Iam quod fpectat ad morem illum, quo ex traditione Hebræorum cremabantur facrificandi infantuli, nimirum flagrante ænea Moloch ftatua à fubiectis, aut inclufis ignibus, Saturni admodum quadrat fimulachro; de hoc enim ex Carthaginenfium ritu profert, quæ apud Diodorum Siculum Bibliothecæ lib. 20. legerat Eufeb. Cæfar. lib. 4. de præparatione Euangelij, cap. 16. *Erat apud eos*, (nempè dictos iam Carthaginenfes,) *fimulachrum Saturni æneum fupinus, ac pendulis in terram manibus, vt impofitus ipfis adolefcens fubiectam in foueam, ignique plenam volueretur, ac rueret.* Quanquam verò in Diodori Siculi quibufdam editis operibus liber ille vigefimus Bibliothecæ non appareat, vt propterea quæratur à fe non repertum Pineda de rebus Salomonis lib. 7. cap. 11. §. 3. num. 6. tamen recentioris calcographiæ volumina eum exhibent librum, & præfentem fententiam Græcè; atque Latinè continent, vtramque dare iuuat; ἦν δὲ παρ' αὐτοῖς ἀνδριὰς Κρόνου χαλκοῦς, ἐκτετακὼς τὰς χεῖρας ὑπτίας ἐγκεκλιμένας ἐπὶ τὴν γῆν, ὥστε τὸν ἐπιτεθέντα τῶν παίδων ἀποκυλίεσθαι, καὶ πίπτειν εἴς τι χάσμα πλῆρες πυρός; *erat autem apud illos ænea Saturni ftatua, quæ manus fupinas extendebat, ita ad terram inclinatas, vt impofitus illis puer deuolueretur, & in voraginem ignis plenam rueret*; quod etiam de tympanorum ftrepitu adiunctum, feu lætitiæ caufa percuterentur, vt feftorum confuetudo eft; feu ne puerorum miferrimæ voces parentibus luctum, & oblatæ fobolis pœnitentiam afferrent; aliquid iifdem confentaneum narrat Benjamin Tudelenfis in Itinerario fuo; nam ad calcem illius de habitantibus Infulas Chenarag, quibus Ignis Numen eft, ait; *funt præterea ex terra magnatibus, qui fe viuos igni deuouent; igitur, quo die votum exfoluendum eft, magno conuiuio primum exceptus, fi diues fuerit, equo vehitur; fin verò pauperior, pedes fuorum, aliorumque turba comitatus ad campi vfque initium deducitur, vnde curfu inito in ignem infilit tum vero familiares, cognatique omnes, & confanguinei tympanis, & choreis fumma cum lætitia exultant quoad ille omninò combuftus fuerit.*

Molochi cruftum facrificium humanum ... fpecialiter puerorum.

Eufeb. Cæf.

Tudelenf.

56. Quanquam verò hæc non leuiter fuadeant, putandum Saturnum fuiffe, quem Phœnices & Chananæi fub effigie, & nomine Moloch adorabant; Hieronymi tamen diuerfa eft opinio, nam in cap. 5. Amos, in illud, *Nunquid hoftias, & facrificium*, &c. Luciferi fidus exiftimat, quòd Saraceni venerantur: funt eiufdem placiti in c. 7. Actorum, Beda, OEcumenius, Hugo Cardinalis, Lyra: quod autem Amos cap. 5 verf. 26. & præfato Actorum loco ftatuæ Moloch ftella comes & ornamentum adhibeatur, exponitur ab OEcumenio diuifione 8. fuorum commentariorum hunc in modum: *erat autem hoc fimulachrum Moabitarum habens lapidem tranfparentem ac pretiofum in modum Luciferi extrema frontis parte.* Porrò, quam Luciferi ftellam Hieronymus iudicato Amos commentario dixit, in vita S. Hilarionis ad medium Veneris aftrum nuncupauit, quam Saracenorum colit natio; & rectè admodum, nam Veneris fidus, vt Marco Tullio credamus, *Lucifer* apud Latinos vocatur, fic enim fatur lib. 2. de natura Deorum: *infima eft quinque errantium, terræque proxima ftella Veneris, quæ φωσφόρος Græce, Lucifer Latine dicitur, cum antegreditur folem; cum fubfequitur autem, Hefperos*; & Plinius lib 2. cap. 8. *infra folem ambit ingens fydus, appellatum Veneris: præueniens, & ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, contra ab Occafu refulgens, nuncupatur Vefper.* Iuxta hanc fententiam, cui fufficit Hieronymum ducem habere, quam olim præfuli cogitationem, Moloch nimirum Apollinem & folem effe tom. 1. in Canticum Salomonis fect. 5. fubfect. 3. num. 101. eandem nunc approbo; nam quidem Phœnices præcipuo cultu Phœbum veneratos tradunt Eufeb. Cæfar. lib. 1. de præparatione Euangelij, cap. 6. Curtius lib. 4. cap. 11. Herodianus lib. 5. Eius igitur fimulachro prodromum fydus, videlicet Luciferum infcolptum coniectari valeamus, & quidem morem extitiffe, vt idoli fronte ftella, in quam tranflatum crederent, fulgeret, Suetonius in Iulio Cæfare cap. 88. denotat; nam de fydere crinito, quod per feptem dies poft eius obitum radiabat, fuggerit; *creditúmque eft, animam effe Cæfaris in cælum recepti, & hac de caufa fimulachro eius in vertice additur ftella*; quod Plinius comprobat etiam lib. 2. cap. 25. *eiufdémque ftellæ portare lucem nepotibus in vfu.* Seruius in verf. 681. lib. 8. Æneid. *patriúmque aperitur vertice fydus: Auguftus*, (inquit,) *in honorem Patris* ftellam

Hieron.

OEcumen.

*Veneris fidus pro Lucifero apud Latinos.*

Cicero.

Plinius.

*Moloch Apollo, & Sol.*

Sueton.

Plin.

Seruius.

Auguftin.

*stellam in galea cœpit habere depictam*; cùm igitur testibus careamus idoneis, qui Lucifero sacrificiorum eum ordinem adscribant, quem Moloch sacræ Scripturæ adiudicant, & Authorum traditio vendicat, probabiliora dicemus, si Moloch solem esse decernamus, Luciferum huius præambulam stellam.

Moloch sol, Lucifer stella.

57. Vtcumque tamen in his, quæ coniecturis solùm nituntur, cuilibet sentire placeat, equidem id vix negari queat, Soli haud repugnare, quæ de Molochо feruntur; nam quod humanis placaretur mortibus, etiam sacrificatos Phœbo mortales edocet ex Porphyrio Euseb. Cæsar. lib. 4. de præparatione Euangelij, cap. 16. Photius in Bibliotheca codice 258. in vita S. Athanasij: *Georgius*, ait, *Alexandriæ templum desertum, in quo Gentes olim Mithræ sacrificia facientes, viros, fœminas, & pueros mactabant, extis inspectu diuinantes, expiare valebat, vt oratorium construeret*; & de occiduæ Indiæ vetustis habitatoribus idem testatur, præsertim de Mexicanis Iosephus de Acosta lib. 5. historiæ moralis Indorum, c. 19. 20. sed & comburendi mos idem barbaris Indorum populis, ænea scilicet colossus, qua euomente intolerandos ardores pueri inter sæuissimos cruciatus animam exhalabant; narrat Ludouicus Viues ad lib. 7. B. Augustini de ciuitate Dei, c. 19. inquiens: *Quo tempore hæc edebamus, Insula est à nostris nautis inuenta, quam de Principis nomine Carolinam vocarunt; in ea frequentes visuntur statuæ Deorum, quos Gentes illæ colunt, æneæ, intrinsecus cauæ, manibus iunctis, passisque, in quibus infantes, & pueros, quos Diis immolant, statuunt, ibique vruntur crudeliter igne in cauo simulachri incenso, & ære calorem immodicum concipiente.* Iam, quod spectat ad *vallem Ennon*, seu *Gehennon*, quo loci hæ victimationes fiebant, vt inde Gehennæ vocabulum deductum concipiatur ob tormentorum similitudinem, equidem in solem, qui *Mithra* nuncupatur, id mirificè quadrat; habebat quippe initiatos sibi Mithra: at horum quales labores? Nam specus valdè obscurus & densæ caliginis æternam referens noctem; quam ob causam Tertullianus de corona militis, cap. 15. *sed ab aliquo Mithræ milite, qui cùm initiatur in spelæo, in castris verè tenebrarum*, &c. Iulius Firmicus de errore prophanarum Relig. cap. 5. *Sacra eius in speluncis abditis tradunt, vt semper obscuro tenebrarum squalore demersi, gratiam splendidi, ac sereni luminis non videant*; sed cruciatus quot, & quàm horribiles? Nazianzenus oratione 3. loquens de Martyrio Marci Arethusij: *Raptabatur per plateas, protrudebatur per cloacas, crinibus, & quauis alia corporis parte, admixta, nempè tormento, contumelia, ab iis trahebatur, qui in Mithræ sacris huiusmodi suppliciis iustè cruciantur.* Elias Cretensis in dictam Nazianzeni orationem, n. 64. *& quidem ij, qui ipsius sacris initiandi erant, per duodecim cruciatus ducebantur, nimirum per ignem, per frigus, per famem, per sitim, per flagra, per itineris molestiam, aliaque id genus*; reperit hæc iterum, num. 83. & scholiis ad orationem 39. n. 14. Cæterùm Nonnus in expositione prophanar. historiarum ad oratione 4. Theolog. plura multò vult fuisse tormenta; *Sunt enim*, (ait num. 5.) *tormentorum gradus L X X X. partim remissiores, partim intensiores*: numero autem 45. fusiùs declarat, inquiens, *Aiunt octoginta esse cruciatuum genera, per quæ certo ordine ei, qui initiandus est, necessariò transeundum est, verbi causa; primùm et multis diebus experienda est aqua, deinde necessariò faciendum est vt se in ignem coniiciat, postea in solitudine versari, sibique ipsi inediam imperare, atque ita ad alia pergere, quousque, vt diximus, L X X X. suppliciorum generibus defunctus fuerit*; quibus si superuixerit, tum demum sacris Mithriacis initiatur. Socrates histor. Eccles. lib. 5. cap. 16. *cruenta* Mithræ appellat *mysteria*; vbinam igitur Gehennæ expressior imago, quàm inter Solis cultores?

Photius. Lud. Vines. Tertull. Iul. Firmic. Nazianzen. El. Cretens. Nonnus.

Illud etiam pro nostro themate non futile argumentum, constat enim planè ex Deuteronomij cap. 12. vers. 31. cap. 18. vers. 9. antiquissimorum Phœnicum & Chananæorum ritum fuisse belluinum illum immolandorum charissimorum pignorum; & Author Sapientiæ idipsum cumulatè refert, cap. 12. vers. 3. Sed quos adorabant vetusti Phœnices, & Moyse antiquiores Chananæi, Deos? Solem profectò cum reliqua astrorum multitudine. Deuteronomij cap. 17. vers. 3. *vt vadant & seruiant Diis alienis, & adorent eos, Solem, & Lunam, & omnem militiam cæli*; cùm etiam Sap. cap. 12. vers. 3. priscis Chananeæ incolis vitio datur, quòd filiorum necatores per iniusta extiterint sacrificia, quibus immolarent Numinibus, quos Deos reputarent, declaratur cap. 13. vers. 2. *Sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut Solem, & Lunam rectores Orbis terrarum, Deos putauerunt*; certe Græcos ipsos, qui diu post Ægyptios, & Phœnices emerserunt, cùm Deos modo, atque ordine aliquo venerari cœperunt, longo tamen interuallo non alia coluisse Numina, quàm Solem atque Lunam; cæterósque cælestes ignes ex ipsorummet sapientioribus demonstrant Euseb. lib. 1. de præparatione Euangelij, cap. 6. lib. 2. cap. 4. lib. 3. cap. 3. Theodoretus lib. 3. aduersùs Græcos. Soli igitur Aborigines illi Chananæi, & Phœnices liberos charissimos in mortem offerebant; sed offerebant quidem Moloch Leuit. cap. 18. vers. 21. *De semine tuo non dabis, vt consecretur idolo Moloch*; & cap. 20. vers. 2. Moloch igitur Solis existimandus portasse effigiem. Atqui Israëlitæ eidem Moloch ad imitationem Chananæorum filios deuouebant Deuter. cap. 18. vers. 9. & Psalm. 105. vers. 35. Phœbum igitur & Hebræi cum Moloch nomine venerari sunt: cur igitur Moloch Saturnus reputatus est communiori iudicio eorum, qui sacras exponunt litteras? Non video quidem eius pronunciati aliam speciosiorem causam, quàm quod legerent Saturnum humanis delectari victimis, & hoc ipsum Moloch tribui crebrò in veteri reperirent Instrumento: quanquam verò huiusmodi frequentiora sacrificia Saturni in delubris, eiúsque apud aras, verùm & aliis Numinibus ex fabulosa illa Deorum turba mactatos homines, ostendunt Alexander ab Alexandro Genial. lib. 6. cap. 26. Petrus Simonis Episcopus Yprensis tractatu de Epiphania, c. 14. Bozius tom. 2. de signis Ecclesiæ, lib. 22. cap 1. & 2. Pradus in Ezechielis cap. 20 num. 26. Serrarius in Iudicum cap. 11. quæst. 17. Denique, vt confiteamur Moloch Saturnum esse; at non alium à Sole Deum penes naturam, & essentiam, sed alteram Phœbi appellationem, diuersis enim vocatum modis, & quidem aliorum Deorum nominibus (seu id contingeret ignorantia quadam confun- 58.

Deut. 17. 3. Sap. 13. 2. Eusebius. Theodoret. Leuit. 18. 21. & 20. 2.

confundentium vocabula, seu quoniam putarent Apollinem vnum omnia esse Numina, quam multorum fuisse opinionem statuimus tom. 1. in Canticum Canticorum, Anteloq. 5.

Capella. sect. 5. subsect. 3.) ex Martiani Capellæ versibus habemus ad finem, lib. 2. de nuptiis Philologiæ.

*Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim,*
*Dissona sacra Mithram, Ditémque, ferúmque Typhonem.*
*Atys pulcher item, curui & puer almus aratri*
*Ammon & arentis Libyæ, ac Biblius Adon;*
*Sic vario cunctus te nomine conuocat Orbis.*

Subscribit Eusebius lib. 3. de præparat. Euangelij, cap. 11. sed peculiariter do Saturni voce

Seruius. Seruius in vers. 714. Æneid. 1. *A Belo soliti*, &c. *primus Assyriorum Rex, vt suprà diximus; quo constat Saturnum, quem & solem dicunt, Iunonémque coluisse, quæ Numina postea culta sunt, & apud Afros, vnde & lingua Punica Bal dicitur Deus; apud Assyrios autem Bal dicitur quadam sacrorum ratione, & Saturnus, & Sol.*

---

## Sectio VIII.

*Necromantia falsò promittit animarum euocationes ab inferis. Pythones, & Pythonissæ quinam propriè? Necromantici in sepulchris versantur; qua de causa? per tenebras superstitiones exercent; quibus ceremoniis? quo habitu?*

59. *Necromantia falsò promittens euocationes ab inferis.* PErspeximus superstitionis plusquam barbaræ efferam normam, quæ vitæ dulces eripiebat auras, & genitores in viscerum suorum portionem natura detestante sæua armabat crudelitate Pytomantiæ sacrificiis, transeamus ad oppositam factionem vanè promittentium, vt functorum cadauera iterum incalescant per Necromantiæ versus, & animæ ab inferis reuocentur, per quas Magus occulta discat, & de sequuturis euentibus edoceatur; nam hoc illi audacter pollicebantur, eorum imperio subditas animarum regiones, & quas vellent posse rursus superam traducere ad lucem; sic gloriatur Medea

Ouid. apud Ouidium lib. 7. Metamorph. vers. 207.

——— *Iubeóque tremiscere montes,*
*Et mugire solum, Manésque exire sepulchris.*

Tibull. Tibullus de altera Saga eiusdem professionis lib. 1. elegia 2. eadem testatus.

*Hæc cantu finditque solum, Manésque sepulchris*
*Elicit, & tepido deuocat ossa rogo.*

Et fama ita creditum à vulgo Ethnicorum, versus

Cicero. apud Ciceronem donotaut lib. 1. Tusculanarum quæstionum non longè à principio.

*Vnde animæ excitantur obscura vmbra, aperto ostio*
*Alti Acherontis, falso sanguine imagines mortuorum.*

Lactant. Quare Lactantius disputans contra Paganos ex his, quæ ipsi certa supponebant, lib. 7. diuinar. institut. cap. 13. *Qui profectò non auderent de interitu animarum Mago aliquo præsente disserere, qui sciret certis carminibus cieri ab inferis animas*; &

Prudent. Prudentius lib. 1. contra Symmachum vers. 84.

*Murmure nam magico tenues exire figuras,*
*Atque sepulchrales scire incantare fauillas.*

S. Basilius in cap. 8. Isaiæ propè finem; *condicunt* Basil.
*ac pollicentur animas vita defunctorum ad seculum se euocaturos ad eorum manifestationem, quæ in quæstionem versantur.* Quamuis enim de animarum veris interdum apparitionibus nullus scrupulus, sed Dæmonum naturales vires talis regressus superat; si quibus enim imperare valeant, tartareo quidem inclusis ergastulo, harum Satanas custos est, & tortor: liberare autem carcere nequit absque Iudicis Dei permissione; si quando igitur regressionis adiutor, facit non quod in ipsius potestate situm est, sed quia Numen indulget, & à malo, sed rarissimè fieri Angelo placet: Paganos autem per Necromantiam deludebat aduersarius, & phantasmate simulabat personam, quam inter viuentes restitui cupiebant, itaque præstigium & hallucinatio tantum fiebat; rectè Æneas Gazæus in Theophrasto 5. Gazæus.
*hæc dicens ille*, &c. *ergo suis illis carminibus falsunt, quippe non patrem, aut mulierculam producunt, sed dirum quemdam Dæmonem patris, aut mulieris personam repræsentantem monstrant*; Chrysostomus Chrysost.
Homil. 19. in cap. 8. Matth. ad medium; *Non enim anima defuncti est, quæ ista dicit, sed Dæmon, qui hæc vt decipiat, fingit.* Similia Tertullianus de anima, cap. 57. Nyssenus epistola de Ventriloqua. Augustinus lib. 10. de ciuitate, cap. 11. ex Porphyrio. Isidorus Hispal. lib. 8. originum c. 9. S. Thomas 1. parte, quæst. 117. art. 4. ad 2. Quamobrem B. Eustatius Antiochenus dissertatione Eustat. Ant.
contra Origenem de Engastrimytho opportunè theologizat, inquiens; *quippè huiusmodi facultatem præter Deum animas ab inferis reuocandi, educendique, nemo alius habet.*

Hanc præ cæteris Dæmoniacam de futuris 60.
inquirendi artem Numen prohibet Deuterono- Deut. 18. 9.
mij cap. 18. vers. 9. *Nec inueniatur in te, qui Pythones consulat, nec diuinos, aut quærat à mortuis veritatem*; eandem prohiberi quoties Pythones in Scripturis damnantur; nonnullis visum, de quibus Leuit. cap. 20. vers. 27. *Vir, siue mulier, in* Leuit. 20. 27
*quibus Pythonicus, vel diuinationis fuerit spiritus,* *Pythones,*
*morte moriatur, lapidibus obruent eos.* Pythonis vox *& Pythonissæ*
lata nimis significatione interdum vsurpatur *propriè qui.*
pro quacumque diuinatoriæ artis notitia, vt obseruant Theodorus Balsamon in Synodi sextæ illegitimæ in Trullo Canone 65. Abulensis in 1. Reg. cap. 28 quæst. 8. & 9. & iuxta hæc vulgatus interpres Hebræam dictionem nunc *Magos* generatim vertit Leuit. cap. 19. vers. 31. nunc *Pythones* eiusdem Leuit. cap. 20. vers. 27. Celebris autem interpretatio est, *Pythones* exponi *Ventriloquos*, quòd per ventrem loquatur Dæmon, hinc *Engastrimythi* vocati à Græcis γαστὴρ, quod est *Engastrimythi qui, &*
venter, & μῦθος, hoc est fabula, siue sermo, *vnde dicti.*
videlicet, loquens per ventrem Diabolo, inde emittente sonum. Suidas verbo *Engastrimythus:* Suidas.
ἐγγαστρίμαντις, *quasi dicat ventrinatus, id est, qui Dæmonem in ventre habet.* Plutarchus de oraculorum Plutarch.
defectu inter principium, & medium; *quos olim Engastrimythos Euryclcas, quod è ventre sermonem fatidicum promerent, nunc Pythonas nominant*, Isaiæ cap 8. vers. 19. quos Latinus vocat interpres Pythones, L X X. ventriloquos nominant, quem in morem pariter Clemens Alexandrinus in Protreptico cap. 3. Basilius in cap. 8. Isaiæ, in illud, *quærite Pythones*, &c. Nyssenus epistola de

Pythonissa

Pythonissa Augustinus lib.2.de doctrina, cap.23. modum falsæ vaticinationis Pythonibus singularem declarant Theodoretus quæst. 29. in Leuiticum; *quidam à Dæmonibus agitati simplices multos deceperunt, quasi loquerentur, quos Græci ἐγγαστριμύθους, id est, ex intestinis vaticinantes appellant, tanquam ex interioribus Dæmon videatur vocem emittere.* S. Eustathius Antiochenus dissertatione de Pythonissa contra Origenem iuxta finem; *neque enim à naturali, sanáque mente loquuntur, sed intimis mentibus Dæmon diuersans mentem ipsam depascitur, & lædit, & ex ventre fabulosas fictiones componens, strepitum edit*; equidem de Pythia, per quam Dæmon oracula Apollinis cum titulo edere solitus Chrysostomus hom. 29. in cap. 12. epistolæ 1. ad Corinth. in illud, *Scitis, quòd Gentes*, &c. refert, per corporis meatus, quos nominari verecundia prohibet, Dæmonem ad ventrem ingredi consueuisse; ab huius Pythiæ imitatione eos per quorum ventrem spiritus nequam respondebat, Pythones vocatos existimant OEcumenius in cap. 16. Actorum, suæ partitionis cap.24. Abulensis in 1. Reg. cap. 28. quæst.8. & quæst.21. Sanchez & Cornel. in c.16. Actor. vers. 16. Gabriel Aluarez in cap.8. Isaiæ, vers. 19. Hieronymus Sopranis tom. 1. de Dauide, ad cap.28. Reg.1. vers.10. Esto hoc, de quo tamen hæsitamus, cum Pythia, Apollinis Antistes per ventrem interrogatis non satisfaceret; litis cardo est, num Pythonissæ hoc ipso quòd tales essent Necromanticæ censendæ, vt hoc enim verum sit, idem erit vetari Pythones ac Necromanticos.

61. Dico primò, non esse necessarium, vt qui Pythones sunt, Necromantiæ pariter cognitione imbutos supponamus, vt obseruant Abulensis in 1. Reg. cap.28. quæst.8. Serrarius in eundem locum, q. 1. Salianus tom.3. anno Mundi 2979. num. 69. Nam hi strictè tales nuncupati eam ob causam quòd per ventrem depromeretur sermo; at diuinationes per ventrem aliæ multæ potuerunt esse diuersæ ab euocationibus mortuorum. Dico secundò plerumque apud Hebræos speciatim vtramque infaustam coniunctam artem, ita vt cum Necyomantiæ vsitati præceptores ex eorum turba essent, qui per ventrem diuinarent, vulgo creditum sit Pythonum scientiam circa mortuorum vmbras, & sepulchreta versari; quamobrem Isaiæ cap.8. vers.19. vbi Pythonibus adscribitur mortuorum discere ex colloquio quæ viuentibus incommoda, aut salutaria esse queant, *Quærite à Pythonibus & à Diuinis, qui strident in incantationibus suis, nunquid non populus a Deo suo requiret, pro viuis a mortuis?* L X X. bis habent ventriloquos: καὶ ἐὰν εἴπωσι πρὸς ὑμᾶς, ζητήσατε τοὺς ἐγγαστριμύθους, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς γῆς φωνοῦντας, τοὺς κενολογοῦντας, οἳ ἐκ τῆς κοιλίας φωνοῦσιν, οὐκ ἔθνος πρὸς θεὸν αὐτοῦ ἐκζητήσουσι; *& si dixerint ad vos: Quærite ventriloquos, & eos, qui de terra loquuntur, vana loquentes, qui de ventre clamitant, nónne Gens ad Deum suum exquirent?* & Saul vt à Samuele iam extincto de futuris edoceretur, non Necromanticam, sed Pythonissam vestigari iubet, 1. Reg.c.28. vers. 7. nimirum, quia penes ventriloquas officina Necyomantiæ, quâ ob causam S. Basilius in illud cap. 8. Isaiæ sub finem: *Quærite Pythones*, &c. *pollicentur animas vita hac defunctorum ad seculum se euocaturos ad eorum manifestationem, quæ in quæstionibus vertantur*; clarius adhuc paucis quibusdam intermixtis; *quia isti rurum, qui ventriloqui dicuntur, commentatio omnis, conatúsque versatur circa monumenta, & busta sepulchralia, atque illinc vim omnem magica incantationis mutuantur*; & Gregorius Nyssenus epistola de Pythonissa. *Porrò vnum ex fallacia generibus ventriloquorum, seu Pythonem habentium est, eorum præstigia posse animas illorum, qui decessissent, rursum ad hanc superstitem vitam pertrahere credebantur.* Cyrillus in verba nuper reposita ex cap.8 Isaiæ, *qui simulant se mortuos reducere, & velut ex inferis edi oracula.* ibidem Procopius Gazæus, *nimirum, quia mortuorum animas ad eorum explicationem, quæ quæruntur, ab inferis euocare feruntur.* Nec mysterio vacans modus loquendi vulgatæ interpretationis, *qui strident incantationibus suis*; quo loci Arias Montanus Pythones existimat, qui mortuorum Manes excitare, & alloqui dicebantur, sed Foretij dandæ integra explicatio. *Pythonum vox est haudubiè peregrina, & quantum ex locis Scripturæ, in quibus reperitur, & eorum circumstantiis coniicitur, est spiritus in sepulchris mortuorum, ac locis subterraneis, qui rogatus voce stridula respondet*; certè eiusmodi esse loquelam, id est, semiformatam, & tenuem, nec satis perceptibilem ventriloquorum docet Hippocrates lib. 5. de morbis popularibus non longe à fine, vbi de ægroto, qui vix loqui poterat; καὶ ἐκ τοῦ στήθεος, ὑπεψόφει, ὥσπερ αἱ ἐγγαστρίμυθοι λεγόμεναι, τοιοῦτον ξυνέβαινε; *& ex pectore substrepebat velut Engastrimythi, quasi ex ventre loquentes Græcis appellati, tale quiddam contingebat*, cum in modum Dæmones, cum defunctorum personas simulabant Necromanticis respondere consueuisse Lucanus lib.6. denotat,

*—— Ne membris Sole perustis*
*Auribus incertum feralis strideat vmbra.*

His igitur verisimile fit Pythones atque Pythonissas, de quibus sacræ contestantur, associatam habuisse Necromanticam disciplinam, ita vt si quætendus esset Necromanticus, non nisi ad Pythonem eundum fuerit; Pythones suo viguisse seculo tradit Gregorius Turonensis histor. Francor. lib. 5. cap. 14. & lib.7. cap.44. Sed hesterna fermè exempla edunt suorum temporum Episcopus Eugubij Steuchius in cap.20. Leuitici, in illud *non declinabitis ad Magos, & Ariolos*, &c. Cælius Rhodiginius lib.10. antiq. sect.cap.8.

Porrò Necromanticos describit Isaias auctoribus Cyrillo Alexandrino, Procopio Gazensi, & Nicolao de Lyra cap. 65. vers.4. *Qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt.* ibi D. Cyrillus; *sacrificarunt etiam in monumentis, & speluncis, Necromantica vt videtur quadam exercentes.* Procopius verò ait; *sepulchrorum deinde meminit, vt diuinationem per mortuos innueret*; sed quare bustorum squaloribus, & fœtore delectantur? optimum, quia tam funesta habitatio Manium euocatoribus digna; Lucanus de Erichthone Maga lib.6. vers.510.

*Illi namque nefas vrbis summittere tecto,*
*Aut laribus ferale caput; desertaque busta*
*Incolit, & tumulos expulsis obtinet vmbris.*

Apuleius Milesiarum lib. 2. *sed oppido formido casas, & ineuitabiles latebras Magica disciplina, nam ne mortuorum quidem sepulchra tuta dicuntur*; & qui cum morte semel pactum inierunt, nec vermem & cineres exhorruere, faciliùs inter Iudæos monumenta ad inhabitandum intrare potuerunt,

Margin notes (left): Theodor. — Eustath. Ant. — Chrysost. — Necromātici. — Isai.8.19. — Basilius.
Margin notes (right): Nyssen. — Cyrill. — Gazæus. — Arias Mont. — Foretius. — 62. — Versantur in sepulchris. — Cyrillus. — & cur.? — Lucanus. — Apuleius.

potuerunt, nam capacia erant domorum fabricata ad similitudinem, vt in caput memoratum Isaiæ 65. vers. 4. obseruant Glossographus interlinearis, & Hugo Cardinalis, quare Magicæ illic exercere incantamenta, & apparatum omnem disponere poterant; deinde vt intra mortuorum septa paucos, & raros commoraros indulgeamus, busta tamen adibant ad suffuranda ossa, & tabem omnem defunctorum, atque hæc secunda causa, quod sepulcbris crebrò assidere consueuerint; Dæmon quippe persuadebat fragmentis cadauerum specialem inesse vim ad compellendas animas eorum, qui decesserant, iterum vt re-
Statius. grederentur; Statius Theb. lib. 4. vers. 507.

*——— si non attollere bustis*
*Corpora, nec plenas antiquis ossibus vrnas*
*Egerere.*

ibidemque;

*——— aut exangui ferro*
*Ora sequi, aut ægras functorum carpere fibras.*

Ouid. Ouidius epistola 6. Hysipiles ad Iasonem, de Medea,

*Per tumulos errat passis discincta capillis,*
*Certaque de tepidis colligit ossa rogis.*

Lucan. Lucanus autem de insigni Necromanticæ lib. 6. vers. 534.

*Fumantes iuuenum cineres, ardentiaque ossa,*
*E mediis rapit illa rogis.*

Sed de corporibus iam sepulchro aliquamdiu conditis,

*——— Tunc omnes auidè desæuit in artus,*
*Immersitque manus oculis, gaudetque gelatos*
*Effodisse Orbes, & siccæ pallida rodit*
*Excrementa manus.*

Quintil. Quintilianus declamatione 15. pro meretrice contra iuuenem, ad medium; *tumulos, busta scrutari, & amputatis cadaueribus ipsas in scelus armare manus.* Apuleius lib. 2. Metamorph. *Sed & bustis & rogis reliquiæ quædam, & cadauerum præsegmina ad exitiales viuentium fortunas, petuntur;* colligendorum igitur ossium gratia Pythonissæ & Necromanticæ frequenter mortuorum cœmeteria visitabant.

63. Illud etiam, quod Regum 1. cap. 28. vers. 8. de
1. Reg. 28. 8. Exercent superstitiones. Saule Rege, & comitibus eius; *veneruntque ad mulierem nocte, & ait illi, Diuina mihi in Pythone, & suscita mihi, quem dixero tibi,* quanquam intelligi valeat, quod per caliginem venerint, ideò factum, vt circumiacentes hostes, Philisthæorum scilicet castra laterent, sed insuper credibile est actum idcircò, quòd Necromanticæ non nisi Luna regnante, & Orbe tenebris velato nefariam exercerent inuocationem, quin & ipso profundo rerum silentio, dum nox mediū iter tene-
Ouid. ret; Ouidius de Medea lib. 7. Metamorph. v. 184.

*Fertque vagos mediæ per muta silentia noctis,*
*Incomitata gradus.*

& statim;

*Nox ait arcanis fidissima.*

Silius Ital. Silius Italicus lib. 14. vers. 415.

*——— & à medio cum se nox humida cursu*
*Flexerit.*

Quam ob causam Diana Necromanticarum tutelare Numen, quam inuocabant Magos alloquuturæ, vt ab inferis redirent locis; Ouidius
Ouid. nuper relata Medeæ fabula.

*Tuque triceps Hecate, quæ cœptis conscia nostris*
*Adiutrixque venis, cantusque, artesque Magorum.*

Horat. Horatius epodo 5. in Canidiam Veneficam;

*O rebus meis*
*Non infideles arbitræ*
*Nox & Diana, quæ silentium regis,*
*Arcana cum fiunt sacra.*

Sub tenebris igitur Pythonissam consulunt, quia tam ferales ritus lucem & pulchritudinem oderunt. Quis autem fuerit Pythonissarum habitus Quo vsa habitu.
quando vmbras ciere tentabant, quæ superstitiosis præcepta sacræ tacent litteræ, Eugubinus Eugubin.
ad cap. 19. Leuit. in illud: *Non declinabitis ad Magos,* &c. sequentia ex Rabbi Moyse transcribit, *adeunt enim cadauer alicuius nuper defuncti vir & mulier, altera ad pedes eius, alter ad caput stat, tenémque thuribulum, recitántque voces magicas, & incensant, interimque mulier conspicit animam defuncti, vir autem percunctatur defunctum de his, quæ proximè impendent, & eos certiores facit.* At fuerit ita, vel nugæ reputentur, quæ Rabinis frequentes, Necromanticorum inter Ethnicos præcipuitius: Nox, seu loca tenebrosa eliguntur, effo- & quibus ceremoniis.
ditur tellus; Sacerdos, aut Magus pulla cum veste prodit, quanquam mulieres hanc atrem magis, quàm viri professæ, pecus mactandum nigrum, libatur sanguine occisæ victimæ, lacte item vino, aqua fontana, melle; colliguntur ex lib. 11 Odysseæ Homeri ex Virgilij sexta Æneide vers. 505. Seneca in OEdipo, Actus tertij initio. Ouidio Metamorph. lib. 7. vers. 244. Horatio Epodo 5. Statio Thebaidos lib. 6. vers. 507. Lucano lib. 6. vers. 510. Silio Italico lib. 13. vers. 414.
Heliodorum integrè proferamus lib. 6. Æthiopicæ historiæ, cap. 17. post medium, vbi de anno- Heliodor.
sa Necromantica; *primum quidem scrobem fodit, postea rogum ex vtraque parte succendit, & medium inter vtrumque cadauer filij collocans, & craterem fictilem ex quadam tripode, qui iuxtà aderat, promens, mel in foueam infundebat, rursus autem ex altero lac, ex tertio porrò tanquam libationem faciebat; denique pistam quandam farinæ massam ad viri similitudinem effictam, lauro & marathro, siue bdellio coronatam, in fossam iniecit; deinde gladio inter furta sublato, tanquam furore quodam percita, multa ad Lunam peregrinis audita nominibus precata, brachium incidit, & lauri surculo sanguine abstersio, rogum conspergebat; aliaque multa portenti similia præter hæc faciens tandem ad cadauer filij inclinata, & quædam illi ad aurem accinens, excitauit.*

## SECTIO IX.

*Ex somniis futurorum prænotio quæsita ab idololatris; quæ somni duæ portæ? quorum somniorum bonus spiritus author, quorum malus, discernere ardua res? Ethnici, quibus modis somnia diuinatoria procurabant? Lauro fatidicam esse vim falsò cogitabant; Augurioruum superstitio cognata delusionibus somniorum: quid Augurium? quàm futile & vanum?*

A Mortuorum euocationibus per Necyomantiam ad mortis imaginem, somnum 64. Somnus, & somnium.
videlicet

videlicet abeamus; mirum, quantam inesse vim ad futurorum præsagia, & diuinationem Ethnici credidere, quorum ex sententia Tertullianus (Tertull.) libro de Anima, cap. 46. *reuelantur & honores, & ingenia per quietem, præstantur & medela, produntur & furta conseruntur & thesauri*; & paulò inferiùs: *Sed & Stoici Deum malunt prouidentissimum humanæ institutionis, inter cætera præsidia diuinatricum artium, & disciplinarum, somnia quoque nobis indidisse, peculiare solatium naturalis oraculi*; ex eorundem placitis & definitione Synesius (Synesius.) libro de insomniis; *imò ex omnibus disciplinis in ea maximè collocanda est opera, quòd à nobis illa, & intra nos, atque domestica sit, & vniuscuiusque animi præcipua*, quamobrem hoc superstitiosum vaticinationis genus oraculorum nobiliora sibi vendicauit loca Tertulliano (Tertull.) narratore dicto iamiam capite; *nam & oraculis hoc genus stipatum est Orbis, vt Amphirai apud Oropum, Amphiloci apud Mallum, Sarpedonis in Troade, Trophonij in Pboea, Mopsi in Cilicia, Hermione in Macedonia, Pasiphas in Laconica*; tum illud etiam fabulis adiunxêre qui Poëticæ summam consequuti laudem, vt cubili veluti inclusas nocturnas somniorum repræsentationes somnus Numen etiam duplici (*Somni duplex porta.*) emitteret porta; veraces siquidem & oraculum ferentes cornea; incertas, & nullius, aut leuis fidei per eburneam. Homerus (Homer.) lib. 19. Odyssеæ, sub finem.

*Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur*
*Cornea, qua veris facilis datur exitus vmbris,*
*Altera candenti perfecta nitens elephanto;*
*Qua veniunt eboris porta, sectique elephanti*
*Somnia frustrantur falsa sub imagine noctis,*
*Decipiuntque notis verba imperfecta futuri;*
*Sed quæ missa foras nitidissima cornua lapsu*
*Transiuêre leui, quæ cornua porta relucet,*
*Implent vera quidem miseris mortalibus acta.*

(Coluth. Lyc.) Homerum imitati ex Græcis Coluthus Lycopolita libro de raptu Helenæ vers. 310. *Duas quoque somniorum portas aperuit, alteram veritatis & cornuum eiaculabatur mundo, illinc resiliunt Deorum veræ voces; alteram vero deceptionis, & vanorum altricem somniorum*, Nonnus Dionysiacorum lib. 34. vers. 70. & lib. 44. vers. 50. expressit ad viuum Maro lib. 6. Æneid. sub finem; subindicant Horatius carminum lib. 3. Oda 27. vers. 40. Statius lib. 5. syluarum Epicedio in Patrem ad finem, Ausonius clarè in Ephemeride, vers. 100. innuunt Philostratus lib. 1. Iconum in Amphiarao, Synesius tractatu de insomniis; allegoriam fabulæ Macrobius vestigatus lib. 1. in somnium Scipionis capitis tertij extremo, quod cornu attenuatum lucem aliquam quamuis obscuram, cuius generis huius vitæ notitia, exhibeat; elephantis os ex toto cæcum est, nec peruideri quidquam siuit; id breuibus verbis complexus Tertullianus (Tertull.) de Anima, cap. 46 inquit; *Homerus duas portas diuisit somniis, corneam veritatis, fallaciæ eburneam; respicere est enim, inquiunt, per cornu, ebur autem cæcum est.* Lactantius (Lactantius.) autem libro de opificio hominis, cap. 18. *quare neque semper vera sunt, neque semper falsa, Virgilio teste, qui duas portas voluit esse somniorum; sed quæ falsa sunt dormiendi causa videntur; quæ vera immittuntur à Deo, vt imminens bonum, aut malum hac reuelatione discamus*; præferenda Nicephori (Niceph. Gr.) Gregoræ Patriarchæ Constantinopolitani explicatio, scholiis in Synesij dissertationem de somniis, in illud, *Duplices constituit portas, &c. Gemina*, (inquit,) *& ambigua agnouit Homerus somnia, cælestia, nec non & terrestria; proinde somnia cælestibus cornibus assimilat, eo quòd cornua in fastigium vigeant, tendántque, aut quòd proxima, affiniaque sint animi principatui, quæ etiam serio agere asserit; sed terrestria dentibus elephantes, quia ipsius dentes ventris satietate subseruiunt, quod quidem velut terrenum, & materiale, in confusionis, & mendacij explicationem sumptum est.*

Sic igitur delusa Gentilitas omnium oraculorum modis vaticinationem per somnia anteponebat, nec doctè quidem, nec prudenter; quanquam enim ad morbos dignoscendos naturalium somniorum attenta discussio iuuare queat, vt edocet Hippocrates (Hippocrat.) libro de insomniis, iuxta principium: *Quicunque igitur hæc rectè iudicare nouit, magnam sapientiæ partem nouit*; & Nyssenus (Nyssen.) libro de hominis opificio, cap. 13. ad finem; *idem plerique Medici statuunt, qui secundùm morborum discrimina somniorum etiam species diuersas ægris accidere affirmant*, atque hanc ob causam licitas huiusmodi coniectationes perhibeat B. Thomas (S. Thom.) 2. 2. q. 95. art. 6. in corpore; tamen vel hæc ipsa Indicia fallaciæ obiecta sunt, vt benè animaduertit Suarez (Suarez.) tom. 1. de Religione, lib. 2. cap. 13. num. 8. Nam cùm diurnis cogitationibus, præsertim si hæ omnium vehementer stimulent nocturna somniorum phantasmata, similibus respondere figuris consuescant, vt ex multorum firmaui testimoniis tom. 3. in Canticum Canticor. vestigat. 25. num. 15. non est necesse eum humoribus abundare, qui somniat se aqua demergi, & paludosis versari locis, sed quod de his interdiu frequenter meminerit occasione aliqua; sed esto, vt velis, ad sanitatem conducat somniorum cognitio, quæ tamen eorum affinitas cum futurorum prænotione, quæ à libero arbitrio dependent? cur igitur ad hæc præscienda somniorum repræsentationes adhibeantur? Asseras, Paganos frequenter experimento didicisse quæ in somnis reuelata sunt, veros habuisse exitus, idcircò fidem præstasse his, de quibus inter somnos admoniti. At ostendi superiùs sect. 6. num. 50. Dæmonum (*Dæmonum prædictiones omnes ambiguæ, & incertæ.*) prædictiones omnes ablatis causarum naturalium effectibus, ambiguas, & incertas fuisse; aliud est, vt eo, quo spiritus maligni pacto inter dormiendum aliqua aperiunt, edocuerint vbi furto sublara delitescerent, morbum hoc, aut illo pharmaco tollendum, victus prælio hostes, aut alia his consimilia, quæ certò sciunt, quoniam hæc vel ad præteritorum, vel ad præsentium cognitionem attinent; sed de futuris contingentibus & liberis nunquam certi aliquid prodiderunt: priora autem illa manifestabant, quo hominibus persuaderent futurorum quoque contingentium se peritia excellere, ac proinde diuinũ quiddam sibi inesse, templísque, ac victimis adorandos, vt probe à Conimbricensibus obseruatum in librum Aristotelis de somniis, cap. 4. ad finem; id quod superbus Dæmon cumulatè assequutus veri Numinis ei mendacissimè delatis honoribus. Quare supremus Mundi Gubernator præcauens Hebræorum nationi, quam specialem sibi deuinxit gentem, ne in eosdem collaberetur errores, vetuit somniis haberent fidem; Deuteronomij (Deut. 13. 3. & 18. 9.) cap. 13. vers. 3. *Non audias verba Prophetæ illius, aut somniatoris*; cap. 18. vers. 9. *Non inueniatur*

*ueniatur in te, qui obferuet fomnia, atque auguria.* [Leuit. 19.26.] Leuit. cap. 19. verf. 26. *Non augurabimini, nec obferuabitis fomnia*; [Eccli. 34.3.6] Ecclefiaftici cap. 34. verf. 5. *Diuinatio erroris, & auguria, mendacia, & fomnia maleficentium vanitas eft*; & verf. 6. *multos enim errare fecerunt fomnia, & exciderunt fperantes in illis*, [Ierem. 29.8.] Ieremiæ cap. 29. verf. 8. *& ne attendatis ad fomnia veftra, quæ vos fomniatis.*

66. At nónne Deus ipfe Prophetas, & dilectiffimos amicos inter foporandum alloquitur, atque eis fublimia reuelat arcana? [Num. 12. 6.] Numerorum cap. 12. verf. 6. *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in vifione apparebo ei, vel per fomnium loquar ad eum.* [Iob 33.14.] Iob cap. 33. verf. 14. *Per fomnia in vifione nocturna quando irruit fopor fuper homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos inftruit difciplina.* [Ioel. 2.28.] Ioelis c. 2. verf. 28. *Senes veftri fomnia fomniabunt, & iuuenes veftri vifiones videbunt*; hinc maxime Prophetiam comprobari innuit [S.Bafil.] S. Bafilius Procemio in Ifaiam: *Sed magis inducimur ad intelligendum Propheticum afflatum ex vifis, quæ in fomnis accidunt*; & pauló inferiùs: *Quæ propter & fomniorum inuoluta, & obfcura eft ratio, ita vt non mediocrem defideret animi intentionem, habéntque infomniorum ænigmata plurimum affinitatis cum iis, quæ in Scriptura fub inuolucro fignificantur, vnde & Iofeph, & Daniel per Prophetiæ donum fomnia dignofcebant.* Quamobrem Iudæi hoc oraculorum genus tanti faciebant, vt oratione & ieiuniis illud expofcerent, quemadmodum ex traditionibus Hebræis in lib. 1. Reg. cap. 28. apud [Hieron.] S. Hieronymum liquet. *Refpondebat Deus per fomnia, ficut iidem Hebræi afferunt, eò quòd orando, & ieiunando pofcebant oraculum fibi fieri diuinum, & Deus eis per fomnia reuelabat ea, quæ futura erant*; quidnam igitur eft, quod fomniorum interpretationem, & ftudium Ifraëlitis Numen interdicat? Refpondeo his ex [Eccli. 34.6.] faluberrimo effato Iefu Syrach Ecclefiaftici c. 34. verf. 6. *Nifi ab Altiffimo fuerit emiffa vifitatio, ne dederis in illis cor tuum, multos enim errare fecerunt fomnia, & exciderunt fperantes in illis*; itaque & olim fub lege, & nunc fub gratiæ teftamento de fomniis inquirere fas eft, vtrùm ab Angelo apoftata excitentur, an à bono profecta fint, Deo ea immittente, an naturalem folùm caufam habuerint? Quare [S.Gregor.] S. Gregorius producto Ecclefiaftici loco nuper relato lib. 8. moral. cap. 13. inquit: *Somnia enim nifi plerumque ab occulto hofte per illufionem fierent, nequaquam hoc vir fapiens indicaret, dicens, Multos errare fecerunt fomnia, & illufiones vanæ*; & pauló inferiùs; *Sed nimirum cum fomnia tot rerum qualitatibus alternent, tanto eis credi difficiliùs debet, quanto & ex quo impulfu veniant, faciliùs non elucet*; quæ mutuatus [S. Ifidor.] B. Ifidorus Hifpalenfis lib. 3. fententiarum cap. 6. fapienter annectit: *Nonnunquam Dæmones deceptoria fraude ita quofdam curiofos obferuant, eifque illudunt, vt quædam fomnia non aliter eueniant, quàm oftenduntur; vt enim in multis fallant, interdum & vera pronunciant; fed quamuis ita accidant, contemnenda funt, ne fortè de illufione procedant.* Similia Auguftinus lib. 22. de ciuitate, cap. 22. Nyffenus de opificio humano, cap. 13. [Climac.] rectè S. Ioannes Climacus, gradu tertio: *In fomniis propheticè quæ futura funt vt aftutiffimi nobis iniiciunt, atque ea nobis per fomnium pranunciant; vt cùm impleta fuerint, quæ per quietem vidimus, ftupore maximo detineamur, & quafi iam prophetica gratia proximi cogitatione tumefcere incipiamus.* Cùm igitur per fomniorum enunciationes flexuofas & dubias tot modis fallendi antiquus infidietur hoftis, non nifi diligentiffimo multarum circumftantiarum facto examine, eis fides præftanda; quamobrem commodè facræ adhortantur litteræ, periculum magnum effe fomniorum quibufcumque repræfentationibus acquiefcere, & feduló explorandum quæ fomnia Deum Authorem habeant, vt eis folùm morem geramus.

67. [Ethnici quibus modis fomnia diuinatoria procurabant.] Verùm Iudæis id potiffimum præfcribitur, ne Paganorum fuperftiofus ritus in procurandis fomniorum oraculis imitarentur: fed quænam hæ ceremoniæ? fcilicet, de quibus Hebræos idololatras fuggillat Ifaias cap. 65. verf. 4. *Qui habitant in fepulchris, & in delubris idolorum dormiunt*; [Ifai. 65.4.] id fomniorum gratia factum aperit verfio LXX. Seniorum, dicens; *in fepulchris, & fpecubus dormiunt propter fomnia*, quo more legunt Cyrillus Alexandrinus & Procopius Gazæus ad recenfitum Ifaiæ caput, vbi Cyrilli expofitio; *dormiebant in monumentis, infomniis quibufdam, & fpectris decepti, & notitiam rerum futurarum indagantes, eiufmodi enim funt impietatis Græcorum inuenta.* [Strabo.] Strabo lib. 16. Geograph. loquens de Iudæis, afferit, qui caftè, & piè viuunt dormientes in templo, debere bona fomnia expectare, eom ob finem Ethnicos confueuiffe, præfertim Dodonæi Iouis facrificulos cubare in delubris, pœnitentium habitu, videlicet illotis pedibus, & nuda humo, tradunt [Homer.] Homerus Iliad. lib. 16. [Strabo.] Strabo lib. 7. [Philoftr.] Philoftratus Iconum lib. 2. in Dodone; de aliis quanquam non tanto luctu fimilia produnt [Tullius, &c.] Tullius lib. 1. de diuinatione, poft medium. Vetus Perfij fcholiaftes Satyra 2. verf. 56. Tertullianus de anima, cap. 57. fed Ifaiæ textum, quem ad modum [Hieron.] B. Hieronymus commentetur initio lib. 18. operæ pretium eft intelligamus; *fedens quoque, vel habitans in fepulchris, & in delubris idolorum dormiens, vbi ftratis pellibus hoftiarum incubare foliti erant, vt fomniis futura cognofcerent, quod in fano Æfculapij vfque error celebrat Ethnicorum, multorúmque aliorum.* Hieronymi expofitionem fequuntur ad memorata Ifaiæ verba Gloffa interlinearis, Lyra, Hugo Carenfis, Dionyfius Carthufianus, & hiftoria fcholaftica Genef. cap. 66. At rem ipfam nobis dilucidè ob oculos ponat [Virg.] Latini carminis Dux, Æneid. lib. 7. verf. 86.

*——— huc dona Sacerdos*
*Cum tulit, & cæfarum ouium fub nocte filenti*
*Pellibus incubuit ftratis, fomnófque petiuit.*

In quæ Tiberius Donatus; *morem dixit illius luci, dum dixit: Refponfa pofcimus, venit Sacerdos ad Lucum, affert dona, pecudes cadit, & earum ftratis pellibus incubat, ibique dormiens futura fomniat, & ventura cognofcit*; fed quoniam Virgilij Mufa de capripede Fauni Numine, à quo fatidica petebantur fomnia, non modicam lucem Nafonis afferent verfos ex lib. 4. faftorum. [Ouid.]

*——— geminas Rex Numa mactat oues.*
*Prima cadit Fauno, leni cadit altera fomno,*
*Sternitur in duro vellus vtrumque folo.*
*Vefper vbi eft, tectum fupra noua vellera corpus*
*Ponit, adorato per fua verba Deo.*
*Interea placidam redimita papauere frontem*
*Nox venit, & fecum fomnia nigra trahit.*
*Faunus adeft, ouiúmque premens pede vellera duro,*
*Edidit à dextro talia verba toro.*

Strabo. Strabo lib. 6. Geograph. *Porrò, collis in Daunia est Drium nomine; apud eum sacella monstrantur, vnum Calchantis in summo vertice, cui qui oraculum requirunt, arietem immolant nigrum, & indormiunt eius pelli.* Pausan. Pausanias in Attica, seu lib. 1. post medium de Amphiarao inter falsos Deos relato; *Deinde arietem ei immolant, cuius substrata pelle dormientes, nocturna visa expectant.* Lycophron. Lycophron in Cassandra, vers. 1045. *& in ouillis super Heroum cubantibus, reddet in somnis vera cunctis oracula.* Lyra. Nicolaus de Lyra ad examinatam hactenus Isaiæ sententiam, post adnotatum morem accubitus in pelle mactatæ victimæ, ait, in historia Britonum legi, sic fecisse Brutum; nec fallitur, vt Gaufrido Monemutensi fidem largiamur, nam de Bruto inquit lib. 1. de origine, & gestis Britannorum cap. 7. *procubuit supra pellem ceruæ,* (quam nimirum Dianæ sacrificauerat,) *qua ante aras extensa, inuitante somno obdormiuit*; & statim fingitur Diuæ illius apparitio, quæ de futuris quiescentem instruit.

68. Gen. 25. 22. Comestor. Equidem, quod de Rebecca cùm gemellorum partu afflictaretur Genes. c. 25. scribitur vers. 22. *perrexitque vt consuleret Dominum*, Petrus Comestor historiæ scholasticæ cap. 66. in Genesim addubitat, num declarato hactenus more ad exemplum Genitoris Laban idolorum cultoria per somnia admoneri concupiuerit; *fortè ad montem Moria, vbi Abraham altare fecerat Domino, iuit, & immolatis bestiis, substratis pellibus earum incumbens per somnium accepit oraculum; fortè more Gentium, quem viderat in parentibus, speciem* Lauro fatidicam esse vim cogitabant. *Lauri, quem tripodem dicunt, capiti supposuit; & ramis arboris, quæ Agnocastus dicitur, incubuit, vt visiones capitis phantasticas non sentiret.* Sanè, vt per somnia à Numine edoceretur profectam, August. indicant Augustinus quæst. 72. in Genesim. Tostat. Tostatus quæst. 4. in c. 25. Genes. Torniellus. Torniellus tom. 1. anno Mundi 2198. num. 1. Sed quòd immolati sacrificij velleribus incumberet, & Lauri simul cum Agnocasto frondes adhiberet, (quanquam id sibi displicere minimè innuat Abulensis,) nisi per ignorantiam fecisset, haud credendum quod egerit, nam satanicam disciplinam, & Paganitatem hæc redolent. Scio persuasum Ethnicis Lauro futura prædicendi vim inditam, nam propterea Apollini consecratam aduertit Eusebius Cæ- Euseb. & alij. sar. lib. 3. Euang. prædicat. cap. 11. eandem ob causam qui vates habebantur, Lauro cingebantur, ex Statij lib. 4. & 6. Thebaid. Valerio Flacco 1. Argonaut. Seneca in Agamemnone, choro 2. Sophocle in OEdipo, iuxta principium. Prudentio in Apotheosi; hinc Eunapius in vitis Philosophorum de Chrysantij filio adstruit, tantam ei cum Apolline familiaritatem, vt Laurum vertice gestare opus non esset ad vaticinandum; atque ob hoc etiam qui prænotionum maiori fama excellebant, Laurum mandere fere- Tibull. bantur, vt de Sibylla Tibullus lib. 2. elegia 5.

*Vera cano, sic vsque sacras innoxia Lauros*
*Vescar, & æternum sit mihi virginitas.*

Iuuenalis. Iuuenalis Satyra 7. vers. 18.

*—— nec lis quicumque canoris*
*Eloquium vocale modis, Laurumque momordit.*

Vnde Phœbadem Lycophron principio Alexandræ δαφνηφάγον, id est, *Laurivoram* nuncupat; & Nonnus Dionysiacor. lib. 12. μαντιπόλον δάφνην, *fatidicum Laurum* appellat; & Lucianus Dialogi, *Bis accusatus*, initio ait Apollinis Sacerdotes de sacro latice bibere, & Laurum commandere. At quis non videat hæc omnia a Diabolo profecta, nec nisi huius interuentu, qui vt falleret eum per Magos vaticinabatur, eum Lauro coronabantur, arborem hanc ad prædictiones quidquam iuuare? itaque superstitiosa sunt isthæc omnia, quemadmodum & quod delusoriis phantasmatum ab actis imaginibus vera conciliet somnia, quantumcumque id extollerent somniorum interpretes Ethnici, de quibus meminit Fulgentius Mythiologicorum lib. 1. ad medium, Fulgent. inquiens: *At verò amica Apollinis Laurus ob hanc rem vocitata est, quia illi, qui de interpretatione somniorum scripserunt, vt Antimon Philocorus, & Artemon, & Serapion Ascalonites, promittunt in libris suis Laurum si dormientibus ad caput posueris, vera somnia esse visuros*; Laurum quidem capitis do- Lauri virtus. luribus opitulari tradunt Dioscorides lib. 1. c. 92. Dioscor. & alij. & lib. 4. cap. 160. Plinius lib. 23. cap. 8. Belloua- censis speculi naturalis lib. 15. cap. 16. Ruellius lib. 1. de natura stirpium cap. 92. Sed aliud est capitis lenire malum, quod naturalis virtutis est, aliud ad prophetandum incitare, & somnia reuelatoria inducere, quod nisi per Dæmonum præstigia, nec Laurus, nec res alia suapte virtute fecerit? Iam de arbore *Agnocasto*, qui *vitex* di- Agnocastus, qui & vitex, Veneris frænat impetus. citur, & salicis quædam species est, cùm perhibetur Veneris frænare impetus, id quidem non repugnat herbis, aut plantabus medicamen concessum, vt ardorem & pruritum qualitate frigidiori temperent, & ita castitati, quatenus hæc vexatur ab humoribus, opitulentur, quo nomine laudatur Agnocastus à Dioscoride lib. 1. capite 126. Plinio lib. 24. cap. 9. Vincentio Bellouacensi speculi natur. lib. 12. cap. 47. Bartholomæo Anglico lib. 17. cap. 15. Berchorio Reductorij moralis lib. 12. cap. 14. Geminiano lib. 5. cap. 5. Ruellio lib. 1. cap. 141. Sed absque dubio vel has à naturæ parente arboribus donatas proprietates Ethnici superstitionibus infecerant. Quòd autem seuerioris disciplinæ quædam cernis ostentamenta inter Paganos, qui per somnia instrui optabant; nam cubatio in recentia victimæ pelle olida est, pedes non abstergebant, vt supra canere Homerum perspeximus, à coitu & Venere abstinebant, quemadmodum Ouidius loco memorato, lib. 4. Fastorum pangit, ex Dæmonum officina totum prodiit, vt veros Prophetas cum ementitis confunderet, cùm pœnitentiæ eosdem vigere modos apud falsos Mystas perspicerent, quibus Prophetæ sancti, & veri vterentur.

De auguriis sermonem breuem à somniorum 69. tractatione non diuidemus, nam etiam Scri- Auguriorum superstitio cognata delusionibus somniorum. pturæ plerumque vtraque coniungunt dum interdicunt; Deuteron. cap. 18. vers. 9. *Nec inueniatur in te qui obseruet somnia, atque auguria.* Deut. 18, 9. Leuit. cap. 19. vers. 26. *Non augurabimini, nec* Leuit. 19. 26. *obseruabitis somnia.* Ecclesiastici cap. 34. vers. 5. Eccli. 34. 5. *Diuinatio erroris, & auguria, mendacia, & somnia malefacientium vanitas est*; sed quanta affinitas inter somnia & auguria apud Isidorum Hispal. lib. 3. sentent. cap. 6 *Somnia similia sunt auguriis, & qui ea intendunt, reuera augurari noscuntur?* Nota est Festi Pompeij etymologia: *Augur ab auibus,* Auguris etymon. *gerendóque dictus, quia per eum auium gestus edicitur; siue ab auium garritu, vnde & augurium.* Isi- Isidor. dor. lib. 8. originum c. 9. *Augures verò sunt, qui vo-* Augures, & Auspices quid. *latus auium, & voces intendunt, aliaque signa rerum,*

vel

*vel obseruationes improuisas hominibus occurrentes*; iidem & *Auspices*, quos Festus ab auibus inspiciendis dictos censet; quot autem modis auium, aut volatus, aut garritus intenderetur, & quæ faustæ volucres, quæ duri præsagij? edisserit Satisber. Ioannes Sarisberiensis Polycratici lib. 1. cap. 13. Sed cùm leuioris fundamenti vix altera superstitio, incredibile est vanissimæ arti quantum Græci, & Romani detulerint, quæ delubra, quos Antistites, quem Collegiorum numerum assignauerint, quibus muniuerint priuilegiis; reperies isthæc fusè tractata, ac proinde haud Onuphr. nostræ opis indiga apud Onuphrium Panuinum de ciuitate Romæ, titulo, *Augurum Collegium*. Latius, & alij. Molfgangum Latium commentariorum de Republ. Romana lib. 3. cap. 12. Alexandrum Neapolitanum lib. 5. Genialium cap. 19. Nicolaum Gruchium de comitiis Romanorum lib. 1. cap. 4. Brissonium de formulis lib. 1. propè finem. Guilielmum de Choul de antiquis Romanorum superstitionibus, titulo de dignitate, & Sacerdotibus Augurum. Rosinum Antiquit. Romanar. lib. 3. cap. 8. & 9. Bullingerum toto libro tertio de diuinatione. Alexandrum Sardum de ritibus Gentium, lib. 3. cap. 17. Valtrinum de Militia Romana, lib. 1. cap. 6. hac nondum contaminati plaga Iudæi cùm à Balaam laudati Num 23.23. Numerorum cap. 23. vers. 33. *Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel*; postea tamen Palæstinorum, quibus commixti erant superstitiones imitati, auguriis plurimum indulserunt, Isai. 2. 6. Isaia eos talem ob causam increpante, cap. 2. vers. 6. *Quia repleti sunt vt olim, & augures habuerunt vt Philisthiim*, à quibus didicisse notant ibi Basilius, Hieronymus, Procopius; rectè autem aduertit Nicolaus de Lyra ad relata Isaiæ verba, cùm ex auium transmigrationibus ad alias regionibus, ex garritus, aut volatus modis singularibus, aut aliis effectibus Medicos, nautas, agricolas longa docuerit experientia, siccitatem, pluuias, calorem, frigora, tempestates, malaciam portendi, non esse vitio vertendam eiuscemodi signorum obseruationem; quod firmat Sanchez lib. 2. Decalogi cap. 38. num. 58. Lyra. *At si diuinatio talis*, (subdit Lyranus,) *extendatur ad actus humanos, qui dependent ex libero arbitrio, superstitiosa est talis diuinatio, qua vtebantur Iudæi, sicut & Philisthæi.*

70. Itaque Paganis Dæmon suadebat pennatis diuinam insidere virtutem, ex quorum vocibus, & per aëra transcursus, aliásque futiles actiones euentuum liberorum, quorum futuri adhuc exitus, metam certam colligi potuisse; sed pulchrè Ecclesiæ Doctores nimiam eorum stultitiam redarguunt, quasi verò infœlix volucrum genus sapientiam futurorum in solius generis humani commodum acceperint, non in beneficium aliquod ipsorum; præscientia enim imbuti nequaquam ea loca adirent, quibus aut laqueo irretiri, aut iaculari sagittis possint; audiamus disputationes Origenes. Origenis contra Celsum lib. 4. *Postulat primò, vt credamus animas auium habere diuiniores, & præclariores cogitationes quam hominum; ergo iuxta Celsum capaciores diuinæ naturæ sunt alites, præpetes, & oscines, quàm Pherecydes, Pythagoras, Plato, Socrates; vt iam discendi causa frequentandæ sint auium scholæ, non Philosophorum; sed tales Magistros Celso relinquamus*, &c. Deinde paulo inferiùs altera non minùs robusta premit argumentatione; *Dicendum igitur, si tantam haberent diuinitatem futurorum consciam, vt ex ea, quæ superfit, possint etiam hominibus consulere, sine dubio primùm omnium sibi prospicerent, cautéque volarent, nec inciderent in laqueos, aut retia, quæ sibi tenduntur ab hominibus, nec scopus fierent iaculatoribus*; eadem insistit via S. Basilius, Basilius. in illud cap. 1. Isaiæ, *quia repleta est vt ab initio*, &c. *Quando auis ipsa periculum sibi impendens non nouit, quánam ratione hæc tibi, quod futurum est, prædicet? equidem ipsa è nido auolans alicunde paratura nutricandis pullis alimonium, plerumque regressa est re infecta, nec vspiam conquisito cibo; & hæc tibi facta est minimè fallax oraculum, eiúsque vana motio reuelatio esse possit rei futuræ? cum igitur videris aues aera præteruolantes, caue explores curiosiùs volatus earum, modum & figuram*, &c. his etiam consona Synesius tractatu de insomniis, Synesius. & eius scholiastes Nicephorus Niceph. Gr. Gregoras in illud, *itaque si sapientia esset*, &c. quem in scopum facetum est quod ex Hecateo prisco Scriptore narrat Iosephus Flauius lib. 1. Flauius. contra Apionem, post medium, de milite quodam Iudæo, cui nomen Mosollanus; nam quodam vate augurium captante, & ob hanc causam subsistente tota cohorte, indignatus Iudæus miles, arcu educto, sagittam emisit, & auem interemit; stomachantibus vate, & quibusdam aliis: Quid facitis, (inquit Mosollanus,) si enim infaustissima auis præscire futura valuisset, in hunc locum nequaquam venisset, metuens ne sagitta à Mosollano Iudæo periret? Quoties verò Romanos grauibus in periculis auium volatus, & garritus deceperunt, memorant in Octauio Minutius Fœlix propè medium, & Author libri de idolorum vanitate apud S Cyprianum. At nec inter Paganos ipsos defuere qui auguria vt falsa & Inania contemnerent; quare S. Augustinus lib. 4. de ciuitate, cap. 30. Augustin. Cicero. *Cicero Augur irridet auguria, & reprehendit corui, & corniculæ vocibus vitæ consilia moderantes*; ac Tullius quidem id latè perficit lib. 2. de diuinatione: *Quòd si falluntur*, (inquit,) *ij, qui nihil sine aliqua probabili coniectura, ac ratione dicunt; quid existimandum est de coniectura eorum, qui extis, aut auibus futura præsentiunt?* Scitè Hector Hector. apud Homerum Iliad. lib. 12.

*Tu verò auibus alas expandentibus iubes*
*Obedire, quas minimè moror, neque curo,*
*Siue ad dexteram vadant versùs auroram, solémque,*
*Siue ad sinistram ista aduersùs occasum obscurum;*
*Vnum auspicium optimum, pugnare pro patria.*

Lege Papinium Thebaidos lib. 3. vers. 482. & Ammianum Marcellinum initio libri vigesimiprimi historiarum suarum.

## Sectio X.

*Diuinatio per ſortes. Diuiſoria quot, & quibus licitè adhibenda? cur in electionibus Magiſtratus eccleſiaſtici nunquam vtenda? Apoſtolis ad prædicandum num ſortibus diſtributæ Mundi Prouinciæ? Sortis forma an in B. Matthiæ electione ſignum viſibile, & externum? ſortes conſultoriæ quando iuſtæ? per librorum apertionem num ſuperſtitioſæ? ſortes diuinatoriæ malæ & damnatæ; Ethnici per bacillos & virgas ſortes exercebant.*

*Diuinatio per ſortes.*

71. Diuinatio quæſita per ſortes Hebræis frequentiſſima; eiuſdem apud Ethnicos vſus multus bello ſimul & pace, quin & ludis etiam gymnaſticis, ſpeciatim verò in electione Magiſtratuum; quibus ſortium formis aſſueſcerent, quoties adhiberent ad futurorum prænotiones, docebunt Adrianus Iunius animaduerſionum lib. 2. cap. 5. Hermannus Hugo de prima ſcribendi origine, cap. 26. Petrus Faber Agoniſt. lib. 1. cap. 25. Nicolaus Gruchius lib. 2. de comitiis Romanorum, cap. 4. Torreblanca de iure ſpirituali, lib. 8. cap. 7. à num. 20. Bullingerus lib. 2. de diuinatione, cap. 1. Delrio lib. 4. de Magia, cap. 2. quæſtione 7. ſectione 3. & cap. 4. quæſtione 1. Porrò non omnis inueſtigatio per ſortes rerum abditarum, vel quæ nobis incertæ & dubiæ ſunt, vt illegitima præſcribitur; earum verò apud Theologos ſcholæ principem ſequutos 2. 2. quæſtione 95. artic. 8. in corpore, triplex eſt partitio; in *diuiſorias* nimirum, *conſultorias*, atque *diuinatorias*. Diuiſorias eas explicant, quibus vti mos hominibus, vt ſciant quid cuique tribui oporteat, iis videlicet caſibus, in quibus humana res vix tranſigi poteſt, vel certè non abſque graui moleſtia, & charitatis, atque fortunarum diſpendio; quas adhibent in controuerſiis, & litibus dirimendis, in adeundis hæreditatibus, in lucris, aliiſque bonis communibus vindicandis; etiam in Magiſtratu ciuili deſignando; & de hac ſortium norma Auguſtinum Doctores potiſſimum interpretantur, cùm ait concione 2. in Pſalm. 30. ſub finem in illud, *in manibus tuis ſortes meæ*, &c. *Sors enim non aliquid mali eſt, ſed res in dubitatione humana diuinam indicans voluntatem*; hinc idem Auguſtinus epiſtola 180. ad Honoratum prope finem, decernit, licere vigente peſte, aut perſequutione Eccleſiæ, quando ambiguum eſt, & lis aliter ſopiri nequeat, de Parochis, aut aliis Miniſtris, qui remanere debeant ad ſolatia fidelium, ſortiendo controuerſiam tollere; *Quæ diſceptatio*, (ait,) *ſi aliter non poterit terminari, quantum mihi videtur, qui maneant, & qui fugiant, ſorte legendi ſunt*; alterum exemplum eſt, quod idem S. Doctor adhibet de ſubuentione pauperum æquè indigentium lib. 1. de doctrina Chriſtiana, cap. 28. *Sicut enim ſi tibi abundaret aliquid quod dari oporteret ei, qui non haberet, nec duobus dari poſſit, ſi tibi occurrerent duo, quorum neuter alium vel indigentia, vel erga te aliqua neceſſitate ſuperaret, nihil iuſtius faceres, quàm vt ſorte eligeres cui dandum eſſet quod dari vtrique non poſſit*, &c. huius generis ſortes laudantur iure Cæſareo, Digeſt. lib. 5. titul. 1. de iudiciis, leg. 14. *ſi cùm ambo*, &c. & lib. 10. titul. 2. *familiæ eriſcundæ*, leg. 5. *ſi quæ ſunt cautiones*, &c. & Codicis lib. 6. titul. 43. *communia de legatis, & l. 3. ſi duobus, vel tribus*, &c. Quare de ea ſortiendi methodo Prouerb. cap. 18. verſ. 18. *Contradictiones comprimit ſors, & inter potentes quoque diiudicat*; vſus autem crebertimus in populo Hebræorum; Hircus Deo ſacrificandus eligitur ſorte, Leuit. cap. 16. verſ. 8. Terra ſancta ſorte diſtribui iubetur, Numeror. cap. 26. verſ. 55. & cap. 33. verſ. 54. & cap. 34. verſ. 2. Idémque intimatum Deuteron. cap. 1. verſ. 38. & cap. 31. verſ. 7. etiam Ioſue cap. 1. verſ. 6. & cap. 9. verſ. 7. & cap. 13. verſ. 2. Quamobrem Pſalm. 77. verſ. 54. *& ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis*; inſuper & miniſteria Leuitarum ſors componebat, lib. 1. Paralip. cap. 24. verſ. 5. ibidem cap. 25. verſ. 8. cap. 26. verſ. 13. & Lucæ cap. 1. verſ. 9. Sacrilegium Acham ſorte veſtigantur Ioſue c. 7. verſ. 14. Saul coronæ præparatur ſortibus, Reg. 1. cap. 10. verſ. 20. Ionathæ inobedientiam ſors manifeſtat eodem lib. 1. Regum cap. 14. verſ. 42. menſe primo mittitur ſors in vrnam Eſther c. 3. verſ. 7. proiiciendum in mare ſors explorat Ionæ, cap. 1. verſ. 7. Tunicam Saluatoris milites partiuntur ſortibus interiectis Matth. cap. 27. verſ. 35. Matthias in Apoſtolatum ſorte aſſumptus Actor. cap. 1. verſ. 26. Nec his opponas decretum Leonis IV. apud Gratianum cauſa 26. quæſtione 5. cap. 7. nam ſcribens ad Epiſcopos Brittanniæ cap. 4. inquit, *Sortes, quibus cuncti vos in veſtris diſcriminatis iudiciis, (quod Patres damnauerunt,) vt inani, nihil aliud quàm diuinationes, & maleficia eſſe decernimus; quamobrem volumus illas omninò damnari, & inter Chriſtianos vltrà nolumus nominari*, &c. Non igitur ſuſtinet, vt ad controuerſias dirimendas ſortes adhibeantur; verùm ex ea epiſtola, quam integram exhibet Binnius tom. 3. Concilior. 1. partis ſecunda ſectione, pag. 370. liquet manifeſtè Epiſcopos illos morem Ethnicorum ſequutos, & Dæmonis ope fiſos in exquirendis ſortibus; quod illa ſatis exprimunt verba; *qui diuinationes expetunt, & more Gentilium ſubſequuntur*, &c. De hac autem ſortium deprauatione non loquimur, ſed de iis, quæ interponuntur cum humano iudicio res determinari non valeant, tum enim committuntur euentui cum ſpe, vt Numen dirigat meliorem in finem.

*Adr. Iunius. Hugo. Faber. Gruch. Torreblanc. Bullinger. Delrio.*

*Diuinationis ſpecies.*

*Sors diuiſoria, quot & quibus rebus licitè adhibenda.*

*Auguſtin.*

*Idem.*

*Prou. 18. 18. Sortis vſus apud Hebræos frequentiſſimus.*

72. Cæterùm, quanquam affirmauerimus Magiſtratus electionem ſortibus ſubiici poſſe, id de humana, & ciuili præfectura intelligendum, non autem de eccleſiaſticis electionibus; hæ enim ex communi Doctorum prohibitæ ſunt lib. 5. Decretal. titul. 21. de ſortilegiis, cap. vltimo, *Eccleſia veſtra*, &c. vbi in fine dicitur, *electionem celebratam ab ipſis ad gratiam confirmationis admittimus; ſortis vſum in electionibus perpetua prohibitione damnantes*; quanquam verò in humani Magiſtratus deſignatione id curandum

*Diuiſoria cur in electionibus eccleſiaſticis nunquam vtenda.*

dum fit, vt candidati idonei inueniantur, aliàs si eorum quidam insufficientes essent, sors vitiosa fuisset, vtpote Reipublicæ gubernaculis incapacem designans; quanto autem id boni communis detrimento, expendit Philo Hebræus libro de creatione Principis sub initio, probat Adamus Contzen Politicor. lib.7. cap. 7. à §.9. Verùm respectu ecclesiasticæ electionis quanquam præfectutam ambientes omnes magnis naturæ & virtutum dotibus conspicui fuissent, sortinm tamen vsus non liceret, non quòd ex natura rei id vetitum sit, sed iuris ecclesiastici sola interdictione, vt obseruant Caietanus in summa, verbo *sors*, Sanchez lib. 2. Decalogi cap.38. num. 82. Mendoça tom. 3. in lib. 1. Regum cap. 10. vers. 20. in expositione litteræ, num. 10. quæ autem exceptiones huius Decreti, quæ etiam causæ permittendarum sortium in electionibus politicis, & humanis, non autem in sacraris, &c. ecclesiasticis, hauries ab Azor. 1. institut. Moral. lib. 9. cap. 21. Bellarmino lib.1. de Clericis, cap.5. Vasquez tom.3. in 3. parte, disputat. 244. cap. 2. num.7. Suarez tom. 1. de Religione, lib. 2. de superstitione, cap. 12. num. 5. Serrario in cap. 7. Iosue quæstione 19. & 20. Nec quæ de præpositutis ecclesiasticis statuimus debilitat S. Matthiæ electio ad gloriam Apostolatus Actor. cap. 1. vers. 26. Respondet probè Bellarminus lib.1.de Clericis, cap.5.eas sortes excusari ex peculiari Dei instinctu, qui inspirauit Apostolis vt secundùm eam eligerent normam: vel aliter cum eodem dicas, non esse opus ad diuinum confugere instinctum; cùm enim Matthias, & Barsabas sanctitudine, doctrina, aliisque egregiis ornamentis pares essent, quando humana industria discerni vix possit, cuinam potiùs deferendus Apostolatus, ad sortes confugere legitimum erat; quoniam nec Deus tentatur, cùm id ab eo præuia supplicatione, & orationibus expetitur, quod homines declarare nequeant; nec periculum est, vt cuipiam iniuria fiat, quando ambo conspicui, sed alteri alter non excellit. Addit rectè P. Suarez lib. 2. de superstitione, cap.12. num. 21. tunc nullam extitisse prohibitionem humanam eius, qui vetare posset; qua sublata electio ecclesiastica secundùm se, & ex natura rei illicita non est; atque vt prohibitio coërceret aliqua, B. Petrus, & Apostoli in ea dispensare possint.

Philo.
Contzen.
Sanchez.
Mendoça.
Azor.
Bellarmin.
Vasquez.
Suarez.
Serrarius.

73. Sed etiam num opponas, sortibus distributas Apostolis Prouincias, quas ad Christum conuerterent, & quas vt animarum pastores regerent; igitur sortium vsus respectu ministrorum Ecclesiæ, Apostolici moris imitatio est. Porrò sortibus diuisas nationes mundi, quas Saluatoris Discipuli Euangelica imbuerent doctrina, tradit Isidorus Hispal. de vita, & morte Sanctorum, cap.82. *Hi fuerunt Christi Discipuli prædicatores fidei, & Doctores gentium, qui dum omnes vnum sunt, singuli tamen eorum proprius, certisque locis in mundo ad prædicandum, sortes proprias acceperunt.* Beda in Collectaneis non longè à principio §. *Dic mihi quot*, &c. *Apostoli Christi prædicatores fidei, & Doctores gentium certis locis in mundo ad prædicandum sortes proprias acceperunt.* Flauius Dexter anno Christi 34. *Habito Concilio sortitione diuina Prouincias mundi prædicationis causa inter se partiuntur*, Iulianus Archiepiscopus Toletanus commentario in Nahum Prophetam, in illud; *& nebula puluis pedum eius*, &c. §. *item alibi de iisdem*, &c. *Quisque sua sorte Christum spargit sine sorde; per Paulum verò toto dispergitur Orbe*; Socrates historiæ Eccles. lib. 1. cap. 15. ἐπεὶ οἱ ἀπόστολοι κλήρῳ τὴν εἰς τὰ ἔθνη πορείαν ἐποιοῦντο: *cùm Apostoli sortito iter ad gentes suscepissent*; & statim; Βαρθολομαῖος δὲ ἐκληροῦτο τὴν συνημμένην ταύτῃ Ἰνδίαν; *Bartholomæus Indiam, quæ huic finitima est, sortitione cæpit*; Ramirus Rex, cuius voti fragmentum apud Christophorum de Castro in historia Deiparæ, cap. 18. num.6. & multò fusiùs, atque distinctiùs apud Gasparem Sanchez tractat.2.de prædicatione S.Iacobi in Hispania, cap.6. *Beatus Apostolus ait*, (Regem nempè alloquens, cui apparuit in somnis.) *Nunquid ignorabas, quòd Dominus noster Iesus Christus aliis Prouincias aliis fratribus meis Apostolis distribuens, totam Hispaniam mea tutelæ per sortem deputasset, & mea commisisset protectioni?* Respondeo imprimis, hunc non esse casum assumptionis ad dignitatem, & Præfecturam ecclesiasticam, sed profectionis ad annunciandum Christum Gentilitati, vt optimè perspexit Suarez tom. 1. de Religione, lib.2. de superstitione, cap. 12. numer. 17. modò autem etiam licet, cùm ambiguum fuerit, qui Ministri ad Indos opis spiritualis indigos, legandi sint, qui retinendi, sortibus dubium tollere, vt Suarem comitatus docet Sanchez lib. 2. Decalogi cap. 38. num. 89. Respondeo secundò cum Baronio tom.1. anno Christi 44. num.20. *Sortis* vocabulum à præfatis Doctoribus laxiori acceptam significatione pro peculiari Spiritus sancti inspiratione atque cælesti instinctu; nam quemadmodum idem Cardinalis ritè perpendit Actor. cap. 8. vers 26. *Angelus Domini loquutus est ad Philippum, dicens: Surge & vade contra meridianum ad viam, quæ descendis ab Hierusalem in Gazam*, &c. implorantibus cum ieiunio Dei voluntatem Actor. cap. 13. vers. 2. Dixit illis Spiritus sanctus: *Segregate mihi Saulum, & Bernabam in opus, ad quod assumpsi eos*, Actor. cap.16. à vers.6. Passim diuinus Spiritus intimat quibus sit prædicandum. Quòd si hæc tam crebra alloquutio Numinis respectu Iudææ breuis circuli, aut finitimarum Prouinciarum; cur existimabimus in dispersione Apostolorum ad omnes Orbis plagas tum cognitas, non reuelasse eundem sanctum Spiritum, quæ cuique regio oberranda esset? Sin autem hoc Dei flamen reuelauit, & Petro vertici Apostolorum specialiter declarauit, videlicet, quam in nationem quisque destinandus esset; quamobrem materiam diuinitus apertam, & demonstratam, sortibus absque necessitate vulgati optassent? itaque sors rigorosè non fiat, sed hoc vocabulo diuini oraculi patefactionem exponunt.

*An sortibus distributa Apostolis prouincia.*
Isidor. Hisp.
Flau. Dext.
Ramirus.
Sanchez.
Suarez.
Sanchez.
*Sors, pro peculiari Spiritus sancti inspiratione.*
Act. 8.26. & 13.2.& 16.6.

At sortium cùm varia instrumenta fuerint, taxilli, festucæ, schedulæ, fabæ, & imprimis calculi, characteribus, aut aliis notis distinctæ, & hæ vel in galeam, vel in sinum, vel in hydriam, aut vrnam, quod frequentiùs extitit, coniicerentur, occasione electionis S. Matthiæ Apostolatus in culmen, quæ sortibus facta est Actor.cap.1.vers.26. quæsitum à nonnullis, num sortis vice aliquando externum & visibile concipiatur signum, quo Deus nonnunquam quid sibi placuerit dubiis in quæstionibus ostenderit? 74.

*Sortis forma in electione B. Matthiæ signum visibile, & externum.*

Respondeo, nullam esse implicantiam, vt hoc more Numen controuersias iustat dirimat; de facto quidem sic contigisse in B. Matthiæ electione quibusdam omninò inhæsit ob S. Dionysij (Dionys.) Imptimis verba, cap. 5. de Ecclesiastica Hierarchia, contemplatione 3. §. 5. inquientis: *Mihi enim videtur Scriptura sortem appellare diuinum illud munus, quo declarabatur choro Hierarchico, quisnam diuino suffragio electus erat.* Hoc signum fuisse iuxta Areopagitam quendam radium splendoris, qui apparuit, & in S. Matthiam specialiter directus est, vult B. Antoninus de (Antonin.) Florentia 1. parte summæ historialis, tit. 6. cap. 2. alij, quale fuerit, quod oculis propositum est ibi congregatorum, indicium spectabile, & externum, incompertum asserunt: formam autem quamuis pingere non audeant, scilicet, an stella, an columba, an globus flammiuomus & ardens, sed tamen visibile quidpiam à S. Dionysio subindicari decernunt; Suarex lib. 2. de superstitione, cap. 12. num. 23. Baronius tom. 1. anno Christi 34. num. 238. Christophorus de Castro Isagoge in Prophetas minores lib. 3. cap. 4. Sanctius in cap. 1. Actor. vers. 26. num. 62. Alapide ibidem; cæterùm ex Dionysij textu id haudquaquam ritè deductum contendit Vasquez tom. 3. in 3. part. disput. 144. cap. 2. num. 15. Equidem verba nihil aliud præ se ferunt, quàm quòd post factam sortitionem Spiritus sanctus electores interuè docuerit sibi placuisse sortiendi normam; negari tamen vix queat, quin S. Areopagitæ duo Scholiastæ B. Maximus, & Pachymera aliter paulò sentiendi occasionem præbeant; nec enim deuotant, Spiritum sanctum testari voluisse iis, qui suffragia tulerant, quàm probè egerint, sed iisdem ambo verbis vsi adstruunt Dionysium interpretandum; *quasi sors signum aliquod designaret, quod ex reuelatione, aut inspiratione diuini Spiritus caderet super eum, qui sortiebatur*; itaque subinnuunt signo aliquo cælitus proueniente illustratum eum, quem sors tetigit, quò scilicet eiusemodi ex indicio, qui suffragiis concurrerant vt sortibus lis definiretur, Deo quod factum sit, placuisse, agnoscerent. At ex dono interno eos latente id haurire non poterant; opus igitur erat visibili aliqua nota humanis luminibus subiecta: sed quanquam præbeamus externo aliquo clarificatam indicio electionem Diui Matthiæ, non tamen inde sequitur sortes illas visibili hoc comprehensas ostento, vt nulla insuper sortiendi vsualis intercesserit ratio; ait enim B. Lucas Actor. cap. 1. vers. 26. (Luc. 1. 26.) *& dederunt sortes eis, & cecidit sors super Matthiam*; ex Syriaca autem versione, *coniecerunt sortes*; altera lectio, *& miserunt sortes eorum.* Sors igitur in potestate ipsorum erat, nam quisque in hydriam calculum voluntatiè coniecerat: at non habebant potestatem in signum illud externum, quod affulsit, huius enim apparitio solius Dei nutu stabat; non fuit igitur propriè sors, quam miserunt, sen coniecerunt prodigium illud. Verùm, cùm ipsi tesseras in vrnam proiectassent, & Matthiæ emersisset inscriptio, seu nota, Numen approbare volens quod bono animo fecissent, lucido aliquo, & spectabili honorauit decoramento electum; præcessisse similitudinem electionis S. Matthiæ cùm B Virgini sponsus designatus est B. Iosephus, quidam memorant; & quidem sortibus destinatum docent S. Epiphanius hæresi 78. contra Antidicomarianitas non longè à principio; *primo enim quando Virgo tradebatur ipsi Ioseph, sortibus cogentibus ipsam venire ad hoc*, &c. & in Ancoratu paulò ante medium; *accepit iuxta sortem sanctam Virginem Mariam.* (Epiphan.) Germanus Archiepiscopus Constantinopolitanus encomio in S. Deiparam §. (German.) *ac deinceps; tùncque nutu diuino, & Sacerdotum consilio de ipsa sortitio facta est, sorteque Ioseph ille iustus sanctam hanc Virginem diuina dispensatione, à Dei templo, Sacerdotibúsque ipsis accipit*; sortem hanc visibile commendasse ostentum, eò quòd cùm virgas singuli attulissent ex his, quibuscum matrimonium Virgo inire poterat, sola B. Iosephi virga effloruerit volunt nonnulli, subnectit Author sermonis de Natiuitate B. Virginis inter non genuina Hieronymi opera, virgæ in cacumine cælitùs delapsam consedisse columbam; de efflorition virgæ meminit Cedrenus in compendio historiarum; recipiunt Salmeron tom. 3. (Cedr. Salmeron.) in Euangelia, tract. 30. §. *fuit insuper*, &c. Castro (Castro.) in historia Deiparæ, cap. 4. num. 7. Petrus de Morales in cap. 1. Matth. lib. 2. tract. 2. cap. 9. Porrò (Morales.) visibili signo discretum Abelis sacrificium, indubitatum affirmat S. Augustinus lib. 15. de ciuitate, cap. 7. flamma constitisse, (qua & frequenter in veteri lege sacrificiis attestatum est Numen,) (Augustin.) ostendit ex communi Patrum, & interpretum sententia, Delrio in c. 4. Genes. vers. 4. (Delrio.) num. 22. & quidem in primitiua Ecclesia multoties accidisse, vt visibilibus modis Deus comprobaret electos ad Papatum, vel Episcopales infulas, obseruat Doctor Angelicus in epist. 1. ad Timoth. cap. 4. lectione tertia, in illud, *Quæ data est tibi ad Prophetiam*, &c.

75. (Sortes consultoria quando licita.) Alterum huius facultatis membrum sortes constituunt, quæ *consultoria* nuncupantur, quibus Dei exquiritur voluntas in bis, quæ aut præcauenda, aut amplexanda à mortalibus, vt quid facere circa hæc ipsamet, quando incertus exitus humanum vincit consilium, oporteat, aliunde, sed per Numen tamen, innotescat; Dæmonis enim confugere ad prænotionem, sacrilegum est; quoniam verò sortes consultoriæ praua ablegata intentione, & indebitis amputatis circumstantiis, ex se malæ non sunt, ideò quamuis Deus peculiariter non suggerat eas adhibendas, proprio suscipi impulsu queant; ea in re vt culpa excusetur, quasdam desiderari conditiones Angelicus innuit Doctor 2. 2. quæst. 95. art. 8. in (S. Thom.) corpore; nimirum, vt necessitate aliqua stimulante adhibeantur, quoniam nulla vrgente causa Deus tentandus non est. Deinde, vt eum reuerentia peragantur precibus ad Numen fusis; tertiò, ne diuina oracula eo procurentur fine, vt humanis, terrestribusque subseruiant negotiis; vltimò, ne electionibus ecclesiasticis, quæ iure Canonico prohibitæ sunt, applicentur. Olim Pagani huiusmodi sortes per libri alicuius fortuitam aperitionem, exequebantur; nam ex versibus qui primo occurrebant, lætum, aut sinistrum omen capiebant, prout carminis interpretatio, aut fauorem, aut metum pollicebatur; (Num superstitiosa per librorum aperitionem.) exempla habes Virgilianæ, quæ dicebatur sortis apud Spartianum in Adriano Cæsare propè initium, & apud Lampridium in Alexandro Seuero; de quibus exponendus Augustinus lib. 4. (Augustin.) confess. cap. 2. *Genethliacorum prædictiones ex casu tantum, & sorte, veras quandoque euadere disserebat* apud

*apud eum Aſtrologus: ſi enim Paganis Poëtæ cuiuſpiam longè aliud canentis, atque intendentis, cùm fortè quis conſuluit, mirabiliter conſonus negotio ſæpè verſus exiret, mirandum non eſſe dicebat, ſi ex anima humana ſuperiore aliquo inſtinctu neſciente quid in ſe fieret, non arte, ſed ſorte ſonaret aliquid, quod interrogantibus, rebus, factiſue concineret*; hinc imitari Chriſtianorum aliqui morem, ſuperſtitionem eò fortiùs alebant, quo ab ea longiùs diſcedere putabantur ignaris, quoniam non prophanos aliquos aperiebant libros, ſed aut noui, aut veteris Teſtamenti paginam, aut officiis eccleſiaſticis dicata volumina; quo in genere quædam leguntur apud Gregorium Turonenſem lib.4. hiſtoriæ Francorum, cap.16. Sed imprimis lib.5. cap.13. & 14. vbi narrat Meroueum poſtquam de his, quæ ei contingere poſſint Pythoniſſam Dæmonis adminiſtram conſuluiſſet, eius non credens vaticinationi ſuper B. Martini ſepulchrum tres expandit libros, Pſalterium nempè, Regum hiſtoriam, & Euangelium; hunc explorandæ futurarum rerum, quæ à voluntate pendent notitiæ modum Concilia auerſantur; nimirum Agathenſe ſub Symmacho Papa I. anno Chriſti 506. canone 24. *Ac ne fortaſſe id videatur omiſſum, quod maximè fidem Catholicæ Religionis infeſtat, quòd aliquanti Clerici, ſiue laici ſtudent auguriis, & ſub nomine fictæ Religionis per eas, quas Sanctorum ſortes vocant, diuinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcumque ſcripturarum inſpectione futura promittunt*; huius meminere capituli Gratianus Decreti 2. parte, cauſa 26. quæſt.5. cap.6. Iuo lib.18. Panormiæ cap.69. Burchardus lib.10. cap.27. Rabanus Maurus in Pœnitentiali, cap.23. Sanctorum autem ſortes intelligit quæſitas per diuinorum librorum apertiones, de quibus Nicolaus I. Reſponſis ad conſulta Bulgarorum, eandem improbans conſuetudinem, cap.77. clariùs ex Pœnitentialis Romani titulo 6. cap.7. *in tabulis, vel in codicibus ſorte futura non ſunt requirenda; & vt nullus in Pſalterio, vel in Euangelio, vel in aliis rebus ſortiri præſumat*; quæ etiam habet Burchardus lib. 10. cap. 16. Auguſtinus tamen non omninò condemnat, ſed cùm finis nihil quod ad ſalutem æternam conducat, ſectatur, epiſt.119. ad Ianoariom cap.20. inquit: *Hi verò, qui de paginis Euangelicis ſortes legunt, etſi optandum eſt, vt hoc potius faciant, quàm vt ad Dæmonia conſulenda concurrant; tamen etiam iſta mihi diſplicet conſuetudo, ad negotia ſecularia, & ad vitæ huius vanitatem, propter aliam vitam loquentia oracula diuina velle conuertere*; quare Sancti à Deo inſpirati hac forma diuini conſilij beneplacitum veſtigare tentarunt; cuius generis eſt, quod de B. Tetrico Epiſcopo lectitamus apud Gregorium Turonenſ. lib.4. hiſtor. Francorum, qui poſt fuſas ad Deum ardentes preces, noui, & veteris Inſtrumenti coram poſitis codicibus, ex fortuita eorum apertione edoceri cupiebat, quid Chramno Duci eueniret; tale & quod de ſe memorat D. Auguſtinus lib.8. confeſſ. cap. vltimo, videlicet, diuinitùs ſibi intimatum vt aperiret & legeret quod primum caput inueniſſet, ſimile denique, quod in vita S. Franciſci de eo narrat cap. 31. Diuus Bonauentura; *Immiſſum eſt igitur menti eius per diuinum oraculum, quod in apertione libri Euangelici reuelaretur ei à Chriſto, quod Deo in ipſo, & de ipſo maximè foret acceptum; oratione itaque cum multa deuotione præmiſſa, ſacrum Euangeliorum librum de altari ſumptum in ſacro Trinitatis nomine aperiri fecit per ſocium, virum vtique Deo deuotum, & ſanctum; ſanè, cùm in trina libri apertione ſemper Domini paſſio occurreret, intellexit vir ſanctus*, &c. Sic & clariſſimus Domini Martyr, virtutum omnium exemplar conſummatiſſimum, cuius benigniſſimæ erga me familiaritatis memoria perpetuum recreabor, Marcellus Franciſcus Maſtrillus noſtræ Societatis apertione libelli epiſtolarum B. Xauerij Ducis ſui fidiſſimi, de multis inſtructus eſt, dum ex Vlyſſipone in Goam nauigaret, vt teſtatur Ioannes Niembergius vitæ nobiliſſimi Maſtrilli cap. 12. Nec alienum erit his ſubtexere, quæ noſter Ioannes Rho in Apologia contra libellum Pſeudo-Conſtantinianum, aduersùs ineptiam 4. num.32. tranſcribit ex Diario Cardinalis Bellarmino de itinere ſuo in Galliam cùm priuatus eſſet, & Legatum Sedis Apoſtolicæ Henricum Caietanum Eminentiſſimum Romanæ Eccleſiæ Purpuratum comitaretur, Sixto V. Pontificatum gerente: *Cùm eſſet Cardinalis Legatus cum toto ſuo comitatu apud Diuionem Burgundiæ, & recedere inde cogitaret, vt Pariſios proficiſceretur, exiit fama eſſe in biuio Dominum Tauinos cum mille equitibus in inſidiis vt Cardinalem caperet, atque ex comitatu eius aliquos necaret, aliquos caperet; ſed exiit ſimul alia fama, hoc totum eſſe confictum, vt impediretur iter Cardinalis; igitur Cardinalis cùm non poſſit agnoſcere veritatem per media humana, celebrato ſacro cùm omnes eſſent parati ad iter, ſecretò coniecit in calicem duas paruas ſchedulas, in quarum vna ſcriptum erat, EVNDVM, in altera, NON EVNDVM; & commendans Deo totum negotium, eduxit ſorte illam, quæ habebat, NON EVNDVM; & paulò pòſt innotuit, verum eſſe quod dicebatur de inſidiis.*

Greg. Tur. — Concil. Agathen. — Rho.

Tertium membrum eſt ſortium, quæ *diuinatoria* appellantur, quibus occultorum, quæ humanum ſuperant captum, ſed imprimis futurorum contingentium liberorum, notitia concupiſcitur; hæ autem ſuperſtitioſæ, & damnatæ ſunt, de quibus præcipuè Conciliorum, & Pontificum interdicta loquuntur; nam harum moderamen vel à Deo expectandum, vel à caſu, vel à Dæmone: à Deo ſperare, præſumptio vana & audax eſt, cùm enim non promiſerit ſe eiuſmodi temperaturum ſortes, expetere vt id faciat, nihil aliud quàm Numen tentare eſt. A caſu, & fortunæ temeritate ſtultum eſt certi aliquid expetere, non enim habet connexionem aliquam cum futuro euentu, quòd taxilli, aut aliæ ſortes hoc potius modo, quàm altero cadant; quare relinquitur ſolùm vt ex pacto, vel tacito, vel manifeſto, cum malis ſpiritibus occultorum reuelatio fiat: hoc autem ſuperſtitioſum eſt, proinde abominandum, vt fuſiùs proſequitur Suarez tom.2. de Religione, lib.2. de ſuperſtitione, c.12. num.18. Sin autem opponas ex Prouerb. cap.16. verſ. 33. *Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur*, & inferas, cùm indiſtinctè enarret ſortes quaſcumque à Deo gubernari, ſubindicare etiam ſortis diuinatoriæ ſcopum à Numine expectandum, atque hanc idcircò licitam reputandam. Reſpondet benè P. Vaſquez tom.3. in 3. part. diſput. 244. cap. 2. num. 8. non hunc eſſe loci illius intellectum, verùm in eo diuinæ prouidentiæ perſpicaciam laudatam, quando nihil ita fortuitum accidat, vt extra Numinis iaceat

76. *Sortes diuinatoria mala, & damnata.* — Suarez. — Prou. 16.33. — Vaſquez.

prouidentiam, cùm etiam sortium ambigui exitus, qui præter omnem humanam contingunt industriam, non tamen absque diuinæ prouidentiæ regula, & moderamine; cæterùm hæc prouidentiæ ratio communiter generalis est, & concursus illius lati prodeuntis à causa prima, quem tamen non semper dirigendo præstat ad sortium exitus, sed permittendo solùm quoties sortes malæ, & peccaminosæ sunt: in sortibus autem licitis & honestis Dei etiam peculiarem intercedere prouidentiam nihil vetat, quò in optatam vergant metam; quam Numinis specialem curam quoties ipsi sic disponere visum est Parœmiastem recensitis insinuare verbis opinari valeamus: subindicat igitur vel in sortibus, quarum tam lubrica spes, exorandum tamen creatorem, quia hæ cum bonæ & decoræ sunt, à magno Numine singularibus modis gubernantur pro exorantium pietate, & deuotione.

77. Huius superstitiosæ diuinationis instrumenta olim Paganis, Hebræis etiam postquam idololatria infecti sunt, sagittæ, aut virgulæ sagittatæ non dissimiles; quam ob causam de Iudæis Numen conqueritur Oseæ cap. 4. vers. 12. *Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annunciauit ei.* Hieronymus declarat in illud, *& comedent, & non saturabuntur,* &c. *lignum interrogauit, & virgas, quod genus diuinationis Græci ῥαβδομαντίας vocant, vnde in Ezechiele legimus,* (cap. 21. vers. 21.) *quòd virgas suas miscuerit Nabuchodonosor contra Ammon & Ierusalem;* locus Ezechielis verbatim habet; *stetit enim Rex Babylonis in biuio, in capite duarum viarum, diuinationem quærens, commiscens sagittas, interrogauit idola, exta consuluit;* eandem vtrobique depingi superstitionem expositores animaduertunt, ex quibus B. Cyrillus Alexandrinus in memoratam Oseæ dictionem; *duas enim virgas statuentes, deinde arcanis quibusdam verbis eas incantantes, vt agente Diabolo procideren; & cadentes rursum obseruabant, vtrùm prorsum, an retrorsum, in dexteram, an in sinistram ferrentur; sic quod deincept placebat, accedentibus nunciabant,* Cyrilli mentem exhausit Theophylactus in cap. 4. Oseæ; Albertus Magnus in eundem locum non insciè declarat; *& hoc est genus diuinationis, quod Rabdomantia vocatur, vbi scilicet sagitta, vel bastule commiscentur, & diuersis euentibus, & nominibus inscribuntur, & postea casu leuantur, & quæcumque occurrunt, ad illius omen actus diriguntur;* itaque sagittæ characteres, & nomina quædam inscripta ferebant, seu Magicæ artis specialia vocabula, seu personarum simplicia nomina, quod Hieronymo potiùs visum in cap. 21. Ezechielis in illud, *& factus est,* &c. loquens de Nabuchodonosor, inquit; *formidabat ad partem dexteram declinare, & ire contra munitissimam Ierusalem, sed stabat in compito, & ritu gentis suæ oraculum consulit, vt mittat sagittas in pharetram, & commisceat eas inscriptas, siue signatas nominibus singulorum, vt videat cuius sagitta exeat, & quam primus ciuitatem debeat oppugnare; hanc autem Græci βελομαντίαν, siue ῥαβδομαντίαν nominant;* Hieronymi commentationem sequuntur in cap. 21. Ezechielis vers. 21. Glossa interlinearis, Lyra & Hugo Cardinalis; & quia in sagittis emblemata illa, ideò L X X. cap. 4. Oseæ, vers. 12. interpretantur, ἐν συμβόλοις ἐπηρώτων, καὶ ἐν ῥάβδοις αὐτοῦ ἀπήγγελλον αὐτῷ, *in Symbolis interrogabant, & in virgis eius annunciabant ei;* Symbola nimirum characteres, & inscriptiones erant Hieroglyphicæ significationis, quas notas appellat Tacitus de moribus Germanorum, cap. 10. Nam & apud hos eiusdem superstitionis vsus; *auspicia, sortésque, (ait,) vt qui maximè obseruant; sortium consuetudo simplex; virgam frugiferæ arbori decisam in surculos amputant, eósque notis quibusdam discretos super candidam vestem temerè, ac fortuitò spargunt, mox si publicè consulatur, Sacerdos ciuitatis; sin priuatim, ipse Pater familiæ precatus Deos, cælúmque suspiciens, ter singulos tollit, sublatos secundùm impressam antè notam interpretatur;* de Scytharum etiam ritibus quoad sacra Herodotus lib. 4. seu in Melpomane inter principium & medium: *apud eosdem permulti sunt vaticinatores, qui pluribus virgis salignis diuinant ad hunc modum; grandes virgarum fasces cum attulerunt, humi positos dissoluunt, ac separatim ponentes illarum singulas, vaticinantur; simúlque, dum hæc dicunt vice versa virgas prehendunt, ac rursus sigillatim componunt; hæc est illis tradita à maioribus diuinatio,* de Alanis verò Ammianus Marcellinus lib. 31. non longè à principio; *futura miro præsagiunt modo, nam rectiores virgas fœmineæ colligentes, eásque cum incantamentis quibusdam secretis præstituto tempore discernentes, apertè quid portendetur, norunt.* De falsa etiam Sinarum religione his quidpiam non nihil affine prodit Maffæus historiæ Indicæ lib. 6. post medium; *Dimidiatos globulos è ligno duos ad iuglandis ferè magnitudinem filo traiectos coram simulachro ipso temerè, ac fortuitò iaciunt; si ambo supini, vel etiam alterno consederint situ, (quod vulgò infaustum putatur,) idolum verbis, ac virgis male admodum accipiunt, atque tamdiu persistunt, quoad facta in sortes ambo missilia prona consistant, tum verò modulato carmine gratias agunt inani Deo,* &c. Post etiam Christianismum ad eos qui malis addicta artibus Paganorum abolitas superstitiones repetebant, quòd Magiam diligerent, huius moris nonnulla transiit imitatio, vt ex Nicolai I. responsionibus ad consulta Bulgarorum deducitur, cap. 77. *Refertis, quòd Græcorum quibusdam codicem accipientibus in manibus clausum, vnus ex eis accipiens paruissimam ligni, hanc intra ipsum codicem condat; & si vndecumque aliqua vertitur ambiguitas, per hoc affirment scire se posse quod cupiunt.* Hoc ad interrogatum, quod totum ligni illius ceremoniis nititur, Pontifex decernit: *vos verò consulitis si hoc sit tenendum, an respuendum? vtique respuendum, scriptum est enim, Beatus vir, cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit vanitates, & insanias falsas,* &c. paria fere in Concilio Antisiodorensi sub Gregorio V. anno Christi 590. canone 4. cuius statutum: *Non licet ad sortilegos, vel auguria respicere, nec ad sortes, quas Sanctorum vocant, vel quas de ligno, vel de pane faciunt, respicere.*

* * *

*Ethnici per bacillos & virgas sortes exercebant.*

*Oseæ 4.12.*

*Hieronym.*

*Ezech. 21. 21.*

*Cyrillus.*

*Theophyl.*

*Alb. Magn.*

*Hieron.*

*Tacitus.*

*Herodotus.*

*Marcellin.*

*Maffæus.*

*Nicolaus I.*

SECTIO

## SECTIO XI.

*De Astrologia iudiciaria quid Scriptura, Pontifices, Ecclesiæ Doctores Scholastici sentiant? Astrologiæ naturalis obiectum, eius non illaudabilis vsus. Iudiciariæ etiam respectu effectuum, qui à causis physicis pendent, quanta caligo? de euentibus ab humano arbitrio emanaturis temerariè præsumit; de iis prædicere non licet, quamuis non aliquid certò se dicturum protestetur: cælum quo significatu libri rationem habeat? vnde notitiam futurarum rerum, quæ interdum accidunt, iudiciarij hauriant?*

78. *Astrologia iudiciaria, & quid Scriptura, Pontifices, & Ecclesiæ Doctores Scholastici de ea sentiant.* Isai. 47. 13. Ierem. 10. 2.

INter omnes coniectandi modos, quibus futura præscire mortales tentarunt, altiores iecit radices prænotio ab astris, & polorum influentiis emendicata; hanc quidem Isaias detestatur, cap. 47. vers. 13. *& saluent te augures cæli, qui contemplabantur sydera, & supputabant menses, vt ex eis annunciarent ventura tibi*; & Ieremias cap. 10. vers. 2. *Iuxta vias gentium nolite discere, & à signis cæli nolite metuere, quæ timent gentes*; ipsi eos Paganorum Imperatores auersati vrbe, atque adeò finibus Italiæ relegarunt, vt scribunt Suetonius in Tiberio cap. 36. & in Vitellio cap. 14. Tacitus Annal. 2. cap. 32. Tertullianus de idololatria, cap. 9. (Sueton. Tacitus. Tertullian.) Nihilominus sic hominum mentes ars ista fascinauit, vt ne etiam post Euangelium, post ecclesiasticas sanctiones, humanas leges, & odium penè generis humani vniuersi, penitùs de medio tolli potuerit, quibusdam eam malitiosè profitentibus, qui Tartaro animas deuouerunt, aliis nimiæ curiositatis defensionem suscipientibus, quod naturalium causarum effectus tantùm considerent: scientiam hanc quatenus in humanæ voluntatis liberos actus, vel ab his pendentes casus præsumit, damnant ciuilia acta, Codicis lib. 9. titul. 18. de maleficis & Mathematicis, per varia Imperatorum rescripta; damnant copiosiùs Synodi, iura ecclesiastica, Patres, Theologi Orthodoxi; Concilia nimirum Toletanum I. in confessione fidei, num. 15. Canones Orientales collecti à Martino Bracharensi Antistite canone 72. Concilium Mediolanense 1. non longè à principio, titulo de *Magicis artibus*. Alexander III. lib. 5. Decretalium titulo 21. de sortilegiis, cap. 2. *ex tuarum*. Decreti 2. parte varia capitula causæ 26. quæstionibus 2. & 3. Iam verò Patres, Basilius Hom. 6. in Hexaëmeron ante medium, & Hom. in principium Prouerbiorum, & in cap. 14 Isaiæ iuxta initium. Tertullianus Apologetici cap. 35. & de idololatria, cap 9. Augustinus lib. 5. confess. cap. 3. & lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 24. Ambrosius Hexaëmeron lib. 4. cap. 4. Clemens Romanus lib. 8. constitutionum Apostolicar. cap. 38. Hieronymus in cap. 47. Isaiæ, in illud, *stá cum incantatoribus*, &c. & in cap. 10. Ieremiæ sub initio, & in cap. 1. Sophoniæ in illud, *& extendi manum meam*, &c. Gregorius Papa, Hom. 10. in Euangelia ad cap. 2. Lucæ. Gregorius Nyssenus oratione 10. contra Eunomium iuxta finem, Cyrillus Ierosolymitanus, Catechesi 4. ad finem. Claudius Marius Victor carmine ad Salmonem Abbatem. Cæsarius dialogo 1. ad finem. Anastasius Sinaita quæstionibus in sacram Scripturam, quæst. 19. Olympiodorus Monachus in cap. 7. Ecclesiastis, incertus Chrysostomus Hom. 2. in Matthæum. Chrysologus sermone 156. de Epiphania & Magis. Damascenus lib. 2. de fide Orthodoxa, cap. 7. Isidorus Hispal. originum lib. 3. cap. 26. Cassiodorus lib. de Astronomia sub finem. Rabanus Maurus de institutione Clericor. lib. 3. cap. 25. S. Thomas 2. 2. quæst. 95. articul. 5. S. Bonauentura in 2. sententiarum dist. 7. part. 2. art. 1. quæst. 3. ad 1. argumentum; & dist. 14. parte 2. art. 2. quæst. 3. S. Antoninus in summa morali, parte 2. titulo 12. cap. 1. §. 6. Guilielmus Parisiensis tract. de legibus, cap. 20. & tract. de vitiis & peccatis, cap. 6. Dionysius Carthusianus in 2. dist. 15. quæst. 1. §. *nunc pleniùs*, &c. Sidonius Apollinar. lib. 8. epist. 11. ad Lupum. Petrus Blessensis ep. 65. ad socium & amicum. Ioannes Sarisberiensis Polycratici lib. 2. cap. 19. Tostatus in cap. 19. Leuit. quæst. 30. Ioannes Philoponus lib. 3. de creatione Mundi, cap. 6. Nicetas Choniata Thesauri Orthodoxi lib. 4. hæresi 42. Rodericus Episcopus Zamorensis in speculo vitæ humanæ, lib. 1. cap. 38. Franciscus Petrarcha lib. 3. rerum senilium, epist. 1. Bartholomæus Sibyllanus in speculo peregrinarum quæstionum, Decadis primæ cap. 9. quæst. 1. & seqq. His si posterioris huius ætatis Catholicos adiungam Scriptores, quem finem habitura sit enumeratio. Sed imprimis ratio habenda est grauissimarum duarum constitutionum aduersùs Iudiciarios hos Astrologos, alterius promulgatæ à Sixto V. anno Domini 1586. die 9. Ianuarij, alterius à Papa Vrbano VIII. anno 1631. die 10. mensis Aprilis, qua Sixti diploma innouat, & confirmat; vtramque exhibet Ascanius Tamburinius tom. 1. de iure Abbatum, disput. 15. quæst. 7. Hoc versari in argumento propè infiniti; copiosiorem operam nauarunt Ioannes Picus Mirandulæ Comes libris duodecim contra Astrologos. Ioannes Franciscus Picus libro 5. prænotionum, quæ Patruus fusè disseruit, epitoma circumscribit; agunt latè Sixtus ab Herminga in Astrologiæ refutatione, Michael de Medina lib. 2. de recta in Deum fide, cap. 1. Frater Bartholomæus de Medina 1. 2. quæst. 6. art. 5. à §. In solutione argumenti tertij, & Ascanius Martinengus tom. 2. glossæ magnæ in cap. 1. Genes. die 4. Mundi, pag. 1034. Raphael de Torres tom. 2. de Religione, ad 2. 2. quæstionem 95. articulo 5. Franciscus de Torreblanca de iure spirituali, lib. 7. cap. 3. Arctiùs, sed vtiliter Ioannes Ekius tom. 1. Dominica 2. post Epiphaniam, Hom. 3. num. 5. Franciscus Vallesius sacræ Philosophiæ cap. 31. Sixtus Senensis lib. 6. Biblioth. Annot. 10. Petrus Gregorius lib. 21. de Republ. cap. 9. 11. 12. Martinus Aspilcueta Nauarrus relect. in cap. nonit. de iud. notabili 2. num. 16. & 29. Petrus Nauarra lib. 2. de restitutione, cap. 2. & ex nostris latè quidem Delrio de Magia, lib. 4. cap. 3. quæst. 1. Pererius lib. 2. in Genes. disputatione

contra

contra Astrologos à num. 47. Azor. tom. 1. institut. moral. lib. 9. cap. 13. Suarez tom. 1. de Religione, lib. 2. de supetstitione, cap. 11. Ioannes de Salas tom. 1. in 1. 2. quæst. 9. art. 5. disputat. 2. sect. 3. Christophorus de Castro Isagoge in Prophetas minores, lib. 1. cap. 3. & seqq. Bullingerus lib. 1. de diuinatione, cap. 4. Scortia in constitutiones Summorum Pontificum epitome 140. theorem. 360. Posseuinus lib. 15. Biblioth. c. 10. Ioannes de Torrea lib. 6. Philosophiæ moralis Principum, cap. 6. & omnium cumulatissimè Alexander de Angelis libris quinque in Astrologos coniectores.

79. Sed vt distinctiùs innotescat, qualem Astrologiam fugiendam censeamus, & quam omnium ætatum mortales vera aliqua sapientia præditi tanquam pestem, atque exitium maximum, auersati sunt. *Astrologia naturalis ob iectum, & non illaudabilis vsus.* Astrologiam Theologi communiter diuidunt in naturalem, & iudiciariam. Naturalem dicunt, quæ ex astrorum præcipuè errantium, quales sunt planetæ, ortu, occasu, coniunctione, oppositione, diuersis aspectibus tum inter se, tum ad stellas fixas, ex colore, & scintillationibus eorundem, de futuris, qui ab eis dimanare valeant, effectibus coniectatur, vt de temporum serenitate, de pluuia, tempestatibus, siccitate, de niuibus, tonitruis, calore, frigiditate, & similibus: *Iudiciaria etiam respectu effectuũ, qui à causis physicis pendent, quanta caligo.* Iudiciariam appellant, quæ ex sydetum obseruatione & phœnomenis iudicinm profert de futuris contingentibus, quæ à libero hominis arbitrio pendent, vt de statu vitæ ineundo, de filiorum procreatione, de honoribus, opibns, infortuniis, hostium odio, incarceratione, exilio, morte, & similibus casibus hominum vitæ familiaribus; nonnunquam etiam de præteritis audet sententiam pronnnciare, speciatim id Genethliaci, & natiuitatum inspectores præsumit, nam differunt de transactis æut spatiis, & de euentibus qui ab infantia contigerunt: huius fatidicæ scientiæ quatuor distribuit membra Delrio lib. 4. disquisit. cap. 3. quæst. 1. *Delrio.* quorum primum reuolutionum nuncupatur, cùm prædicit belli, siue pacis exitus, anni vicissitudinem per temporum salubtitatem, aut morbos homines & animantia inuasuros, annonæ penuriam, vel vbertatem, & his similia. Secundum ad natiuitates spectat, ostendens quid tota vitæ series allatura sit. Terriam electionum appellatur; docet quando iter suscipiendum terra, quando mare nauigandum, quale matrimonium ineundum, si domi qniescere quàm prodire magis oporteat, quibus circunstantiis singula peragenda vt fœliciter verrant. Quartum denique, imaginum & figurarum quarumdum sculpendarum, quæ omninò præstigiosa est; iam ergo Astrologia naturalis, quæ ab aliis speciali vocabulo *Astronomia* vocatur, *Astronomia.* equidem quatenus theoricè solùm procedit cælorum naturam exquitens, in reuolutionibus annorum, sydetum motibus, & distinctione, stationibus, eclipsibus, retrogradationibus, coninnctione, discessu, influentia in mineralia, & quasdam mundi sublunaris partes, laude atque studio digna est, vtpote veræ, & iucundioris Philosophiæ nobilis admodum portio, quam adamasse viros omnibus encomiis illustres, nec Sacerdotes aliquo modo dedecere ostendunt Clauius in præfationem Sacrobosci Cresolius Mystagogi lib. 2. cap. 21. sect. 2. qua se donatum amator sapientiæ dele- *Clauius. Cresolius.*

ctabilibus glotiatur verbis Sapientiæ c. 7. vers. 19. *Sap. 7. 17.* *Vt sciam dispositionem Orbis terrarum, vicissitudinum permutationes, & commutationes temporum, anni cursus, & stellarum permutationes*; de Salomone antem Rege, vt hæc fuerit ars ex bonis & vtilibus, quas Numen eius infudit menti, interpretatur S. Ambrosius libto de Salomone cap. 1. quod *Ambros.* etiam visum Pinedæ lib. 3. de Salomone cap. 18. *Pineda.* num. 2. Saliano tom. 3. anno Mundi 3022. n. 74. *Salian.* Lotino, & Cornelio ad cap. 7. libri Sapientiæ, *Lorin. Cornel.* vbi rectè Alapide in versnm 19. *Alapide.* *Fuit ergo Salomon Astronomus, at non Astrologus indiciarius, vt ex astris, & Horoscopo diuinaret de futuris contingentibus, & actionibus liberis; hoc enim temerarium est, stultum, & impossibile.* Quare initio libri de Astronomia Cassiodorus; *Cassiodor.* *quamsi casta, ac moderata mente perquirimus, sensus quoque nostros, vt veteres dicunt, magna claritate perfundit; quale est enim ad calos animo subire, totámque illam machinam supernam indagabili ratione discurrere, & inspectiua mentis subtilitate ex aliqua parte colligere, quod tanta magnitudinis arcana velauerunt.* Synesius verò sermone ad Pæonium; *Synesius.* *Astronomia enim summè honesta, & veneranda scientia est, quam ego continentem quendam traiectum esse opiner cum recondita Theologia; nam subiectum habet beatum illud cali corpus, cuius etiam motum mentis imitationem habere, nobilibus, & claris in Philosophia viris videtur*; festiuè idem epist. 101. ad Pylemænum: *Ac mihi visus, stellas ipsas benignè identidem inspectare eum, quem in vastissima regione solùm cum scientia sui contemplatorem animaduertunt*; hac excelluere disciplina primus mortalium Parena Adamns, Seth, Noë, Abraham, Ioseph, & Patriarcharum optimns quisque, itaque his sub limitibns amplexanda & veneranda est; quatenus verò syderalium notitia practicè progreditnr, scilicet eum in modum, vt diuinatrix, iudiciaria & prognostica esse contendat, eò quòd notitiam de complexionibus, & natura constellationum eum diuertat in scopum, nempe vt ex motibus Orbium, & aspectibus sydetum futuros euentus in mundo inferiori prænunciet, cauenda imprimis est; quanquam enim iudicium cum sobrietate de quibusdam ferre physicas & naturales habentibus causas, tolerari valeat; sed ab his progressum facientes ad ea, quæ ad humanorum actuum libertatem spectant, cum mortalis ingenij omnem captum præscientia futurorum contingentium, quæ à voluntate indifferenti pendent, exsuperet, suspectam continuò reddunt artem, vt quæ Dæmone Magistro coniectetur & diuinet, quanquam vel hoc etiam tam acuto præceptore metam rarissimè attingat.

80. Damus sanè non omnem prorsus quorumcumque effectuum anticipatam interdici notitiam, sed eam duntaxat, quæ ad fortuitos casus, & actiones atque gesta liberi arbitrij finibus contenta se extendit; hoc enim Sixti V. constitutio lata in iudiciarios Astrologos edocet; *De euentibus ab humano arbitrio emanaturis haud temere prædicẽdum.* *permissis tamen,* (inquit,) *iudiciis, & naturalibus obseruationibus, qua nauigationis, agricultura, siue medica artis iuuandi gratia conscripta facient*; sed quanquam profectò ob hos ritulos aliquid prædicere de pluuiis, serenitate, tempestatibus, morbis, sterilitate segetum, & similia alia ex peccatum non aduehant, nisi aliqua circumstantia indebita vitientur; optimè nihilominus obseruant

Suarez. uant Suarez tom. 1. de Religione, lib. 2. de super-
Sanchez. stitione, cap. 11. à num. 5. Sanchez in Decalogum
Lessius. lib. 2. cap. 38. num. 29. Lessius de iustitia & iure,
lib. 2. cap. 43. dubitatione 6. num. 33. vix de his
ipsis exploratum aliquid tradi posse, ac proinde
cernimus eos, qui Ephemeridas, & Prognostica
edunt; vix scopum attingere, ita vt pauca illa,
quæ eueniunt, fortuitæ contingentiæ debeantur
magis, quàm Astrologorum solidis prænotioni-
Eckius. bus. Ioannes Eckius Dominica 1. post Epipha-
niam Homil. 3. num. 5. grauiter obseruat, cùm
Februario anni 1524. magna coniunctio fieret
Saturni, & Martis in signo Aquaticæ Piscium,
& omnes portenderent inundationes, & plu-
Picus Mir. uias, nihil tale contigisse; Ioannes verò Picus
Mirandulanus lib. 1. aduersùs Astrologos sugge-
rit Prognosticorum codices à se diligenter ob-
seruatos per centum & triginta dies, & vix se-
pties, quæ pollicebantur ex elementis, accidisse;
nec mirum equidem. nam certè quotusquisque
est ex peritissimis ea in facultate, qui satis per-
spectas babeat astrorum naturas, aut qui persua-
dere valeat ab his, vel illis determinatim con-
stellationibus effectus prouenire? tam quis sta-
tuere audeat non impediendos eos effectus ab
aliis astris fortioribus, aut à causis inferioris
mundi, à quibus tanquam dispositionibus pen-
dent? Quid? quòd recentiores Astronomi Or-
bium cælestium systema, & planetarum cursus
longè aliter disponant, quàm ab omni antiqui-
tate factum sit? Quid? quod noui planetæ circa
Iouem, & Saturnum, multæ olim incompertæ
stellæ, maculæ item Solis & Lunæ priscis igno-
ratæ detectæ sint, qui ad eiusmedi effectus non
poterant non conferre? Tot incognitorum syde-
rum prætermissis influentiis, an non manca esse
prognostica, incertas Ephemeridum tabulas
oportebat? Nihil igitur de relatis effectibus,
quibus nautæ, aut agricolantes, aut Medici iu-
uantur, nisi timidè, aut suspiciosè pronuntiari
valeat, nihil quid aliud, quam gratiosam merea-
tur fidem; & verò plus nautæ ipsi, & agrorum
cultores experientia assequuntur.

81. Asseras verò: si constitutio Sixti V. permittit
Oppositio. iudicia de his, quæ naucleros, Medicinæ profes-
sores, & ruris colonos iuuare queant, quam-
obrem eadem prohibet Horoscopi, & natiuita-
tis puerorum inspectionem: *In posterum*, (inquit,)
*exercentes, aut facientes iudicia, & natiuitates ho-
minum, quibus de futuris contingentibus, successibus,
fortuitisque casibus, aut actionibus ex humana vo-
luntate pendentibus aliquid euenturum affirmare
audeant, etiamsi id se non certò affirmare asserant,
atque protestentur.* Sic verò argumentor; obser-
uata pueri natiuitate coniectari de illius tem-
peramento, & inde diuinare de eius inclinatio-
ne ad iram, vel mansuetudinem, ad hæc, vel illa
studia, non aliam continet malitiam, quàm con-
iectari ex astris, quæ ad nauigationem, medici-
nam, & agriculturam conducunt; quoniam sicut
effectus ex cælo & stellis prouenientes, qui in
agricolarum, nautarum, Medicorum vtilitatem
prosunt, vel nocumentum creant, effectus merè
naturales sunt, ab Olympo & stellis, & à causis
physicis & naturalibus orti; ita ab iisdem pen-
det complexio, & temperamentum naturale,
sunt enim & hi effectus causam necessariam re-
spicientes; igitur aut vtrumque, aut nihil inter-
Responsio. dici debuerat. Respondeo, Sixti V. Diploma
non condemnare iudicia de temperamento, &
complexione, sunt enim etiam hi effectus natu-
rales; ira quidem, & mansuetudo in actu secundo
sunt voluntatis affectus arbitrio hominum sub-
diti, de his sententiam ferre prohibet, nam de
actionibus ex humana voluntate pendentibus
aliquid euenturum affirmare vetat, sed inclina-
tio ad iram, aliasque malas concupiscentias ra-
tioni bellum dicit, & iustos quò non velint per-
trahere conatur; de hoc igitur pondere, quod
aduersùs spiritum militat, de inclinatione etiam
ad bonos mores coniecturam ferre non inter-
cludit; id tamen obseruandum est, quantumcum-
que Astrologi aliqui iactent de notitia his ex
fontibus comparata, leuissimam tamen eam te-
ipsa putandam, vt probè expendunt Suarez Suarez.
tom. 1. de Religione, lib. 2. de superstitione,
cap. 11. à num. 9. Lessius de iustitia & iure lib. 2. Lessius.
cap. 43. dubit. 6. num. 34. idque varias ob causas.
Primùm, quia mores iucundi, aut insuaues, qui
consequuntur ad temperamentum & comple-
xionem, multò magis pendent à temperamento
parentum, & moribus eorum, à nutricis lacte, ab
educationis forma, quàm ab astris. Secundò,
quoniam cæli cùm sit velocissimus cursus, dif-
ficillimum est sub nimia illa celeritate aspectus
sydetum conuenienter obseruare. Tertiò, eò
quòd gemelli simul nati, vt Iacob & Esau, oppo-
sitas inclinationes ostendant. Quartò, nam mul-
tò potior ratio haberi debuit articuli animatio-
nis fœtus, quàm natiuitatis; cur enim intra ma-
terna viscera non agant in prolem stellæ, cùm in
mineralia valeant terræ finibus cōtenta? Quam-
obrem, cùm tenuis admodum scientia de his ad-
quiri possit, Astrologum qui tali in materia cer-
tum aliquid credi posse contenderet, non carere
culpa, interdum etiam graui, nisi per ignoran-
tiam excusetur, vult Suarez præfato nuper c. 11.
num. 12. id mitiùs interpretatur Sanchez lib. 2. Sanchez.
in Decalogum cap. 38. num. 19. inquiens, futu-
rum peccatum temeritatis, & imprudentiæ non
excedens culpam venialem, nisi cederet in alte-
rius præiudicium, tunc enim ratione damni si
huc graue fuisset, culpa mortalis reputaretur.

Cum verò his constringi limitibus indignata 82.
Astrologia liberi arbitrij iura inuadit, & de fu-
turis contingentibus, in quæ voluntas humana
dominatur, prænotionem spondet, tum supersti-
tiosa habenda est, & taciti saltem cum Dæmone
pacti rea, quam vt sceleratissimam diuinis, hu-
manisque condemnari legibus, omnium sapien-
tium ferre conuitia ostendimus sectionis huius
ingressu. Ratio autem manifesta suffragatur;
nam qualiscumque connexio sydetum cum vo-
luntate humana, & effectibus libere operandis
per eam, vt cùm eligit matrimonium, cæliba-
tum, studium, militiam, iter suscipit, pugnæ ac-
cingitur, magistratum ambit, & similia alia; seu
prædicta connexio habeat se per modum influ-
xus, & causæ efficientis, seu per modum causæ
formalis, & determinantis, ad quodcumque ge-
nus causæ referatur, aut est talis naturæ, vt sub-
iiciatur ipsi voluntati, ita vt ea pro libito vti
queat, quemadmodum subiicitur concursus Dei
vt causæ primæ, & influxus habituum in actus;
aut est talis conditionis, vt determinet volunta-
tem ad vnum præcisè, sic vt ad vtrumque non
sit indifferens: si prima forma se habeat, etiamsi
Astrologus comprehenderet perfectè, & intui-

tiuè

tiuè videret essentiam constellationis paritet & liberi arbitrij, non possit diiudicare quid voluntas foret electura; nam ex vi illius comptehensionis tantùm sciret voluntatem in actu ptimo esse indiffeteutem ad amandum, vel odio habendum, ad omittendum, vel eliciendum actum quemcumque: an autem de facto potiùs amabit, vel odio habitura sit, vel ab vttoque abstinebit, cognoscete nequit, quia hoc est libetum voluntati, & nullam connexionem pet se, & necessitatis cuiusdam habet cum eo, quòd sit potentia ptoximè potens, quoniam cùm hæc potentia sit indifferentiæ, & pleni iutis, nullum infert actum, nisi quem libet elicuisse. Quis autem nouit ptæter solum Deum quódnam magis optabit voluntas in actu secundo? num præferet consensum dissensui, an è diametto? Sio verò alterum illud dicatur, tunc de illa determinatione inflectente potentiam liberam ad vnum infallibiliter, quæritur, num se habeat pet modum suppositionis antecedeutis simplicitet, an instar subsequentis? Si pet modum suppositionis subsequentis, vt se gerit scientia Dei comparatione actuum liberorum, vel vt ipsa determinatio voluntatis iu actu secundo, tunc redibit argumentum nuper expensum; nam, cùm talis suppositio consequeus telinquat voluntatem omninò indiffetentem in actu primo, (ideò enim est supposirio consequens, quia consequitur ad determinationem ipsius voluntatis,) militant omnia, quæ paulò antea disputata sunt de comptehensione voluntatis, vt est potentia omninò indiffereus, & expedita: si autem per modum determinationis, & suppositionis simplicitet antecedentis, eiusmodi suppositio necessitat voluutatem, & eius demit libertatem, fatalem per astra vim inducit, vt olim Priscillianistæ docebant, quos Concilia & Partes locis initio sectionis commemoratis tefutant; libettate autem voluntatis præuidicata, effectus contingentes, & ab indifferenti exotientes principio, iam non erunt, sed physici, & natnrales. Addo, quamuis, vt fieri possit, concedamus Astrologum speciem nactum ptopriam, & pet se actus humanæ volontatis, non tamen comprebendeter, aut penetraret illius existentiam; nam si in sententiam grauium Tbeologorum Angelo prædito talibus speciebus Numen ob ius secreti, quod libero donati arbitrio in suos babent affectus, atque ob bonam Vniuersi gubernationem, quæ magna ex patte constat occultatione interiotum actuum, concutsum denegat, sine quo cum specie & potentia arcana mentis cognosci uequeant; quantò magis id factutum cum Asttologis arbitrabimut?

83.
*Cælum quo significatu libri rationem habeat.*
Isai. 34. 4.

Dices; cælum instat libri, & volnminis se habere, hoc euim cum nomine intitulatur apud Isaiam cap. 43. vers. 4. *& complicabuntur sicut liber cæli*; apud Ioannem Apocal. cap. 6. vers. 14. *& cælum recessit sicut liber inuolutus*; alphabero igitur, & chatacteribus notatum est, in qui bus legi possint uon solùm effectus necessarij, sed etiam contingentes & liberi, vtrosque enim sctibi quid prohibet? Sed cùm litteræ cæli aliæ, quàm astra & Zodiaci signa cogitari nequeant, igitur in bis tanquam in Sctiptura quicumque perspici euentus fortuiti, quin etiam, & casuales valebunt. Hanc fuisse sententiam quorundam non mediocriter doctorum affirmat Augustinus

Augustin.

lib. 5. de ciuit. cap. 1. Origenem videatur denotare, quem clariùs exprimit Procopius Gazæus in cap. 1. Genes. vers. 15. *& sint in signa & tempora & dies*, &c. Pottò Origenis cogitationem ad longum exhibet Euseb. Cæsar. lib. 6. de præparatione Euangelij, cap. 11. aliàs 9.; eum dicendi modum laudat vtcumque Ioannes Satisberiensis. Polycratici lib. 2. cap. 55. operosè intetptetatut Iulius Sirenins lib. 9. de fato, cap. 55. sed paucis, iisque selectissimis ex diuino concessum priuilegio, vt in eo, quæ legunt, percipiant; omnia verò Deus solus nouit; sed hæc imptimis opinio in ea multùm abertat, quòd libri & voluminis strictam tationem ob præfata Bibliorum loca, cælis adscribat, non enim denotant aliud, quàm similitudinem quandam intet cælos & volumina, nec in omnibus hanc ipsam, verùm in quibusdam; id quo pacto sit intelligendum, edocet peritè Sixtus Senensis lib. 2. Biblioth. littera I. verb. *Inuolutus liber. Apud Hebræos*, (inquit,) *ex antiqua consuetudine libri, præsertim sacri, alterius sunt forma, quàm sint libri nostri ex multis foliis compaginati; habent enim vnum dumtaxat folium, siue membranam oblongam, quæ circa cylindrum, siue axem ligneum circumuertitur instar lineæ telæ radio textorio circumuoluta: videntur autem huiusmodi libri aliquam præ se ferre cælorum imaginem; quia sicut axem illum ligneum, qui in medio voluminis est, plures ipsius membranæ, siue orbes, siue spiræ altera super alteram ambiunt, & concludunt; ita hanc terram, quæ medium totius vniuersi axem tenet, plures cælestes Orbes, alter super alterum collocati, orbiculariter circumdant & claudunt*; deinde exhibitorum ex Isaia & Ioanne verborum, qui sit germanus sensus, declarat, Sixto consonat Pereita lib. 2. in Genesim, dissertatione de Astromantia, cap. 4. à num. 98. atque eam fuisse normam librorum apud Hebræos agnoscunt Ribera, atque Christophorus de Castro in cap. 5. Zachariæ vers. 1. Lorinus in Psalm. 103. versum 2. *extendens cælum sicut pellem*, &c. illustrat Prado in c. 2. Ezechielis vers. 9. *& ecce manus missa, in qua erat inuolutus liber*; cuius dictum approbat ibidem Alapide. Præbeamus verò cælis libri rigorosam aliquam nuncupationem, an non satis ad huius appellationis quòd scripserit in eius constellatioonibus quemadmodum pluuias, serenitatem, & alia id genus tusticis, nautis, medicinæ pro futura denotatent? quod pulchrè animaduersum à S. Basilio Hom. 6. in Hexaëmeron; *quanto autem emolumento sint vitæ humanæ, quantamque vtilitatem eidem præstent tales ex hisce luminaribus obseruationes, quis ignoret? licet nautæ suam intùs in portu continere nauem ex ventorum agitatione ventura pericula præuidenti; licet viatori incommoda cæli vitare ex ipsa cæli tristitia mutationem aëris expectanti; licet & agricolis, qui inserendis seminibus, culruque stirpium elaborant, omnium hinc officiorum, operumque suorum exercendorum opportunitatem, tempúsque semper idoneum inuenire*; confirmant Philo Hebræus de mundi opificio. Augostinus de Genesi ad littetam lib. 2. cap. 14. Damascenus lib. 2. de fide Otrhodoxa, cap. 7. B. Thomas 1. p. quæst. 70. art. 2. in corpore, ad cap. 1. Genes. versum 15. *in signa & tempora*, &c. Iunilius, Procopius, Lyta, Tostatus, Hugo Cardinalis, Burgensis, Eugubinus. Scripsit igitur Creator huiuscemodi prognostica naturalia, dum talem planetis, aliisque syderibus naturam indidit, ex cuius diligenti

Gazæus. Gen. 1. 15.
Euseb. Cæs.
Sarisber.
Sirenius.
Sixt. Senens.
Pereira.
Ribera.
Castro.
Lorin.
Prado.
Alapide.
Basil.
Philo.
Augustin.
Damascen.
S. Thom.
& alij.

dilligenti contemplatione, & repetita sæpiùs experientia hæc sobriè, & per modestas coniecturas, deduci vtcumque possint; sed liberos hominum actus, contingentium futurorum euentus cum voluntatis indifferentia coniunctos signis delineasse cælestibus vnde haustum? Futiliter ergo & somniatoriè id perhibetur; tamen etiam concedamus hoc verum esse: at quis non dicam Astrologorum versantium in terris, sed ne inter spiritus vniuersos etiam optimos illos eam penetrare Scripturam queat ingenij præstantissimi, quamuis solis viribus? itaque à Deo, cui tantùm competit futurorum liberorum prænotio, eorundem reuelare scientiam oporteret; hoccine ille passim Astrologis iudiciariis manifester, hominibus, vtique, quos, vt grauissimè effatur Vrbanus VIII. constitutionis latæ contra illos §. 1. *vti homicidas, & maleficos antiquitas æstimauit?* abeant igitur ista nullis subnixa fundamentis?

84. *Quæstio.* Indagemus quæ potiora sint, an si Astrologus aliquid affirmat de fortuitis casibus, aut de euentibus à libero pendentibus arbitrio, non tanquam certum aliquid de eis pronuncians, sed dicens solùm verosimiliter inferri, & eam probabilitate aliqua, non hac, quamuis adiuncta limitatione, grauiter peccabit?

*Respondetur.* S. Thom. Respondet S. Thomas 2. 2. quæstione 95. articul. 5. in corpore, sub his verbis: *Si quis ergo consideratione astrorum vtatur ad præcognoscendos futuros casuales, vel fortuites euentus; aut etiam ad cognoscendum per certitudinem futura opera hominum; procedit hoc ex falsa, & vana opinione, & sic operatio Dæmonis se miscet; vnde erit diuinatio superstitiosa, & illicita;* vides exigere S. Doctorem *certitudinem* asseuerationis? aut *etiam ad cognoscendum per certitudinem futura opera hominum*; non igitur condemnat si probabiliter tantùm Astrologus iudicium ferat etiam de liberis hominum actibus; sic etiam Caietanus ibidem in fine commentarij. Petrus Nauarra lib. 2. de restitutione, cap. 2. num. 28. Toletus lib. 4. cap. 15. Valentia 2. 2. disputatione 6. quæstione 12. puncto 3. §. *iam verò*, &c. Delrio lib. 4. de Magia, cap. 3. quæstione 1. conclusione 3. Christophorus de Castro lib. 1. Isagogæ ad Prophetas minores, cap. 8. quibus suffragatur Index probibitorum librorum Tridentini regula 9. inquiens: *Episcopi verò diligenter prouideant, ne Astrologiæ iudiciariæ libri, tractatus, indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitisvè casibus, aut iis actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certò aliquid euenturum affirmare audent; permittuntur autem iudicia, & naturales obseruationes, quæ nauigationis, agriculturæ, siue medicæ artis iuuandæ gratia conscripta sunt;* ecce prohibet solùm, *ne certò aliquid euenturum affirmare audeant?* Verùm post Sixti V. editam constitutionem fas non est de operationibus ab humana voluntate prodeuntibus quouis modo iudicium astrologicum statuere, quanquam seriò protestetur, non certi aliquid & infallibilis se polliceri, sed quæ probabili nitantur coniectura solùm, verba enim Pontificis admodum perspicua sunt, quippè damnat, *in posterum exercentes, aut facientes iudicia, & natiuitates hominum, quibus de futuris contingentibus, successibus, fortuitisvè casibus, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid euenturum affirmare audeant; etiamsi id se non certò affirmare asserant, aut protestentur.*

Caietan. Nauarr. Tolet. Valentia. Delrio. Castro.

Nec tamen Sixtinæ constitutioni quòd repugnet asseruere nuper relati Doctores, Sixtus enim Pontifex eos solùm notat qui ex astrorum tantùm cognitione de futuris liberis sententiam etsi probabilem, non autem certam pronunciant; enumerati verò Scriptores loquuntur de Astrologo, qui non ex stellarum tantummodo influentiis, sed ex temperamento personæ, eius inclinatione aliisque circumstantiis verosimiliter & timidè solùm statuit; vnde loco memorato rectè Caietanus; *hæc enim* Caietan. *si ad certitudinem cognitionis contingentium ordinentur, diabolica, & damnata sunt: si autem fiant ad coniecturam habendam naturalium inclinationum, prohibita non sunt;* quamobrem præfata cum limitatione non incurrere Astrologum pœnas à Sixto V. assignatas, nec eius opponi censuris, edocent passim recentiores Theologi. Suarez tom. 1. de Religione, lib. 2. de super- Suarez. stitione, cap. 11. num. 12. Lessius lib. 2. cap. 43. Lessius. dubitatione 6. num. 41. Sanchez lib. 2. summæ Sanchez. cap. 38. num. 33. Filliucius tom. 2. tractat. 24. Filliucius. cap. 4. quæsito 6. num. 93. Fagundez in Deca- Fagund. logum lib. 1. cap. 38. numer. 6. Bonaciua in 1. Decalogi præceptum, disputatione 3. quæstione 5. puncto 3. numer. 12. Diana reso- Diana. lutionum 4. parte, tractat. 7. de pœnis delictorum, resolutione 17. Sousa in Aphoris- Sousa. mis inquisitorum, lib. 1. cap. 48. numer. 15. Cæterùm aduertunt rectè ex nominatis Magistris plerique grauiores, & cum eis Salas Salas. tom. 1. in 1. 2. quæstione 9. articul. 5. tractat. 5. disputatione 2. sectione 8. numer. 81. non infrequenter accidere, vt quæ Astrologus ex syderum obseruatione haurire valeat de temperamento, & inclinationibus hominum, tam dubia & incredula euadant, vt suspicionem tantùm generent, non verò ad coniecturam, vel cognitionem probabilium ascendant; quo casu, qui ex tam leui fundamento probabilem ferret assensum de euentis fortuitis, aut pendentibus à libero arbitrio, decernunt lethali obnoxium culpæ, quin etiam & Sixti V. violare constitutionem.

Benè hucusque; sed scrupulus ille leniendus, vnde proueniat, vt non rarò, quæ iudiciarij Astrologi prædixerint, eum contigerint in modum, vt ab eis priusquam accide- 85. *Vnde notitia futurorum verum, quæ interdum accidunt, Iudiciarij hauriant.* rent, prænunciata fuerunt? quo in genere singulare est illud, quod Petrus Antonius Beuter sacræ Theologiæ Professor, libro, quem intitulauit, annotationes decem in sacram Scripturam, edito Valentiæ anno 1547. annotatione 3. memorat pag. 41. videlicet, Ioannem Liecbtembergensem edidisse Prognosticum anno 1502. in quo prognosticat non pauca ex his, quæ contigerunt ab anno 1484. vsque ad annum 1567. & clarè satis Romæ direptionem, & Regis Galliarum captiuitatem; quod Prognosticum à se perlectum affirmat, & fragmentum exscriptum; meminit itidem Prognostici eiusdem Michael de Medina lib. 2. de recta in Deum fide, c. 1. pag. 24. §. *decem Astrologi*, &c. Respondeo, prædictiones Astrologorum

nonnunquam solo casu accidere vt adimpleantur, vt cuius hominum generi contingere possit quod temetè aliquis effutiuit præter expectationem, sortiti optatum exirum; aliqoando etiam ex astutia, & prudentia humana dioinant; verbis quoque generalibus, & ambiguis vruntur, vt quodcumque eueoerit; io illis locum babeat; postremò si quid mage insolitum, & quod hominum industriam vincat, enunciat respondétque prænotioni euentus, Dæmon se tunc insinoat vel tacitè, vel apertè inuocatus; has esse vias horum faridicorum Diaboli præcipuè subnixas ope obseruat
Augustin. Augostinus lib. 7. coofessionum cap. 6. lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 23. lib. 2. de Genesi ad litteram cap. 17. libro de diuinatione Dæmonum, cap. 3. & 4. quæ fusiùs
Alexand. esplicat noster Alexander de Angelis, lib. 4. contra Astrologos, cap. 28. & sequentibus;
Sixt. V. luculentè idem complexus Sixrus V. coostitutione promulgata aduersùs iudiciarios propè initium ita differens: *Nec verò ad futuros euentus, & fortuitos casus prænoscendos, (futuris euentibus ex naturalibus causis necessariò, vel frequenter prouenientibus, quæ ad diuinationem non pertinent, duntaxat exceptis,) vlla sunt vera artes, aut disciplina, sed fallaces, & vana improborum hominum astutià, & Dæmonum fraudibus introducta, ex quorum operatione, consilio, vel auxilio, omnis diuinatio dimanat; siue quòd expresiè ad futura manifestanda inuocentur, siue quòd ipsi prauitate sua, & odio in genus humanum occultè, etiam præter hominis intentionem se ingerant, & intrudant vanis inquisitionibus futurorum, vt mentes hominum perniciosis vanitatibus, & fallaci contingentium prænunciatione implicentur, & omni impietatis genere deprauentur; quæ quidem ipsis cognita sunt, non diuitate aliqua, nec vera futurarum rerum scientia, sed naturæ subtilioris acumine, & aliis quibusdam modis, quos hominum obtusior intelligentia ignorat; quamobrem dubitandum non est, in huiusmodi futurorum contingentium, & fortuitorum euentuum inquisitione, & præcognitione, Diaboli operationem se fallaciter immiscere, vt sua fraude, ac dolis miseros homines à via salutis auertat, & laqueo damnationis inuoluat.* iam quod ad illud Prognosticum Ioannis Liechrembergensis Astrologi iudiciarij spectat, Beuter & Michael de Medioa, à quibus eius analecta accepimus, admonent, incidisse eum in quasdam Prophetias S. Brigittæ, aliàs Sibyllæ Cretensis, nec non quasdam Ioachimi Abbatis cum noonullis Eremitæ coiusdam Reynardi Lothatdi, bas vt minus cognitas Prognostico inseruit; quamobrem eis acceptum referendum quicquid verè accidit, oon autem Astrologi prænotionibus. Certè nihil vetat Deum viris, aot fœminabus sanctitate illustribus futurorum temporum dispositiones, & mirandos casus reoelasse; hæc illi dum vitæ spiritalis ducibus communicaot siue per scripiom, seu colloquutione eum in finem, vt veras prophetias à falsis discetnerent, Dæmon haurire eadem potuit, vtpotè externis sigoificata modis, ab eo autem Ioannes ille instrui potuerat. Cùm igitur spiritus nequam earum prænunciationum Magister esse valuerit, noo est quod artis ipsius præstantiæ tribuamus similium gestorum aoticipatam notitiam.

---

## Sectio XII.

*Angelis vera locutio, an miraculosa? Num sermocinantur ex eo, quòd vnus alteri suum velit manifestari conceptum? Utrùm in via positi strictè mentiri potuerint? Angelorum loquutio signis spiritualibus ex placito significantibus rectè declaratur. Idioma huiusmodi num generale & vnicum.*

Ostendimus Dæmonem eò quòd vera fu- 86.
turorum prænortone orbatus esset à natura, neque mentium arcana penettare valeret quantumcumque ingenij omoi robore niteretur ea perscrutari, ad malas & perniciosas coouersum artes præstigiis, & incantatiooibus dementasse longo tempore maximam hominum pattem, dum fallacibus persuadet modis sibi vim esse occulta quæuis reuelandi, nec eius latere perspicaciam futurorum seculorum euentus; quæ vniuersa quanquam mendacia esse ostenderimus, tameo illud à nobis meritò tequiratur, si oullus Angelus etiam bonus alterius Angeli cogitationes, neque voluntatis decreta iotueri valeat; igitur sibi tantùm cogitabit omnis Angelus, & in tam beato sodalitio societatis, & amicitiæ gratia, hæc euim communicatione nutritur, defutura est. Porrò Aogelos loquutionibus, & sermooe patefacere conceptus suos, diuinæ sæpiùs admonent litteræ, Isaiæ Isai. 6. 3.
cap. 6. de Seraphin, vers. 3. *& clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus*, &c. Zachariæ Zach. 2. 3.
cap. 2. vers. 3. *& ecce Angelus qui loquebatur in me, egrediebatur*, &c. Corinth. 1. cap. 13. 1. Cor. 13. 1.
vers. 1. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum*, iudæ epist. vers. 9. *cùm Michael Archan-* Iudæ v. 9.
*gelus, cum Diabolo, disputans altercaretur de Moysi corpore*; Græcè διαλέγετο, hoc est, *dissereret*, vel *sermocinaretur*; Patrum loca expendit Sua- Suarez.
rez lib. 2. de Angelis, cap. 26. à num. 2. docet S. Thomas 1. parte, quæstione 107. articol. 1. S. Thom.
& quæstione 9. de veritate, articul. 4. Sed ecce vt loqui inter se Angelos oon sit denegandum, interrogo, an hæc sermocinatio naturalis reputanda, vel miraculosa? Equidem sopernaturalem esse docet impossibilitas io Angelo *Angelorum*
alieni adipiscendi secreti, non enim omni in- *locutio qualis*
dustria, omnibus viribus sui ingenij arcana so- *sit.*
ciorum detegere potest dum meotis iotra claustra latent; quare S. Thomas quæstione 8. de S. Thom.
veritate, articul. 13. in corpore inquit, *motus autem voluntatis alterius non potest Angelo notus esse naturali cognitione*, quem exponens Capreo- Capreol.
lus in 2. dist. 8. quæst. 1. art. 2. ait: *cui non conuenit*

altius

*actus primus , neque actus secundus ; sed Ange-*
*lus non habet naturaliter actum primum respectu hu-*
*ius actus secundi , qui est cognitio propria , & distin-*
*cta voluntatis alterius ; ergo ignorat illam. Mi-*
*nor probatur ; quia species intelligibiles intellectus*
*Angelici non sunt naturaliter repræsentatiuæ pro-*
*priè & directè motuum voluntatis alienæ* ; quam
eius argumentationem laudat , & sequitur
Suarez. lib. 2. de Angelis Suarez cap. 23. numer. 18.
Si igitur naturaliter accidere nequeat , vt Mi-
chael conceptus internos Gabrielis cognoscat,
aut Gabriel arcana Michaelis ; ergo inter Mi-
chaelem & Gabrielem naturaliter sermo , aut
loquutio esse non potest : nam loquutionis
vnica meta pandere effossos mente conceptus,
sed horum conceptuum manifestatio natura-
liter repugnat ; igitur & implicat sermo atque
idioma , quoniam sermocinatio nihil aliud
est , quàm reuelatio conceptuum intus abscon-
ditorum ; ex alia verò parte durum appareat
non posse Angelos nisi per miraculum inter se
colloqui ; ponamus enim , aut in pura natura
relictis , vel ad finem supernaturalis beatitu-
dinis euectis longa merendi spatia data esse , vt
Rempublicam conficiant , leges , & Magistra-
tus ordinent , politicam disponant interim dum
peregrinantur à Domino , vt genus humanum
fecit ; quónam pacto hæc confici possint abs-
que linguarum adminiculis ? quónam se com-
municare modo , idiomatum carentes bene-
ficio ?

87. *Num sermocinantur ex eo, quòd vnus alteri suum velit manifestari conceptum.*
Harum difficultatum prima conciliatio est;
si quidem Rector mundi , id expostulante tum
vniuersi perfecta gubernatione , tum creaturæ
rationalis libero iure in mentis suæ arcana , de-
creuit , Angelorum nemini , aut species , aut
concursum tribuere ad secreta aliena pene-
tranda , sed tamen hoc statutum , quòd in fa-
uorem libero pollentium arbitrio latum est,
inconcussum eatenus voluit , quatenus ratio-
nali prodesset creaturæ : intellectu autem , &
voluntate præditæ creaturæ duo potissimum
exigebant. Primò , vt suos velare , & tegere
conceptos possint , & ne in mentis arcem per-
rumpere externis fas esset. Secundò , ipsis vo-
lentibus animi patefacere arcana , id quoque
liceret ; his gaudet priuilegiis homo , hoc se
munere lætatur affectionum suarum integrè
dominum ; quid enim iucundius secretorum
libera manifestatione , aut clausura , hoc est,
demum cordi imponere , illuc quem velis ad-
mittere , quem cupias excludere : non autem
deterioris conditionis præstantissimum Ange-
lorum naturam fuisse oportebat. Hos ergo ob
titulos spirituum exposcebat essentia , quoad
ipsi significassent omnium creatori Deo se vel-
le cordis reserare valuas. exempli gratia Ga-
brielem Michaeli , debuisse eas imperuias esse;
non autem poterant claudi nisi ob denegatas
species , quibus Michael Gabrielis cogitatio-
nes peruideret , aut vt haberet species gene-
rali subtracto concursu , ne in actum secun-
dum prorumperet. Sed quanquam hac consi-
derata via Deum species infundere Michaeli,
vel concursum suppeditare ad penetrandum cor
Gabrielis extra naturam , vel supra eam esset;
altero tamen perspecto titulo id rerum natu-
ris , & ordinatæ mundi dispositioni consen-
taneum fuisset : petebat namque Gabriel vt
animi sensa detegere possit , vt indicare men-
tis recessus quibus placeret libuisset : quomo-
do autem efficaciter intelligi à Michaele exo-
ptare posset , si Gabriel eum absque miraculo
propter defectum concursus , aut specierum,
percipere non valeret ? Itaque hæ causæ re-
quirebant ex iure naturæ Michaeli perceptu-
ro species donari , concursum tribui gene-
ralem. Numinis igitur habenda erit quæstio,
vtrùm locutio Angelica , quæ his superædi-
ficatur molibus & fundamentis , purè natu-
ralis , an ex parte miraculosa dicenda sit ?
Vtcumque de voculo altercatio instituatur , ex
præfatis rectè deducitur lingua præstare An-
gelos , locutione & sermonibus gaudere : quid
enim aliud est locutio quàm conceptuum re-
uelatio aliis ? Gabriele igitur significante Deo
se velle Michaeli cordis detegere penetralia,
Michael à Numine speciebus & concursu ful-
citur , quibus perspicit cogitationes Gabrie-
lis , rursúmque se Michael pandit Gabrieli
mentis aperto ostio : haurientes igitur alte-
rutrum quod fundo cordis latebat , collo-
quuntur omni rigore ; quæ est Angelici Do- S. Thom.
ctoris sententia 1. parte , quæstione 107. arti-
cul. 1. in corpore ; *ex hoc verò quòd conceptus*
*mentis Angelicæ ordinatur ad manifestandum al-*
*teri per voluntatem ipsius Angeli , conceptus men-*
*tis vnius Angeli innotescit alteri , & sic loqui-*
*tur vnus Angelus alteri. Nihil est enim aliud*
*loqui ad alterum , quàm conceptum mentis alteri*
*manifestare.* Sequuntur B. Thomam Valen- Valentia,
tia 1. parte , disputatione 8. quæstione 4. pun-
cto 2. §. *sexta igitur* , &c. Suarez lib. 2. de Suarez.
Angelis , cap. 27. à numer. 32. Lessius lib. 2. Lessius.
de summo bono , cap. 10. numer. 68. Mæra- Mæratius.
tius tractatu de Angelis , disputatione 34. se-
ctione 8. Tannerus tom. 1. disputatione 5. de Tannerus.
Angelis , quæstione 4. dubitat. 3. à num. 14.
Granado tractat. 5. de Angelis , disputatione 4. Granado.
sectione 1. numer. 2. Raynaudus in Theolo- Raynaudus.
gia naturali , distinct. 4. quæstione 1. artic. 7.
numer. 138. Ludouicus de Torres de Angelis, Torres.
disputatione 68. dubitat. 4. Hurtado Meta- Hurtado.
phys. disputatione 12. sectione 4. §. 31. Ar- Arriaga.
riaga tom. 2. in 1. parte , disputatione 12. se-
ctione 4. numer. 25. Martinon in 1. parte , dis- Martinon.
putatione 39. sectione 7. numer. 76. Auersa Auersa.
quæstione 59. sect. 1. §. *tandem alio modo* , &c.
Caspensis tractatu de Angelis , disput. 2. sect. 6. Caspensis.
num. 61.

Scio non omnes eodem gradus tramite respe- 88.
ctu productionis specierum , quarum ope Mi-
chael exempli causa Gabrielis cogitationes in-
tueretur postquam Gabriel consensit vt Michae-
li affectus eius innotescerent ; nam eas à Ga-
briele produci quidam contendunt ; alij Deo
soli productionem adscribunt. Sunt etiam qui
statuunt de nouo haud emergere , sed à prin-
cipio creationis imbibitas Angelis dici queat,
cùm accidit Angelos intra eos approximationis
limites existere , vt ipsi influere valeant , eos siue
per suas concurrere substantias , siue per species
quas producant : quando autem in tantum di-
stant vt agere eis non sit possibile causam pri-
mam tunc defectum supplere , & per omnipoten-
tiam extrinsecè , siue per infusionem specierum
de nouo productarum cooperari ; sed de hoc liti-
gio , & aliis , videlicet , num locutio ad intellectus

potius, quàm voluntatis actum spectet? quo pacto [e]xcitetur ad percipiendum Angelus siue pluribus intentus, seu procul separatus? quo more cum vno Angelo materiæ secretò peragi valeant nihil percipientibus aliis circum adstantibus? legantur recensiti per nos Scriptores; cùm enim de nomine solùm videantur esse non paucæ harum controuersiarum, immorandum eis non est; illud tangendum nihilominus, quoniam de eo suum ferre iudicium plerique omiserunt, num iuxta præfatam opinionem, Angeli extra beatitudinem positi in via, in qua & honestè & prauè operari queant, etiam mentiri possint, & cordis affectus non solùm ambiguis, sed etiam falsis obuelare integumentis? Negant secundùm iacta hactenus fundamenta Angelis mendacium Granado tract. 5. de Angelis, disputatione 4. sectione 3. num. 19. Mastrius disputatione 34. sectione 11. Arriaga disputatione 12. sectione 5. obiectione 1. Sed huic pronunciato Ioannis obstat testimonium cap. 8. vers. 44. *Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere; ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo; cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius;* sed non habere veritatem arguit in mendacio promptum, loqui mendacium est strictè mendacem esse; igitur Angelos mentiri non repugnat. Deinde, si animi sensu inuolucris dissimulare non possent, non solùm hæc imminutio secreto tegendo, sed politicè viuentibus, & vt supponimus, extra beatitudinem longum agentibus, nocumento fuisset, detecta enim cordis malitia odiorum, & discordiæ nasceretur materia, quam amphibologiæ & mendacia occultassent; verùm Ioannis ex sententia nihil conficitur, non enim scopus est de Angelorum inter se colloquutionibus, sed de artibus, quibus genus humanum Satan decepit; *ille homicida erat ab initio*, scilicet ab ea periodo, qua primi mortales conditi sunt, qui cùm aduersarij suggestione peccassent, inuidia Diaboli mors peccati, nempè stipendium, introiuit in Orbem terrarum, quin & mox Abel obtruncatus est; sermo est igitur de iis, quæ inter Dæmonem sub assumpto corpore, & Protoplastos transacta sunt, quibus corporea voce loqui potuit, proinde & mentiri, verbis aliud simulans, quam quod animus moliretur: Dæmone autem iuxta suæ naturæ proprietates considerato, siquidem mendacium pro eo accipiatur vt sit falsum dicere, in errorem velle ducere alios, sic Diabolus mendax erit; potest enim suæ naturæ relictus fecisse hoc, aut illud, & negare postea id à se perpetratum. Potest negare Dei scientiam, bonitatem, aliudve attributum, debitum ei cultum, & significare aliis se ita existimare de perfectionibus diuinis, quo eius in dicendo authoritate, aut fictis argumentis seducerentur; & quidem tales nos apud homines nuncupamus fallaces & mendacissimos: rigorosa tamen mendacij etymologia vendicat vt externa prolatio menti contradicat, est enim contra mentem ire, vt si Petrum summopere à me diligi verbis significem animo in eius perniciem dira quæque intentante: sed vnus Angelus alteri nunquam potest aliud, quàm quod mente reipsa habet, manifestare; fac enim Gabrielem Romam profectum, & id postea negate; petit Raphaeli hunc actum manifestari, quo cognito, falsum quidem Gabriel Raphaeli loquitur, sed non mentitur ei; quia tunc in mente hoc solùm habet, quòd Romam non perrexerit, actus quidem falsus est, cùm verè Romam tenuerit, sed non est mendacium, quia non obpalliat re aliqua actum illum suum mentalem, quo adstruit Romam à se non fuisse visam, sed eum manifestat & patefacit; & cum hac declaratione percipitur Angelum non posse mentiri in loquutione sua: non est autem idiomatis hic defectus, sed encomium; ideo enim contingit, quia in actibus vitalibus intelligendi, & volendi fundatur, quibus in genere repræsentationis atque expressionis nihil sublimius.

*Vtrùm in via positi strictè mentiri potuerint.*

*Granado.* *Mastrius.* *Arriaga.* *Ioann. 8.44.*

*De Mendacij etymon.*

89. Altera opinio est, quæ Angelorum loquutionem in signis quibusdam spiritualibus constituit, quæ vocibus nostris corporeis respondent. Nam quemadmodum hæ accedente eis significatione repræsentant externè conceptus nostros, & secreta animi publicant; simili forma verba illa spiritualibus fundata qualitatibus Angelorum cogitationes diuulgant; atque vt modò abstrahamus, num possibilis sit qualitas intellectionis non habens rationem, quæ hoc, illudve natura & entitate sua repræsentet, scopo nobis præfinito satis est ex impositione & ad placitum significare; & sanè quemadmodum littera veteris Testamenti Patriarcharum gesta continens, & Hebraici populi varias transmigrationes, figuræ & symbola sunt ex Spiritus sancti ordinatione, Christi, Apostolorum, Ecclesiæ Sacramentorum, animæ iusti, & aliorum charismatum, quibus lex Gratiæ superexcellit, ita vt qui impositionem probè tenuerit, in historicis illis tanquam characteribus, & emblematis mystica hæc legens percipiet; ad hanc simul formam, qualitatibus spiritualibus, seu huic soli ministerio productis, seu alia pariter habentibus officia, Deus hoc superaddere potuit, vt res quaslibet denotarent, sic vt alia qualitate leo, alia equus, alia canis repræsentaretur, vel eadem diuersimodè sumpta; certè vt omittamus intellectiones Angelicas, voluntatis diuersos affectus, habituum, & specierum multitudinem, eandem ex sola vbicatione non dicam tot spirituum, quorum copiosissimus numerus est, sed cuiusque singularis idioma confici potest, nam qui recenseat quantis vbicatio distingui formis possit, siue realibus, seu imaginariis? quot relationes distantiæ, quot propinquitatis fundare valent: Deum autem si ita expedire censeat, quidnam vetat, vt symbolicè, Hieroglyphicè, alphabeticè eiusmodi repræsentent vbicationes? penes ipsum impositio est, huc ex placito adscripta, significatiuæ erunt vocum nostrarum instar; quamobrem licet hac vti de facto loquutione Angelos negent, eam tamen possibilem esse rectè obseruarunt Arriaga tom. 2. disputatione 12. sectione 1. num. 3. Auersa 1. parte, quæst. 59. sectione 1. §. *Item non*, &c. Mihi tamen persuasum est, de facto illos per signa ad placitum spiritalia conceptus exprimere, & hanc esse geminam Angelici sermonis normam: nec quidem in altera illa sententia

*Angelorum locutio signis spiritualibus ex placito significantibus rectè declaratur.*

*Arriaga.* *Auersa.*

sententia ægrè percipitur quonam modo Angelus citra miraculum loqui valeat? Nam differere Gabrielem cum Michaele, est velle Gabrielem vt mentis suæ arcana Michaeli innotescant; sed non potest hoc naturaliter efficaciter velle: igitur nec loquutionem intendere. Minor liquet; non enim Gabriel potest naturaliter efficaciter optare quod naturaliter impossibile est; sed impossibile est naturaliter Michaëlem cognoscere secreta Gabrielis, solus enim Deus scrutator cordium est: igitur impossibile est, Gabrielem naturaliter efficaciter desiderare Michaëli effectus suos reuelari, quando repugnet iuxta naturæ ordinem penetrari à Michaële; ergo Angelos naturaliter loqui implicantia est. Hoc autem non laborant scrupulo, qui Angelorum dialectum signis ad placitum spiritualibus fundant; non enim curant, si Deus Michaëli speciem infundat, vt cogitationes Gabrielis intueatur, quoniam ad percipiendam mentem Gabrielis tanta diligentia non est opus, sufficit enim verba quæ Gabriel pronunciat intelligi à Michaële, per quæ naturaliter cordis arcana manifestat. Deinde, secundùm præfatam opinionem saluati nequeat in statu, quo supponeretur extra beatitudinem communitatis, aut Reipublicæ Angelorum, mendacium strictè conceptum; & quanquam id laudi potiùs aliquis vertat, sed idem argumentum conficitur de æquiuocatione & amphibologia, quibus etiam non esset locus, sed quemadmodum his vtendi sæpè iusta causa est, vt expendit Sanchez lib. 3. in Decalogum cap. 6. num. 18. ad salutem corporis, honorem, rem familiarem tuendam, & alios virtuosos actus sic rarò caruisse remedio deinde esset. At reducto idiomate ad spiritualia verba qualitatum ex placito significantium ea facilitate, qua homines æquiuocationibus vtuntur, Angeli quoque suam integere ambiguis phrasibus mentem potuissent, de his, illisve interrogati rebus, quod eis non minori vtilitati fuisset, quàm nunc hominibus sæpè contingit esse.

Sanchez.

90. Hac se eloquentes lingua simul ac creati fuere, Angeli senserunt, Deus enim statim notitiam infudit; quanquam verò definiri nequeat, vtrùm, cùm decies centena millia Angelorum famulentur Numini, hoc est, multitudo penè infinita, an omnium labia vnum sint, an idiomatum distinctio & varietas? nobis quodcumque adstruatur, haud multùm officit. Ponamus vno eodémque sermone donatos vniuersos ab initio, dices hinc sequi, vt nullus alterum secretò alloqui posset, nemo solitariè precari, sed velit nolit continuò atque loquatur, ab omnibus percipiendum, nec enim distantia remorantur Angeli, quin animaduertant sermocinaturos, quin audiant; quòd si his accedat vt vocum eos significatio non lateat, percipient quæcumque dicantur: his tamen respondere valemus, Deum quamuis vno tantùm idiomate Angelos erudiuerit, & ad publicas Numini cantandas laudes, ad communia negotia, ad solennes quasque materias illo vtantur; tamen reliquisse ipsis, vt cùm loqui sine arbitris cupido fuisset, nouas ipsi formarent voces, nouas cifras; sic & apud nos homines lutea vasa, & qui comparati Angelis tanquam sus ad Mineruam reputamur, tamen commune idioma,

*Idioma huiusmodi num generale, & varium.*

communem Scripturam ita obtenebramus, vt ab iis solùm percipiamur, quibus copiam facimus nouæ verborum, aut litterarum dispositionis; sanè quidem vt spiritalia illa signa ex eoitate, & natura sua repræsentarent significanda, alios latere Angelos quid exprimerent, vix fieri possit, cùm eorum naturas perspectas haberent; cæterùm num Gabrieli placuerit vt verbum idiomatis communis, quo homo, aut leo designabatur vrsum, vel canem denotaret ad finem particularis colloquij sui, vnde Raphael, aut Michael hauserint nisi ipse, cui ita placuit, manifestet? Porrò alij vt saluent, quemadmodum secretò Angeli inter se conferunt, quæ aliis patere nolunt, adstruant non solùm cuique speciei diuersam communicatam linguam, sed cùm intra eandem speciem plura reperiri indiuidua autument, cuique singulari Angelo peculiare infusum idioma arbitrantur; sed per me, si quis contendat maioris esse pulchritudinis linguarum aliquam varietatem & copiam supponere, quàm vnico tantùm sermone loqui, habeat cogitationis quod velit solatium, & verò Apostolus plurali verbo vsus est, priori ad Corinth. cap. 13. vers. 1. *Si linguis hominum loquar & Angelorum*; at eam ob causam multiplicare idiomata, vt secretum tegere Angeli valeant, & non nisi his solùm communicare, quibus voluptas, aut conuenientia est, nihil necessarium est, quando quisque sibi notas & cifras, & varia ænigmatum genera formare valeat arcani velamenta. Paulus etiam non vnam tegnare linguam denotans de his particularibus, quas sibi quisque fabricauit spiritus ad secreta colloquia, interpretari queat; hoc prout à nobis explicata tradidisse visus B. Thomas sectione 1. in cap. 13. primæ ad Corinth. vers. 1. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum*, &c. dum ait; *est enim in quolibet Angelo aliquid, quod naturaliter ab altero Angelo cognoscitur; dum ergo id, quod est naturaliter notum, proponitur vt signum eius, quod est ignotum, manifestatur occultum, & talis manifestatio dicitur locutio ad similitudinem hominum, qui occulta cordium manifestant aliis per voces sensibiles, aut per quodcumque aliud corporale exterius apparens; vnde & ea, quæ sunt in Angelis naturaliter nota, in quantum assumuntur ad manifestationem occultorum, dicuntur signa, vel nutus; potestas autem manifestandi conceptum suum hoc modo metaphoricè lingua nominatur*; verùm quud in Angelis naturaliter cognitum est socius spiritibus, non sunt actus ipsorum interni, quos naturaliter penetrari repugnat: igitur est idioma nutibus, aut signis ad placitum spiritibus fundatum nostris æquiualens vocibus; & his omninò conformia scripseras idem S. Doctor in 2. sentent. distinct. 11. quæstione 1. in corpore, articul. 3. quod etiam subiudicauit OEcumenius in nominatæ ad Corinthios epistolæ verba, capite suæ diuisionis 8. Sed clarius Bruno Pater Carthusiæ in eundem Pauli locum: *Non quòd Angeli linguis loquantur, sed quibusdam signis alteri alter voluntatem suam significat*; & Anselmus; *lingua verò, quibus si alij loquuntur aliis, intelliguntur aliqui motus, vel interiores motus, per quos intimant sibi vicissim quod voluerint*; queis similia apud Glossam ordinariam; scholasticè autem conclusionem defendunt,

1. Cor. 13. 1.

S. Thom.

Idem.

OEcumen.

Bruno.

Anselm.

Gloss. ord.

Ægid. Argent. Gregorius. Marsil. Molina. Albertin. Alarcon.

Ægidius in 2. dist. 10. quæst. 3. in resolutione art. 1. Argeotina ibidem quæst. 1. art. 2. Gregorius in 2. etiam dist. 9. quæst. 2. Marsilius quæst. 7. art. 2. & ex iunioribus Molioa in 1. p. quæst. 106. art. 1. disput. vnica, secuoda conclusione. Albertinus tom. 1. quæst. 11. corollario 11. à num. 9. Alarcoo tractat. 6. de Angelis, disput. 4. cap. 6. num. 8.

---

## Sectio XIII.

*Prophetiæ vox multiplicis significationis? cognitio Prophetica an strictè de futuris tantùm? Prophetiæ celeberrima nomina, verbum, visio, onus, quibus differant modis? loquutionis Propheticæ species, externa, imaginaria, intellectualis. Propheticus somnus ecstaticus rationis, & arbitrij vsum non tollit: Prophetæ in amentiam non rapiuntur, sed cum iudicio vaticinantur: Prophetia actus modò euidens, modò obscurus: Prophetia alia præscientiæ, alia comminationis; quod earum discrimen? Ionas, quo pacto vera loquutus de Niniuæ desolatione? Reuelationibus priuatis cautè fides adhibenda? quibus regulis falsas à veracibus secernas?*

91. PErspeximus, qualisnam Angelicæ locutioois norma, qua ea omnia naturaliter declarant, quæ ingeoij natiuis assequuntur viribus; erigamur modò supra naturam, supra rationalis creaturæ vtrumque nobilis, intelligendi industriam, feramur io mysteria supercælestia, & quóoam pacto arcana grandia spiritus perceperint alati, vestigemus; quoniam autem secretorum reuelatio, qoæ Angelis immediatè fit, & per hos ex commuoi lege, hominibus, prophetico maximè inoitiiur lumine, aperiamus, qualis hæc sit cognitio? qua declarata, patebit, quemadmodum de supernaturalibus obiectis cum Angelo, cum hominibus Numen loquatur. *Prophetia* vox ex Bibliorum vsu variè significat; celebriores interpretationes quatuor. Prima Scripturæ expositores, & verbi diuioi in concionibus ad populum denotat præcones; priori ad Corinth. c. 14. vers. 3. *Nam qui prophetat hominibus, loquitur ad ædificationem & exhortationem, & consolationem; qui loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui autem prophetat, Ecclesiam Dei ædificat.* Secunda, pro hymnodis, qui Deo laudes soluunt. & io canticis & iostrumentis mosicis psallunt, lib. 1. Regum cap. 10. vers. 5. *& cùm ingressus fueris vrbem, obuiam habebis, gregem Prophetarum descendentium de excelso, & ante eos psalterium, & tympanum, & tibiam, & citharam, ipsósque prophetantes*; de quibus non pauca lib. 1. Paralippon. cap. 15. vers. 22. & cap. 25. vers. 1. Quare Author cum nomine Ioannis Hierosolymitani tractatu de institutione Monachorum, cap. 10. inquit: *Scimus quidem in diuinis Scripturis non solùm appellari Prophetas illos, qui futura præuident, & prænunciant; sed etiam illos, qui ad hoc officium instituti sunt, vt scilicet cum instrumentis musicis deuotè Deum laudent, & illi psallant.* Tertia pro iis, quibus miracula patrare facultas concessa est, quos prodigia suspiciendos & admirabiles reddit; de Elisæi functi corpore huoc ob titulum, quòd mortuo vitam restituerit, Syracides Ecclesiastici cap. 48. vers. 14. *& mortuum prophetauit corpus eius.* De Ioseph Patriarcha idem cap. 49. vers. 18. *& ossa eius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt.* Quarta & stricta vocabuli acceptio pro occultorum præuidentia, & præootione, speciatim futurorum liberorum; qui alia dictionis significata exoptat, leget apud Christophorum de Castro lib. 4. Isagogæ io Prophetas minores, cap. 1. Delrium lib. 4. disquisit. cap. 1. quæst. 1. Suarez de fide, disput. 8. sect. 3. Hieronymum de la Rua tom. 2. variarum, controuers. 7. positiua dub. 3. Ioannem Franciscum Picum lib. 2. de rerum prænotione, cap. 1. Salmeronem tom. 1. Prologomeno 10. quinquagena 2. canone 35. atque hoc de nomine quidem. Solidior altercatio, an quarumcumque materiarũ declaratio, quas proprio marte Angelus, vel homo non coosequeretur, *Prophetia* strictè appellanda sit, sic vt omoia complectatur tempora, & quid fuit, & quod nunc extat, sed remotur, & quod venturum sit? vel tantùm dictio restringenda sit ad sequeotium ætatum casus. Cassiodorus Prologo in Psalmos cap. 1. ad præterita, præsentia, & nondum existentia distendit. Iunilius etiam Africanus lib. 1. de partibus diuinæ legis, cap. 4. Prophetiam definiens, *rerum latentium, præteritarum, aut præsentium, aut futurarum ex diuina inspiratione, manifestationem*; Idque Scripturæ exemplis, & testimooiis firmare contendit; prophani etiam Scriptores huoc tam latum ambitum vaticinationibus adscripsere; de Chalcante fatidico Homerus lib. 1. Iliados iuxta principium; *qui sciebat & præsentia, & futura, & præterita*; ad cuius oormam de Proteo Virgilius lib. 4. Georgicor. vers. 392.

*——— nouit namque omnia vates*
*Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.*

& Plautus in Amphitrione actus 2. initio, *quia id, quod neque est, neque fuit, neque futurum est, mihi prædicas.* Placidus quoque Lactantius, siue Lactantius Statij vetus scholiastes in 1. Thebaid. vers. 509.

*Salue prisca fides tripodum, &c.*

*Tripos, (inquit,) species est Lauri tres, habens radices Apollini consecratas, propter triplicem diuinitatis vim; nam & Sol præterita videlicet, & præsentia cernit, & futura visurus est*; alia dabit Iulius Sirenius lib. 7. de fato, cap. 1. & seqq. Verùm licèt reuelatio præteritorum exempli gratia, Orbis terrarum genesis, præsentium insuper cùm ita distaot, vt humaoo labore eorum consequi ootitiam impossibile ducatur, Prophetam eò magis commendent, quò de occultis ampliori luce præditus est, Scholastici tamen communiter D. Gregorio applaudunt, qui Hom. 1. in Ezechielem io principio, sic definit: *Prophetiæ tempora tria sunt, scilicet præteritum, præsens, & futurum; sed sciendum est, quòd in duobus temporibus Pro-*

Margin notes: *Tò Prophetia multiplex significatum.* — *Pro præconibus.* — 1. Cor. 14. 3. — *Pro hymnodis.* — 1. Reg. 10. 5. — 1. Paral. 15. 22. & 25. 1. — Io. Hierosol. — *Pro iis, quibus miracula patrare facultas.* — Eccli. 48. 14. & 49. 18. — *Pro occultorum prouidentia, & prænotione.* — Castro. — Delrio. — Suarez. — De la Rua. — Picus. — Salmeron. — *Cognitio prophetica an strictè de futuris tantùm.* — Cassiodor. — Iunil. Afric. — Homer. — Virgil. — Plautus. — Lactant. — Siren. — Gregor.

*phetia etymologiam perdit; quia, cùm ideo Prophetia dicta sit, quòd futura prædicat, quando de præterito, vel præsenti loquitur, rationem sui nominis amittit, quoniam non prodit quod venturum est.* Hinc Isidorus Hispal. origin. lib. 7. cap. 8. *Quos Gentilitas vates appellat, hos nostri Prophetas vocant, quasi præfantores, quia porrò fatur, & de futuris vera prædicit.* προφημι etiam Græcè, vnde προφητης, idem quod *præannuncio, & prædico*, videlicet rei, quæ nondum existat, futurum euentum; amplexatur eadem S. Thomas 2.2. quæst. 171. art. 3. in corpore; quod intelligendum rigorosè de futuris contingentibus, & à voluntate humana pendentibus.

Isidor. Hisp. — S. Thom.

92. *Prophetiæ celeberrima nomina, quibus modis differant.*

Prophetiæ celebriora quædā nomina in Scripturis frequenter occurrunt; nuncupatur enim sæpè *verbum*, multoties *visio*, crebrò *onus*; duo priora nomina eadem ferè cum significatione reperiri aduertit Delrius lib. 4. Mag. cap. 1. q. 2. sect. 2. alij meditantur Prophetiam vt à Deo est, & quatenus eam ipse inspirat, *verbum* appellari: si autem eam is cui facta est percipiat, & intelligat, tum *visionem* existimandam; certè id exploratum est non esse in hominum, vel Angelorum potestate, vt Deus eis futuros euentus reuelet, quare à Numine solùm est, vt loqui, & ab scondita manifestare ipsi placeat, hinc illa phrasis Ieremiæ cap. 2. vers. 1. *& factum est verbum Domini ad me, dicens*, &c. quæ etiam aliis vatibus satis familiaris est; quasi verbi ratio ad Numen specialiter referenda sit, vnde Hilarius principio expositionis in Psalmum 138. *Omnis quidem propheticus sermo ex diuini Spiritus instinctu profectus est, & hoc non in obscuro est cùm legimus: Hæc dicit Dominus; & iterum, audite verba Domini*, & rursum, *quoniam Dominus locutus est.* Similiter Eusebius Cæsar. lib. 2. de Ecclesiastica Theologia contra Marcellum cap. 18. *Sic apud Isaiam dicitur in principio, verbum Domini, ad Isaiam, sic ad Oseam, ad Ioel, & factum est verbum Domini, ita ad Michæam, & similiter ad Prophetas alios dicitur, factum verbum; voluit sacra hic Scriptura necessariò quidem, & exactè significare, quod in nulla Prophetarum existebat, quod ad quemlibet eorum factum est, vt cuiusque eius capax erat potestas, & cuiuslibet animæ suggerebat de suo spiritu conuenienter*; has differentias nominum *verbi & visionis*, recipiunt Salmeron Prologom. 10. quinquagena 2. canone 42. Ribera in cap. 1. Oseæ à num. 3. Christophorus de Castro lib. 3. Isagogæ ad Prophetas Minores cap. 8. equidem neminem latet Præceptorem discipulorum quempiam increpantem cùm eo tantùm sermocinari sermo percipiatur à circumstantibus, illi quidem materialiter solùm audiunt, formaliter verò tantùm is, ad quem reprehensio dirigitur; itaque verbum & locutio est ex parte suggillantis Magistri, sed auditio strictè non ex parte omnium, quorum aures dicta penetrat, sed eius solius, qui vituperatur; quod multò magis stabilitur Patrum doctrina ea, quæ adstruit ad rationem Prophetiæ non sufficere Deum aliquid manifestare, nisi is, cui Numen manifestat, assequatur mysteriorum, quæ repræsentantur, scopum, quam ob causam nec Pharaonem, nec Nabuchodonosorem, nec Caïpham, quanquam per eos Deus arcana reuelauerit, Prophetarum cœtui aggregant; ob hæc Augustinus lib. 12. de Genesi ad litteram cap. 9. *proinde, quibus signa per aliquas rerum corporalium similitudines demonstrabantur in spiritu, nisi accessisset mentis officium, vt etiam intelligerentur, nondum erat Propheta, magisque Propheta erat, qui interpretabatur quod alius vidisset, quam ipse, qui vidisset; itaque magis Ioseph Propheta, qui intellexit, quia significarent septem spicæ, & septem boues, quam Pharao, qui eas vidit in somnis*; & S. Gregorius dilucidè lib. 11. moral. in cap. 13. Iob, capite suæ diuisionis duodecimo; *vnde apertè subditur, & intellexi singula*, &c. *cùm enim aliquid ostenditur, vel auditur, si intellectus non tribuitur, prophetia minimè est; vidit namque Pharao per somnium, quæ erant Ægypto ventura, sed quia intelligere nequiuit quod vidit, Propheta non fuit*; eadem prohibet S. Thomas 2. 2. quæst. 173. art. 4. in corpore; hos itaque ob titulos locutio prophetica, quatenus à Deo tantùm egreditur, & actiuè se habet considerando productionem eius solùm, & meram à Numine dependentiam, *verbum* censeri potest: *visio* autem dici queat, cùm passiuè se habet, & audientem instruit; nec sufficit recipi in mente cognitionem aliquam, nisi ea, quæ reuelantur, sic innotescant, vt cum omni certitudine iis assentiatur; quanquam autem visionis dictio euidentiam, quin & intuitiuam denotet notitiam, hoc tamen minimè necessarium est, sufficit enim, licèt cognitio obscura sit, certissimam tamen esse, atque omnem excludere formidinem; hinc enim sequitur vt quanquam reuelata præsentia non sint physicè & reipsa, sed futura, tamen moraliter præsentia iudicantur, quia non minus securus est de infallibili eorum præstituto tempore existentia Vates, quàm si actu ea coram se intueretur; ob hanc igitur propheticæ notitiæ firmitatem, *videntes* appellatos Prophetas indicat S. Basilius Prooemio commentariorum in Isaiam, inquiens; *quapropter & Prophetæ à fronte videntes vocabantur, propterea quòd futura perinde quasi præsentia fuissent, prospicerent.* S. Leo Papa sermone 16. de passione Domini, cap. 1. *prima namque erigendi sursum nostri cordis est ratio, quòd ea, quæ etiam euangelica veritas enarrauit; voces Prophetiæ non tanquam gerenda, sed tanquam gesta cecinerunt*; maiori adhuc emphasi Augustinus enarratione 3. in Psalmum secundum, in illud, *Ego dormiui, & somnum cœpi*, &c. ante medium: *Hoc magis animaduertendum est, quemadmodum in vna sententia & præteriti temporis verbum posuit, & futuri; exsurrexi enim dixit, quod est de præterito, & suscipiet, quod est de futuro; sed in Prophetia benè miscentur futura præteritis, quo vtrumque significetur, quia ea, quæ ventura prophetantur, secundùm tempus futura sunt, secundùm scientiam verò prophetantium iam pro factis habenda*, &c. *Oneris* vocabulum tum vaticinationibus adiungitur, cùm eæ minarum plenæ sunt, & tristia atque horrida denunciant, Hieronymo expositore in cap. 23. Ieremiæ propè finem, in illud: *si igitur*, &c. *verbum Hebraicum* משא *massa, Aquila* ἆρμα, *id est, onus, & pondus interpretatur; Symmachus, LXX. & Theodotio, assumptionem. vbicumque ergo graue est, quod Dominus comminatur, & plenum ponderis, ac laboris, & imperabile, in titulo quoque* ἆρμα, *hoc est, pondus dicitur; vbicumque autem prospera Dominus pollicetur, siue post comminationem meliora promittit; ibi visio dicitur, vel certè verbum Domini*, &c. Prooemio etiam in Nahum Prophetam eadem tradit. Similia ad cap. 1. Nahum vers. 1. Remigius, Iulianus Archiepiscopus

Delrius. — Ierem. 2. 1. — Hilarius. — Euseb. Cæs. — Salmeron. — Ribera. — Castro. — Augustin. — Gregor. — S. Thom. — Basil. — S. Leo P. — August. — Hieron.

Toletanus, Lyra; vide Riberam, & Christophorum de Castro eodem loco.

93. *Locutionis Propheticæ species, externa, imaginaria, intellectualis.* Iam quibus modis propheticæ illuminationes contingant, respectu Angelorum quidem haud ita difficile est percipere; nam vel à Deo cognoscendorum species infunduntur, quarum ope perfectas, & indubitabiles notitias formant mysteriorum, quæ reuelata sunt; vel cum eis loquitur per signa externa spiritualia, quæ significant ad placitum, & Angelorum idioma esse, statuimus sectione elapsa; maior obscuritas in alloquutione cum hominibus, qui ob corporis societatem crassiori modo intelligunt; idque eò minus percipitur, quòd Deus per seipsum immediatè rarò mortalibus appareat, eósque instruat: doctrinæ autem præcepta adhibet per Angelorum ministeria, quos hominum Pædagogos esse voluit, vt ex trita Patrum opinione, atque ex Bibliorum variis ostendit locis Suarez lib.6. de Angelis, cap.16. num.2. & seqq. Porrò Angeli hominibus ea manifestant, quæ Dei imperio reuelare iubentur, vel per externa indicia, vel commouendo phantasiam, & imaginationem; priori norma aut in corporibus assumptis se humanis eum lineamentis spectandos offerunt, vt Gabriel B. Virgini apparuit, Raphaël Tobiam comitatus est; aut voces sensibiles in aëre formant, vt eùm vocatus est ab eo, qui non apparebat Samuel Regi lib.1. cap.3. vers. 4. seu per scripta, aut Hieroglyphica repræsentant concipienda; eùm autem omissis externis modis significandi aliquid, imaginatiuam potentiam adoriuntur, præsertim somno consopotis sensibus, tum maior est labor Angelicæ quamuis virtuti; vt enim rectè obseruat Suarez lib. 6. de Ang. cap. 16. num. 24. Angelus non illuminat hominem efficiendi speciem, aut lumen, vel actum, vel aliquid aliud producendo, sed tantùm quasi obiectiuè ex parte phantasiæ, videlicet Angelus non imprimit per se phantasmata, sed mouet humores, vel spiritus vitales, quibus commotis ipsa phantasmata ad operandum excitantur, & per illa intellectus ordinatè & conuenienter mouetur; hæc enim interna & innisibilis motio phantasiæ fieri valet per motum localem humorum, & spirituum, vt accidit in somniantibus & ægrotantibus; commotio autem talis dexterè peragitur ab Angelis, quia nouit quomodo debeant spiritus & humores remoueri, vt phantasmata conuenienter applicentur ad formandos conceptus, seu apprehensiones, ad cognitionem veritatis intentæ maximè accommodatas, non quòd Angelus per se immediatè efficiat, verùm applicando actiua passiuis tantùm; quæ conformia sunt principiis B.Thomæ 1.parte, quæst.111. art.1. & 4. in corpore; &, quemadmodum idem docet 2.2.q.173. art.2. in corpore ex lege ordinaria, primò oportet quòd species repræsententur sensui, secundò imaginationi, tertiò, intellectui possibili, qui immutatur à speciebus phantasmatum secundùm illustrationem intellectus agentis. Quanquam verò pro huius vitæ conditione Numen quando supernaturaliter docet, & illustrat, ipsásque confortat potentias eleuando eas, disponit frequentiùs, vt phantasmata species intellectuales excitent; est tamen eùm placet viros sanctos extra se rapere, vt Angelico more, hoc est, sine recursu ad imaginationem quasi extra corpus essent, percipiant; & hæc est reuelatio prophetica, quæ dicitur purè intellectualis, nimirum haud ducens originem à sensibus, vel pendens ab eis; quam agnoscunt Delrio lib. 4. de Mag. cap.1. quæst.1. Suarez disputat. 8. de fide, sect.6. num.1. & tom.2. de Religione, lib.2. de oratione mentali, cap. 19. num. 4. Cæterùm de his Prophetiæ gradibus, videlicet per signa externa, per repræsentationem internam imaginariam, per intellectuales conceptus, legi poterunt Abulensis in c.12. Numerorum quæst.35. & 36. Andreas Masius principio commentarij in c. 1. Iosue. Hieronymus Prado tom. 1. in Ezechielem commentarij Isagogici sectione 11. Ioannes Franciscus Picus lib.2. de rerum prænotione, cap. 7. & 8. Hieronymus de la Rua tom. 2. variarum, controuers.7. positiua, dub.9. titulo, de variis gradibus Prophetiæ. Cutiel lib.2. controuers.1. in illud cap.1. ad Hebræos: *Multifariam, multisque modis*, &c. difficultate 3. art. 3. & 4. In his autem modis prophetalis intelligentiæ quamuis gratia se naturæ attemperet, nempè in forma excitandarum specierum, tamen quoties Numini visum aliter disponere, nihil vetat quin diuinitus singula inuertantur; quippe, vt aduertit Hurtado de Mendoça disputat. 13. de fide, sect.6. §.102. Non magis est Deum posse supernaturaliter defectum supplere obiecti externi, eiúsque concursus, cognitionis quoque externæ, & absque illis producere imaginationem, quàm posse supplere concursum imaginationis, & absque illa producere simplicem apprehensionem in intellectu; quemadmodum enim imaginatio natura sua pendet à specie accepta per sensum, ita apprehensio intellectus pendet à specie à phantasmate mutuata, & Deus per seipsum phantasmata producere & infundere valet reiectata ope externi obiecti; poterit igitur & intellectum corroborare phantasmatum nulla habita ratione.

Suarez. Delrio. Suarez. Abulens. Masius. Prado. Picus. Rua. Cutiel. Hurtado.

Sed cùm nobilissimæ factæ sint reuelationes futurarum rerum somnum dormientibus corporalem, vt multa in sacris litteris denotant exempla, & Numerorum ex cap.12. vers.6. deducitur: *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum*; alia quoque vatibus manifestata sunt ecstasim magnam passis; sub hoc autem sensus externi ligabantur, eandem aut maiorem passi captiuitatem, quam sopore corporis dominante: his igitur sub casibus num Prophetæ rationis vsu destituti, vt his qui ordinario somno corrumpuntur, accidit? an nunquam magis sibi compotes Deo conferente vim, & mens hominis dormientis iudicio polleat, vel infundendo species independentes à phantasmatibus, vel eleuando potentias internas, vel clarificando phantasiam, & depellendo vapores omnes, qui illam in somno impediunt, conseruatis sensibus externis in eadem dispositione, quam in somno naturali habent? Diui quidem Thomæ sententia est, non tantùm lumine clarissimo rationis præditos, verùm libero gaudere arbitrio, & meriti capaces, 2.2.quæst.113. art.3. ad 2. *vel potest dici, quòd ille somnius non fuit naturalis*, (loquitur de somno Salomonis,) *sed somnus Prophetiæ secundum quod dicitur* Numer. 12. *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, per somnium, aut in visione loquar ad eum; in quo casu aliquis vsum liberi arbitrij habet*; subscribunt

94. *Propheticus somnus ecstaticus rationis, & arbitrij vsum non tollit.* Num.12.6. S. Thom.

Pereira. Suarez. scribunt Pereira lib.2. de magia quæst.10. Suarez tom. 2. de teligione lib.2. de otatione mentali, cap.19. num.10. Nec quidem aliud Pattes intellexere cùm frequentissimè admonent, Dæ-
*Propheta in amentiam nō rapiuntur, sed cum iudicio vaticinantur.* monum fatidicos in eo à veris discriminari Prophetis, quòd falsi illi in amentiam raperentur, & cùm ore, quæ Diabolus suggereret, effutirent, cerebro & mente furiosi essent; non sic veri Numinis Prophetæ, sed quamuis externi iacerent sensus, nec solito fungerentur munere, somno corporis, raptu, vel ecstasi impediti, mens tamen vigilaret, ratio discutteret, voluntas liberè operaretur, omnia cum iudicio peragerentur;
Origen. animaduertēte Origenes lib.3. Periarchon
Euseb. cap.3. ad medium. Eusebius lib.5. de præparat.
Epiphan. Euang.cap.1. Epiphanius hæresi 48. contra Mon-
S.Basil. tanistas, iuxta principium. Basilius egregiè prooemio in Isaiam: *Porrò sunt qui dicunt eos extra se raptos prophetare humana mente à spiritu absorpta; verùm id abhorret à professione diuinæ præsentia, vt amentem reddat qui à Numine corripitur, cúmque plenus diuinorum secretorum esse cœperit, tum à propria quoque mente excidat; & qui aliis ex se præbeat vtilitatem, ipse ex propriis sermonibus*
Chrysost. *nihil capiat vtilitatis.* Chrysostomus etiam homil.29. in cap. 12. epist. 1. ad Corinth. in illud, *Scitis, quòd cùm gentes,* &c. *Hoc est proprium vatis, seu diuinatoris, emota esse mentis, vim pati, ac necessitatem, pelli, trahi, raptari tanquam furentem. Propheta autem non sic, sed cum mente sobria, & cum modestia, ac temperante constitutione, & sciens quæ loquitur, dicit omnia,* &c. Porrò Gentiles, vt ab Apolline, alióve falso Numine agitari viderentur, & vates putarentur, furorem & amentiam procurabant certis hunc in scopum remediis
Tatian. adhibitis. Tatianus Assyrius oratione contra Græcos, post medium: *Est quæ potu aquæ insanit,*
Nyssen. *vel thure adhibito demens fit.* Nyssenus oratione contra fatum, propè finem. *Nam diuinatoria quadam epota aqua in mentis errorem, & insaniam*
Plin. *ducit;* annuunt prophani scriptores, Plinius lib.21. cap.31. *Helicacabi radicem bibunt, qui sunt vaticinandi callentes, quòd furere ad confirmandas*
Macrob. *superstitiones aspici se volunt.* Macrobius lib.1. Saturnal. cap. 18. ex Aristotele tradit, *apud Cygirios in Thracia esse aditum Libero consecratum, ex quo redduntur oracula; sed in hoc adyto vaticinaturi plurimo mero sumpto, vti apud Clarium aqua epota, effantur oracula.* Indos occidentales se inebriare, quo mente spoliati à Dæmone ad vaticinandum
Dauila. impelli credantur, memorat Augustinus Dauila in historia Mexicanæ Prouinciæ fratrum Præ-
Acosta. dicatorum lib.1. cap.40. Acosta lib.5. de natura noui Orbis cap. 26. eum in scopum vsos herba Nicotiana, seu Tabaco, refert Nicolaus Monardes tractatu de simplicibus medicamentis ex occidentali India delatis; cui adsentitur historia generalis plantarum lib.18. cap.128. & tales quidem Satanæ ministri, at non sancti Prophetæ, quamuis nefarius Hæresiarcha Montanus, quo se maiori afflatum Spiritu discipulis persuaderet quàm antiquos Prophetas, hos à Dæmone possessos, mentem amisisse, nec intelligere vaticinationes suas adstruebat, cuius errorem Catholici Doctores confutabant, tradentes vatibus Dei & rationis, & arbitrij potestatem relictam etiam in somno ipso, dummodò tunc eos Numen propheticè & supernaturaliter alloqueretur;
Baron. vide quæ de Montano Baronius tom. 2.

anno Christi 173. num.3. Delrio lib.4. Mag.c.1. Delrius.
quæst.2. sect.2. Suarez lib.2. de oration. mentali Suarez.
cap.19. num. 27. Gualterius in chronologia se- Gualter.
culo 2. cap.23. Si his opponas, quod obseruatum est à nobis tom.1. in Canticum Canticor. anteloquio 1. sect.10. num.78. & modò eiusdem animaduersionis testes adiungimus Salmer. prole- Salmeron.
gom. 10. quinquagena 2. canone 41. Pradum Pradus.
tom. 1. in Ezechielem, commentarij Isagogici sect. 3. nempe Prophetas inceptam historicam narrationem interrumpere, & à littera ad spiritum inopinatò transilire; hinc igitur religionis Christianæ aduersarij obiectare possint, haud sui compotes existimandos; in quorum effatis ordo, & sententiarum connexio desideratur; sed respondemus, Vates facilè excusare potuisse dictos saltus, Deo autem inspiratore sic prædixisse, quo Scripturarum profunditas commendaretur, ne si humanæ eloquentiæ regulis adstricta diuina pagina, non vaticinium putaretur, sed scriptio, quales aliæ mysterij vacuæ, vt rectè suggerit D.Hieronymus lib.5. in Isaiam ad prin- Hieron.
cipium cap.16.

At siue vigilantes Numen propheticè allo- 95.
quatur, seu depressos sopore corporeo, siue ecsta- *Prophetia*
sim patientes, qualis demum notitia illa, quæ *actus modò*
vaticiniorum constituit naturam, an obscura, *euidens, modò obscurus.*
an euidens & clara? Molina in 1.p. quæst.1. art.2. Molina.
disp.4.5. *Hæc tamen opinio,* &c. generaliter à Prophetia omnem visus excludere charitatem atque euidentiam; Caietanus verò Prophetiæ Caietan.
actum semper esse euidentem in attestante docet 2.2. quæst.171. art.5. §. *in eodem articulo motum superiùs,* &c. Curiel in controuersiis lib. 2. con- Curiel.
trou. 1. in illud cap.1. ad Hebræos: *multifariam, multisque modis,* &c. difficultate 2. num.84. statuit, & ad longum nititur probare, Prophetas habere certitudinem fundatam in euidentia de duobus, scilicet de Deo reuelante, & de veritate rei reuelatæ; quibus accedit Tannerus tom. 2. Tannerus.
disp.1. de fide quæst.7. dub.6. num.143. Sed media gradiendum via cum Suarez, vt aliquando Suarez.
Prophetiæ cognitio euidens sit & clara, plerunque tamen obscura, certa tamen & firma, quales actus fidei supernaturalis; ita disp. 8. de fide sect.5. conclus.1. & 4. & tom.2. de religione lib.2. de orat. mentali cap.19. num.8. & tom.1. in 3.p. disp. 21. sect. 1. cuius fuisse mentis S. Thomam S. Thom.
appareat, cùm 3. part. quæst.7. art.8 ad 1. admonuit de conceptu essentiali Prophetiæ, vt sic non esse obscuritatem & ænigma, videlicet, quoniam aliqui actus Prophetiæ euidentes esse possunt, alij & maiori ex parte obscuri sunt; equidem, vt idem B. Doctor tradit 2. 2. quæst. 171.
art.6. Prophetia nihil aliud est, quàm cognitio *Prophetia*
quædam supernaturalis intellectui Prophetæ *quid.*
impressa ex reuelatione diuina per modum cuiusdam doctrinæ. Exempli causa; alloquitur vatem Numen, inquiens, *Christus Dei filius nascetur ex virgine Matre;* audit hoc Isaias, vel alius Prophetarum, & cognoscit eò quòd audiat esse Dei vocem, & sermones, quemadmodum ego assuetus Petri obseruare loquelam, atque pronunciationem, eo præcisè quòd verba illius aures meas feriant, statim discriminabo ab aliorum vocibus eius pronunciationem. Deus igitur pro varietate specierum, quas infundit, vt eius percipiantur reuelationes, potest ita notos facere suos sermones, vt euidenter sciat vates
ipsum

ipſum eſſe,& non alium,qui verba faciat,& tum cognitio prophetica erit clara & euidens;poteſt etiam Numen ſuam item velare loquelam, vt non hoc ipſo quod percipiatur, tanta circumfulgeat lux, quæ euideotiam pariat; iouatur autem tum ioteIlectos à pio voluntatis affectu, & aſſeoritur loquutionem illam quamuis obſcurè propoſitam, certiſſimam Dei vocem eſſe, proinde quicquid per eam repræſentatur,infallibile eſſe; quod ſi priori modo ſermo ad Prophetam dirigatur, ſcilicet cum euideotia, ita vt cognoſcat manifeſtè Dei eſſe reuelationem,tunc

Suarez.

vt benè obſeruat Suarez lib.s.de oratione c. 19. num. 9. iudicium nullo modo eſt liberum, nec deoominatiuè,cùm illud pia noo regat affectio, nec per illud meretor Propheta. Secus altero modo obſcuræ Dei locotionis, qoia tunc prophetalis notitia fidei cognitionem in omnibus imitatur; quamobrem probè infert diſp. 8. de fide idemmet Suarez ſect.5.num.3. Prophetiam quoad actus ineuideotes, & obſcuros non eſſentialiter, ſed accidentaliter tantùm diſtingui à cognitione fidei cum vtrobique pia voluntatis affectio intercedat, vtrobique obſcuritas cum certitudine,vtrobique libertas & meritom, hanc accidenralem differentiam concionè ſub-

S. Thom.

indicauit D.Thomas a. 2. quæſt.171.art.3. ad 2. inquiens,fidem ea ſe non dare niſi cognitionem rei vtcunqoe: prophetiam autem debere eſſe notitiam certam obiectorum, non quoquo modo, ſed eorum quæ latent, & præcipuè futurorum;Prophetiæ facultas cùm ooo ſit forma, aut donum aliquod permanens ſupernaturale, vt communis fert ſententia, veriſimilius & eius actus in via per auxiliom Dei extrinſecum, à quo intellectus eleoatur, qoàm per qualitatem tranſeuotem perrepto difficilem elici; quod intelligi cupimus de actibus Prophetiæ euidentiam habentibus; cùm eoim Prophetis quibuſque veris lomen ſcientiæ per ſe infuſæ concedere nihil obliget, hoc dempto principiom inhærens atque intrinſecom notitiæ propheticæ euidentis non occurrit; cæterùm de ea cognitiooe vaticinali, quæ obſcura eſt, fideíque parum differt ab actibus, nempe accidentaliter ſo-

Suarez.

lùm, arbitratur Suarez tom.1. de gratia, prolegom.3.cap.5.nom.19. ab habitu fidei elici poſſe; nec abſurdum putat ſub hac conſideratione Prophetiæ cauſam ſtabilem, & permaoeotem eſſe; ea de re pluſcola nos tom.1. io Canticum Salomonis, auteloquio 9. ſect.3. num.33.

96.

*Prophetia alia præſcientiæ, comminationis alia; eorum diſcrimen quod.*

Prophetiæ illa ſatis decantata vſurpatio, omittenda non eſt; ſcilicet,vt memorat B.Thomas a.a.quæſt.164.art.1.in corpore; alia eſt *prophetia præſcientiæ*, ſeu *prædeſtinationis*; alia *promiſſionis,ſeu comminationis*; priorem dicit cognoſcere futura in ſeipſis, atqoe ideo incluctabilem eſſe, propriámque diuini intellectos, & quæ nec reipſa, nec iuxta apparentiam fruſtrari valeat; poſteriorem, qua cognoſcuntor res in ſois cauſis, ſeu phyſicis, ſeu moralibus; & cùm cauſæ impediri, aut mutari valeant, ideo Prophetia in earum conſideratione fundata, mutationis capax eſt; quemadmodum Reg.4. cap. 20. verſ. 1.

4.Reg.20.1.

Iſ. 38.1.

Iſaias Ezechiæ abſolutè intimat; *morieris enim tu, & non viues*; idémque Iſaiæ cap. 38. verſ. 1.

Ion 3.4.

& tamen eo morbo liberatus eſt; ſic & Ioøas abſolutè intonat cap.3.verſ.4. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*; nec tamen deſtructa eſt; quæ explicat S. Doctor a. 2. quæſt.171.

S. Thom.

art. 6. ad 2. inquiens: *Nam ſenſus Prophetiæ eſt, quòd inferiorum cauſarum diſpoſitio ſiue naturalium, ſiue humanorum actuum, hoc habet, vt talis effectus eueniat; & ſecundùm hoc intelligitur verbum Iſaiæ dicentis: Morieris, & non viues, id eſt, diſpoſitio corporis tui ad mortem ordinatur*; & quod dicitur Ionæ cap.3. *Adhuc quadraginta dies,& Niniue ſubuertetur, id eſt, hoc merita eius exigant, vt ſubuertatur*; parem io modum 1.part. quæſt. 19. art.7.ad 2. præiuit Imperfectus in Matth.hom.1.

Imperfect.

ad finem; *Prophetia autem alia eſt ex præſentia, & hæc immutabilis, vt hæc: Ecce Virgo concipiet; alia ex iudicio operum, & hoc ſolet mutari ſecundùm quod verba ſonant, non ſecundùm intellectum, vt, adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur, ſubintelligimus, niſi pæniteat.* Similia de Prophetia ex prædeſtinatione, ſeu præſcientia, & vaticinio comminationis ſolùm Paſchaſius Abbas lib. 2.

Paſchaſ.

in Matth in illud cap. 1. verſ. 2. *vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam,* &c. ibidem Anſelmus, & Gloſſa ordinaria; atque in 1.Reg.cap.20. verſ.2. Lyra & Toſtatus quæſt.8. & 9. Nec Auguſtini diſſonom iudicium lib.6. de

Auguſtin.

Geneſi ad lit[...]ram, cap.17. vbi de Ezechiæ Regis lethali in[fir]mitate. *Secundùm aliquas igitur cauſas inferiores iam vitam finierat. Secundùm illas autem, quæ ſunt in voluntate, & præſcientia Dei, qui ex æternitate nouerat quid in illo tempore facturus erat, & hoc verè futurum erat, tunc erat finiturus vitam quando finiuit vitam.* Io hac materia illud merito Suarez diſplicuit diſput.8. de fide

Suarez.

ſect.4. nom. 10. futura huiuſmodi in cauſis ſuis attingi; nam ſi effectus naturales ſuot, qui neceſſariò & phyſicè à cauſa dimanant citra lumen propheticum perſpicacia ingeoij ab Angelo naturaliter cognoſci poterunt;quare prophetia expoſcitur ad fotororom liberorum cootingentium iofallibilem notitiam,hanc eoim creatos intellectus ſuis adipiſci viribus nequit, tales autem effectus in cauſa, eo qoòd hæc indifferens ſit, certò cognoſci non poſſuot, vt ſtatuit B. Thomas 1. part. quæſt.14. art.13. in corpore;

S. Thom.

*Alio modo poteſt conſiderari contingens, vt eſt in cauſa ſua, & ſic conſideratur vt futurum, & vt contingens nondum determinatum ad vnum, quia cauſa contingens ſe habet ad oppoſita, & ſic contingens non ſubditur per certitudinem alicui cognitioni; vnde quicunque cognoſcit effectum contingentem in cauſa ſua tantùm, non habet de eo niſi coniecturalem cognitionem.* Igitur Numeo certò & infallibiliter ſciebat pœnitentiam acturos Niuinitas, nec eorum diſſipaodam vrbem. At ſi hoc ſentiebat Deus,

*Quæſtio.*

quánam via à mendacio excuſandus menti contrariis vtens ſermooibus per Ionam, nam irreparabilem Niniue caſum prædicere imperat?

*Solutio.*

Reſpondeo, & vera fuiſſe quæ Ionas denunciabat iuxta ſenſum à Deo intentum.Nam in commioatoriis prædictionibus ſobintelligitur cooditio niſi reſipiſcant homines, & malorum eos pœniteat ſecundùm Dei promiſſionem Ieremiæ

Ierem. 18.8.

cap.18.verſ.8.*Si pænitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſùs eam, agam & ego pænitentiam ſuper malo, quod cogitaui vt facerem eis.* Numen autem decreuit vaſtationem Niniue, ſi eius habitatores non compaogerentur: cùm autem deſicuerint peccata, vrbs quidem incolumis perſtitit, & Ionas nihil mentitus, quoniam licèt verba abſolutam deſolationem inculcarent,

rent, at fubintelligenda conditio docebat minas ex hypothefi effe, nempe ruituram ciuitatem
Chryfoft. incolis ad luctum non conuerfis; fcitè Chryfoftomus hom. 5. ad populum Antiochenum. *Si enim honoribus in eadem malitia permanentibus, non in opus fententia proceffiffet, poffet quis dicta fortè criminari; quòd verò mutatis ipfis, & à malitia defiftentibus, etiam Deus ab ira deftitit, quis ampliùs Prophetam carpere poffit, & dicta mendacij condemnare?* Quoniam autem verba à referuatione tacitæ conditionis abftracta, fubindicant vt exteriùs fonant à Deo mutatam fententiam, hinc D.
Gregorius. Gregorij effatum lib. 16. Moral. cap. 5. & lib. 20. cap. 24. *Omnipotens enim Deus plerumque mutat fententiam, confilium nunquam*; quibus affinia
Concil. Tolet. VIII. Concilium Toleranum VIII. c. 2. ex quo Gratia-
Gratian. nus fecunda parte Decreti caufa 22 quæft. 4. c. 9. *incommutabilis*, &c. reipfa Deus nihil eorum, quæ ab æterno abfoluté ftatuit, in tempore aliter quàm vt efficaciter decreuit, ordinat; loquutionis tamen nudo fono tantùm expenfo, Prophetarum verba non eam, quam Grammatici fignificationem præferunt, explent; ob quam rationem Numen fententiam mutaffe cenfeatur, vt qui Niniuem poft excidium comminatũ, florentem, & incolumem feruauit. Siue igitur Prophetia fit ex præfcientia, feu ex comminatione, futura contingentia Deus non in præfentia, feu coexiftentia cum æternitate, non in caufis indifferentibus, & liberis, non in decreto antecedenter efficaci & prædefinitiuo, fed in feipfis immediaté certò, & infallibiliter cognofcit, fi fint futura abfoluta, per fcientiam vifionis, fi conditionata, per fcientiam mediam.

97. At fuggeras Ionam nequaquam hypothefis
*Ionas quo pacto vera loquutus de Niniue defolatione.* confcium, quæ fubaudiebatur, videlicet, nifi fletibus vacarent Niniuitæ, & pœniterent, igitur eius prædictio vera non fuit, nec Deo authore; certè latuiffe Ionam reclufam de lamen-
Phil. Abbas. to Niniuitarum conditionem volunt Philippus Abbas tractatu de filentio Clericorum cap. 82.
Gafp. Sanch. Gafpar Sanchez in Ionæ cap. 3. nom. 17. quin verò hanc ob caufam de eo cap. 4. verf. 1. *& afflictus eft Ionas afflictione magna, & iratus eft*, nempè fubpuduit eum falfitatis oraculi fui, cùm nihil eorum, de quibus terruit ciuitatem, accidiffet, & mendacem haberi ægro fere-
Cyrill. &c. bat animo, vt eum in locum obferuant Cyrillus Alexandrinus, Theodoretus, Theophylactus, Remigius, Antiffidiorenfis, Albertus Magnus, ex iunioribus Ribera, Alapide, Sanctius, Caftro; *Mœrorem,* (ait Cyrillus,) *haufit Propheta non mediocrem, quia falfiloquutus & blatero, & nugator haberetur, & fruftrà illos terruiffe & pro libidine fua, & nullo modo de ore Domini loquutus*; quin & Ifaiam latuiffe confilium Domini de protogandis Ezechiæ annis, vifo eius planctu iudicarunt Toftatus in 4. Regum cap. 20. quæft. 10. Gabriel Aluarez in cap. 38 Ifaiæ verf. 5. Refpondeo non omnia Deum manifeftare Prophetis, fed pro voluntatis fuæ difpofitione modò plura,
Chryfol. modò pauciora reuelare, rectè Chryfol. ferm. 94. de Magdalena: *Prophetia non eft humani arbitrij, muneris eft diuini, vnde Propheta fcit non quantum vult, fed quantum dederit ille, qui tribuit prophetiam*; pro eadem fententia B. Thomas 2. 2. quæft. 171. art. 6. ad 2. & exemplis facrarum litterarum ftabiliunt Abulenfis in 4. Reg. c. 20. quæft. 10. Suarez tom. 1. de gratia, prolegom. 3. cap. 5. num. 17. Chriftophorus de Caftro lib. 4. Ifagogæ in Prophetas Minores c. 12. itaque Ionam & Ifaiam latuerit conditio, à qua Prophetiæ pendebat veritas; nec tamen deficit vaticiniorum, fufficit penes Deum hypothefis notitiam ftare, cùm ille princeps loquendi author, homines inftrumenta, per quos edicenda promulgat quafi per legatos; illi fenfus Niniues abituram gloriam intra quadraginta dies fcelera defleret, eius fpectanda mens, non autem quid Ionas intelligeret; fed quamuis hoc vltrò concedamus, quoniam altercationis fcopo nullum parit incommodum; ego tamen teor Ionæ patuiffe, modò Niniuitæ dolerent, ad reconciliationem fimul cum fecunda vrbis fortuna, admittendos: non enim vnius Ieremiæ, fed omnium fanctorum Prophetarum receptum axioma erat, quod ex cap. 18. verf. 8. deprompfimus, videlicet, quibus Numen excidium comminari iuffit, hos deinde pœnitentes & lugubres faluet.
Nónne hoc Ionas ipfe haud obfcurè denotat Ion. 4. 2.
cap. 4. verf. 2. *Scio enim, quia tu Deus clemens, & mifericors es, patiens & multa miferationis, & ignofcens fuper malitia*; quamobrem cùm poft condonatas vrbi iniurias mœftitiæ & indignationi locum Ionas dedit, alias fuiffe caufas, quàm quòd Prophetiam mendacem cogitaret, prifci & recentes interpretes oftendunt. His tamen combinatis etiamnum fcrupulus reftat. demus Ionæ vaticinium reipfa conditionale fuiffe, & hoc ipfi fatis perfpectum, (itidémque de Ifaia cap. 38. verf. 1. cùm mortem Regi denunciauit,) certè cùm Pagani ei obtruderent, prædictioni euentum non refpondiffe, non aliter fatisfacere poffit, quàm afferendo, fore vt quod ille verbis proclamabat, certò contingeret, nifi fqualore & luctibus Niniuitæ indulfiffent. At hæc vaticinationum interpretatio fallorum Numinum fatidicis latum aperit campum, ne vnquam falfi conuincantur, cùm tamen ex vero nulla promerent oracula; redarguenti enim promiffiones vanas fuiffe, dicerent, fi hæc, aut illa conditio opponeretur, quæ tacitè fubintelligebatur, res pro voto euenturas; deinde veri Prophetæ regula exhibetur Deuteron. cap. 18. verf. 22. *vt ficut* Deut. 18. 22.
*predicimur futura, accidant; quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus non eft loquutus.* Refpondeo, locutionibus Prophetarum veri Numinis abfque recurfu ad aliquam fubauditam hypothefim, feo conditionem ferè femper exitus pares fuiffe, cùm tamen fæpè de rebus difficillimis prænotiones forent; cui experientiæ affueti auditores, vt aliquando vaticinium iuxta externam fignificationem non adimpleri cernerent, haud tribuebant mendacio, fed arcani aliquid latere concipiebant, quo de myfterio & ipfe Propheta à Deo illuftratus, & facri Antiftites difcernendorum fpirituum gratia prædíti, eos inftruebant: Dæmonum autem vates nihil arduum prænunciabant, quod exitum fortiretur; ftudium eis omne quemadmodum mendacia veri alicuius imaginibus deceptoriis tegerent, ne contemptui effent populis.
Illud infuper monendum, de quo S. Gregor. 98.
aduertit hom. 1. in Ezechielem, poft medium: *Reuelationibus priuatis tamen fides adhibenda.*
*Sciendum quoque, quòd aliquando prophetæ fancti dum confuluntur, ex magno vfu Prophetandi quædam ex fuo fpiritu proferunt, & fe hæc ex Prophetiæ fpi-* Gregor.
*ritu*

*ritu dicere suspicantur; sed quia sancti sunt, per sanctum Spiritum citius correcti, ab eo quæ vera sunt audiunt, & semetipsos quia falsa dixerint, reprehendunt;* quæ scholasticè declarans S.Thomas 2.2. q.171.

S Thom.

artic. 5. in corpore, statuit, Prophetas duplici modo cognoscere reuelata; *vel per reuelationem expressam; vel per instinctum, quem interdum nescientes humanæ mentes patiuntur, vt Augustinus dicit lib. 2. super Genes. ad litter. cap.17. in fine: De his ergo, quæ expressè per spiritum Propheticum Propheta cognoscit, maximam certitudinem habet, & pro certo habet, quod hæc sunt sibi diuinitus reuelata; sed ad ea, quæ cognoscit per instinctum, aliquando sic se habet, vt non plenè discernere possit, vtrùm hæc cogitauerit aliquo diuino instinctu, vel per spiritum proprium;* adhæret Soarez disput.8. de fide, sect.4. num.3. Hinc igitur primum, & subtile periculum etiam in viris magnis, an ex Deo reuelatio sit, an existimata solùm. Secundum periculum, de quo præcauet Apostolos posteriori ad Corinth. cap.11. vers.14. inquiens; *ipse enim Satanas transfigurat se in Angelum lucis*, videlicet vt sub boni specie faciliùs imponat, à quo non pauci decepti sunt; ob hæc spiritalis vitæ periti duces toties suggerunt reuelationum maximam vigilantiam habendam, quòd iis se aduersarius frequenter immisceat, & laqueos tendat perspectu difficiles; S.Bonauentura lib.2. de profectu Religiosorum, cap.74 *His*, (inquit, nempè reuelationibus,) *tanto minus immorandum est, quanto frequentiùs eis innitentes decipiunt, & minor profectus est in talibus, etiamsi vera sint, licèt à rudibus, & spiritualium charismatum ignaris, magnæ sanctitatis, & sapientiæ virtus in huiusmodi consistere æstimetur;* & Henricus de Susa sermone 3. ad medium: *Adhuc alios quosdam inuenias licèt, qui visionibus, & reuelationibus crebris vtantur, atque esto vt ea vel toto decennio vera sint, deinde tamen vel semel admiscere se poterit spiritus malignus transfigurans se in Angelum lucis, atque ita fallere, & euertere incautos; igitur danda iis opera est, vt reuelationes, & visiones suas ad sacras litteras, & sanctorum Patrum scripta diligenter exigant, ac examinent, aduertántque, num illis per omnia consentiant.* Diuus Vincentius Ferrer. tract. de vita spirituali, cap.12. *Primum ergo remedium contra tentationes spirituales huius temporis, quas procurat Diabolus in cordibus aliquorum, est, quòd illi, qui volunt se subdere Deo, non desiderent per orationem, vel per contemplationem, vel per alia opera perfectionis, visiones, vel reuelationes, vel sentimenta, quæ sunt supra naturam, & supra communem cursum eorum, qui diligunt Deum, & timent per verissimum amorem; quia prædictum desiderium non potest esse sine radice, & fundamento superbiæ, & præsumptionis, vel intentionis alicuius vanæ curiositatis circa Deum, vel sine fragilitate fidei; & propter hunc defectum iustitia Dei dimittit animam, quæ habet antedictum desiderium, & permittit eam venire in talem illusionem, & tentationem Diaboli per falsas visiones, & reuelationes, & falsas seductiones;* egregiè S Bonauentura libro memorato de profectu Religiosorum 1. cap.76. *Ad illa studiosè se exerceant, quæ sunt secura, meritoria, & fructuosa, scilicet, vitia extirpare, & virtutum studiis fideliter insudare, Scripturæ sacræ sanum scrutari intellectum, & per orationis vsum mentem accendere ad deuotionis affectum.* De notis, quibus vera Prophetia à falsa distinguitur, & per quas solidæ dignoscantur reuelationes, Gerson tom.1. tract. de probatione spirituum, & opusculo de distinctione verarum visionum à falsis, Bartholomæus de Medina in 3. partem, q.25. articul.3. §. quarta sententia, conclus.5. vbi ait: *Admonuerim nullam regulam ex humano ingenio excogitari posse, quæ aliquando in particulari casu, aut non fallat, aut fallere possit, præter eam, quæ ex Dei dono superne emittitur.* Orosco Couarruuias lib.1. de vera & falsa Prophetia, cap.25. Magister Ioannes de Auila tractatu in illud Psalm.44. *Audi filia*, &c. cap.50. & 51. Salmeron tom.1. Prologom.10. Quinquagena 2. canone 38. Delrio copiosè lib.4. de Magia, cap.1. quæst.3. sect.1. & seqq. Christophorus de Castro Isagoge in Prophetas minores lib. 3. cap.14. 15.16. Petrus Thyræus lib. 4. de apparitionibus, cap. 18. 19. & speciatim 20. à num. 5. Raphael de Torres tom.2. de Religione, disput.3. ad quæst.95.22. art. 3. Ludouicus Velluga in vita duorum, hoc est, Christi, & Mariæ, præludio 1. de bono diuinarum reuelationum, cap.15. & 16.

Suarez. — 1.Cor.11.14. — Bonauent. — Sousa. — Ferrer. — Bonauent. — *Quibus regulis falsas à veracibus secernas.* — Gerson. — Medina.

---

## Sectio XIV.

*Ephod duplex, alterum vulgare, & laicis permissum; alterum, quo summus tantùm vtebatur Sacerdos. Per Ephod Pontificium Deus arcana reuelabat. Num in eo characteribus insculptæ voces* Vrim, *&* Thummim? *An per lapillorum fulgures applicato Ephod Numen occulta pandebat? Ephod Maximi Sacerdotis num vnum solùm fuerit? Quando responsa Hebræis præbere Ephod desierit? eius oraculum quo pacto Ethnici imitati sunt?*

99. Sed quando de oraculorum natura, & conditionibus egerimus, quibus præsertim Hebræorum Gentem Deus instruebat, operà dignum pretium est, ne silentio inuoluamus responsa prophetica data per Ephod, erat enim vaticinationis singularis admodum, & in paucis exquisita norma. Aduertere autem iuuat Ephod duplex considerandum; alterum simplex & vulgare, atque promiscui vsus, nempè quo Sacerdotes & Leuitæ, pariter atque seculares & laici vti poterant, totum purè album, ex lino nimirum candidiore; de Sacerdotibus habes Regum 1. cap. 22. vers. 18. *Conuersúsque Doeg Idumæus, irruit in Sacerdotes, & trucidauit die illa octoginta quinque viros vestitos Ephod lineo;* de Samuele, qui erat Leuita, eodem 1.Regum c.2. vers.18. *Samuel autem ministrabat ante faciem Domini puer, accinctus Ephod lineo;* de Dauid ex tribu Iuda, & laico, Reg. 2. cap.6. vers. 14. *& Dauid saltabat totis viribus ante Dominum; porrò Dauid erat accinctus Ephod lineo;* ob hoc Abulensis in 1. Reg. cap. 23. quæst.9. insinuat hoc genus Ephod absolutè sacram non existimandam vestem; quod & Sanchez putat Reg.1. cap.2. num.59. non legimus tamen prophanis adhibitam vsibus, nam Dauid

*Ephod duplex, vnum vulgare, & laicis permissum:* — 1.Reg.22.18. — 1.Reg.2.18. — 2.Reg.6.14. — Abulens. — 1.Reg.2.59.

*Alterum, quo summus tantùm Sacerdos vtebatur.*

Dauid Arcæ ob reuerentiam induit, & ecclesiasticis operatus est officiis. Alterum verò erat Ephod multæ artis, & ingenij, gemmarum nobilium, texturæ diuitis, contexebatur enim ex auro, hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & bysso retorta; & soli summo Sacerdoti dum sacra perageret, portare licuit; per solum hoc Ephod oracula emittebantur; vtriusque Ephod huic consentiunt differentiæ Augustinus quæst. 41. in librum Iudicum in fine. Eucherius tractatu de interpretatione nominum Hebræorum, cap. 10. verùm auscultandus Hieronymus epistola 128. ad Fabiolam de vestitu sacerdotali. *Sextum vestimentum, quod Hebraica lingua dicitur* אפד *Ephod, Septuaginta* ἐπωμίδα, *id est, superhumerale appellant, Aquila* ἐπίῤῥαμμα, *nos Ephod suo ponimus nomine; & vbicumque in Exodo, siue Leuitico superhumerale legitur, sciamus apud Hebræos Ephod appellari; hoc autem esse Pontificis ornamentum, & in quadam epistola scripsisse me memini, & omnis Scriptura testatur sacrum quiddam esse, & solis conueniens Pontificibus; nec statim illud occurrat, quod Samuel, qui Leuita fuit, scribitur in regnorum primo libro habuisse ætatis adhuc paruulæ Ephod Bad, id est, superhumerale lineum, cum Dauid quoque ante arcam Domini idem portasse referatur; aliud est enim ex quatuor supradictis coloribus, id est, hyacintho, bysso, cocco, purpura, & ex auro habere contextum; aliud in similitudinem Sacerdotum, simplex, & lineum;* subscribit Abulensis in cap. 28. Exodi quæstione 15. tradens de Ephod pretioso, summi tantùm Sacerdotis indumentum fuisse, & quod solùm oraculis adhiberetur; & in 1. Regum capite 23. quæstione 11. ait, Summi Pontificatus tesseram fuisse; quod etiam statuit Alcazar in Apocalyps. cap. 11. vers. 3. notatione 7. num. 10. Sicut nunc Tiara Romanum Pontificem denotat, pallium Archiepiscopos ostendit; de vtriusque Ephod distinctione Lippomanus in cap. 28. Exodi, in illud, *facies superhumerale*, &c. Mendoça tom. 1. in lib. 1. Regum cap. 2. vers. 18. in expositione litteræ, num. 6.

Augustin. Eucher. Hieron. Abulens. Alcazar. Mendoça.

100. Habes delineationem Ephod Pontificij Exodi cap. 28. vers. 4. eius varia nomina suggerit Iosephus lib. 3. Antiquit. cap. 8. & 9. exponunt verò ad præfatum Exodi locum interpretes, & Delrio lib. 4. Mag. cap. 1. quæstione 2. sectione 1. Serrarius lib. 1. in Iosue cap. 9. quæstione 24. illustria nomina λόγιον, hoc est, *oraculum*, vt nominant LXX. & *Rationale*, quæ est frequentior appellatio, tanquam enim indicio, & ratione fungeretur, res perplexas & dubias aperiebat; certè præcipua dos, quod ignota pandebat, ventura prænunciabat; ostendunt ex variis Scripturæ locis Lippomanus in cap. 28. Exodi, ad illud, *pones autem Rationale iudicij*, &c. Ribera lib. 3. de Templo, cap. 12. & consonè deosculantur expositores; victoriarum in bellis exitus prædixisse, Iosephus adstruit lib. 3. antiquit. cap. 9. aliàs 12. idem Theodoretus quæstione 60. in cap. 25. Exodi, alia etiam prædicasse affirmat quæstione 7. lib. 1. Regum. Procopius Gazæus in eiusdem lib. 1. Regum cap. 2. in illud, *accinctus Ephod*, &c. Cæterùm per Ephod Deus multa arcana prædicebat; quamobrem Numen iusserat Exodi cap. 28. vers. 30. *Pones autem à Rationali iudicij doctrinam, & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino*; pro *doctrinam, & veritatem* Hebraicè legitur אורים. תומים, videlicet *Vrim*, & *Tummim*; interpretantur nonnulli, *illuminationes, perfectiones, integritates*; equidem quocumque more *Vrim*, & *Tummim* sumantur, rectè mihi pronunciasse visus Seuerianus catena Græca in Pentateuchum, in illud cap. 28. Exodi; *pones autem Rationale*, &c. nempe *intelligentiam cognitionémque significare, quæ Summus Pontifex ex eo indumento cœlitus afflabatur à Spiritu sancto*; itáque oraculorum certitudini veritatis respondet elogium; instructioni tam de his, quæ ad sacra spectabant, quàm de iis, quæ ad politiam attinebant, doctrinæ clara vox & præcellens; est tamen litis nonnihil, an in Rationali insculpti essent hi tituli quasi lemmata indicantia summam illius vestis gloriam, per quam Numen occulta reuelabat? Vel tantùm à sacro Scriptore apposita sunt, vt intimaret, lapides Rationalis non solùm fulsisse morum aliarum gemmarum corporea, & materiali luce, radiósque emisisse decoros, verùm spirituali alia est sublimi claritudine donatos, diuinæ vtpote, & propheticæ loquutionis instrumenta: Recentioribus non paucis secunda hæc arrisit opinio Delrio lib. 4. Mag. cap. 1. quæst. 2. sect. 1. Serrario tom. 1. opuscylor. tractat. de Iosuanis Sacerdotibus cap. 2. num. 20. Riberæ lib. 3. de templo cap. 12. Thyræo lib. 2. de Apparitionibus cap. 11. num. 7. Bomfrerio in cap. Exodi 28. vers. 30. Non video tamen quid incommodi afferat dicere *Vrim*, & *Tummim* inscriptiones fuisse characteribus exaratas, & incisas gemmis ipsis; laboriosum quidem id, & quod artis optimum Magistrum requirat, sed tales erant, & à Numine specialiter adiuti, per quos sacerdotales vestes confectæ sunt; quod si certè ita fieri potuit Rationalis miram fabricam, & illæ tam subtiles, tam ingeniosæ sculpturæ non parum commendabant; huius igitur cogitationis adhærendum patronis, qui obiectiunculas aliquas facilè dissoluunt: sunt autem Philo Hebræus lib. 3. vita Moysis. Augustin. quæst. 117. in Exodum. Bellarmin. lib. 4. de Roman. Pontif. cap. 3. §. *quartò probatur*, &c. Azor tom. 1. lib. 6. cap. 41. quæsito 2. Alcazar in Apoc. cap. 11. vers. 3. notation. 7. num. 10. Alapide in cap. 28. Exod. vers. 30. ibidem Leonardus Marius vers. 15. num. 36. Magallanez tom. 2. in Iosue. Appendice ad historiam Iosue, sectione 7. annotatione 8. num. 7. Salianus tom. 2. anno Mundi 2544. numer. 541. Sopranis tom. 1. de Dauide, digressione 1. de re vestiaria Hebræorum, capite 3. §. 9.

*Per Ephod Pontificium Deus arcana reuelabat.*

Iosephus. Delrio. Serrar. Lippoman. Ribera. Theodor. Procop.

*Num in characteribus insculpta veces Vrim & Tummim.*

Delrio. Serrarius. Ribera. Thyræus. Bomfrer. Philo. Augustin. Bellarm. Azor. Alcazar. Alapide, &c.

101. Capitalis autem de Ephod, seu Rationali dubitatio, quid conferret ad oracula, quibus summum consulentibus Sacerdotem, respondebatur, nec enim absque gestatione Ephod, huiúsque applicatione Pontifex Hebræorum propositos ab interrogantibus nodos resoluebat, vnde sollicitus Dauid, quémnam res ipsius exitum habituræ essent, Reg. 1. cap. 23. vers. 10. *Dixit ad Abiathar Sacerdotem: Applica Ephod*; rursus de eodem cap. 30. vers. 7. *& ait ad Abiathar Sacerdotem filium Achimelech: Applica ad me Ephod.* Primum igitur de hac suffragium hauriamus à Suida verb. ἐφὼδ *Ephod, nomen quidem hoc Hebraicum*

*An per lapillorum fulgures applicato Ephod Numē occulta pandebat.*

1. Reg. 23. 10. & 30. 7.

*braicum est; quod si quis interpretetur, declarationem, vel redemptionem significat; ipsum verò forma erat spithamiaum, id est, vnius spithame, seu palmi magnitudine textum instar pectoralis ex aurei fili arte varia confectum, ac in medio quidem habuit velut stellam totam auream, vtrinque verò duos Smaragdos, quorum vterque sex de duodecim tribubus Israelis habebat insculptas; inter verò duos Smaragdos Lapidem Adamantem; cùm autem Sacerdos aliqua de re Deum erat interrogaturus, ipsum Ephod colligebat in Epomide, quasi dicas superhumerali veste in medio pectoris, & infernè suas manus ei supponebat, & in ipsius palmis id reperiebatur explicatum, ac planum, vt in buxea tabula, & Sacerdos in ipsum Ephod intuens interrogatione Deum interrogabat: si autem illa interrogatio Deo placuisset, confestim Adamas fulgurabat, & radios emittens splendorem eiaculabatur; nisi verò placuisset, ille lapis in suo ordine manebat; si verò Deus populum gladio traditurus erat vt occideretur, tunc Adamas fiebat sanguineus; si verò peste populum sublaturus erat, & morte multaturus, niger fiebat.* Hæc eadem leguntur apud Anastasium Nicenum, seu, vt alij potiùs volunt, apud Anastasium Sinaitam, quæstione 40. in Scripturam; qua in sententia illud singulare est, quòd inter multas Rationalis gemmas manifestationes occultorum per colorum diuersos modos vni tribuat lapidi; & speciatim Adamanti, cùm neque ex Scripturis, non ex traditione, non ex alio graui fundamento id ostendat; quamobrem de tali aliqua opinione
Augustin. argumentis verosimilibus destituta Augustinum censuram tulisse aliqui volunt, dum quæst. 117. in Exodum inquit; *fabulantur tamen quidam lapidem fuisse, cuius color siue ad prospera, siue ad aduersa mutaretur, quando Sacerdos intrabat in Sancta;* Gemmarum fulgores nullam vaticinij partem fuisse, sed nec Ephod ipsum oraculorum causam, verùm conditionem solùm, ad cuius præsentiam statuit Numen de ignotis summum instruere Sacerdotem, quem docebat aut voce externa per Angelum formata, aut inspirationibus internis, & intellectuali loquela: si quid autem radiabant gemmæ, hoc ornamenti fuisse, non autem
Thyræus. mysterij, aut doctrinæ alicuius, decernunt Thyræus lib. 2. de Apparitionibus, cap. 11. num. 7.
Alcazar. Alcazar in Apocal. cap. 11. vers. 3. notat. 7. n. 20.
Alapide. Alapide in cap. 28. Exodi vers. 30. Leonardus
Marius. Marius ibid. vers. 15. num. 37. Salianus tom. 2.
Salian. anno Mundi 2544. num. 550. Hæc opinio id refert, quod contingere potuit, nihil enim repugnat Deum statuere voluisse, tum solùm absconditorum se, atque futurorum notitiam Hebræorum Maximo communicaturum Antistiti quando Ephod, seu Rationali ornatum conspiceret. At de facto non sic statuisse, sed vt à fulgoribus nobilium lapidum inaccessos rerum euentus disceret Patrum cogitatio est; nam exponentes rationem vocum illarum, *Vrim*, & *Thummim*,
Cyrill. hoc est, *doctrina & veritatis*, inquit Cyrillus Alexandrinus Homil. 4. de festis Paschalibus, post medium, *Rationale verò iam nullum est; nomen porrò id est lapillo ex re ipsa inditum; siquidem varia colorum mutatione quæ post euentura erant, Deo ni-*
Chrysost. *mirum ita volente, monstrabat.* Chrysostomus autem Homil. 4. contra iudæos. *Rursum si quando cognoscendum erat aliquid, è propitiatorio vox quædam e medio Cherubin prodibat prædicens futura: rursus e lapidibus, qui erant in pectore summi Sacerdotis, (id vocabant declarationem,) relucebat fulgor quidam futura significans.* Chrysostomum fortasse indicauit discipulus eius Isidorus Pelusiota lib. 3. epistola 10. ad Heraclidem Episcopum, dicens. *Denique quia splendor quidam, vt nonnulli asserunt, in lapillis illis existebat cùm ad Sancta Sanctorum sacrificandi causa se conferret, atque ea, quæ euentura erant, verè declarabat, his fortasse nominibus appellata sunt;* hausere fortè ex Iosepho, vt quem rerum Iudaicarum peritum credebant, qui Antiquit. lib. 3. cap. 9. quod alij cum duodecimo titulo citant. *Sed mirabilius est, quod nunc dicturus sum; per duodecim gemmas, quas Pontifex in sua Essen gestabat, in bello victoriam prænuntiare Deus solebat; nam priusquam exercitus se mouebat, tantus fulgor ex eis emicabat, vt toti populo facilè innotesceret, adesse Deum, opémque, & auxilium suum inuocantibus allaturum; quapropter Græci quotquot à nostra Religione non abhorrerent, cùm hoc miraculum pro compertissimo habeat, ita vt negari non possit, Essen vocabt λόγιον, hoc est, oraculum;* Iosephi effatum visus aprobate Lyranus in cap. 28. Exodi vers. 30.

Quod de splendentium gemmarum traditur 101.
micationibus vero consonum non pauci indicarunt; at non sub ea generalitate, quam recensiti modò Patres significant, nihil enim excipiunt, sed omnia perplexa cuiuscumque fuissent normæ, per lapidum radiosam scintillationem innotuisse supponunt: existimant autem cùm interrogata ita compendiosa erant, vt per solam affirmationem, aut negationem resolui potuerint, sub talibus circumstantiis ex sola gemmarum luce colligere potuisse summum Sacerdotem quid respondere oporteret; nam retinentibus solitum colorem lapidibus, negatio constabat: si autem festiuiori iubare radiabant, & color accendebatur supra vulgarem morem, affirmationem talia indicia suggerebant. At verò si necessitas obligabat, vt non rarò contingere opus erat, longiores texere sermones, in quibus negotiorum varia materia, & supponenda interdum non pauca, quæ ad negationes, vel affirmationes non spectabant; tum gemmarum coruscationes sufficientes non fuisse, sed Angelo mediatore externam insonuisse vocem, qua Antistes edocebatur; vel internè à Numine propheticis illustratum loqutionibus; huius distinctionis Authores Tostatus in 1. Reg. cap. 23. Tostat.
quæstione 7. Delrius lib. 4. Mag. cap. 1. quæst. 2. Delrius.
sectione 1. Serrarius lib. 1. in Iosue cap. 9. quæ- Serrar.
stione 30. Ribera lib. 3. de Templo, cap. 12. Ribera.
Pererius in cap. 25. Genes. vers. 22. disputat. 3. Perer.
num. 25. Barradas tom. 2. concord. lib. 3. cap. 46. Barradas.
in fine. Lorinus in cap. 18. Sapientiæ vers. 24. Lorin.
Magallanez tom. 2. in Iosue in Appendice, se- Magall.
ctione 7. annotatione 4. Bomfretius in cap. 28. Bomfret.
Exodi vers. 30. quæst. 2. Mihi implicantia non occurrit non solùm de negatione, & affirmationibus per colorum mutationes in Ephod, seù Rationali, sed nec comparatione spatiosæ narrationis; potest enim Deus facere vt mille colorum varietates ad placitum significent, eaque denotent obiecta, quæ ab eis repræsentari Numini adlubuit; quid enim prohibet per colorem viridem *equum* designari, per flauum *terram*, per cæruleum *hominem*, per compositiones infinitas singulorum colorum res etiam propè innumeras? de his edoctus summus sacrorum Antistes

Deo

Deo impositionem ad placitum ei reuelante, leget in coloribus gemmarum oraculorum secreta, & referet interrogantibus quod audire vnumquemque expediat. Quamobrem hac vsum methodo Numen dum per Ephod Sacerdos responderet quammaximè verisimile arbitramur; Patres enim generatim adstruunt afflasse Spiritum sanctum Pontifici Maximo, & per colorum fulgetra occultorum, imprimis eorum, quæ nondum contigerant notitiam instillasse: non autem apparet alia potuisse instruere via, nisi vt sermonis vocem per significationes vocibus nostris æmulas colores ipsi subirent, seu Hieroglyphica appelles, seu characteres mirandos, seu aliam Alphabeti peregrinam figuram; & quid hoc prodigio rationalis præstantiam magis extollit? Quid summi sacrorum Hierarchæ scientiam plus commendet? Hanc cogitationem ex recentioribus amplexati Maluenda

Genebrard. lib. 11. de Antichristo §. *sed nos cunctis*, &c. Genebrardus lib. 1. Chronogr. anno Mundi 2670. pag. 79. Nam duo oraculorum genera distinguit, alterum vocale appellat, scilicet Deo ex Propitiatorio alloquente Exod. cap. 25. vers. 22. & Numeror. cap. 7. vers. 89. *Cumque ingrederetur Moyses Tabernaculum fœderis, vt consuleret Dominum, audiebat vocem loquentis ad se de Propitiatorio, quod erat super arcam testimonij inter duos Cherubin, vnde & loquebatur ei*; alterum mutum, nempè *Vrim*, & *Thummim*, in Ephod, seu Rationali, quoniam externè nihil audiebatur, sed Pontifex per solos gemmarum colores, velut per characteres, nutus, & symbola ex Dei placito significantia de arcanis instruebatur;

Milieus. eleganti Musa noster Antonius Milieus 1. parte Moysi Viatoris lib. 13. num. 19.

*Et quoties de lege refert responsa Sacerdos*
*Consultus, regnique vices, & publica fata,*
*Aut priuata rogant dubiis in rebus egentes*
*Consilio, ac Numen venerati ritè precantur;*
*Pontifici adsistens summo præcordia pellit*
*Spiritus, & gemmas arcano illuminat igne,*
*Instigátque animi fibras, & fata recludit;*
*Tum linguam moderante Deo certissima fundit*
*Effata, & procul omnis abest ambagibus error.*

Torniellus. Castro. eiusdem sententiæ Torniellus tom. 1. anno Mundi 2544. num. 88. Christophorus de Castro Isagoge ad Prophetas minores lib. 3. cap. 3.

103. *Ephod Maximi Sacerdotis num vnum solùm fuerit.* Verùm, hoc mirificum, & Prophetale indumentum, an vnum tantùm, & singulare Hebræis fuit? Sanè, multiplex fuisse ex Regum libro primo colligi posse autumes; nam Abiathar Summus Pontifex descendens in Ceilam Ephod secum detulerat dicti libri, cap. 23. vers. 7. eo autem peregrino, & absente Saul memorati libri cap. 28. vers. 6. *Consuluitque Dominum, & non respondit ei, neque per somnia, neque per Sacerdotes, neque per Prophetas*; Sacerdos autem applicando Ephod dubia tollebat; adde pro illa particula, per *Sacerdotes* Hebraicè legi באורים *Ba Vrim*, hoc est, *per illuminationes*, seu *splendores*: *Vrim* autem ad Rationale, seu Ephod spectat; Sacerdotes igitur percunctatus, per Ephod respondendum erat, siquidem eius exaudire preces Numini visum fuisset. Duo igitur Ephod saltem consideranda erunt; alterum, quòd Abiathar fugæ solatium detulit in Ceilam: alterum, quòd in tabernaculo remansit, cuius ministros

Tostat. Saul adiit. Scrupulo occurrit Tostatus quæst. 14. in cap. 28. lib. 1. Reg. statuens, *Quamuis summus Sacerdos esset vnicus, tamen Ephod non erat vnicum; & dato, quòd semper vnicum esset, quod falsum est; alij Sacerdotes, qui manserant in terra Israël, elapso Abiathar, nouum conficerent Rationale ad solemnitates, & ministerij Tabernaculi.* Abulensis recipiunt pronunciatum Sanchez in 1. Regum cap. 28. num. 9. Alapide, & Sopranis ibidem versu 6. At certè, cùm ad Tabernaculi, & vestium sacerdotalium omnia opera necessum fuerit supernaturali imbui scientia artifices, nempè Beseleel, Ooliab, & in laboribus socios Exodi cap. 28. vers. 3. cap. 31. vers. 2. cap. 35. vers. 32. tum nihil mage arduum, quàm Ephod, & Rationalis textura. Porrò donum illud supercæleste fuisse, seu habitus essent per se infusi, quod innuit Abulensis quæst. 2. in cap. 28. Exodi, & q. 3. in cap. 31. seu per accidens infunderentur, & quoad modum supernaturales tantùm essent, vt Bomfrerius cogitat in cap. Exod. 31. vers. 3. Diuus insinuat Ambrosius octonario 3. in Psalmo 118. ad finem primæ expositionis, *ita est spiritus Prophetarum, & spiritus Apostolorum, sicut & Beseel, & Ooliab, quos impleuit Dominus spiritu diuino sapientiæ & scientiæ, & omnis artis, vt facerent amictum, & tabernaculum, atque altare secundum sensum, quem dedit his Deus*; & quidem prophetandi gratiæ conferens, aliisque Apostolicis charismatibus, subinnuit donum fuisse supernaturale quoad substantiam. Augustinus etiam *spiritu diuino sapientiæ, & intellectus* locupletatos affirmat quæst. 169. in Exodum; & naturæ supra vires illuminatos agnoscunt Ystella in c. 28. Exodi vers. 4. Salianus tom. 2. anno Mundi 2544. num. 579. Cùm igitur ad Ephod, seu Rationalis fabricam cælestis desiderata sit cognitio, eámque tota eius compositio spiret ob artis mirabile ingenium, vt perpendit Arias Montanus in suo Aaron, sub finem §. *vnum illud mysteriis*, &c. non facile persuasu est apud Iudæos repertos opifices, qui suopte ingenio illud imitari valerent, & vt confici à peritis Magistris potuerit, vnde hauserint prophetandi gratiam ad quodcumque hominum opus eiuscemodi Deum transferre voluisse? Probabilius igitur vnum solum extitisse Rationale, & Ephod oraculorum fœcundum. Neque Salianum mouet de Saule traditum Reg. 1. cap. 28. vers. 6. consuluisse nimirum Dominum per Sacerdotes; id quidem largitur tom. 3. anno Mundi 2979. verùm apponit, non interrogasse per Ephod, quod nullum ibi erat, asportauerat enim secum in Ceilam Abiathar, sed exorasse tantùm Sacerdotes vt pro eo Numini preces funderent, si fortè per eos manifestare, quod rebus eius conduceret, quidquam placeret.

Sanchez. Alapide. Sopranis. Abulensis. Bomfrer. Ambros. Augustin. Ystella. Salian. Arias Mont.

104. *Quando responsa Hebræis præbendere, Ephod desierit.* Quando autem desierint *Vrim*, & *Thummim*, nec vltrà Hebræis per Ephod, seu Rationale oracula dabantur, satis exploratum non est; à captiuitate Babylonica, & primi templi euersione eius propè nulla vestigia speciatim Machabæorum libris, qui tantis obruti malis crebrò *Vrim* & *Thummim* consuluissent; quamobrem tunc sublata, & secundo defuisse Templo verior coniectura est; adsentiunt Galatinus lib. 4. cap. 9. Arias Montanus in Aarone suo, ad finem. Genebrardus Chronolog. lib. 2. anno Mundi 3640. pag. 186. Villalpandus tomo 2. in Ezechielem, parte 2. lib. 5. cap. 70.

Galatin. Arias Mont. Genebrard. Villalp.

Salian. Salianus tom. 2. anno Mundi 2544. num. 549. Marius. Leonardus Marius in c.28. Exod. verſ.15. n.50. Bomfrer. Bomfrerius ibidem verſ.30. quæſt.5. & accuratè Serrar. Serrarius lib.1.in Ioſue cap.9.q.18. Porrò huius oraculi ſimilitudo aliqua, & inter falſa Paganorum vaticinia, in quibus duo vt maximè antiqua, ſic famæ celebrioris, Dodonæum ſcilicet, quod vocale, externúmque erat, Hammonis, quod *Vrim*, & *Thummim*, ſeu Ephod imitabatur, quia nutu & ſignis reſponſa dabat; notauit Genebr. Genebrardus lib.1. Chronolog.anno Mundi 2670. *Ethni Oraculum quo pacto Ethnici imitati fuerint.* pag.79.titulo, *Externa Moyſis ſeculo*; addit verò, huius ſuperſtitionis Authorem fuiſſe *Ham*, ſiue *Cham* filium Noë; idem firmat Goropius Beca- Gorop. Bec. nus in originibus Antuerpianis, lib.4.dicto *Chronia*, Ham nempè, ſiue Cham, Iouis ſibi nomen ſumpſiſſe, cui templũ fabricatum, & Iouis Hammonij data appellatio; Hieronymus quidem tra- Hieron. ditionibus in c.9.Geneſis, *Septuaginta*, (air,) *in præſenti loco Cham transtulerunt pro eo, quod eſt Ham, à quo & Ægyptus vſque hodie Ægyptiorum lingua Ham dicitur*; Ægypti conditor fuit Meſraim filius Cham, ſed vocatur terra Cham ab eius genitore Pſalmo 77. verſ. 51. & alibi; forſitan ille patri diuinos procurauit honores, & Numen haberi iuſſit; id ſi contigit, facile eſt diuinare ab Ham Iouem Hamonium nũcupatum; certè ex Ægypto in Libyam, & Africam delatum Herodotus. oraculum Iouis Hammonij ſcribit Herodotus lib.2. ſeu in Euterpe, num.49. Iouis Hammonij Plutarch. incunabula Ægyptiis pariter adiudicat Plutarchus in Iſide, & Oſiride non longè à principio, cuius illa non tacenda verba. *Porrò, cùm plerique exiſtiment peculiare apud Ægyptios nomen Iouis eſſe Amun, quod nos producto vocabulo Amonem dicimus; Manethas Sebennita ea voce occultatum, & occultationem indicat ſignificari; Hecatæus autem Abderita, eſſe vocem inuocatiuam, & cum Principem Deum eandem cum vniuerſo putent, vtpote obſcurum, & abſconditum, vocari ab iis, & orari Amũn dicentibus, vt prodat ſe ac conſpiciendum præbeat.* Cùm igitur Amũm, ſiue Iouem Hamonem Ægypti Deum occultum intelligerent, conſiderandum, nam ideò tacitus & occultus, quia non aliorum Numinum ritu ſermone perceptibili oracula ederet, verùm nutu & ſignis; atque vt gemmarum, quas ſummus Hebræorum Pontifex in Ephod, ſeu rationali portabat nonnullam cernas adumbrationem apud Ægyptios, leges Ælian. Æliani lib.14. variæ hiſtoriæ, c,34. Iudices apud Ægyptios eoſdem quondam fuiſſe qui & Sacerdotio fungebantur; *in his princeps erat ſententia maximus natu, & in omnes ſtatuendi ius habebat, eam omnium hominum eſſe, iuſtiſſimum, & ſinceriſſimum oportebat, qui circa collum imaginẽ ex ſapphyro gemma confectam geſtabat, quæ vocatur* Veritas; certè, nónne *Vrim*, & *Thummim* veritas, & doctrina lapidibus nobiliſſimi pretij inciſæ. Quicquid id eſt, Iouem Hamonem non aliter quàm per ſi- Strabo. gna & nutus vaticinatum Strabo deponit lib.17. Geographiæ, ad medium, inquiens; *reſponſa non vt apud Delphos, & Branchidas verbo dari, ſed ma-* Diodor. Sic. *gna ex parte nutu, & ſignis.* Diodorus etiam Siculus de hoc loquutus Numine Bibliothecæ lib.17. num. 589. *Simulachrum Dei è ſmaragdis; & quibuſdam aliis eſt coagmentatum; & peculiari, nouóque planè vaticinandi genere, oracula edit; in aureâ naui à Sacerdotibus octoginta circumfertur, qui humeris Deum geſtantes eo tendunt, quò fortè fortuna* *Dei nutus illos agit; vides nutu dirigere*, vides gemmis ornamentum; de quibus etiam Quintus Qu. Curt. Curtius teſtatur lib.4. cap.20. adſtipulatur Li- Lil. Girald. lius Giraldus ſyntagmat. 2. hiſtoriæ Deorum 5. *Ammon Iupiter*, &c.

## Sectio XV.

*Sibyllæ Gentium Prophetiſſæ: Spiritus ſancti operâ vaticinatæ ſunt. An Ethnicis ſuperſtitionibus infeſtæ? ſub lege naturæ, quin & regnante Paganiſmo veri Numinis excelluére cultores. Hyſtaſpes Dei Chriſti præannunciauit aduentum: quiſnam fuerit? Hermes, ſiue Mercurius dictus Trimegiſtus, an reipſâ talis aliquis floruerit inter Sapientes? Num ex Dei vatibus? An idololatriam ſequutus, & Dæmonum miniſter?*

AT non penes Hebræos ſolos omnis pro- 105.
phetandi gratia, miſertus eſt Deus & Gen- *Sibyllæ Gentium Prophetiſſæ.*
tium, quibus Sibyllas dedit, per quas legis gratiæ eadem detexit myſteria, Chriſti prænunciauit aduentum iiſdem coloribus, quibus olim per Iudæorum depinxit vates; Theophilus Antio- Theophilus Antioch. chenus Patriarcha lib. 2. propè finem: *Cæterùm Prophetæ illi, de quibus mentio facta eſt, fuere in populo Iſraelitico illiterati, paſtores, & idiotæ; verùm etiam Sibylla Græcorum, & reliquarum Gentium Prophetiſſa in principio ſuæ prophetiæ inuehitur in mortalium genus, dicens*, &c. Clemens Clem. Rom. Romanus lib.5. Apoſtolic. conſtitut. cap.6. *Quòd ſi hoc Gentilibus ludibrio eſt, qui Scripturis noſtris non credunt, faciat eis fidem eorum Propheteſſa Sibylla, qui cum illis loquitur his ipſis verbis.* Nicephorus Calixtus hiſtor. Eccleſ. lib. 8. cap.29. in Nic. Calixt. fine, allegata Sibyllæ de Crucis triumpho prædictione, ſubnectit; *& erat poteſtatis diuinæ ve equidem iudico ad futurarum rerum certiorem cõnſum, non ſolùm per peculiares miniſtros futura prædicere; verùm ſenſim quoque aduenis, & alienis ad id vti; perinde atque Muſicus quiſpiam gratum, & iucundum decantans carmen, ſuperuacaneas quoque decurrit plectro cordas; aut ornatus gratiâ ſupra eas, quæ ex vſu ſunt, alias etiam adiicit*; quibus conſona hiſtoria Tripartita lib. 1. cap. 2. inquiens; Hiſt. Trip. *erat itaque, ſicuti mihi videtur, ſupernæ prouidentiæ, vt ad concordiam futurorum, non ſolùm propriis prophetiæ ventura compraeterentur, ſed etiam ex parte Gentilibus, veluti ſi quis melodiæ compoſitorum propter vtilitatem peregrini ſoni alias chordas plectro diſcurrat, aut ſuper eas, quæ ſunt adiiciat alias.* Sed egregiè imprimis Clemens Alexandrinus Clem. Alex. ſtromatum lib. 6. cap. 2. aliàs 3. *Nam quòd quomodo Deus Iudæos ſaluos eſſe voluit dans eis Prophetas, ita etiam Græcorum ſpectatiſſimos proprie ſuâ linguâ Prophetas excitatos prout capere poterant Dei beneficentiam, à vulgo ſecreuit; præter Petri prædicationem, declarabit Paulus Apoſtolus, dicens: Libros quoque Græcos ſumite, agnoſcite*

*te Sibyllam, quomodo vnum Deum significet, & ea,*
*quæ sunt futura; & Hystaspen sumite, & legite, &*
*inuenietis Dei filium multò clarius, & apertius esse*
*scriptum, & quemadmodum aduersus Christum multi*
*Reges instruent aciem, qui eum habent odio, & eos,*
*qui nomen eius gestunt, & eius fideles, & eius toleran-*
Baron. *tiam & aduentum.* Porrò rectè aduertunt Baro-
Mar. Victor. nius in Apparatu Annalium, num. 19. Marianus
Victorius scholiis ad epistolam 103. Diui Hiero-
nymi, quæ est ad Paulinum, num. 25. Clementem
Stromaticum, quod Gẽtium Magistro adscribit,
ex eius non hausisse epistolis, aut aliis aliquibus
veris scriptis, sed ex traditione Maiorum didicis-
se, solitos Apostolorum coryphæos, dum concio-
narentur, Paganos exhortari ad euoluendos Si-
byllinos libros, aliósque, qui cùm Hebræi non
essent, sed apud Ethnicos nati, inter ipsos Chri-
stianæ Religionis magnitudinem longè ante-
quam prodiisset sublimi decantauêre stylo. Ac
quanqoam Sibyllas aliquas extitisse horum ar-
canorum prænunciatrices Catholicorum fixa
sententia est, frequentior verò opinio decem eas
statuat, nihil tamen ea de re litibus vacuum, de
qua sicut de nominlbus, & patria ipsarum, quæ
communiori iactantur scriptorum fide, legi po-
terunt apud OnuphriumPanuinum libro singu-
lari de Sibyllabus, & carminibus Sibylliois, Li-
Giraldus. lium Giraldum lib. 2. de Poëtarum historia ad
Sixt. Senens. finem, Sixtum Senensem lib. 2. Biblioth. verb.
Medina. Sibyllarum oracula. Michaelem de Medina de
Salmeron. recta in Deum fide, lib. 2. c. 9. Salmeronem tom. 2.
Boissard. in Euang. tractat. 19. Ianum Boissardum latè tra-
ctatu de diuinatione, & Magicis præstigiis, à
Bulling. pag. 196. Bullingerum lib. 4. de ratione diuina-
Galarza. tionis, c. 1. Galarzam Euangelicarum instit. lib. 5.
Bossius. c. 2. Iacobum Bussium lib. 4. de Cruce triumphan-
Rua. ti, cap. 10. Hieronymum de la Rua diffusè tom. 2.
Iul. Cæs. vatiar. controu. 7. positiua, dub. 9. Iulium Cæsa-
rem Capacium historiæ Neapolitanæ tom. 1.
Velluga. lib. 2. c. 20. Ludonicom Velluga in vita Christi,
Torreblanc. & Mariæ, præludio 2. c. 1. Franciscom de Torre-
blanca lib. 8. iuris spiritnalis, c. 2. Sibyllarum nul-
Posseuinus, lam Moyse antiquiorem fuisse Posseuinus con-
& alij. tendit in Apparato verbo *Sibylla*; alij ex vxori-
bus filiorum Noe vnam Sambethem nomine Si-
byllam statuunt, quam modò Chaldæam, modò
Persicam, modò Hebræam vocant, est qui Ery-
thræam quoque putaoerit; Suidam huius effati
defensorem sequuntur Eugubin. lib. 1. de peren-
ni Philosophia, c. 22. Delrius lib. 4. de Magia, c. 2.
q. 6. sect. 1. in fine. Orosco Couarruuias lib. 2. de
falsa & vera Prophetia, c. 31. Petros Greg. lib. 18.
syntagm. c. 6. n. 6. nulla est repugnantia donatam
vaticinali spiritu fuisse aliquam ex Noë longæui
nuribus, & denotant carmina lib. 1. Sibyllino-
rum oraculorum, quæ Bibliotheca Magna PP.
Coloniensis tom. 1. exhibet.

——*Postquam discrimina mortis*
*Effugi iactata meo cum coniuge multum.*

videlicet diluuio superstes; sed hæc vt vera sint,
nequaquam hanc Sibyllam inter eas reponimus,
quæ Paganis concessæ, ne se veritatis fraudatos
luce conquererentur; nam Deum sincerè colebat
Noë familia; superstitiones autem quamuis ab
eius introductæ posteris, & fortasse ab ingrato
Cham, sed magnam stragem Ethnicismus Orbi
106. terrarum haud tam citò, & repentinò intulit.
*Spiritus S.* Vnde autẽ hauserint Sibyllæ tot, tamque ma-
*operâ vatici-* gnifica de Christianæ Religionis altissima glo-
*nati sunt.*

ria? Dæmon, an verus Inspirauerit Deus? potuisse
quidem etiam Diabolo magistro didicisse ea co-
gitare via possimus; quòd ille quamuis suoptè
ingenio, neque mysteria supernaturalia gratiæ
assequi, neque futurorum contingentium libe-
rorum notitiam certam attingere valeat, tamen
audire potuit quæ Angeli Patriarchis, & Pro-
phetis reuelauerant, quæ hi scripserant, inter se
conferebant, nepotibus & discipulis manifesta-
bant, à quibus accepta tradebat falsis vatibus
suis; atque hoc ille malignos ob fines, quo à Pa-
ganis pro incomparabili haberetur Numine, in-
troductásque per eum superstitiones impensiùs
adamarent: Deus autem omnipotens permitte-
bat, quo Ethnicis puræ affulgerent splẽdor Reli-
gionis, & quo suorum fatidicorum conuinci præ-
notionibus possint; ita generatim de huius ge-
neris oculis, quæ Satanæ edebant ministri, Au- August.
gustinus lib. 4. de Trinitate, c. 17. *potestates autem*
*aereæ superbæ, atque fallaces, etiamsi quadam de socie-*
*tate, atque ciuitate Sanctorum, & de vero Mediatore*
*à sanctis Prophetis, vel Angelis audita per suos va-*
*tes dixisse reperiantur, id egerunt, vt per hæc aliena*
*vera etiam fideles Dei si possent, ad sua falsa tradu-*
*cerent: Deus autem per nescientes id egit, vt veritas*
*vndique resonaret, fidelibus in adiutorium, impiis in*
*testimonium.* Quanquam verò præbeamus hæc ita
contingere potuisse, Sibyllas tamen non à Dia-
bolo, sed à Spiritu sancto mira illustratas gratia,
tenendum est; vnanimem enim hanc esse Pa-
trum, & Orthodoxorum scriptorum traditio-
nem admonuit Michaël de Medina lib. 2. de re- Medina.
cta in Deum fide, cap. 9. certè quidem Sibyllam
Æolico sermone θεοβουλὴ, hoc est, *Dei consilium*
appellatur, Hieronymo assertore lib. 1 contra Io-
uinianum cap. 26. quam nominis explicationem
Isid. Hisp. amplexatur orig. cap. 8. Marcum etiam
Varronem inter Ethnicos ipsos laudasse memo-
rat Lactantius lib. 1. diuinar. instit c. 6. inquien- Lactantius.
tem; *vel à consiliis Deorum denunciandis: σιὸς enim*
*Deos, non θεὺς; & consilium non βουλὴν, sed βυλὴν ap-*
*pellabant Æolico genere sermonis; itaque Sibyllam*
*dictam esse quasi θεοβουλὴν*; quæ eadem habet Ser-
uius in illud 3. Æneid.

*Quæcumque in foliis descripsit carmina Virgo.*

quam præferunt etymologiam ex recentioribus
Onuphrius Panuinus libello de Sibyllis, Lilius Panuinus.
Giraldus lib. 2. de historia Poëtarum. Sixtus Se- Giraldus.
nensis lib. 2. Biblioth. verb. *Sibyllarum oracula.* Sixt. Senens.
Patres autem diuino illas Pneumate agitatas
narrant, & Gentilium Prophetides, seu Prophe-
tissas dicunt, nimirum Clemens Romanus lib. 5. Clem. Rom.
Apostolicorum, constit. c. 6. Theophilus Antio- Antioch.
chenus lib. 2. ad Autolycum. Iustin. Mart. Apolo- Iustin. Mart.
gia 2. pro Christianis ad Antonium Pium Impe-
ratorem, & oratione Parænetica ad Gentes iux-
ta finem. Lactant. lib. 1. diuinar. instit. c. 6. August. Lactant.
lib. 18. de ciuit. c. 23. Clem. Alexand. sæpè in Pro- Augustin.
treptico, & lib. 6. stromat. c. 2. Hieronymus lib. 1. & alij.
contra Iouinianum c. 26. Cyrill. Alex. lib. 5. con-
tra Iuliam 5. igitur hæc quidem, &c. Eusebius in
oratione Constantini Imperatoris ad cœtum
Sanctorum c. 18. Beda, seu alius tract. de oraculis
Sibyllinis ad finem tom. 2. Isidor. Hisp. lib. 8. ety-
molog. c. 8. Petrus Blessensis lib. de perfidia Iu-
dæorum, c. 18. Philippus Abbas de silentio Cle-
ricorum, c. 37. Ioannes Satisberiensis in Policra-
tico lib. 2. c. 15. Vincentius Bellouacensis in Spe-
culo histor. lib. 2. c. 100. & duobus sequentibus.

Suidas verbo σίϐυλλα. S. Thomas 2.2.quæst.172. art. 6. ad 1. Hymnus Ecclesiasticus in commemoratione defunctorum, *teste Dauid cum Sibylla*; ob quem versum fortasse Tostatus quæst. 5. in cap.18. Deuteronomij asseruit, Ecclesiam canunizasse multa dicta Sibyllæ Erythreæ, sed ideo generatim de omnibus Sibyllis, quæst.14. in c.13. Iosue. Bessarion Cardinalis lib.3. contra calumniatorem Platonis, cap. 9. atque ex iunioribus Sixtus Senensis lib.2. verb. Sibyllarum oracula. Medina de recta in Deum fide, lib.2. cap.9. Baronius tom. 1. in Apparatu, num. 18. Ioannes Franciscus Picus lib. 4. de rerum prænotione, cap.6. Laurentius Ananias lib.2. de natura Dæmonum, cap.12. Thomas Bozius lib.14. de signis Ecclesiæ, cap. 2. Galatza Euangelicar. institut. lib. 5. cap. 2. Gregorius Tolosanus syntagmat. lib. 18. cap. 6. num. 6. Iacobus Bosius de Cruce triumphanti, lib.4. cap.10. Rua tom. 2. variar. controu. 7. positiua dub.9. Alphonsus de Mendoça quæst. 3. scholastica num. 2. in fine. Suarez tom.1. in 3. parte, disputat. 3. sect. 2. Azor tom.1. institut. moral. lib.9. cap.24. quæsito 10. Henriquez de vltimo fine, cap. 7. num.4. Vasquez tom.2. in 1. part. disput. 132. cap.2. num.7. Canisius lib.2. de B. Virgine, cap.7. Bellarminus lib.4. de notis Ecclesiæ, cap.15. Possevinus Biblioth. lib.2. cap.71. Gretserus lib. 1. de Cruce, cap.49. Ruizius de Montoia de Trinitate, disputat.45. sect. 2. Serrarius opusculo in Symbolum Athanasij, num.87. Raynaudus in Theologia naturali, distinct. 5. quæst. 2. art. 2. num. 194. Salmeron tom.2. tract.19. Barradas tom.1. concord. lib. 3. cap. 25. Iustinianus in 2. B. Petri, cap. 1. vers. 21. num.8. Melchior de Inchofer in epistolam B. Mariæ Virginis ad Messanenses, cap.22. §. *Quid enim vero*, &c.

107. *An Ethnicis superstitionibus infecta.* Cùm igitur Patrum, & recentiorum concordibus, & lætis votis pro diuini Spiritus in Sibyllas afflatu pronunciatum sit, quales obsecro, Religione & moribus, quæ tantam gratiam consequutæ? Augustinus lib.13. contra Faustum Manichæum, cap.15. eis imputat, quod contra idololatriam inuehi ausæ non fuerint, dissimulauerint potiùs cum sacrilegis ritibus nefandarum superstitionum; idémque suggillat principio expositionis inchoatæ in epistolam ad Romanos. (Augustin.) S. Thomas vanorum Deorum cultrices significat, Dæmonémque ancillas 2.2. quæst. 172. art.6. ad 1. & Author commentariorum in 1. ad Corinth. inter opera S. Ambrosij, in illud cap.2. *Nos autem non spiritu huius mundi*, &c. Paganas statuunt Abulensis quæst. 14. in cap. 13. Iosue. Bellarminus lib. 4. de notis Ecclesiæ, cap. 15. Azor tom.1. lib.9. cap.24. quæsito vltimo. Delrius lib.4. de Magia, cap. 1. quæst. 1. dicto 2. & cap. 2. quæst. 6. sect. 1. in fine. Ioannes Franciscus Picus lib. 4. de rerum prænotione, cap. 6. & 9. Leonardus Coquæus in lib. 18. de ciuit. B. August. cap. 23. Laurentius Ananias lib.2. de natura Dæmonum, cap.15. Raphael de Torres tom.2. de Religione, quæst. 95. art. 3. disputat. 3. Salmeron tom. 2. in Euang. quasdam veri Dei amplexatas cultum, alias Ethnicorum veneratas Deos. Ego quidem non respuo Prophetia sceleratos posse donari, & inanium Deorum infectos superstitionibus; eo de themate disserui tom.1. in Canticum Salomonis, Anteloquio 7. sect. 8. num. 70. Sed aliud est Deo etiam inspirante ratò, & quandoque vaticinari sicut Balaam, & Caiphæ accidit, seu vt Pharaonem, aut Nabuchodonosorem cælestis tangere reuelatio non despexerit; his visitatio breuis illa, & currens diuinorum aliquorum mysteriorum facta, vel inquinatos mores, vel fictam Deorum opinionem non sustulit; aliud verò est ad Prophetiæ manus tanquam ex officio desumptum fuisse, de Christi vita & gestis, de idololatriæ excidio, de Catholicæ Ecclesiæ fulgentissimis ornamentis frequenter edoctum esse; déque nobilissimis his arcanis creditam membranis ad posteros longam transmisisse narrationem; quibus hoc concessum est, (quod Sibyllabus datum Patrum & Theologorum communi ostendimus suffragio,) tantæ cum Deo familiaritatis mentes, tanta diuinarum rerum luce perfusas, maleuolæ tamen fuisse animæ, cum Deo gessisse odia, Satanæ ministros ritibus paruisse Ethnicorum superstitionum arduum est; quamobrem de talibus Damascenus pronunciat oratione de fidelibus defunctis; *Hu*, inquam, *diuini verbi potentia perire, optimarumque actionum fructu carere minimè sustinuit.* (Damascen.) Deinde Augustinus lib. 18. de ciuit. cap. 23. Sibyllam Erythræam, seu, vt alij volunt, Cumanam ad sortem Sanctorum, & Dei ciuitatem pertinuisse existimat, quia aduersùs Deorum falsorum venerationem loquitur, & adoratores reprehendit; sed omnes veræ Sibyllæ, quarum ad nos oraculorum fragmenta peruenerunt, hoc ipsum præstant, & ob hanc causam Patres refutantes Paganismum Sibyllarum vrgent testimonijs; Lactantius lib. 1. diuinar. instit. cap.6. enumeratis decem Sibyllis, subiungit, *Omnes igitur hæ Sibyllæ vnum Deum prædicant; earum contra idololatras increpationem*, profert Theophilus Antiochenus lib. 2. contra Autolycum. (August. — Lactant. — Antioch.)

*Erubescite mustelas, & bestias consecrantes,*
*Et lapideas statuas, & simulachra manufacta,*
*Et in itineribus lapidum aceruos; hæc adoratis,*
*Et alia multa vana, quæ sanè turpe fuerit prædicare;*
*Sunt enim Dij hominum deceptores stultorum*
*Horum ex ore funditur lethale venenum.*

& Clemens Alexandrinus in exhortatoria ad Gentes productis Sibyllarum quibusdam carminibus, adiungit: *Hac vobis præcepis Prophetica, & Poetica Sibylla, Deorum aperit turbam, falsò susceptas opiniones synonymis vrgens.* Insuper Hieronymus lib.1. contra Iouinianum cap. 26. *Quid referam Sibyllas, Erythræam, atque Cumanam, & octo reliquas, (nam Varro decem fuisse autumat,) quarum insigne virginitas est, & virginitatis præmium diuinatio?* quam autem à paucis adamata virginitas etiam in populo illo, qui Deum vera Religione colebat, & ab eo legem acceperat, percipiamus à Nazianzeno carmine de laude virginitatis. (Clem. Alex. — Hieron. — Nazianzen.)

*Sic quoque virginitas magni pars inclyta Christi,*
*Antè quidem vmbroso in paucis splendere micabat,*
*Dum lex iura daret terris, & in Orbe vigebat.*

& hos paucos viros solùm fuisse, non autem muliebris sexus aliquam statuit Abulensis q. 12. ad cap. 30. Numerorum, inquiens: *In veteri Testamento in mulieribus non reperitur obseruatio virginitatis cum voto, aut sine voto, sed omnes accipiebant viros: de viris autem magis reperitur;* quare Chrysostomus Homil. 12. in epist. ad Romanos: (Abulens. — Chrysost.)

*Sicubi*

*Sicubi quis prisce illo seculo visus esset virginitatem celere, vehementer admiratione digna res erat.* Ergo si ea splendoere virtute Sibyllæ, quæ obseruatu difficillima habebatur, ad quam accedere nisi magnus aliquis, & rarus noo audebat, quorsum putabimus, quæ hauc ampleaaiæ sunt, non multo magis alias virtutes, quibus tantus non adiuuctus labor, coluisse, atque ita putloris vitæ dignis, & sublimibus fulsisse ornamentis?

108. *Sub lege naturæ, quin & regnante Paganismo veri Numinis excelluere cultores.*

Consideraodum verò imprimis est, de quo B. Augustinus egregiè admonet lib. 18. de ciuit. cap. 47. *Nec ipses Iudaos existimo audere contendere neminem pertinuisse ad Deum prater Israelitas, ex quo propagatio Israel cœpit esse, reprobato eius fratre maiore, populus enim renera', qui propriè Dei populus diceretur, nullus alius fuit: homines autem quosdam non terrena, sed calesti societate ad veros Israelitas superna ciues patria pertinentes, etiam in aliis gentibus fuisse negare non possunt*; claré Augustinos denotat inter Pagaoos atque extra Iudæam veri Dei sanctos floruisse coltores. Nec infrequenter idipsum inculcat, videlicet epistola 49. ad Deo gratlas, quæst. 1. sub fincm, libro de catechizandis rudibus, cap. 19. lib. 2. de peccato originali contra Pelegium, & Cœlestium, cap. 14. cum imitati Hugo de S. Victore eruditionis theologicæ lib. 1. de Sacrsmentis fidei, parte 10. cap. 6. Bernardus epist. 77. Satisberiensis Policratici lib. 3. cap. 9. Lyra in cap. 23. Iob, in illud, io mandatis labiorum, &c. Tostatus in cap. 1. Ruth quæst. 12. & in cap. 6. Matth. q. 129. Bellarmious lib. 4. de verbo Dei, cap. 4. Genebrardus lib. 1. Chronol. anno Mundi 2239. pag. 65. Bozius tom. 1. de signis Ecclesiæ, lib. 1. cap. 8. §. triæ verò, &c. Salmeron tom. 2. tract. 18. Pineda in cap. 1. Iob vers. 1. num. 37. Baronius in Apparatu, num. 18. quod subindicat S. Dionysius Areopagita, de quibus Melchisedechum fuisse oarrat, cap. 9. de cælesti Hierarchia, §. 3. quem sequitur B. Thomas 2. 2. quæst. 2. art. 7. ad 3.

Chrysost. aperrè Chrysostomus Homil. 5. in cap. 2. epist. ad Romanos, in illud, *gloria verò, honor, & pax omni eperanti bonum, Iudao primum & Gentili: Gentiles autem appellat, non eos, qui idololatra essent, sed eos, qui Deum colerent, qui natura legi parentes exceptis Iudaicis ceremoniis, ea omnia, qua ad pietatem conferrent, obseruarent; qualis erat Melchisedec cum suis omnibus, qualis erat Iob, quales Niniuitæ, qualis erat Cornelius.* Cùm igitur io diuersis terrarum partibus, quamuis superstitio Ethnica dominabatur, veræ tamen diuinitatis cognitione illustrati reperirentur nonuulli, qui omni pietate excellereot, & vnius Numinis sempiterni atque infiniti cultui studerent; horum potissimum gratia Sibyllas elegit Deus, quas cùm ipse diuinarum rerum magno perfudisset lumine, speciatim verò de venturo Mediatore Christo Iesu præclara docuisset; illæ hæc eadem fidelium instillabant mentibus, idololatriæ vanitatem atque mendacia palàm demonstrabant, constantes in suscepta professione iubebant esse, si perennibus, & inexplicandis perfrui gaudiis optarent: fugere autem tormenta perpetui ignis, & tenebrarum horribilium, quibus solatij æternum indictum est exilium; ita Cumanam Sibyllam dum viueret. Siculis profuisse autumat

Midendor. Iacobus Mideodorpius lib. 4. Academiarum Orbis, in descriptione Siciliæ §. *Siculi natura ingeniesi*, &c. Certè Maronem caoentem ecloga 4.

*Vltima Cumai venit iam carminis atas*
*Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.*
*Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.*
*Iam noua progenies calo demittitur alto,*

in suam transtulisse Musam ea Cumanæ Sibyllæ oracula, quæ illa de sacratissimæ Virginis partu edito mundi Saluatore præfata est Constantinus Magnus Imperator in oratione ad cœtum Sanctorum apud Eusebium cap. 20. declarat; & veritatem quamuis intelligeret, obscurasse tamen deflexo ad allegoriam versu metu capitis si patria coargueret iostituta, & Deorum turbam damnaret; poëticè quamuis, & alieoa adumbrata persona de Christi aduentu loquutum cogitat Augustinus epist. 3. ad Volusianum, & epist. 155. ad Martiam lib. 10. de ciuitate, cap. 27. & initio iuchoatæ explicatiooisin epistolam ad Romanos; subscribuot Caoisius lib. 2. de Deipara, c. 7. Goropius Becanus in originibus Antuerpianis, lib. 4. dicto *Cronia*, post medium. Hoc igitur metrum cum Marcellianus Orator eloquentissimus Secundiano & Veriano interpretatus fuisset de Saluatoris ortu ex immaculata Genitrice, & germanam hanc esse constructiooem probasset, à Paganismo ad fidem conuersi cum eodem Marcelliaoo, fortiter pro Christo martyrium subiere, vt habet Calendarium Romanum nona Augusti die. Conuersionis autem, qoam diximus fuisse occasionem refert ex ipsorum actis Vincentius Bellouacensis tom. 4. seu Speculi historialis lib. 11. cap. 50. Petrus de Natalibus lib. 7. cap. 41. & aduerrunt Ioannes Bonifacius in historia B. Virginis, lib. 1. cap. 2. Franciscus Sanchez Brocensis io expositione dictæ Virgilianæ eclogæ. Si igitur ranta vis Sibyllarum oraculis, vt etiam Bucolicis commista versibus cùm primùm verus emituit sensus Christianam persuasit Religionem; quid arbitramur ipsas Sibyllas dum inter mortales agerent viuo operatos sermone? vt credibile sit, non taotùm Dei sinceros adoratores roborasse, sed Ethnicorum non paucos ab idololatria reuocasse; igitur veri Numinis cultrices egregias, eiusdem Prophetissas insignes fuisse certius arbitramur cum Ioanne Bocatio, cap. 19. de claris mulieribus, Canisio lib. 2. de Deipara, c. 7. Galarza Cauriensi Episcopo lib. 5. institut. Euangelicar. cap. 2.

Augustin. & alij.

109. *Hystaspes Christi pranuntiauit aduentum.*

Sibyllarum oraculis Hystaspis de Christo Domino, & stupendis eios operibus præclaram vaticinationem adsociat Clemens Alexandrinus lib. 6. stromat, cap. 2. testatúrque Petrum & Paulum Apostolici Collegij fastigia in sermonibus ad primos ex Gentibus credentes laodasse Hystaspis prophetiam, eiúsque commendasse lectiooem; quare ob hoc quidem tam cumulatum elogium rectè coniectatur Barradas tom. 1. lib. 4. cap. 3. non nisi Dco authore Hystaspi ea reuelata fuisse. Addo, cùm hæc tam multa fuerint, vt inde libri confecti sint, ad qoos vti ad Sibyllinos Apostoli remittebaot, vt obseroat Salmeron tom. 2. in Euangel. tract. 19. Sequitur, Hystaspis cum Spiritu sancto noo perfunctoria alloquia, quin verò familiaritatem, & multum vsum; quòd si ita quidem, easdem ob causas, propter quas statuimus Sibyllas idololatriam auersantes, vnius & veri Numinis adhæsisse cultui decernimus Hystaspem spreta inanium Deorum mendaci turba, vnius rerum opificis sacro deditum obsequia; & quidem Hystaspem crebrò

Barradas.

Salmeron.

Lactant.

allegat Firmianus Lactantins lib. 7. diuinar. institut. cap. 15. & 18. & in epitome cap. vltimo.

Iustin. mart.

Eundem qnoque Iustinus Martyr oratione 2. pro Christianis, de mundi per ignem conflagratione vaticinarum refert. At qnisnam Hystaspes? La-

*Quisnam fuerit.*

ctantius memorato nunc cap. 15. lib. 7. snb finem: *Hydaspes quoque, qui fuit Medorum Rex antiquissimus, à quo amnis quoque nomen cœpit, qui nunc Hydaspes dicitur, admirabilis omnium sub interpretatione vaticinantis pueri ad memoriam posteris tradidit, sublatum iri ex Orbe imperium, noménque Romanum, multo antè præfatus quàm illa Troiana gens conderetur.* Lactantio adquiescunt Lilins Giraldus lib. 3. de historia Poëtarum; Gentianus Heruetus commentario in cap. 8. lib. 6. stromat. Clementis Alexandrini. Iacobus Bnssius lib. 4. de Cruce triumphanti, cap. 10. De eo Magiæ origi-

Amm. Marc.

nem pertractans Ammianus Marcellinus lib. 23. ad medium: *Cni scientiæ seculis priscis multa ex Chaldæorum arcanis Bactrianus addidit Zoroastres; deinde Hystaspes Rex prudentissimus Darij Pater; qui cùm superioris Indiæ secreta fidentius penetraret, ad nemorosam quandam venerat solitndinem, cuius tranquillis silentiis præcelsa Brachmannm ingenia potiuntur, eorúmque monitu rationes mundani motus, & syderum, purósque sacrorum ritus quantum colligere potuit, eruditus; ex his quæ didicit aliqua sensibus Magorum infudit, quæ illi cum disciplinis præsentiendi futura per suam quisque progeniem, posteris ætatibus tradunt*; & ad vberiorem aliquam

Agathias.

lucem Ammiano connectamus, quæ Agathias memorat lib. 2. de bello Gothnrum, post medium, vbi loquens de Zoroastre. *Persæ,* (inquit,) *nostræ ætatis Hystaspis temporibus floruisse eum tradunt; quam ob causam in ambiguo est, nec planè satis dignosci queat, vtrùm Darij pater, an alius quispiam is fuerit Hystaspes? Sed quouis ille floruerit tempore, Magister tamen Persis fuit, & Magicæ inuentor, qui prisco sacrorum ritu mutato, promiscuas quasdam, & varias opiniones induxit*; itaque inter Paganos ipsos antiqua opinio est Hystaspem futnra præsentiendi facultate præcelluisse: illi autem falsorum Deorum muneri adscribebant, nam cui tribuerent nisi Diis, quos agnoscebant, & venerabantur? reipsa tamen, non Dæmonum ille præceptis imbutus, sed Spiritum sanctum instructorem habuit. Quòd si quidem Beati illi Magi, qui Christum vagientem adorauernnt, Matth. cap. 2. vers. 11. ex Balaam vaticinio Numerorum cap. 24. vers. 17. atque Sibyllinis libris hauserunt stellæ fulgentioris lumine designandum ortum Messiæ iuxta multorum Ecclesiæ Patrum sententiam, quos exhibet Alapide præfatn Numernrum loco, & in Matth. c. 2. vers. 2. Certè cùm Hystaspes inter Magos tanti nominis fuerit, idémque de Christo Domino mnlta prophetieè reuelata scripserit, perquam verisimile est eandem prædictionem Magos eius pariter didicisse ex vaticinationibus.

110.

*Hermes, siue Mercurius dictus Trimegistus, an reipsa talis aliquis floruerit inter Sapientes.*

Cicero.
Augustin.

Num huius etiam generis, hoc est, *vates & Propheta Dei summi* Mercurius Trimegistus; de cuius prosapia etsi nihil certum, quoniam multos viguisse Hermetis, siue Mercurij cum appellatione tradunt Cicero apud Lactantium lib. 1. diuinar. institut. cap. 6. Augustinus lib. 8. de ciuitate, cap. 26. qui ex ipsius Trimegisti dictis colligit auum eius Hermetem vocatum; id tamen communiter receptum, vndecumque prognatus, Ægyptium fuisse; qnem vt est apud Lactantium dicto nunc loco, *Thoth* appellant, à quo apud eos primus anni sui mensis, nimirum September endem vocabulo insignitus est; Philo Biblius apud Enseb. Cæsar. lib. 1. de præparatione Euangel. cap. 9. aliàs 6. *Taautum* dicit, sed ab Ægyptiis adstruit nominari *Thoyth*, ab Alexandrinis *Thoth*, Græci ἑρμῆν, hoc est, *Mercurium* reddidere Arnobius lib. 2. contra Gentes *Theutin* nuncupat, Tullius autem *Theyn* ab Ægyptiis appellatum memorat lib. 3. de natura Deorum. Plato in Philebo non longè ab initio, vocat *Theut*, vt & in Phædro propè finem; qua de voce Lilius Giraldus historiæ Deorum syntagmat. 9. §. *Thoth Mercurius,* &c. qua etiam ætate floruerit incerta cognitio est, Suidas verb. ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος, ait vixisse ante Pharaonem; sed cùm Reges Ægyptiorum communi dicerentur appellatione *Pharaones*, ambigua definitio est, quæ Pharaone aliquo seniorem declarat, contendunt Moyse iuniorem putandum Eusebius Cæsariensis principio Chronici, & lib. 10. de præparatione Euangelij, cap. 9. Cyrillns Alexandrinus lib. 1. contra Iulianum. Augustinus lib. 18. de ciuitate, cap. 8. Eustathius Antiochenus initio Hexaëmer. Tostatus tom. 1. Hispanici in Eusebium Cæsar. commentarij c. 35. & 36. esto hoc per nos libenter; quanquam sicut apud Ægyptios scholæ fuerunt ante Moysem, ita & Mercurius ex illis, qui disciplinarum fama claruerunt, vnus esse potuit. Qnodcumque eum habuerit seculum, tanti non refert; præcipuè in eo considerandum, quòd de sacrosanctæ Trinitatis inperuestigabili arcano non pauca illum tradidisse, quæ & hodie in eius scriptis leguntur, existimauerint Lactantius lib. 4. diuinar. institut. cap. 9. & cap. 28. Cyrillus lib. 1. contra Iulianum. Augustinus oratione de quinque hæresibus contra Iudæos, cap. 3. Vincentius Bellouacensis in speculo historiali lib. 4. cap. 10. S. Antoninus 1. parte summæ historialis, titulo 4. cap. 3. §. 2. atque hanc ob causam vocatum illum *Trimegistum*, hoc est, *ter maximum*, affirmant Suidas verb. *Hermes*, & Chronicon Alexandrinum non longè ab initio; Augustinus præsensisse eum idololatriæ futuram olim ruinam adstruit, lib. 8. de ciuitate, cap. 23. Geniorum malorum deprauationem eam non latuisse ostendit Bubalus de Angelis, quæst. 50. art. 1. difficult. 2. §. 1. de eo Lactantius lib. 1. cap. 6. *Hic scripsit libros, & quidem multos, ad cognitionem diuinarum rerum pertinentes, in quibus maiestatem summi, ac singularis Dei asserit, iisdémque nominibus appellat, quibus nos, Deum ac patrem; ac ne quis nomen eius requireret, ἀνώνυμον esse dixit, eo quod nominis proprietate non egeat*; quæ in particulari fusiùs explicat Eugubinus lib. 1. de perenni Philosophia, c. 23. & 24. Porrò libros quadraginta dnos imprimis necessarios ab eo conscriptos narrat Clemens Alexandrinus lib. 6. stromat. cap. 2. & litterarum ob gloriam, multarúmque artinm notitiam, & aliquarum inuentionem celebrant Philo Biblius apud Euseb. lib. 1. de præparatione Euang. c. 10. Tertullianns libro de testimonio animæ, cap. 5. & de corona Militis, cap. 8. Arnobins lib. 2. contra Gentes. Cassiodorus lib 8. variarum, formula 12. Fulgentius Mythologus lib. 1. titulo *de Musis*, Diodorus Siculus lib. 1. Biblioth. sect. 2. num. 28. Plutarchus lib. 9. quæstionum conuiualium, q. 3. Iulius Hyginus ad finem fabularum, cap. 277.

Lactant.

Clem. Alex. & alij.

cap. 277. & ob tam clarum in ſcientiis nomen *Trimegiſtum*, videlicet etiam *Ter maximum* iodigetatum ſentiunt Lactantius lib. 1. cap. 6. Cyrillus lib. 1. contra Iulianum. Iſidorus Hiſpal, lib. 8. origin. cap. 11. Eugubinus lib. 1. de perenni Philoſophia, cap. 25.

III. *An idololatriam ſecutus, & Dæmonum miniſter.* Quanquam tamen iſta de Trimegiſto prædicentur Mercurio, non tamen veri Numinis adoratorem eum ſtatuit Cyrillus lib. 1. contea Iulianum, oon loogè à fine; *igitur Ægyptius iſte Hermes, etſi Sacerdos eſſet, & idolorum fanis aſſideret; eadem cum Moyſe quamuis non purè, nec abſolutè, attamen ex parte ſenſiſſe, ac vtilitatem ex eo cœpiſſe comperietur.* Ethoicnm quoque decernit S. Antoninus de Florentia 1. parte ſummæ hiſtorial. titulo 4. cap. 3. §. 2. in fioe; & quanquam ob hoc non repugnaret Deum ei arcana nonnulla prophericè renelaſſe, vt Balaam idolorum quoque

Auguſtin. Myſtæ aperuit Numerorum cap. 24. verùm Auguſtinus ne hoc quidem tribuit, ſed à peruerſis didiciſſe Angelis autumat; *erat enim de his*, (inquit lib. 8. de ciuitate, cap. 23.) *de quibus dicit Apoſtolus, quod cognoſcentes Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum; multa quippè talia dicit de vno vero Deo fabricatore mundi, qualia veritas habet, & neſcio quomodo illa obſcuritate cordis ad iſta delabitur, vt Diis, quos confitetur ab hominibus fieri, ſemper velit homines ſubdi, & hæc futuro tempore plangat auferri*; & paulò inferiùs: *Non enim hoc ei reuelauerat Spiritus ſanctus ſicut Prophetis ſanctis*, &c. quidem Trimegiſti potiſſima laus eſt eorum, quæ de ſancta Trinitate loqnutus, verùm hæc ipſa tam ambigua, & obſcura ſunt, vt arduum ſit ſtatuere num myſterium attigerit, vel tres omninò ſeparatos Deos intellexerit de tribus perſonis; qnare Platonem, qui ab eo hanſerat, non paruam occaſionem Arrianis fuiſſe condendæ hæreſeos, animaduertit Carthuſianus in 1. ſentent. diſt. 3. quæſt. 3. §. *veruntamen potiùs reer*, &c. Nullum igitur fundameotum eſt, vt inter Prophetas Dei Trimegiſtum reponamus, vt benè comprobat Franciſcus Collius opere de Animabus Paganorum, lib. 3. cap. 32. imò nec eſt in eo, quod ſuſpiciamus ſupra alios Philoſophos Gentiles, in quorum lucubrationibus nonnulla confusè dicta iouenjuntur de ſublimi Triados myſterio; nam & hi, & illi vel ex conſuetudine cum Hebræorum Doctoribus conceperunt, apud quos ex Maiorum traditione, & ex Scripturarum reconditis interpretationibus vigebat notitia; vel ex Dæmonum quibuſdam oraculis nonnunquam arcana abſtruſa, quæ ex Sanctorum Dei amicorum ſermonibus, & ſcriptis hauſerant, patefacientium; partim quoque ex vaticiniis Sibyllarum. Et nos qnidem ducibus Auguſtino, & Cyrillo, Trimegiſtum huiuſmodi pingimus: eſt autem qni ſcribat, nullum vnqoam *Hermetem Trimegiſtum* inter homines verſatum fuiſſe; nam erant quædam Mercurij ſimulachra quadrangulari forma abſque pedibus & manibus ſolo capite inſignita, vt tradunt Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 19. Phornutus de natura Deorum, in Mercurio; iam verò columnis inſcribi conſueuiſſe apud Ægyptios grauiorum diſciplinarum aphoriſmos, ſæpè abditarum quæſtionum perplexos modos referunt Iamblichus initio libri de myſteriis Ægyptiorum, & Proclus commentario 1. in Timænm, quorum etiam teſtimonia citat Eugubinus lib. 1. de perenni Philoſophia, cap. 25. & confirmat Diodorus Siculus lib. 1. Bibliothecæ ſect. 2. Ergo ſi Deo placet, quoniam Cymbrica lingua *Thoth*, quod Mercurio nomen eſt inter Ægyptios, *caput* denorat, *Trimegiſtus quis.*
Trimegiſtus non homo aliquis fuit, ſed marmor, aut lignum, nec eius doctrina alia, quàm ſententiæ, quas legi in columnis diximus; hunc quidem in modum Goropius Becanus lib. 1. Hierogiyphicorum, iuxta finem, & lib. 4. Gallicorum, non longè ab initio; nimirum, quòd non etiam Platonem, Ariſtotelem, Homerum in lapidea ſimulachra conuerterit; nam vnde credimus humano propagatos ſemine, Philoſophiæ rara fuiſſe ornamenta, niſi quia digniſſimi teſtes adſtruunt, ipſorum teſtantur vigiliæ & lucubrationes? Sed vt omittam grauiſſimos pro Trimegiſto ex ipſa Gentilitate teſtes Platonem, Diodorum Siculum, M. Tullium, Plutarchum, Hyginum, & varios, quos cumulat Eugubinus lib. 1. de perenni Philoſophiæ, capite 25. quid illa Patrum cohors narrantium apertiſſimis verbis hominum fuiſſe, plurimos compoſuiſſe libros, Auguſtinus, Lactantius, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Arnobius, Euſebius Cæſarienſis, Cyrillus Alexandrinus, Caſſiodorus, Iſidorus Hiſpalenſis? itane horum dictis potior ſignificatio vocis Cymbricæ? relatum in Deorum numerum ab Ægyptiis ſuggerit Lactantius diuinar. inſtitut. lib. 7. cap. 13. & libro de ira Dei, cap. 11. quemadmodum eum tunc prona in tranſmutationes, & fabulas Gentilitas canino delineauit cum capite, vt meminere Iſidorus originum lib. 8. cap. 11. Albricus Philoſophus libro de imaginibus Deorum, in Mercurio *canis* ſagacitate ingenij perſpicaciam adumbrantes; ſic pariter *Hermetes*, ſeu ſtatuas illas quadrangulares illius formauerint in honorem, vt aduertit Ianus Boiſſardus tractatu de diuinatione & Magia, in Trimegiſto; ſed nihil iſtorum impediuerit quin aliquando floruerit homo ipſe verus, diſciplinarum cognitione excelluerit, volumina non pauca compoſuerit: quare Becani cogitatio vt inepta, & præcepa deſpicienda; & meritò contemnunt Franciſcus Patricius præfatione ad opera Trimegiſti, Raynaudus Theologiæ naturalis, Prologo 5. numer. 63.

***

SECTIO

## Sectio XVI.

*Lucifer, an Deus per essentiam fieri exoptauerit? Peccatum illius, aliorúmque commilitonum, quòd Verbo carnem habituro obsequium deferre contempserint? Angelorum prauorum ruina Ethnicorum Sapientibus innotuit. Inuidia acerba Luciferi, & sociorum de intemeratæ Virginis exaltatione: Angelis desertoribus post culpam. Num pœnitendi facultas relicta? Dum in via essent, præcepta specialia eis imposita fuere: cur admisso peccato ad gratiam resurgere non potuerunt? Lucifer an cobortatus alios Angelos ad rebellandum?*

112. *An Lucifer Deus fieri per essentiã exoptauerit.* HActenus de Angelici intellectus iis perfectioribus, quæ insigniores reputantur; dicamus aliquid de voluntatis affectibus, sed quòd sit planè admirandum, Angeli nempè, quem inter Hierarchias nouem supremum, & nobilissimum Authorum densior fert opinio, miserandam stragem, quæ & in commilitones plurimos diffusa est; quid in attonitos reddat lapsus nos lutea, & fragilissima vasa? obstupescit & Propheta, exclamans: *Quomodo cecidisti de cælo Lu-* Isai. 14. 12. *cifer, qui manè oriebaris?* Isaiæ cap. 14. vers. 12. culpæ originem superbiam nimiam, quam liuor Ascan. subsequutus est, ostendunt ex Patribus fusè Ascanius Martinengus tom. 1. glossæ Magnæ in Suarez. cap. 1. Genes. pag. 450. Suarez lib. 7. de Angelis, cap. 8. num. 2. Sed quàm immanis præsumptio, voluisse Deo parem esse, & creatoris maiestatem vsurpare? Isaias relato nunc loco; *qui dicebas in corde tuo: In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis; ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo*; equidem diuinos affectasse honores, & non minoribus coli obsequiis, quàm ea sunt, quibus sempiternum, & infinitum adoratur Numen Ecclesiasticorum Scri- Greg. Th. ptorum nonnulli denotant; Gregorius Theologus carmine 6. de substantiis mente præditis.

*Corruit amisso vilis splendore, miserque,*
*Dum Deus esse cupit.*

Pantaleo. Pantaleon Diaconus in encomio S. Michaëlis: *Imperij expiditatis æstro percitus, rebellauit aduersus creatorem, regnum eius & gloriam sibi conans* Cl. Marius Victor. *vsurpare.* Claudius Marius Victor præfatione metricæ expositionis in Genesim.

*——Dum lucis Domini, vitaque, suique*
*Inuidet authori, titulúmque hunc appetit*, &c.

Alcin. Auit. & Alcinus Auitus lib. 2. in Genes.

*—— rabido concepit corde furorem*
*Authorémque negans, diuinum consequar, inquit,*
*Nomen, & æternam ponam super æthera sedem*
*Excelso similis, summo nec viribus impar?*

Quomodo autem Deus esse flagrauerit, si votorum scopus tali donari natura, qualem ea significari voce egregiè pernoscebat? edoctus erat Dei essentiam à se, & necessariò existere, illimitatam, improducibilem, æternam, omnipotentem, vnicam, indiuisibilem, nihil magis implicare, quàm creaturam Deum esse per essentiam; hac igitur instructus notitia, eàque euidenti, & demonstratiua, non potuit Lucifer efficaci intendere volontate Deus esse per naturam, nemo enim absolutè, & efficaciter appetit quod clarè animaduertit cum impossibilitate necessariam habere connexionem. Superest igitur de obiecto contradictorio volitiones ei adscribamus sub hypothesi, nimirum, vt contingere aliquo modo possit, ardenter optauerit, creaturæ absorpta limitatione, & finitudine in Deum transire; & quidem hoc genus velleitatis duplici sub ratione consideranda. Nam concupiscere potuit Deus esse, non in detrimentum, vel iniuriam alterius, sed propriæ excellentiæ gratia, & hic actus otiosus, & vanè curiosus argueodus, nec tantæ malitiæ vt Numen concitaret in magnam iram, quemadmodum expendit Suarez lib. 7. de Suarez. Angelis, cap. 12. num. 22. aut desideraret sub conditione valebat Dei frui perfectionibus, & maiestate insuperabili in eiusdem Numinis odium, quo ipsi resistere queat, quo eius diminuere gloriam, quo nocere viis quibuscumque possit; & hic affectus blasphemus, atque sacrilegus reputandus: at certè talis indignatio voluntatem supponebat liuore, & concitatione in Deum efferuescentem; qui enim vatinianum contra alios cordibus odium nutriuere, in tales optatus, furoris nimirum argumenta, prorumpere solent; quis me Regem constituat vt plenam viodictam sumam de hoste meo? Cùm igitur ante actum, quo Deus fieri tentabat, supponatur deprauata voluntas inuidiæ adoersùs Numen stimulis, Luciferi prima culpa non fuerit appetentia æqualitatis cum Deo: verùm, etsi huiuscemodi conditionati affectus non repugnent, sed credito procliue non est, Angelum, cui nulla causa est oblata auersionis contra Deum, quem honore, donis maximis, pulchritudine incredibili auxerat, iras pectore fuisse contra illum tam crudeles, accedit, nec latuisse eum, hos omnes conatus irritos futuros Deo semper gaudioso & intacto; probabile est igitur Angelum futilibus his non indulsisse conatibus, neque hac via procurasse æqualitatem cum Deo; nec adspirasse ad eandem per inordinatam appetitum beatitudinis naturalis, aut supernaturalis, ostendit P. Suarez præfat. lib. 7. de Angelis, cap. 10. & 11.

Sed quid tandem? nónne quidem eiusdem 113. esse potestatis, & imperij cum Deo, iisdem coli supplicationibus tentauit Lucifer? quò illa spectant Isaiæ cap. 14. vers. 14. *Ascendam super alti-* Isai. 14. 14. *tudinem nubium, similis ero Altissimo?* in quibus similis, nisi vt ei quemadmodum supremo Creatori, omne genu flectatur? quò illa tendunt sub figura Principis Tyriorum Ezechielis cap. 28. Ezech. 28. 2. vers. 2. *ego quod eleuatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi?* itaque Deus propriè nuncupari vehementer exoptauit; *Peccatum illius, aliorũque commilitonum, quòd Verbo carnẽ habituro obsequiũ deferre cõtempserint.* & quoniam sibi præferri minoris nobilitatis creaturam animaduertit, ex superbia liuore contabuit, Numinis obsequi mandato contempsit, nempe, cùm in via adhoc, & statu merendi versarentur Lucifer, & commilitonum densa ma-

nus,

nus, reuelatum eis inter magna alia arcana Sacramentum Incarnationis, scilicet Verbum Patris carnem assumpturum, siue hæc passibilis foret, seu impassibilis, de quo tum scire non oportebat, itaque hypostatico vinculo naturæ humanæ sociandum hominem Deum verè appellandum, qui consederet præ Angelis in infinitum excelsus ad dexteram Patris, cui danda omnis potestas in cælo, & in terra; & sanè notitia imbutos Incarnationis filij Dei dum adhuc in

D. Augustin.
via Angelici subsisterent spiritus, edocent S. Augustinus lib. 5. de Genesi ad litteram, cap. 19. &

S. Thom.
B. Thomas 1. parte, quæst. 64. art. 1. ad 4. quæ Scholasticorum, & interpretum sacræ Scripturæ frequentior opinio est. Porrò tunc cùm per fidem in via repræsentatus est Christus, mandatum impositum est adorandi eundem vt caput, & Imperatorem suum; hoc namque Apostolum indicare,

Hebr. 1. 6.
cap. 1. ad Hebr. vers. 6. *& cùm iterum introducit Primogenitum in Orbem terræ, dicit, & adorent eum omnes Angeli Dei*; scilicet bis adorari iussus, primùm statim vt creata est natura Angelica, & futurus Christi aduentus eis manifestatus: secundò, cùm reipsa incarnatus est; quam posse verborum rectam existimari interpretationem non paucis grauibus visum scriptoribus, iis præsertim qui pro themate nostro mox recensendi fuerint; sed Lucifer cohortium Dux rabidè tulit Angelicam celsitudinem humanis postponi imbecillitatibus; quamobrem ad defectionem cohortatus est, nec paucis, quamuis minori spirituum parti suasit, ne Christo honores deferrent, contemnentes autem Dei filium carne amiciendum venerari, cælo relegati sunt, Tartari squalore & ignibus perpetuum cruciandi. Sanè, cùm de Angelorum inaudita superbia constet diuinos vsque in honores consurgere tentasse, qua equidem via & Angelus & Deus simul nuncuparetur, & gloriæ vltimum attingeret fastigium, nisi hypostatica interueniente vnione, concipi satis nequeat; hanc igitur ambiuerit, & consequendi spe frustratus in odium Christi exarserit, colere despexerit; hinc subministratum arrogantiæ fomitem, progressam etiam inde acerbam inuidiam in Christum Do-

Rupert.
minum, & genus humanum. Rupertus in illud Ioann. cap. 8. *ille homicida erat ab initio*, &c. propè finem, lib. 8. commentariorum in dictum Euangelistam. *Nomine homicidæ antiquum Diaboli odium intelligere nihil vetat, quo & ante hominem conditum, se interfecit aduersus eundem filium Dei; quem nunc hominem factum desiderabat, & festinabat interfici*, & Diabolus colloquens de lapsu suo

S. Brigitta.
cum Domino Christo apud S. Brigittam lib. 1. cap. 34. inquit. *Vidi, quæ futura erant, & quia gloria tua, & honor est sine principio, & est sine fine; inuidebam tibi, & cogitabam, quod libenter cruciarer super omni pœna amarissima, ad hoc vt tu morerêris; & in tali cogitatione cecidi, & ideo infernus est factus.*

Anselm.
Anselmus in cap. 12. Matth. in illud; *ideo dico vobis, omne peccatum*, &c. *Iudaos*, (inquit,) *in Diabolicum lapsos peccatum, eo quòd ex inuidia Christo detrahebant, potius se nunquam saluari, quàm*

Alens.
*Christum recipere volentes.* Alexander Alensis 3. parte, quæst. 2. memb. 13. in corpore, *ex quo patet, quòd Lucifer intellexit vnionem humanæ naturæ ad Deum non existente lapsu humanæ naturæ, & ipsum lapsum intellexit vt impeditiuum vnionis, propter quod procurauit lapsum*; sententiam verò expedi-

S. Bernardin.
tis, & clarissimis verbis tradit S. Bernardinus Senensis tom. 1. sermone 54. de vniuersali Christi regno, feria 5. post resurrectionem Domini, art. 4. toto, & tom. 2. sermone 56. de passione Christi, feria 6. in Parasceue art. 1. §. 1. & tom. 3. sermone 57. de amore incarnante, feria 5. post quintam Dominicam Quadrag. 1. parte principali, & in fine concionis, ait: *Causa damnationis Luciferi fuit, quia primum festum huius Incarnationis Verbi sibi reuelata noluit custodire.*

Pelbart.
Pelbartus ex sancti Francisci instituto in Pomœrio, siue stellario sermonum de B. Virgine, lib. 5. parte 1. art. 3. cap. 1. *Unde inuidens homini de maiori fœlicitate superbiuit, nolens subesse Deo homini, quod aliis Angelis manifestauit, & multi ei consenserunt blandienti, & sic omnes è cælo ceciderunt*, &c. tra-

Valentia.
dunt ex iunioribus Iacobus de Valentia in illud Psalm. 81. *Surge Deus, iudica terram*, &c. atque iterum succinctè ad finem expositionis in Psalmum 102. in illud, *Benedicite Domino omnia opera*, &c.

Cathar. &c.
Catharinus latè opusculo de Angelorum bonorum gloria, & lapsu malorum §. *vidit ergo ille superbus*, & sub finem, conclusione 4. 5. 6. & in secundam B. Petri epistolam cap. 2. vers. 4. Ioannes Viguerius institutionibus theologicis, c. 3. §. 2. versu 15. Ascanius Martinengus tom. 1. glossæ magnæ, in cap. 1. Genes. tractatu de Bello Angelico, pag. 448. Melchior Flauius Minorita libello de regno Iesu Christi, cap. 6. Alexander Pesantius in 1. partem, quæst. 63. art. 3. disput. 2. num. 2. Augustinus Torniellus sacrorum Annalium Proœmio, num. 15. & cum eo Henricus Spondanus sacrorum etiam Annalium Prologo, num. 10. Suarius ex professo, lib. 7. de Angelis, c. 13. num. 13. docuerat verò obiter priùs tom. 1. in 3. part. disput. 42. sect. 1. §. 3. probatur, &c. & tom. 2. in 3. part. disput. 31. sect. 2. §. *ex his verò*, &c. Molina 1. parte, quæst. 63. art. 2. & 3. disputat. vnica, memb. 5. in 7. conclus. Becanus cap. 4. de Angelis, quæst. 6. conclus. 1. Granado tract. 13. disput. 2. de Angelis, sect. 4. num. 32. Tannerus 1. parte, disput. 5. quæst. 6. dub. 4. n. 17. Martinon in eandem 1. part. disput. 24. sect. 1. num. 8. Salmeron disput. 7. in cap. 1. epistolæ ad Hebræos §. *inter ea, quæ in tertio*, &c. & disput. 3. in secondam Petri cap. 1. §. *fuit igitur peccatum Dæmonum*, &c. Iacobus Pinto tom. 1. de Christo crucifixo, lib. 2. tit. 1. loco 6. num. 3. Cornelius à Lapide in cap. 12. Apocal. vers. 4. ibidem vers. 6. Iacobus Tirinus. Petrus Biueto sacri Oratorij parte 1. imagine secunda. Antonius Vasconcelos tom. 1. de Angelo custode, lib. 2. cap. 5. part. 3. num. 5.

Luciferi ruinam infaustam, aliorúmque spirituum, qui contumaces esse voluerunt, de cælo eiectamentum, pœnásque, & carcerem teirum Ethnicorum haud latuisse notitiam, Sapientum imprimis Lactantius subinnuit; nam de Mercurio Trimegisto lib. 2. diuinarum institution. cap. 15. *quos ideò Trimegistus ἀγγέλους πονηροὺς appellat, adeò non ignorauit ex cælestibus deprauatos, terrenos esse cœpisse*; eam ruinam Ates sub figura ab Homero adumbratam Iliados lib. 19. sub principio, & desumptam ex his, quæ de Lucifero cadente Isaias Regis Babyloniorum sub typo pingit, cap. 14. vers. 12. placuit Iustino Martyri oratione Parænetica ad Gentes, non longè à fine: sic autem disserit; *itémque de generis hominum hostis è cæli præcipitatione, quem Diabolum diuina scripta* 114.

*Angelorum prauorũ ruina Ethnicorũ Sapientibus innotuit.*
Lactantius.

*scripta à prima ipsius in hominem διαβολὴ, id est, calumnia, vel accusatione eius vocant; ac si quis accuratè considerare velit, inueniet Poetam nominis quidem Diaboli nusquam facere mentionem, sed ex deterrima eius actione appellationem, ac nomen fingere; nam ἄτην eum Poeta nuncupans, illum è cælo præcipitem ab eo Deo, quem colerent, datum esse dicit, eorum, quæ ab Esaia Propheta de eo dicta sunt, recordatione, sic in sua poësi scripsit:*

Pediam.

*Continuò iratus comptis tum crinibus Aten*
*Cæpit, & insigni se obstrinxit Religione;*
*In cælum nunquam rediens, ad sydera nunquam,*
*Ostendi, assiduè cunctos quæ affligeret Ate;*
*Dixerat hæc, manibus cum cælo trusit ab alto*
*Contorquens, ea mox sic ad mortalia venit.*

Iustini Martyris de Homericis versibus interpretationem laudant Bessarion Cardinalis lib. 3. aduersùs Platonis calumniatorem, cap. 7. Eugubinus de perenni Philophia lib. 8. cap. 33. Cœlius Rhodiginius lib. 2. lect. antiquar. cap. 6. Iannus Boissardus de diuinatione, tract. de Magia, & Angelis, cap. 2. pag. 35. certè, & Empedoclis quædam metra de Dæmonibus, siue Geniis Deorum indignatione superna deturbatis aula exhibet Plutarchus non longè ab initio libri de fœnore, seu vitando ære alieno: Pythagoricos etiam Philosophos quodam animarum lapsu, quas in nouem ordines distribuebant, hoc ipsum denotasse existimant præter Scriptores nuper productos Marsilius Ficinus in c. 1. lib. 8. Enneadis 4. Plotini, & distinctiùs argumento in Phædrum Platonis, argumento item Socraticæ Apologiæ; iidémque tradunt Pherecidem Syrum docuisse quandam Dæmonum è cælestibus ruinam; annectere verò Ophionem, hoc est, serpentem Dæmoniacum fuisse Coryphæum exercitus rebellantis in mentem diuinam; Platonem quoque symbolis quibusdam Diaboli indicare præcipitium; & cùm duas animas Mundi ponit, alteram boni parentem, alteram malorum causam, per animam prauam Satanam Dei aduersarium significare voluisse opinatur Bubalus tract. de Angelis, quæst. 51. art. 1. quæsit. 2. difficult. 3. §. 12. de quibus singulis disputat Ludouicus Viues lib. 1. de veritate fidei Christianæ, titulo, *de peccato Angeli, & hominis*; qui obseruat Paganos istiusmodi hausisse vel ex aliqua Maiorum traditione, vel ex Dæmonum ipsorum, quibuscum familiaritas multorum Gentilium, narratione; Hebræi etiam reuelare poterant, & Sibyllarum vaticinationes.

Bessarion. Eugubinus. Cœl. Rhod. Boissard. Plutarchus. Ficinus. Bubalus. Lud. Viues.

115. *Luciferi, & sociorum inuidia de intemerata Virginis exaltatione.*

Sed in hac tam immani Tragœdia, an Dæmonum tota bilis contra solum Verbum incarnatum? nulla concitatio, liuor nullus aduersùs intemeratam Dei genitricem? ecquando Satan erga Mariam placabilis? Dices, Deum, priusquam Angelus Creatorem offendit, nondum statuisse quomodo Christum produceret, videlicet, an ipse se solo efformaret, qua norma Adam effigiatus est; an simul cum causa secunda, factum nempè ex muliere; decreuit quidem absolutè, & efficaciter Christi futuritionem, & hoc sufficiens erat, vt Angelis in via Incarnatio denunciaretur, pro illo autem signo, num Genitricem habiturus esset Dei filius homo constitutus, non determinarat; cùm igitur Angelis nihil aliud significatum fuerit, quàm à secunda Trinitatis persona carnem assumendam, modum verò ignorarent, quo peragi mysterium Numini placuisset, de matre non cogitarunt: verùm quicquid id sit, an hunc se gesserit in motem diuina contemplatio simul, & affectus pro aliquo signo rationis; indubitabile est tandem statuisse vt fœmineo portaretur claustro, fœmineo prodiret ex vtero Christus Dominus, siue caro ex Virgine mutuata passioni & morti obnoxia foret, seu iis dotibus munienda, quæ dolores & lethum arcerent: hoc autem decretum Angelis in via aperuit, atque adeò declarauit in Maria sibi complacuisse, quæ fœminarum beatissima Christum visceribus complexura erat; didicimus istud à sancta Brigitta in sermone Angelico, feria 2. lectione 1. sub finem: *O omnium consolatio Virgo Maria; hoc ipsum tu es, ad quod Angeli à principio creationis tanta arserunt charitate*; & paulò inferiùs, *& sic tu ô Virgo sanctissima Angelis mox vt creati fuerunt, gaudium fuisti*, &c. didicimus à S. Bernardino Senensi tom. 4. sermone 4. in Assumptione B. Virginis, art. 2. cap. 1. in fine, *Cùm etiam ab ipso exordio creationis, & glorificationis eorum*, (nimirum Angelorum,) *præuiderint eam futuram Matrem Dei; & per consequens super omnem rationalem creaturam in cælesti gloria exaltandam*, &c. & à Pelbarto in Pomœrio, seu Stellario sermonum de B. Maria, lib. 5. p. 1. art. 3. cap. 1. *Primò itaque ortum reuelauit B. Virginis Deus in tempore Angelicæ conditionis, quod ostenditur triplici ratione. Primò ratione tentationis: Lucifer, qui erat summus Angelus, cognouit naturam humanam peruenire ad hanc dignitatem, quod vniretur Deo, & assumeretur, scilicet ex Virgine in vnitate personæ diuinæ, ac exaltaretur supra naturam Angelicam: vidit, & inuidit*, &c. Cùm igitur Angelis priusquam glorificarentur, innotesceret Mariam puram creaturam, & debilioris sexus, ipsis dominaturam, Reginam vtpote, & Imperatoris summi progenitricem, scabellum pedum eius futuram, qui maior in regno cælorum esset, aut ex hominibus, aut ex Angelis; hanc quasi impactam naturæ suæ labem ignominiæ perpetuæ pluribus exaggerauit modis legionum Antesignanus Lucifer, questus de Verbo Dei non satis ad opprobium fuisse, quòd nusquam Angelos apprehenderit, sed semen Abrahæ cui hypostaticè copulatum, nisi insuper adderet, vt præeminere faceret alteram creaturam humanam diuinitati non coniunctam; itaque vberioris contra Dei filium inuidiæ hæc seges fuit, Mariam pariter abinde cane peius, & angue detestari; & certè bellum illud memorabile, de quo Ioannes Apocalypsis capite duodecimo, quod à Dracone magno rufo, qui cauda traxit tertiam partem stellarum cæli, motum est, non nisi contra mulierem, de qua ibi, amictam sole, & filium, quem peperit; atquin illud prælium tumultus denotare superbientis Angeli, & hostilium agminum ei adhærentium, quorum causa Olympo deiecti sunt, priscus admodum Apocalypseos interpres Andreas Cæsariensis tradit cap. 34. siue sermone 12. quem sequitur Aretas cap. 33. & 34. docet Magister sententiarum, in 2. distinct. 6. & B. Thomas 1. parte, quæst. 63. art. 8. in corpore; nec aliquid magis frequens aliis Scholasticis, cùm de lapsu malorum Angelorum disserunt; antiquissima etiam opinio est testibus Andrea, & Areta Cappadociæ Episcopis fœmina sole circumuestita Beatam designari Virginem; alios Patres congerit Viegas præfatione

Brigitta. S. Bernardin. Pelbart.

tione ad commentarium primum exegeticum in cap. 12. Apocalypsis; iam verò, quòd & hæc ipsa Satanæ infesta contra sanctam Ecclesiam machinamenta repræsentent, nihil vetat; nam vel erit duplex historicus intellectus, alter de Angelorum inter se contentione, alter de pugna Diaboli aduersùs Catholicum cœtum primitiuis speciatim temporibus, & nouissimis, aut primariò, & secundùm litteram constructio formanda de Angelis, qui rebellauerunt: sensu autem mystico de persequutionibus Ecclesiæ; itaque hic fauet planè locus sententiæ, quæ existimat superbiam deprauatorum spirituum simul cum pessimo liuore, & odio ipsorum non habuisse solum obiectum Verbi Incarnationem, sed Mariam præclaram illius editricem pariter respexisse; quam cogitationem subindicat Suarius tom. 2. in 3. part. disputat. 21. sect. 1. §. *alij ergo existimant*, &c. ei subscribunt Spinellus de B. Virgine, c. 25. num. 7. ad finem. Vasconcellos tom. 2. de Angelo custode, cap. 6. parte 2. num. 2. ante ipsos docuit expressis terminis de Maria intacta, & historicum atque strictum, cap. 12. Apocalypsis sensum esse diiudicauit Ambrosius Catharinus de Angelorum bonorum gloria, & lapsu malorum: §. *vidit ergo ille superbus*, &c. vbi subdit: *Hic igitur Draco describitur esse ante mulierem, quæ erat paritura, vt quem peperisset filium, deuoraret; in quo ira illa magna, & odium impotens ex inuidia pessima declaratur, & insigne homicidium Christi Domini, & matris eius*; non minori constantia affirmant Rutilius Benzonius in *Magnificat*. lib. 2. cap. 22. dubio 7. in principio. Magister Fr. Hortensius Fœlix Parauecinus in Mariali, sermone de Assumptione B. Virginis §. 1. Antonius de Quintanadueñas tract. de nomine sanctissimo Mariæ, cap. 2. num. 1.

Suarez. Spinell. Vasconcell. Ambr. Cath. Rutil. Benz. Fœlix Parau. Quintanad.

116. Verùm Angelorum, qui Lucifero crediderunt, quanquam magna strages, sed num omnes ad vnum in Tartara detrusi? ex tanta multitudine nemo superbiam detestatus? nemo indoluit? nemo ad clementiam à Deo receptus, & empyreis subsistere iussus sedibus æterna fruiturus luce pœnitentiæ mercede? Scholasticorum receptam esse sententiam, Angelis qui ceciderunt statim post admissam culpam clausas vias omnes ad pristinam recuperandam gratiam, pœnitudinis itaque incapaces æternam vniuersos subiisse damnationem, contendunt Tannerus in 1. p. disput. 5. quæst. 6. dub. 5. n. 7. Iustinianus in 2. Petri cap. 2. vers. 4. o. 3. Sed probè admodum obseruat Suarius lib. 8. de Angelis, cap. 1. n. 18. præ oculis tenendum, diuersam longè controuersiam esse de obstinatione Dæmonum sub damnationis statu à lite Angelorum delinquentium, atque ipsorum impœnitentia dum adhuc viatores fuerant: nam prior ea obduratio hominibus etiam damnatis communis est; posterior autem, hoc est, ad pœnitentiam incapacitas in eis, quoad in via existunt, non datur. Theologi igitur, quin & Patres, quorum vestigia premunt, cùm adstruunt Angelos peccato infectos pœnitentiam meditari non posse, loquuntur de spirituum malorum obstinatione in statu damnationis, in quo auxilium non tantùm efficax, verùm & sufficiens eis denegatur; à nobis autem dissertatio proponitur de Angelis in culpam lapsis, num antequam damnationis lata fuisset contra eos sententia, aliqua eorum pars ad Deum conuerti potuerit, actaque legitima pœnitudine, iustitiam recuperare, & beatitudinem consequi valuerit? Potuisse Angelum dum adhuc in via moraretur, non secùs ac hominem viatorem dolore de commisso scelere, & pœnitendo resurgere Numini iterum reconciliati, eius denuò promereri amicitiam, docuit in 4. Scotus dist. 6. quæst. 2. ad 4. & Gabriel eadem distinct. quæst. 1. art. 2. Quid enim obstat quo minus contingere istud valeat? scilicet Angelum immobilem, atque inflexilem esse in his, quæ semel efficaciter decreuit speciatim, si de illis post sufficientem notitiam plenè deliberauit: at hanc immutabilitatem naturæ denegant Angelicæ Fulgentius de fide ad Petrum, cap. 3. & Damascenus lib. 2. de fide Orthodoxa, cap. 3. & probat latè Suarius lib. 3. de Angelis, cap. 10. à num. 5. Nec dicas; esto Angelus mutabilis & liber sit, cui potestas eligendi quod placuerit, Numen tamen statuisse si ipsum grauiter aliquando offenderet, auxilia deinceps subtracturum omnia, quibus redintegrari possit, & deperditam recuperare gratiam; verùm hoc de effusa Dei misericordia creditu difficile, nondum videlicet in statu damnationis positis omnem ad salutem animæ consequendam, tramitem præcludere, certè de Angelis transgressoribus aliter Patres sensisse videntur; Cyrillus Hierosolymitanus catech. 2. §. *est itaque*, &c. *Dicimus fortè nos ex parte quadam de illius erga homines benignitate, sed nescimus quanta ille, & Angelis condonauerit; indulget enim, & illis.* Indulgentiam hanc interpretari possumus, Deum qui cùm possit eis ob sceleris, & contumaciæ demeritum auxiliorum omnes modos denegare, propter insitam nihilominus bonitatem sufficientis gratiæ concedat opem, per quam beatitudo adquiri valeat. Irenæus lib. 1. aduersùs hæreses, cap. 4 *& quoniam magnanimus extitit Deus, & in transgressorum Angelorum apostasia, & in inobaudientia hominum*; quæ Feuardentius in annotationibus declarans, loquit: *Sic Græcizans vertit μακροθυμίαν vetus interpres pro magno animo, & multa patientia, tulit quorundam Angelorum defectionem, concessa illis ad resipiscendum, si voluissent, aliquanta temporis mora, alludens ad Pauli verba Rom. cap. 9. sustinuit Deus ἐν μακροθυμίᾳ, id est, in multa patientia, & longanimitate vasa ira aptata in interitum*, &c. Nemesius Episcopus Emissenus, & Christianus Philosophus libro de natura hominis, c. 1. ad medium; *nam soli homini & omni, & semper quoad in terris viuit hoc datum est, vt per pœnitentiam omni culpa liberetur, nam morte obita non item. Quomodo etiam Angelos nonnulli volunt non amplius postquam lapsi sunt consequi veniam per pœnitentiam, mors enim illorum lapsus est; sed ante lapsum ad similitudinem vitæ hominum, etiam ipsis veniam Deum daturum fuisse; nunc verò cùm non pœnituerit eos erratorum suorum, æternis, nec vlla venia remittendis suppliciis, suisque meritis congruentibus mulctantur.* Lapsum autem, quæ instar mortis hominum Angelis est, oportet intelligamus sententiam, & initium damnationis, nam si prima immaterialium spirituum culpa explicetur, quæ significatio est ante lapsum eis veniam à Numine concedendam? qui enim nunquam transgressus est, cuius piaculi ei necessaria indulgentia? illud etiam, quod subnectit, ideo perpetuis mancipatos cruciatibus, quoniam delictorum eos non pœnituit, quo pacto verum esse queat, si pœnitendi incapaces erant?

*Angelis desertoribus post culpam num facultas pœnitendi relicta.* Tanner. Iustinian. Suarez. Scotus. Gabriel. Fulgent. Damascen. Suarez. Cyrill. Irenæus. Feuardent. Nemesius.

Nemo enim propterea iustè vapulat, si quod ei impossibile fuit operari tantum desierit? Auctor de mirabilibus sacræ Scripturæ in Appendice tom.3. operum S.Augustini lib.1. cap.2. ad finem Angelum de venia desperasse tradit, quasi hanc consequi non repugnauerit si de Numinis benignitate confideret; quamobrem opinamur, haud absurdè eos statuere, qui autumant gratiam sufficientem Angelis qui præuaricauerunt simul cum morula aliqua, in qua resipiscere poterant, à Numine largitam, quare iis præsidiis diuinæ gratiæ suffultos, quibus pœnitentiam agere valebant; sic verò decernunt Salmeron in 2. epistolam D.Petri cap.2.versu 4.disput.3.§. *ad aliud propositum*,&c. ibidem Cornelius Alapide, Benedictus Iustinianus num. 9. & verisimile iudicat Lorinus §. *hoc mihi nomine*, &c. tradit conceptis verbis Alarcon in 1. part. tractat. 6. de Angelis, disputat.9. cap.5. num. 6. statuit clarè Antonius Rusca opere de inferno, & statu Dæmonum, lib.4. cap.39.

117. *Instantia.* Quòd si inquias, ita se res habeat, vt sufficientia ad statum peccati relinquendum auxilia numerosæ Angelorum, qui prolapsi sunt, legiones Dei beneficentia nactæ sunt, igitur & salutem æternam quidam consequuti fuere spiritus? quanquam enim copiosior multitudo innocentiam retinuerit, sed cadentium Angelorum portio multa quidem; tot igitur cùm fuerint, atque iis instructi donis, quibus reconciliari Numini possint, & vitam absque termino promereri, vnde haustum qui pœniteret, nullum extitisse, vacuam apud omnes redditam Dei gratiam? *Respondetur.* Respondet Suarez ex B. Petri epistola colligi posteriore, cap.2. vers.4. *Deus Angelis peccantibus non pepercit*, ait enim *lib*.7. de Angelis, cap.1.n.5. eam sententiam obtinere vim propositionis vniuersalis negatiuæ; huic ergo æquiualet: *Nullis Angelis peccantibus pepercit Deus*; cuncti igitur cùm suppliciis addicti, neminem pœnitendo resipuisse colligitur. Verùm his opponas alteram non minus generalem, & indefinitam sententiam de impietate generis humani ante submersum Orbem Genes. cap.6. vers.12. *Omnis quippè caro corruperat viam suam super terram*; quanta autem esset peruersitas, & in verecundia tempora illorum denotat B. Matthæus cap. 24. vers. 38. *Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes vsque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes*; eadem S.Lucas cap.17. vers. 27. & S.Petrus epist. 1. cap.2. vers. 20. *incredulos* appellat; quòd si quidem adultorum præter Noë cum aliis septem alij iustitiam, & probitatem coluissent, cur non etiam arcam intrare iussi fuissent? id autem imperatum non est, quoniam mores eorum digni non erant hoc priuilegio, vt subiodicat Augustinus lib. 15. de ciuitate, cap. 24. *Nec frustra creditur sic factum esse diluuium iam non inuentis in terra, qui non erant digni tali morte defungi, quia in impios vindicatum est*; igiturne sub cataclysmo nemo adultorum, quos aquæ suffocarunt, peccata defleuit, nemo lachrymis redemit ne in tartarum descenderet? ita quidem opinantur Benedictus Pererius lib. 9. in Genes. cap. 6. vers. 13. disputatione 3. num. 63. Leonardus Coquæus commentario in Augustini citata verba; communior tamen sacræ Scripturæ expositorum, etiam Scholasticorum existimatio fert, quanquam Noë prædicationibus venturam diluuionem priusquam accideret, attestantibus fidem non adhiberent, postea tamen aquarum magnis procellis territos veniam suppliciter deposcentes hanc consequutos non paucos ad ea inferorum loca descendisse, quibus iustorum animæ commorabantur, docuere Hieronymus traditionibus in Genes. in illud cap.6. *Non permanebit spiritus meus*,&c. Rupertus lib.4. in Genes. cap.16. Lyra, Caietanus, Catharinus, Estius, Serrarius, Iustinianus, Tirinus, Gordonus, Menochius in 1. B. Petri cap. 3. vers. 20. Torniellus anno Mundi 1557. num. vltimo. Salianus anno Mundi 1537. num. 7. Cornelius Alapide & Bomfrerius in cap.6. Genes. vers. 12. Bellarminus lib.4. de Christi anima, cap. 13. §. *dico præterea*,&c. Suarez tom.2.in 3.part.disp.43. sect.3. §. *propter quæ reliqui*, &c. Turrianus lib.4. pro epistolis Summorum Pontificum, cap. 12. Henriquez lib.7. de indulgentiis, cap.8. num.2. littera R. & hoc denotat B.Petrus epist.1.cap.3. vers.20. *In quo, & his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe*; hoc est, Christi anima ad Limbum descendente Crucis victoriam spiritibus, iustorum nempè animabus eo detentis ergastulo patefecit; speciatim verò iis, qui cùm aliquando impendentis cataclysmi minas ludibrio habuissent, & de arcæ fabrica risissent, postea resipuerunt, & abstersis per dolorem maculis salutem spiritualem adepti sunt; cur autem speciatim de iis meminit peccatoribus Apostolorum Dux, qui ob diluuium conuersi sunt? causa fortasse, quòd de horum pœnitentia non leue poterat esse dubium ob temporum illorum summam nequitiam; Dei autem inexhaustam commendaturus benignitatem, eorum proposuit exemplum, de quibus maximè ambigi poterat, num iis Numen pepercerit? Iam igitur si Bibliorum loquutiones, quæ generatim perstringunt, & indefinitis verbis illius æui mores exceptionem patiuntur, & in quorum hominum pars luctu remissionem consequuta est; vnde probatum non simile aliquid proditoribus accidisse Angelis, ex quibus nonnulli gratiæ adiumento pœnituerint, & his qui non corruerunt, annumerati sunt?

Gen. 6. 12. — Matth. 24. 38. — Augustin. — Perer. — Coquæus. — Hieron. — Rupert.&c. — 1.Petr.3.20.

Equidem Patres cùm de Angelorum præuaricatione loquuntur, id summopere perpendunt, corporea mole adsolutum, vnde hominibus delinquendi multa occasio, nam caro concupiscit aduersùs spiritum, scientiam tum rerum naturalium, tum mysteriorum, quæ fide cognoscuntur, plenè instructum; iis igitur liberatum oneribus, quæ excusare aliquo modo possint, quasi data opera, & ob affectatam malitiam conscientia in aduersum pulsante iustitiæ limites prætergressum, & aduersùs Dominum, & Creatorem bellum, & inimicitias tentasse. Nemesius, *Nam Angeli cùm nullam habeant causam necessariam, quæ ad peccandum impellat, sed natura omni affectione corporis, & inopia, & voluptate vacent, merito per pœnitentiam ad veniam aspirare non possunt*. Cassianus collatione 4. cap. 14. *spiritalis namque substantia, nec vlla carnis soliditate deuincta vt excusationem exorta in se prauæ non recipit voluntatis; ita veniam malignitatis excludit, quia nulla quemadmodum nos ad peccandum impugnatione carnis extrinsecùs lacessita* 118.

Nemesius. — Cassianus.

*laceſſita eſt, ſed vitio ſolius malæ voluntatis accenſa; & ob hoc ſine venia peccatum; & languor ſine remedio eſt.* S. Brigitta reuelat. lib. 4. cap. 106. de Lucifero; *ideò cecidit irrecuperabiliter, quia ſicut nullum malitiæ ſuæ habuit inſtigatorem, ita etiam nullum habebit recuperatorem.* Anſelmus in illud cap. 2. ad Hebræos, *nuſquam enim Angelos apprehendit*, &c. & libro de caſu Diaboli, cap. 27. quærente diſcipulo, cur Angelus Apoſtata voluit à Deo recedere? reſpondet, *Non niſi quia voluit; nam hæc voluntas nullam aliam habuit cauſam, qua impelleretur aliqua tenus, aut attraheretur, ſed ipſe ſibi ſufficiens cauſa fuit ſi dici poteſt effectus*; perpendunt idem variis modis Auguſtinus lib. 3. de libero arbitrio, cap. 10. Gregorius Papa lib. 4. moral. capite 9. in fine. Iſidorus Hiſpalenſ. lib. 1. ſentent. cap. 12. Proſper de vita contemplatiua, lib. 1. cap. 3. Fulgentius de fide ad Petrum, capite 3. Damaſcenus lib. 2. de fide Orthodoxa, cap. 3. & eum ſequutus, Nicetas theſauri Orthodoxi, lib. 2. cap. 40. Iobius Monachus in Bibliotheca Photij codice 222. lib. 3. numero 14. §. atqui peccamus, &c. & lib. 9. numero 36. Author de mirabilibus ſacræ Scripturæ, lib. 1. cap. 2. Ex hoc igitur tam magno auſu contra Deum, & velut quæſito temeritatis ſtudio, colligitur voluntatis Angelicæ durities & obſtinatio; nam, vt probè aduertit Suarez lib. 8. de Angelis, cap. 1. numero 21. quod in homine per plures actus contingit, vt obduretur cor illius, comprimis veriſimile eſt in Angelo vno, aut altero fieri actu propter eximium lumen intellectus, quo nouit copioſè quæ vitanda, quæ ſequenda, & voluntatis in deliberando efficaciam. Sic igitur induratus Angelus infidus, quanquam auxilio ſufficienti donatus potuerit phyſicè, & abſolutè benè operari, noxam deflere, iratum placare Numen, ſed cùm ad obſtinationem vincendam his qui in profundum malorum venerant, fortis vocatio requiratur, & auxilium abundans, hoc illi Deus largitus non eſt; *illa eſt enim peccati pœna iuſtiſſima*, (inquit Auguſtinus lib. 3. de libero arbitrio, cap. 18.) *vt amittat vnuſquiſque, quo benè vti noluit, cum ſine vlla poſſet difficultate, ſi vellet*; derelicta igitur mens Angelica proditricis factionis cum minima gratia ſufficienti; in peccato remanſit, & non retractato in delicto ſempiternum damnata eſt; nec mirum, quòd inter tot Angelorum myriades ne pauci aliqui reſipuerint; nam vberior eos gratia muniebat, vt non ſuperbirent contra Deum, quàm vt lapſi poſtea aſſurgerent; quemadmodum igitur ſicut fortioribus auxiliis ſubadiuti, omnes tamen peccauerunt; ſic etſi ad pœnitendum quod præcisè ſufficiens erat, non defuerit, reipſa tamen & de facto nullus compunctus eſt, nemo ad iuſtitiam, & integritatem rediit; hac qua vſi ſumus norma, declarant generalem malorum Angelorum impœnitentiam Suarius lib. 8. de Angelis, cap. 1. num. 25. Alarcon in 1. parte, tract. 6. diſput. 9. cap. 5. num. 13.

S. Brigitta. Anſelm. Auguſtin. Greg. P. Iſidorus, &c. Auguſt. Suarez. Alarcon.

119. *Cur Angeli admiſſo peccato ad gratiam reſurgere non potuerint.*

Et hæc quidem à nobis tradita ſunt, eius in fauorem opinionis, quæ ad diuinæ bonitatis commendationem omninò ſpectare cogitat longanimitatem quoque oſtendiſſe in expectandis Angelis, qui ſuum dereliquerunt principatum ſi fortè meliora præmeditarentur, & ad vias bonas redirent; cæterùm, quoniam Patrum nimis clara ſententia eſt, Angelum vt ſemel labatur & peccet, pœnitendi incapacem eſſe, oporter demonſtremus abſque diuinæ miſericordiæ aliquo præiudicio idipſum ſtatuendum. Porrò Doctores eccleſiaſticos ſatis declarare Angelis tranſgreſſoribus ad pœnitendum nullam datam occaſionem, nullum relictum locum, inde haurimus, quoniam inter homines, & ſpiritus illos comparationem formant, aſſerentes hominibus poſtquam Creatorem offendunt, ſpatia dari ad compunctionem & fletus, quibus commiſſa ſcelera expiant, & gratiam abactam reuocant; moram autem ad retractationem priorum delictorum Angelis haud conceſſam. Planum autem eſt non loqui de Angelis vt in ſtatu damnationis conſtitutis, nam & hominum irrecuperabilis ſalus eſt non minus quàm Dæmonum poſt latam in eos ſententiam cruciatuum inferni: vt igitur beatiorem intelligamus hominum ſortem, conſiderandum, vtraque creatura rationali ſupremum offendente Dominum, alteri, nempè homini indultum tempus, quo conuerti poſſit, alteri, videlicet, Angelo hoc negatum; & quidem diſertiſſimis verbis Angelum inquinatum ſemel pœnitendi deinceps incapacem redditum, nec vulneri ſupereſſe remedium aliquod, deponunt Damaſcenus lib. 2. de fide Orthodoxa, cap. 3. Iſidorus Hiſpalenſ. lib. 1. ſentent. cap. 12. Caſſianus collatione 4. cap. 14. Nemeſius libro de natura hominis, capite 1. Bernardus ſermone 22. in Cantica. Author de mirabilibus ſacræ Scripturæ, lib. 1. capite 2. S. Brigitta reuelation. lib. 4. cap. 106. Iobius Monachus apud Photium in Bibliotheca, codice 222. lib. 3. num. 14. Nicetas theſauri Orthodoxi, lib. 2. cap. 40. Quo autem modo hæc diſpoſita ſint, ita coniectamur, nempè, ſicut Deus hominem officio continere volens, & ne iuſtitiæ originali annexa beneficia, ne fortunatam Paradiſi habitationem dependeret, ei comminatus eſt Geneſ. cap. 2. verſ. 17. *de ligno autem ſcientiæ boni, & mali ne comedas, in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris*; ſic Angelis intimaſſe ſtatim ac creati fuere, gratiámque & dona ſupernaturalia adepti, vt innocentiam ſollicitè conſeruarent; quippè eam ſemel prodigentes, & peccato obtemperantes ſtatim in tartara detrudendos ne minimo aliquo ſpatio ad pœnitendum conceſſo. Hæc quidem cogitatio eò tendit, vt perſuadeat continuò atque Angeli tranſgreſſi ſunt, viæ terminum finitum, & ſequenti immediato inſtanti damnationis pœnas experiri cœpiſſe, quare pœnitentiam agere non valuiſſe, non quia auxilio ſufficienti orbari eſſent, ſed quoniam ſpatium nullum indultum, quo maculas dolendo eluerent, verùm ſtatim ac deliquerunt, lata eſt contra eos tormentorum perpetua ſententia; quæ tamen de rigore accuſari non debet, quia antequam præuaricarentur, ſciebant delicto hanc poſitam legem, & poterant facilè tantis ſupernis adiuti inſtrumentis æquitatem tenere; imò certè quid Dei bonitas, quod ad iuſtitiam retinendam facere poſſit, proponere debuit, niſi eiuſmodi aliquid, quod terrore, & formidine plenum eſſet? tale autem eſt plectendos continuò ac

Damaſcen. Iſidor. Caſſian. &c. Gen. 2. 17

ac offendissent, nec ad commissa detestanda scelera moram vllam, ne quidem vnum oculi ictum tribuendum: cui non hæc tam periculosa frænum iniicerent? Verùm, cùm sacræ litteræ sileant factam à Numine dictam comminationem, vnde eam expiscamur? ob hoc quidem

Durand.

fatetur Durandus in 2. sentent. distinct. 5. quæstione 1. numer. 15. arduum esse statuere, qualis fuerit tenor edicti, quod Angelis à Numine promulgatum est, ipse tamen ex similitudine præcepti hominibus dati Genes. cap. 2. vers. 16. de Angelis theologizat, *quòd sicut primo homini statim vt creatus fuit, data est lex cuinsdam obedientiæ, scilicet, quòd non comederet de ligno vetito, vt dicitur Genes. cap. 2. sic Angelis data fuit aliqua lex obedientiæ, vt pari lege viuerent, qui ad parem gloriam facti erant*; allegat verò Durandus eadem sentientem Magistrum in 2. distinct. 1. titulo: *Quare ita sit homo*, &c. littera K. *vtrisque regulam imponens*, (Angelo nimirum & Protoplasto,) *obedientiæ; quatenùs & illi ab eo vbi erant, non caderent, & isti ab eo vbi erant, ad id vbi non erant, ascenderent.*

Moys. Barc.

Moyses Barcepha 1. parte, commentariorum de Paradiso, cap. 18. inter principium, & medium: *Nam, verbi gratia, Angelis primam legem dabat cùm ipsos crearet, aduersus quam præuaricatus Satan cum suis copiis lapsus est*; hæresi verò 64. ex Proclo contra Ori-

Epiphan.

genem sequentia profert D. Epiphanius de Angelicis spiritibus; *spontaneam etiam ipsis habere ad vtraque voluntatem Deus constituit, velut etiam hominibus; vt aut obedientes verbo essent cum ipso, & acciperent beatitudinem, eàque fruerentur; aut non obedientes iudicarentur*; ac quidem vti Paradisi terreni incolis sub læta rerum omnium facie quædam tradita præcepta, quibus licentiæ excessus cohiberetur; Angelos quoque similibus comprehensos legibus quàm esse verosimi-

Caietan. Catharin.

le arbitrantur Caietanus in cap. 2. Genes. vers. 16. *præcepitque ei dicens*, &c. eumque sequuti Catharinus in 2. B. Petri cap. 2. vers. 4. §. *dicimus*

Molina. Suarez.

*Dominum Deum*, &c. Molina 1. parte, quæstione 63. articul. 2. & 3. disputatione vnica, membr. 5. conclusione 6. Suarez lib. 7. de Angelis, cap. 13. num. 18. Sed hæc quidem generatim probant Angelis mandata particularia intimata fuisse; oportet verò significemus hæc inter edicta, vnum fuisse, Angelos, nisi gratiæ sanctificantis pulchritudinem conseruarent, simul atque huius excidissent culmine æternam subituros condemnationem, viæ clauso termino, ad resurgendum per detestationem commissorum spatio quocumque denegato.

120. Fulgent.

Porrò huiusmodi legibus circumscriptas Angelorum res Fulgentius conspicuè testatur libro vnico de fide ad Petrum Diaconum cap. 3. ad medium; *& de Angelis quidem hoc disposuit, & impleuit, vt si quis eorum bonitatem voluntatis perderet, nunquam eam diuino munere repararet; pars itaque Angelorum, quæ à suo Creatore Deo, quo solo bono beata fuit, voluntaria prorsùs auersione discessit, æquitatis supernæ iudicio initium suæ damnationis in ipsa auersione voluntatis inuenit; vt non aliud ei esset incipere iam puniri, quàm illius beatifici boni dilectione destitui.* Duo tradit, quibus nostra tota assertio confirmatur; primum, amissam bonam voluntatem irrecuperabilem factam, de qua etiam postea iterat; *quam sic amiserunt Angeli cum haberent, vt amissam deinceps habere non possent.* Si autem pœnitendi facultas data esset, bonam quoque voluntatem redintegrare possent. Secundum, quòd resipiscere non valeant, in eo situm esse, quoniam statim ac peccauerunt, finalis lata contra eos est sententia, & sequuto immediato instanti æternæ damnationis experiri tormenta cœperunt, hoc illud Fulgentij; *æquitatis supernæ iudicio, initium suæ damnationis in ipsa auersione voluntatis inuenit.* Hoc etiam S. Prosper indicat lib. 1. de

S. Prosper.

vita contemplatiua, cap. 3. *quos diuina sententia eo supplicio condemnauit, vt quia noluerunt perseuerare cùm possint, nec vellent reparari, nec possint; siquidem præuaricationis eorum fuit, quòd irreuocabiliter iudicij animaduersione percussi sunt; & ad damnationem, iustissimam profectò pertinuit, quod voluntatem redeundi, ac facultatem penitùs amiserunt.* Anselmus Dialogo de casu Diaboli,

Anselm.

cap. 24. *Quemadmodum ergo malus Angelus vituperandus est, quia non potest ad iustitiam redire; ita iste laudandus est, quia non potest abire: sicut enim ille iam redire non potest, quia sola mala voluntate abiit; sic iste iam abire non potest, quia sola bona voluntate permansit; palam igitur est, quia sicut illi non posse recuperare quod deseruit, est pœna peccati; ita huic non posse deserere quod tenuit, est præmium iustitiæ*; fauet singulariter celebre Damasceni pronunciatum, lib. 2. de fide Or-

Damascen.

thodoxa, cap. 4. *Illud etiam scire non alienum fuerit, quòd hominibus mors est, hoc Angelis lapsum extitisse; post lapsum enim præclusa iam est illis omnis resipiscendi facultas; quemadmodum & hominibus postquam ex hac vita migrarunt*; igitur, sicut status viæ in hominibus finem accepit per migrationem ex hac vita, & disiunctionem corporis atque animæ, quæ letho interueniente contingit; ita viæ terminus Angelis fuit à sanctitudine excidisse. Sed quod hominibus animæ à corpore discessus viæ, & pœnitendi meta existat, (nam deinceps compunctio, & fletus ad nihilum valent, neque vt ad gratiam recuperandam conducunt, elici queant,) ex speciali ordinatione diuina prouenit, cùm de absoluta potestate animabus Purgatorij viam prorogare possit; igitur & Numinis etiam particularis lex fuit Angelos cautiores reddere volentis, præfigere eis viæ extremam clausulam simul cum lapsu in peccatum mortale; ergo postquam innocentia orbatus est Angelus iniquè volendo, resipiscendi omnis ei adempta est spes, nec mirum, cùm statim in viæ extincto curriculo, æternis se addictum cruciatibus senserit; hine Nemesius libro de natura homi-

Nemesius.

nis, cap. 1. *Solus enim homo inter omnia, quæ ratione sunt prædita, habet hoc præcipuum, vt eius erratum pœnitentiæ condonetur; nam neque Dæmones, neque Angeli per pœnitentiam delictorum veniam impetrare possunt*; & Tobius Monachus

Iob. Monach.

apud Photium in Bibliotheca, codice 222. lib. 3. num. 15. *Verùm, quomodo nobis expedire magis possit Angelorum conditione produci, quando peccatum ipsorum pœnitentiam non recipit, & propterea omni quoque venia careat? nostrum autem mortale genus etiam peccans per pœnitentiam rursum resurget?*

121. *Lucifer cohortatus alios Angelos ad rebellandum.*

Huius autem thematis robur eneruat, quòd Luciferi aliorum Angelicorum ordinum Coryphæo hortatu, & suasionibus corruentes alij spiritus, vt rebellionem meditarentur, inducti sunt,

Nazianzen. sunt, testante Nazianzeno carmine sexto de substantiis mente præditis exemplo adhibito supponi exercitus Præfecti, qui ab Imperatore suo deficiens ad proditionem quas potest alias cohortes instigat.

> —— *haud solus cecidit, verùm agmine*
> *Ingenti, sceleris cui dux fuit, atque magister.*
> *Nam velut auertit conmissum proditor agmen*
> *Regis ab imperio; multas sic ille cohortes*
> *Regis ab obsequio magni, cœtúque piorum*
> *Abductos ad sese allexit.*

Cæsarius. Consonat Gregorio Theologo Cæsarius frater eius Dialogo primo §. *creati quidem sunt Angeli*, &c. *Ad malum versus author, ille mali Diabolus, secum ad defectionem multos Angelorum trahens, non natura, sed voluntate mutatos per ducis sui suggestionem*; aliorum Patrum, qui hoc

Suarez. ipsum denotaut, testimonia congerit P. Suarez lib. 7. de Angelis, cap. 17. num. 16. quibus subscribit, & recentiorum frequentior est opinio; qua admissa res ita contigisse videantur, vt priùs quidem Lucifer in malum consenserit: deinde proditionis socios habere exoptans, alios ad transgressionem exhortari spiritus tentauerit; iam igitur antequam venenum mentis aliis manifestaret, ipse peccato infectus erat, statuit enim Deo inobedientem esse, quin & quos possit eius separare ab amore, & obsequiis; interrogo nunc, an statim ac Lucifer præuaricatus est in corde suo, damnatus sit, atque in Tartara præcipitatus? Si dicimus continuò flammis perennibus addictum; ergo incentor non fuit defectionis cæterorum Angelorum: imò quid persuaderet, quem inter horrenda mugientem supplicia intuerentur? Sin autem postquam Numen offendit, viæ Angelicæ continuasse adhuc semitas perhibeamus, nec stygiis mancipatum squaloribus, quæ hactenus tradidimus, vera esse nequeunt. Re-

Vasquez. spondet P. Vasquez tom. 2. in 1. parte, disputatione 237. cap. 2. hac in materia certum nihil probari, proinde quodcumque adstruas, videlicet, aut Luciferi concione permotos Angelos corruptores, vt deficerent; aut ab eo nihil peroratum, vtrumque sustineri posse;

Mæratius. quod etiam arbitratur Mæratius tractat. de Angelis, disputatione 50. sectione 2. in fine, veterum Theologorum plerosque credidisse solo Luciferi exemplo absque alia eius cohortatione Angelos superbia tumescentes facilè eum

Valent. &c. sequutos admittit Valentia in 1. parte, disputatione 4. quæstione 14. puncto 6. qua fuisse ex classe ait Alexandrum Halensem 2. parte, quæstione 110. memb. 5. & 6. Albertum in 2. distinct. 6. articul. 3. Richardum ibidem, distinct. 5. articul. 1. quæstione 3. Durand. eodem loco, distinct. 6. quæstione 2. docet ex professo Guilielmus Parisiensis 2. partis de Vniuerso, parte 2. cap. 60. iuxta hanc sententiam statim ac Lucifer manifestauit ambitionis summum fastum, & inobedientiæ contumaciam cum liuore, intra idem instans reale Angelorum copiosa multitudo declarauit sibi Luciferi propositum adlubescere, se eadem velle; comites igitur habuit in eodem instanti indiuisibili reali, sub quo condemnationis aduersùs eos promulgato edicto, sequuto immediato temporis instanti ignibus comburi cœperunt. Porrò, si nihil horum largiendum sit, cogita

*P. Sherlogi Antiq. Hebr. Dioptra.*

Luciferum post factam reuelationem vnionis hypostaticæ cum natura humana commotum nonnihil, quod post haberi nobilissimas intelligentias carni & sanguini videret; meminerat insuper præceptorum quorundam specialium, quibus restrictam naturam Angelicam diximus, & hoc quasi in conuitium tantæ sublimitatis trahebat; nihil tamen subitò deliberare volens Angelis proposuit, num fortè modus aliquis relictus, quo ab vtraque velut ignominia vindicari natura Angelica possit? auditis plurimorum suffragiis, cùm non mutanda Dei consilia animaduerterent, superbiæ & inuerecundiæ habenas laxarunt, & Deo nolle obedire aut in colendo futuro Messia, aut in auscultandis specialibus legibus, & edictis protestati sunt; hæc cunctorum fuit vnanimis determinatio; simul Lucifer, simul illi Numinis contempsere mandata; simul quoque delinquentes in loca tenebrosa æternis præparata cruciatibus simul omnes descenderunt; hoc sub schemate delineatis rebus bellum spiritale intelligitur, de quo Apocalyps. cap. 12. vers. 7. Apoc. 12. 7.
*& factum est prelium magnum in cælo, Michaël, & Angeli eius præliabantur cum Dracone*, &c. nimirum, Lucifero repræsentante spiritibus Angelicæ naturæ opprobrium ob delatos ignobiliori creaturæ altissimos hypostaticæ vnionis honores, ob legum, quibus obstringebantur, vincula; Michaël oppositi argumenti sumpta defensione diuinæ meritis ordinationem sanctissimam esse declarabat, cuius non examinatores, sed humiles cultores pias esse decebat mentes; iterum atque iterum cogitarent momentum esse, (quandoquidem Angelorum viæ breuissima futura mora,) à quo penderet æternitas, seu inexplicandæ fœlicitatis, seu ærumnarum intolerabilium; & valuit Michaëlis adhortatio, vt Angelorum non pauci, quorum penè moti sunt pedes, loco starent, quemadmodum expendit S. Bernardinus Senensis Bernardin.
tom. 3. sermone 54. de vniuersali regno Iesu, art. 2. cap. 3. & tom. 3. sermone 37. de amore incarnante, prima parte principali; & Thomas à Kempis sermone 19. ad Nouitios *de variis bellis, & periculis vitæ*, num. 4. Sed esto bonorum Angelorum nullus vacillauerit, quod ad præcipuum dissertationis scopum attinet; damus sanè, Luciferum incitasse Angelorum legiones ad defectionem, verùm ostendimus, eum eò vsque progressus fuisset, quos delicti socios habuit, sub eadem temporis periodo proditores factos, & simul clade irreparabili oppressos; quamobrem non sequitur ea his, quæ nos tradimus; aut Luciferum priùs condemnatum, aut non stimulasse ad rebellionem malignos Angelorum cohortes.

***

## SECTIO XVII.

*Angelorum ruinam substituunt electi ad gloriam ex hominibus: Adam primus mysteriorum supernaturalium Magister; quibus de arcanis ipse edoctus? & num in statu innocentiæ? Trinitatis notitia imbutus; Angelorum ei lapsus manifestatus; Passio Christi illi reuelata dum Eua de eius latere formaretur, non tamen cognouit ordinatam ad peccati originalis medelam. Salus æterna per fidem in Christum Mediatorem; ad iustificationem non nisi implicita ex necessitate medij requisita etiam post Euangelium: huius fidei quódnam obiectum? De Eucharistiæ Sacramento Protoplastus eruditur: Mariam ex sua stirpe proditu-ram, Messiæ futuram Genitricem, discit.*

122. Diuinæ prouidentiæ mos est, vt cùm fidelium vna pars defecerit ad hæresim, aliósve errores veris contrarios dogmatibus, tum gentem excitet aliam quæ in tenebris, & vmbra mortis iacebat ad seruiendum ei pro his, qui abierant in spiritu, & veritate; sic cùm Patrum nostrorum memoria à Luthero & Caluino florentissimæ seductæ sunt Prouinciæ intra Europam, cumulauit amplissimo fœnore, tot Indiæ vtriusque nationibus fidem Christi suscipientibus; hanc ergo in normam, cùm sempiterno parere Numini, eiúsque glorificare filium Dominum Iesum Christum malignorum Angelorum superbæ, & contumaces turbæ despicerent, generis humani lapsam erexit naturam, quæ propè infinitos Dei veros cultores suppeditaret, nec vnquam sincera Religio tanta obrueretur caligine, quin adoratores non paucos supremos haberet Monarcha; horum primus institutor, & Magister Adamus extitit, qui nepotes exhortatus ad eas substituendas laudationes, quas Angeli, si boni permansissent, Numini decantarent, quo hoc ipsum alacres peragerent, & prompto deuotionis affectu, præter ea, quæ naturalis assequitur Theologia de magno rerum artifice, arcana reuelauit supernis alloquutionibus sibi manifestata ab initio creationis, sed vberioribus locopletata notitiis dum sopori indulgens, ratio vigilat, & propheticis grauidatur sermonibus: at qualia tandem Adam percepit? primùm omnium, de altissimo Triados mysterio edoctum perhibet S. Epiphanius initio libri 1. contra hæreses, inquiens: *Adam Protoplastus formatus est, non circumcisus, sed carne præputium habens; non autem erat idololatra; & nouit Patrem Deum, & filium, & Spiritum sanctum, Propheta enim erat*; & quidem statum innocen-

*Adam primus mysteriorum supernaturalium Magister.*

*Quibus de arcanis ipse edoctus.*
Epiphan.

tiæ volens Deus nobilitare cognitione supernaturalium arcanorum, mysterium, quod præ reliquis stuporem generat, haud penitùs absconderet; reuelauit igitur quantum opus esset, vt sciret, Protoplasto; quod iudicant Pereira lib. 5. in Genes. disputat. de amplitudine scientiæ Adam, quæst. 4. num. 36. Suarez lib. 3. de opere sex dierum, cap. 18. num. 5. Valentia in 1. part. disput. 7. quæst. 2. punct. 2. §. *tertia perfectio*, &c. Secundò, Incarnationis ei Sacramentum indicatum est; atque vt perhibeamus id, statim factum simul atque productus est, eò quòd iustificatus sit præcedente fide in Christum: verùm eiusdem mysterij vberior, & distinctior notitia ei postea communicata est, cùm somnum equidem corporalem, propheticum tamen, & Dei alloquutionibus recreatum, dormiuit Genes. cap. 2. vers. 21. Patres, qui ita sentiunt, quàm multos allegant Vasquez tom. 1. in 3. part. disputat. 12. num. 5. Suarez tomo etiam primo in eandem 3. part. in commentario art. 3. primæ quæstionis post 4. disputationem § *in quinto argumento*, &c. & lib. 3. de opere sex dierum, cap. 18. num. 8. Neque dicas repugnare hoc, quia somnus ille Adami lapsum præcessit; Incarnationis verò scopus peccati medela: non autem præscius erat Adam se lapsurum antequam peccauit, conturbaret enim hæc prænotio omnem voluptatem fœlicissimi status: si autem Incarnationis mysterium intelligeret, nouisset ruinam suam, quando ad eam reparandam Incarnatio decreta fuisset; sed respondemus, Deo ad incarnandum alios fines propositos, ob quos independenter à peccato humanæ vincularetur naturæ; quare Adamo reuelati peccato originali, cuius ipse Author futurus erat, per Incarnationem opitolandum esse, nihil necesse erat; sed de hoc mox fusiùs tractandum.

*& num in statu innocentia.*

Peter.
Suarez.
Valentia.

*Incarnationis Sacramentum ei indicatum.*

Vasquez.
Suarez.

Sed adhuc data hac nostra sententia de Verbi 123.
eum carne aduentu quanquam peccata delenda non essent, verùm docuimus non venturum in carne passibili, nec lethi genus crucis futuram ignominiam, nisi ob hominum ex peccati captiuitate redemptionem: Incarnationis autem œconomiam de facto hunc in morem ordinatam, quæ præsupposuit Adæ transgressionem. At cuncta hæc Protoplasto innotuerunt, dum eo soporato de illius costa mulier formata est Genes. cap. 2. vers. 21. intellexit enim, quæ circa ipsum gerebantur figuram esse Christi patientis, cuius ex vulnerati latere prodiret Ecclesia, quam sanguine adquisiuit. Porrò designata tunc, quæ in Christi passione contigerant, Augustinus testatur in Psalm. 16. ad illud, *qui manducatis panem doloris*, &c. *Sed vbi dormiuit? in cruce: quando dormiuit in cruce, signum gestabat, imò implebat quod significatum erat in Adam; quia cum dormiret Adam, costa illi detracta est, & Eua facta est; sic & Dominus cum dormiret in cruce, latus eius lancea percussum est, & Sacramenta fluxerunt, vnde facta est Ecclesia*; quæ repetit lib. 12. contra Faustum Manichæum cap. 7. & tract. 9. in Ioannis Euangelium; & discipulus eius B. Prosper parte 1. de promissionibus Dei, cap. 1. *Matrem appellauit omnium viuorum, ea scilicet causa, qua ex latere Adæ dormientis formata Eua, ex latere Christi in cruce pendentis, formandam, vt factum est, præuidit Ecclesiam, quæ verè est mater omnium viuorum.* Disertè Tertullianus libro de anima, cap. 41.

*Passio Christi reuelata dum Eua de eius latere formaretur, non tamē cognouit ordinatā ad peccati originalis medelam.*
Augustin.

Prosper.

Tertullian.

*Somnus*

*Somnus Adæ mors Christi dormientis in mortem.* *Somnus Adæ mors erat Christi dormientis in mortem, vt de iniuria perinde lateris eius vera mater viuentium figuraretur Ecclesia*; & Leo Magnus epist. 23. ad clerum & populum Constantinopol. propè finem; *ab ipso ergo principio generis humani hominibus Christus est denunciatus in carne venturus, in qua, sicut dictum est, & erunt duo in carne vna, vtique duo sunt Deus & homo, Christus & Ecclesia, quæ de sponsi carne prodiit quando ex latere crucifixi manante sanguine, & aqua, Sacramentum*
Anastas. Sinaita, &c. *redemptionis, & regenerationis accepit.* Anastasius Sinaita ad finem lib. 9. contemplationum in Hexaëmeron: *Per hoc discimus, quòd in Christi morte exorta est, & in lucem processit Ecclesia, quæ quidem est costa.* Similia Rupertus lib. 2. in Gen. cap. 37. Bernardus serm. 2. Dominicæ 2. post Epiphaniam. Amalarius Fortunatius lib. 3. de Ecclesiasticis officiis cap. 26. Drogo Hostiensis libello de Sacramento Dominicæ passionis Gilebertus Abbas serm. 20. in Canticum Canticorum; nec dicere est, quamuis somnus ille primi hominis ecstaticus, & prophetalis censendus, in quo, vt
Tertull. loquitur Tertullianus libro de anima cap. 11. *cecidit super illum Spiritus sancti vis operatrix pro-*
S. Bernard. *phetiæ*; & & late expendit S. Bernardus serm. in Septuagesimam secundo, tamen non penetrasse mysterium quod indicabatur, mortis Christi, quemadmodum Caiphas etsi de eadem vaticinatus, nesciebat quæ prædiceret Ioann. cap. 11.
August. vers. 51. Nam contrarium docent Augustinus lib. 9. in Genes. cap. 19. & vltimo; *ac per hoc etiam illa ecstasis, quam Deus immisit in Adam, vt soporatus obdormiret, rectè intelligitur ad hoc immissa, vt ipsius mens per ecstasim particeps fieret tanquam angelicæ curiæ, & intrans in Sanctuarium Dei intelligeret nouissima.* Ecce non solùm adstruit cognouisse illum quæ tunc contingebant in Euæ productione ex subducta lateris costa, verùm de futuris & nouissimis instructum, videlicet passionis arcano tum præfigurato, & hæc quidem prouidisse subnectit, quia prophetia plenus erat,
S. Prosper. & diuinitùs irradiatus; S. Prosper lib. 1. de promissionibus, & prædictionibus cap. 1. apertè docet prænouisse ex latere Christi in cruce pen-
S. Epiphan. dentis formandam Ecclesiam. S. Epiphanius hæresi 48. contra Montanistas non longè à principio, opponit iisdem spiritum Prophetiæ, quem habuit Adam, videlicet illi in amentiam rapiebantur, nec concipiebant quæ Dæmones per eos vaticinabantur, non ita Protoplastus, *sed sicut veri Dei nuncius*, ait, *nouit, & prima, & præsentia, & vaticinatur de futuris; hæc autem non sunt viri mente moti, neque intelligentia priuati, sed sanam*
Moys. Barc. *mentem habentis*; Moyses etiam Barcepha p. 1. Commentariorum de Paradiso cap. 18. ante medium, supponens adumbrari mysterium perfossi lateris Domini nostri in cruce, annectit; *adhac sciendum est, quòd Prophetis cùm imbuerentur diuinis reuelationibus, dabatur simul mentis contemplatiua vis quædam, qua sacras illas reuelationes penitus intuerentur, atque expenderent; igitur sic Adamus quoque affectus erat, cùm quietem, siue ecstasim ipsi*
Hieronym. *immisisset Deus*, &c. Postremò Hieronymus in illud cap. 5. ad Ephesios, *Sacramentum hoc*, &c.
*Adamus vatum primus.* Adamum *vatum primum* fuisse, obseruat; æquum autem apparet, vt qui hoc decoratus est titulo, ea non caruerit gratia, qua postmodum sancti quique Prophetæ donati sunt, vt ea, quæ prænunciabant, intelligerent.

124. Ex his quidem deducitur, manifestatum primo homini aduentum Saluatoris in carne pas- *Adamo manifestatus Saluatoris aduentus in carne.*
sibili, nam crucis dispensatio ei patefacta est, ob quam morti obnoxium corpus suscepit: at omnes fatemur non venturum Dei filium, ita vt mereretur nisi ad eluendam culpam ab Adamo in posteros transmissam; quamobrem Ecclesia in benedictione cerei Sabbato sancto, *O certè necessarium Adæ peccatum, quod Christi morte deletum est! O felix culpa, quæ talem, ac tantum meruit habere redemptorem*; igitur Protoplastus nouerat noxam à se operandam crucis tollendam supplicio; ergo antequam delinqueret, præscius erat Numinis à se violanda mandata; verùm hoc communissimè Theologi negant, Augustino præ- Augustin.
eunte libro vndecimo de Genesi ad litteram c. 18. Nec tamen ex eo implicaret Adamum de ruina præadmoneri per certam, & infallibilem reuelationem, quia nimirum inde contingeret necessitari ad lapsum. nam cùm Prophetia non sit prior natura actu voluntatis, nec determinatio simpliciter antecedens ad eam, indifferentiam non tollit, vt exemplo S. Petri, cui lapsus prænunciatus est Luc. c. 22. vers. 34. comprobat Ruizius de scientia Dei disp. 33. sect. 7. num. 43. rectè Origenes contra Celsum lib. 2. Origenes.
aliquantum ab initio: *Celsus putat, quòd aliquis præscius prædixit, ideò fieri, quia prædictum est: nos verò hoc non concedentes inquimus, non prædictorem esse causam futuri, sed futurum istud, quod omninò euenturum erat, etiam nemine prædicente, præcognitori causam prædicendi præbuisse.* Cæterùm, quamuis Adamus præcognitor sui lapsus liberè transgrederetur præceptum Numinis, sed quantam iustitiæ tum eximiam cultori acerbitatem afferret memoria proditionis contra Deum? tanto autem mœrore obrui Paradisi incolam, & sub fœlicitatis statui versantem non decebat. Dicimus itaque, quamuis sciret Christum patibulo spiritum emissurum, & vitam ob hominum amorem per vulnera daturum, suum tamen ignorasse lapsum: quamuis originale peccatum non daretur, nec Protoplastus innocentiæ candorem deturpasset, tamen contingere potuit, vt ex Adami tam numerosa propagine pars multa actualibus inficeretur culpis, cùm non melioribus fulcirentur præsidiis ad vitandam iniquitatem, quàm quibus Adamus ipse communitus est, qui tamen præuaricatus est; venturum igitur tunc in carne passibili Dei filium ad peccata mortifera actualia obliteranda, & quidem ex vi præsentis decreti, opinantur Valentia tom. 4. disp. 1. Valentia.
quæst. 1. punct. 6. in fine; Hurtadus de Mendoça Hurtad. de Mendoç.
disp. 14. de incarnat. sect. 3. §. 16. & ex professo Granado contro. 1. de incarnat. tract. 3. disp. 2. Granado.
num. 4. Potuit igitur, vt obseruat Arriaga tom. 2. in 1. p. disp. 40. sect. 6. subsect. 2. num. 33. reuelari Protogenitori hominum Christum ea amictum carne venturum, quæ ærumnis subiaceret ad peccata lethalia actualia emaculanda, originalis culpæ nulla facta mentione, cuius noxæ suppressa memoria, se lapsurum Adam nesciret, nam eius peccatum fuit originalis næuus, qui in eo actuale & personale delictum fuit, in quo & nos peccauimus tanquam in capite humani generis. Ego quidem dico, de facto, & ex vi præsentis decreti, vt omnes conspirant, Christum Iesum venisse passibilem tam in originariæ labis, quàm in actualium grauium peccatorum

opem,& medelam ; an autem descensus principale motiuum extiterit originalis culpæ sublevatio, dubium est. Nam actualia scelera in tantum excreuerunt, & tam varia & enormia sunt, vt ea collectiuè accepta libertate oon minus egeaot, quàm originalis præuaricatio, vt benè obseruat Hurtado de Mendoça disp. 14. de incarnat.sect.3. §. 20. itaque io actu secundo duo motiua fuere decreti Incarnationis, videlicet satisfactio pro origioali iuquinamento, & pro actualibus mortiferis delictis ; quanquam verò in actu secundo erant inadæquata motiua, quia totale motiuum ex vtroque conflabatur ; nihilominus in actu primo erant motiua adæquata, hoc est, talis narutæ, vt quodcunque ab alio distractum sufficeret, & cuiusque solùm gratia aduentaret Christus in carne passibili, quemadmodum, qui per loca amœna exspatiantur, quanquam illuc proficiscantur duas ob causas, nempe ob solatium & voluptatem, simul etiam ad fractam recuperandam valetudinem ; tamen itineri conficiendo satis esset recreationis taotùm scopus ; aut virium adquirendarum solus finis : igitur Ploroplasto quamuis Christi passi detecta fuisset, & obedientia vsque ad mortem crucis, oihil ramen exigebar, vt patiendi motiua omnia aperirentur, sed eiusmodi aliquod, quod per se omnino sufficeret cupieoti scire, quæ supplicij illius iusta & vera esset ratio ? Sicut inrerrogante aliquo Petrum, cur in viridarium pergeret, quamuis reipsa propter oblectationem pariter & ob morbum curandum profectus esset, ramen vt percunctanti satisfaceret, vtrumque manifestare finem opus non esset, sed alterurrum ? sufficit enim quæcumque ex duabus causis, vt io cultos hortos iter suscipiatur; igitur Adamo vnum tantùm motiuum ex duobus, propter quæ de facto Christus incarnauit, & mortem in ligoo obiit, repræseotatum est, nempe actualium peccatorum grauis offensæ liberatio ; quare suppressa ootitia originalis delicti, sequirur vt lapsus sui præscius noo fuerit, & si passiooem Saluatoris, & necis modum iotellexerit.

425. Illud etiam prætermittendum non est, quod Ambrosium Catbarioum sequntus digressione ad cap.1.Genes.vers.28. *Crescite & multiplicamini*,&c. de fœlici statu primi humiois, verisimile admodum Pererius existimat lib. 5. in Geoesim, disp.de scientia Adæ collata, quæst. 4. num. 36. oimirum Protoplasto manifestaram ruinam Angelorum, qui Deo contradicere, illúmque grauiter offendere ausi sunt, qoo Adam alieno periculo cautior fieret, & impositas transgredi leges formidaret ; boc ipsum probabile autumant Valentia in 1. p.disp.67. quæst.2. punct.1. Coroelius Alapide in cap. 2. Genes. vers.21. & quidem donec primum hominem innocentia comitata est Angelorum in Paradiso familiaritate recreatum insinuat D.Gregorius lib.4. dialogor.cap.1.*in Paradiso quippe assueuerat homo verbis Dei perfrui, beatorum Angelorum spiritibus cordis munditia, & celsitudine visionis interesse* ; & Moyses Barcepha part. 1. Commentariorum de Paradiso cap. 18. nun longè à principio, inter quatuordecim beneficia, quibus Numen Adamum locupletauit, duodecimum fuisse inquit, *vt animo atque intelligentia sua Angelis esset familiaris* ; igitur cùm à supramundanis beatis spiritibus de arcaois instrueretur, per quam credibile est edoctum de creatione ipsorum, & perseoerantia bonorum Angelorum, ruina & suppliciis malignorum ; ergo hac amplexara opinione, quando à nobis demonstratum sir dissert. 3. sect.6. num.34. grauium scriprorum affirmatione merita passionis Christi Angelis profuisse, quibus saoctitudinem & gloriæ coronam adeptus est ; dicere quispiam valeat, Adamo huuc mortis Christi fructum reuelatum, illis soppressis vtilitatibus, quæ in genus humaoum redundaruor ; verùm solidiora multò sunt quæ statuimus, quamuis enim merita passionis Iesu Angelis prufuerint, sed absolutè pro Angelis Christus mortuus non est ; Ecclesia esiam cum Sacramentis per aqoam, & saogoinem figuratis, quæ de latere dormientis in cruce profluxit, in Angelorum triumpbantes Hierarchias; oon quadrat.

*Pererius.*
*Angelorum lapsus Adamo manifestatus.*
*Valentia.*
*Alapide.*
*Gregor.*
*Moyses Barceph.*
*Passio Christi Adamo reuelata.*
*Christus non etiam pro Angelis mortuus.*

Porrò Adamum noritia incarnationis, & prædestinati à Deo Messiæ imbui oportebat, futurus enim erat Magister posterorum, quo præceptore discerent media necessaria ad consequendam fœlicitatem supernaturalis Beatitudiois : ar *non est in aliquo alio salus, nec enim aliud nomen est sub calo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri*, Actor.cap.4.vers.12. *cùm enim Deus Pater*, (vt loquitur Trideotinum sess. 21. de reformatione canone 3.) *omnium gratiarum fontem, & authorem constituit* ; iodéque factum, vt eadem restarur Synodus sess.6.cap.7. *vt nemo possit esse iustus nisi cui merita passionis Domini nostri Iesu Christi communicantur* ; accinit Leo Magnus serm. 13. de passione feria 4.cap.2. *Nec vnquam à præcedentibus iustis nisi in Domino Iesu saluatio sperata est*; adsentiuntur S. Igoatius epist. ad Smirnenses, Irenæus lib.3. aduersùs hæreses cap.21. Naziaoxenus orat. 22. io laudem Machabæorum : Augustinus sæpissimè lib.10. confession.cap.3. *Hic demonstratus est antiquis Sanctis, & ita ipsi per fidem futuræ passionis eius, sicut nos per fidem præteritæ, salui fierent* ; atque epist.49. ad Presbyterum Deogratias quæst. 1. *ab exordio generis humani quicunque piè, & iustè vixerunt, quandolibet, & vbilibet fuerint, per eum proculdubio salui facti sunt; sicut enim nos credimus & apud Patrem manentem, & qui in carne iam venerit, sic credebant in eum antiqui, & apud Patrem manentem, & in carne venturum* ; repetit epist. 89. ad Hilarium quæst. 3. & epist.157.ad Opratum, iuxta initium, libro de catechizandis tudibus cap.19.lib.10. de ciuit.c.25. & lib.18. cap. 47. atque contra Faustum Manichæum lib.19.cap.14. item lib.2.de peccaro originali contra Pelagium, & Cælestium cap. 24. & concioue 3. in Psalm. 36. iuxta principium; *Omnes, qui ab initio seculi fuerunt iusti, caput Christum habent ; illum enim venturum esse crediderunt, quem nos venisse iam credimus, & in eius fide & ipsi sanati sunt, in cuius & nos ; vt esset & ipse totius capus ciuitatis Hierusalem* : Eusebius Cæsariensis latè lib.1. histor. Ecclesiast. cap.4. ex quo Nicephorus lib.1.cap.2. *est quippe vetus oraculare verbum, neminem eorum, qui antiquitus Deo placuerunt sine fide in Christum, finem vitæ consecutum esse*; adhærent & prubant Hugo de S. Victure lib. 1. eruditionis Theologicæ, de Sacramentis fidei part.10. cap.6. & 7. & S. Beroardus epist.77. ad eundem Hugooem, Ioanoes Sarisberiensis Polycratici lib.3. cap. 9. Magister in 3.distinct. 15. 426.

*Adamus notitiâ incarnationis imbui oportebat.*
*Act.4. 12.*
*Augustin.*
*Salus æterna per fidem in Christum mediatorem.*
*Euseb.Cæs.*
*Hugo de S. Vict.*
*Bernad.*
*Ioan. Sarisb.*
*Magister.*

S.Thomas

S. Thom. Suarez. Coning.

S.Thomas a. a. quæst. a. art. 7. in corpore: horum igitur cælestium dogmatum primns inter homines Pædagogus Adam, quo duce filij hauserunt, & per eos ad alias atque alias nepotum generationes transmissa fuere, & fidelium in cœtu custodita, vt obseruant Suarez disputat. a. de fide, sect.6. num. 4. Conning de fide etiam, disputat.14. dub.9. num.159.

*Ad iustificationem non nisi fides implicita ex necessitate medij requisita.*

Niccphor. Augustin. Magist. S. Thom. Alens. Hugo de S. Vict.

127. Hæc autem fides venturi olim Redemptoris, quanqnam in Patriarchis, & illuminatis specialiter à Deo, & vulgi Magistris, atqne præceptoribus explicita esset, nempe cognoscentibus ipsis hominem pariter, & Deum futurum, conuersaturum in terris, mortem crucis ob liberandam humanam naturam à peccati iugo subiturum; tamen ad iustificationem non requirebatur clarior hæc notitia; verùm sufficiebat fides implicita, aliàs rudis, & imperitæ multitudinis nimis restringebatur salus; quamobrem Nicephorus de temporibus lege gratiæ antiquioribus lib.1.histor.Eccles. cap.5. in fine; *qui cultus olim quidem tenuiter, & obscurè sit ostensus; nunc verò tanquam quadam fax lucidior Orbi vniuersa illuxeris.* Augustinus epist. 49. ad Deogratias Presbyterum, sub finem quæst.x. & apertiùs lib.19. contra Faust Manichæum cap.14. *Tunc ergo, & occulta erat fides, nam eadem credebant, eademque sperabant omnes iusti, & Sancti, etiam temporum illorum; nunc autem reuelata est fides, in qua conclusus erat populus quando sub lege custodiebatur;* tradunt Magist. in 3. distinct. 25. S.Thomas quæst. 14. de veritate, art.11. in corpore: Alensis 3. parte, quæst.69. membr.3. art.1. & est vulgata Scholasticorum: quomodo autem credebatur implicitè, & occultè solùm Mediatoris aduentus, declarat Hugo de S. Victore lib.1. eruditionis theologicæ de Sacramentis fidei, parte 11. cap 6. ad finem: *Ante legem Deus creator credebatur, & ab eo salus, & redemptio expectabatur; per quem verò, & quomodo eadem salus implenda, ac perficienda foret, exceptis paucis, quibus hoc scire singulariter in munere datum est, à cæteris etiam fidelibus non cognoscebatur: sub lege autem persona Redemptoris mittenda prædicabatur, & ventura expectabatur; quæ autem ipsa persona hæc foret, homo, an Angelus, an Deus, nondum manifestabatur; soli hoc cognouerunt, qui per spiritum singulariter ad hoc illuminati fuerunt: sub gratia autem manifestè omnibus prædicatur, & creditur & modus redemptionis, & qualitas personæ redemptoris;* quo in discursu Hugo tres status complexns legis natntæ, legis scriptæ, & legis gratiæ, subindicare visus omnibus priscis fidelibus, qui ante exaratam monumentis legem vigneruntr, satis fuisse explicitè credere verum existere rerum opificem, qui cùm summè potens esset bonorum virorum supernaturalibus præmiis opera compensaturus esset, prauorum suppliclis absque termino punitutus; credentes autem hæc distinctè iuxta illud Apostoli ad Hebræos cap. 11. vers. 6. *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est; & inquirentibus se remunerator sit.* Implicitè credebant eius prouidentiæ modos suppetere, quemadmodum à peccatis extrahi homines possint, & beatæ Dei visionis consequi fœlicitatem, quanquam de his mediis in particulari nihil dicere, aut explicare possint; & hanc quidem fidem hac sub norma depictam, & cum tanta generalitate notitiæ futuri liberatoris hominum non solùm durante lege natnræ, sed postea etiam scripta aduentante lege illam fuisse, quæ necessitate medij ad gratiam iustificationis comparandam, per se necessaria erat, existimant Suarez de fide, disputatione 12. sect. 3. num. 17. Valentia disputat. 1. quæst.a. puncto 4. §. iam probatur quinta, &c. Tannerus disput. 1. quæst. 7. dub. a. assertatione 8. num. 42. Granado controuers. 1. de fide, tract. 10. disput. a. sect. 2. num. 10. Fagundex lib. 1. in 1. Decalogi præceptum cap. x. num. 18. Cæterùm Hugo de S. Victore, qui hæc ad legis naturæ secula refert solùm, post commissam scripto legem autumat non satis fuisse credere in communi, penes Deum videlicet media fuisse, per quæ homines iustificarentur, & saluarentur; sed insuper desiderari, vt crederetur hoc medium personam aliquam futuram, qui captiuitatem generis hnmani dissolueret, itaque in legis Mosaicæ professoribus clariorem aliquantum notitiam exposcit, de persona nimirum aliqua, præscindendo tamen, an homo, an Angelus, an Deus extiturus? Hanc ego opinionem veriorem computo, sed intelligendam arbitror non solùm de Mosaicæ legis cultoribus, sed de iis pariter, qui veri Numinis adorationem sub lege naturæ professi sunt; nam sanè, qui vinculis detinentnr, quamuis redimi se posse variis modis sciant, nempè, vel argento, vel auro, vel gemmis, vel mercium diuersarum commutatione, vel strategemate aliquo, vel bello, aut legatione, etsi postea auro libertas restitnatur; quis dicat specialiter credidisse non nisi auro soluendam captiuitatem, cùm omninò per accidens euenerit auro factum esse pretium magis, quàm aliis rebus? igitur credens solùm generaliter, Deum posse iustificare, & saluare multis viis, non credit pendere speciatim à meritis Christi sanctificationem, & vitam æternam. At Scriptura, Concilia, Patres, quorum testimonia exhibuimus, statuunt specialiter de Mediatore, neminem saluum factum nisi credentem in ipsum; ergo specialior fides requirebatur de Christo, & liberatore, quàm de aliis mediis, per quæ Deus peccatum eluere, & hominem gloriæ cælestis participem facere possit. Insuper cogitemus, Deum absolutè decreuisse nunquam futuram aliquam vnionem hypostaticam; hac data suppositione, posset quispiam habere actum fidei, quo crederet generatim Deo possibilia esse media, per quæ homines ad supernaturalem perducerentur beatitudinem, & tamen tunc non daretur etiam implicita fides de Christo, quia non datur nisi de mediis possibilibus: Christus autem ex hypothesi præfata, non esset possibilis; igitur fides de mediis, quæ diuina adhibere valet potentia ad iustificandos, & saluandos homines, non est per se, vel implicita fides de Christo. 128.

Oportebat igitur credere mittendam à Creatore personam aliquam talem, ob cuius merita tollerentur mundi peccata, & aditus in cælestia pateret; num verò hic magni consilij nuntius pura tantùm futura erat creatura, an Deus simul? Num ex hominibus, vel ex Angelis ad plebem, & rudem turbam cuiuscumque status explicare non attinebat, sed ad peritos in lege Domini, & in Theologia versatos; hi quippe nouerant puram creaturam pro peccatis condignè satisfacere non posse, neque mereri vt prima infundatur gratia, proinde Deum simul futurum generis

humani

Hebr. 11. 6. Suarez. Valentia. Tannerus. Granado. Fagund. Hugo de S. Vict.

humani Saluatorem; atque vt de potentia absoluta contingere ea valeant, sciebant ex oraculis diuinitus traditis non fore solam creaturam per quam redemptio operanda esset, nec Angelum, sed fragili carne circumdatum: hoc autem totum continebatur implicitè in generali illa fide de persona idonea ad placandam Numen, ad conciliandos Deo homines, non enim alia persona apta nisi qualem statuit Trinitas, scilicet qui vulnerari & pati queat, & cuius opera infiniti essent valoris, & propterea Deus pariter, & homo esset; sentiunt hæc eadem Becanus c.12. de fide, quæst.2. conclus.1. Conning. disput.14. dub.9. num.147. Mæratius disputat.19. sect.2. §. *caterùm implicitam*, &c. Castro Palao tom. 1. tract. 4. de fide, punct.9. num. 3. Dices, in lege gratiæ, & postquam Euangelium sufficienter innotuit, ad iustificationem non requiri per se, & necessitate medij fidem explicitam Incarnationis Christi, videlicet, quòd mortuus sit, & resurrexit pro nobis; tradunt Conning loco nunc citato, plurimis cumulatis scriptoribus idem asseuerantibus conclus.6. num.163. Castro Palao nuper allegatus, num.7. Suarez de fide, disput.12. sect.4. num. 11. Gaspar Hurtado disputat. 8. de fide, difficultat.7. in principio; & probabile iudicat Tannerus disputat.1. quæst.7. dub.2. assertatione 9. num. 44. Igitur post Euangelij tam magnam radiationem, & lucem, non requiritur distinctior per fidem notitia de Saluatore, quàm fuerit necessaria in lege naturæ, quando mortales ferè caligabant ob tenuem cælestium mysteriorum cognitionem. Respondeo, hoc cedere in Euangelici status singularem commendationem, & professorum eius insignem vtilitatem; nam habet quod commodum erat in lege naturæ, nimirum sufficere ad iustificationem fidem implicitam Mediatoris Christi; & cùm hæc notitia paratu facilis sit, salus quoque in promptu est; habet insuper, quibus carebat status legis naturæ, thesauros nempè sapientiæ & scientiæ Dei, nam abundat cognitione cælestium arcanorum, de quibus tunc, sed nec in lege Moysi sciebant loqui nisi pauci, modò vulgus Christianorum ea distinctè percallet; itaque quicquid sit de maiori obligatione Christianorum ex necessitate præcepti, quia Religionis, quam in Baptismo solenniter profitentur nobiliora attributa, & præstantiores articulos saltem quoad substantiam nosse tenentur, vberior eis communicata notitia mysteriorum Dei salutis viam non magis coarctat respectu fidei, quæ per se, & necessitate medij simpliciter exigetur ad iustificationem.

Becan. Conning. Mæratius. Castr. Palao, &c. *Obiectio.* *Solmitur.*

129. *De Eucharistia Sacramento Adamus eruditur.* Sed quidem Protohomini cùm ostenderimus necis Dominicæ reuelatam formam, & sacratæ Passionis detectam acerbitatem, confine huic est vt adiungamus eidem Eucharistiæ portenta manifestata; nam cùm Dominici corporis esca, sanguinis libamen eum potissimè in scopum ordinata, vt de transactis in Cruce doloribus, & haustam à Saluatore mortem perennem in nostris cordibus excitarent memoriam, vti Doctor expendit Angelicus, lectione 3. Officij de Sacramento altaris: & in 3. part. quæst.73. art.5. in corpore; æquè fuit, vt cui passio redemptoris ostensa, huius memoriale, Eucharistia nimirum aperiretur; equidem lignum vitæ, quod in medio Paradiso caput extollebat Genes. cap. 2. vers.9. cibum hunc qui veram, & indefecturam confert immortalitatem, sensu mystico designasse, eius fuisse typum, & repræsentationem, edocent S. Ambrosius libro de Paradiso, cap. 9. & expositione in titulum Psalm.35. Anastasius Sinaita, lib.9. in Hexaëmeron, non longè à principio, in illud, *& præcepit Dominus Deus Adamo*, &c. Paschasius Abbas tractatu de corpore, & sanguine Domini, cap.1. §. *vnde quia sic voluit*, &c. capite etiam 7. & 9. Moyses Barcepha parte 1. commentariorum de Paradiso, cap. 28. propè finem: Rupertus Abbas lib. 2. explicatione in Apocal. iuxta initium, in illud, Vincenti dabo edere de ligno vitæ, &c. Bruno Carthusiæ parens libro de laudibus Ecclesiæ, cap. 1. S. Thomas opusculo 58. de venerabili altaris Sacramento, cap.1. & 6. S. Bernardinus Senensis tom.2. sermone 54. in cœna Domini, art.1. cap.3. & art.2. cap.2. Gabriel Biel in canonem Missæ, lect. 85. Cùm autem ex Dei institutione lignum illud viuificans præfigurauerit spiritalis & beatæ vitæ effectus communicandos ab Eucharistia, Adam verò propheticè edoctus sit de mysteriis, præsertim iis, quæ filij Dei Incarnationem maximè extollunt, de Eucharistia instructum, per quam verisimile est, & explicatum ei quid arbor illa deliciosi horti meditullio locata ex Spiritus sancti ordinatione per allegoriam designaret; benè proculdubio S. Laurentius Iustinianus tractat. de casto connubio Verbi, & animæ, cap.24. n.4. *ab ipso siquidem mundi exordio sicut incarnandi Verbi sunt reuelata mysteria; ita frequenter etiam quibusdam corporis, & sanguinis instituenda Sacramenta*; igitur, quemadmodum Protoplasto antequam iustitiæ terga vertisset, & Paradiso relegatus fuisset, sic manifestatam Incarnationem demonstrauimus, vt etiam de Passione & Cruce Saluatoris edoctus sit; ita quoque & de altaris Sacramento cogitare libet, nec enim maior aliqua difficultas, vt antequam vetitos degustauit fructus, Eucharistiæ reuelata sint mysteria, quàm Passionis; sed quicquid sit, an huius diuinæ mensæ contemplatorem arbitremur Adamum versantem adhuc intra Paradisi septa, necdum etiam à serpente prostratum, certè non latuisse eum, quomodo talis olim præparetur esca animarum vegetationibus Abelis sacrificium non leuiter subindicat; *obtulit enim de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum*, Genes.c.4. vers.4. Sacrificio autem illo Missæ exprimebatur hostia, & Christus accidentibus panis & vini sub cortina absconditus concipiebatur; testatur libro contra Iudæos, cap.5. Tertullianus, Rupertus lib.4. in Genes. cap.4. S. Bernardinus Senensis tom.2. sermone 54. in cœna Domini in principio; atque Canonis Missæ eam interpretantes particulam; *sicut accepta habere dignatus munera pueri tui iusti Abel*, &c. Stephanus Eduensis Episcopus tractatu de Sacramento altaris, cap. 17. Innocentius III. parte 3. lib. 5. mysteriorum Missæ, cap.4. Guilielmus Durandus Rationalis lib.4. cap.43. num.13. Gabriel in Canonem Missæ, lectione 55. assentiunt Bellarminus lib.1. de Missa, cap. 8. in fine. Antonius Monchiacenus Demochares lib.1. siue de *sacrificio propitiatorio*, cap.6. Sanderus lib.1. de visibili Monarchia Ecclesiæ, cap. 5. §. *Duo iam mihi supersunt*, &c. Porrò, quanquam de Abel præclaris moribus, & innocentiæ gloriæ id credibile, nempè à Deo ipso

S. Thom. Ambrof. Anast. Sinait. Paschas. Moys. Barcepha, &c. Laur. Iustin. Gen. 4. 4. Tertull. Rupert. Bernard. &c.

ipso stimulatum propheticis vocibus, vt in honorem instituendæ sequuturis temporibus Eucharistiæ, & in præfigurationem triumphalis ligni Crucis oblationes, & sacrificia litaret, vt præter Monchiachenum nuper productum observant Suarez tom. 3. in 3. part. disput. 73. sect. 2. in fine, Rutilius Benzonius lib. 4. in *Magnificat*. cap. 11. dub. 11. sed etiam à Progenitore Adamo, qui diuina hauserat ex reuelatione cur non decernamus? equidem de Seth altera Protoplasti sobole virtutis nobili cultore, quæ ad Dei cultum retulerat, paterna accepisse ea traditione memorat Cassianus collatione 8. cap. 21. verùm de Abelis sacrificio, de quo disceptamus, Hugo de S. Victore in cap. 4. Genes. *Credimus Deum docuisse Adam cultum diuinum, quo recuperaret eius beneuolentiam, quam amiserat per peccatum transgressionis; & ipse docuit filios suos, dare scilicet decimas, & inimitias.* Auctor historiæ scholasticæ in Genes. cap. 26. *Creditur Adam in spiritu docuisse filios, vt offerrent decimas Deo, & primitias*; testantur idem in cap. 4. Genes. vers. 4. Lyra, Pereira, Lippomanus, Delrio, Cornelius Alapide, Suarez, & Demochares locis paulò antea rescriptis, Eugubinus lib. 1. de perenni Philosophia, cap. 1. Genebrard. lib. 1. Chronolog. anno Mundi 130. pag. 8. Henriquez lib. 9. cap. 2. in principio. Salianus tom. 1. anno Mundi 100. num. 3. Si igitur Abel præceptorem habuit eum, à quo genitus est, qui de mirandis Eucharistiæ secretis erudiuerit filium, Pater nouerat, quæ gnato detexit; sed quomodo etiam fieri possit, vt qui piam eahortabatur sobolem ad sacrificij deuotionem, ad munerum oblationes, quibus pro Eucharistiæ beneficio incompabili, grates persoluebant Numini, non exemplo etiam præiuerit, & sacrificiis memoriam diuini pignoris coluerit? itaque, eius generis sacrificia, quæ filios præstare Genitor suaserat, frequenter ipse obtulerat, vt adstruit B. Thomas 2. 2. quæst. 85. art. 1. ad 1. nec aliud iudicari posse statuunt Pereira, Delrio, Salianus iisdem, quibus citati, sunt locis; quorum sacrificiorum auspicia Adæ præcessisse lapsum non inuerisimile existimat Suarez tom. 3. in 3. part. disput. 3. sect. 2. in fine; rectè ergo notitiam de Eucharistiæ mysterio, *Donum primæ mundi ætatis* appellauit Nicolaus Cabasilas in liturgiæ expositione, cap. 11. cùm eam inter supernaturalium arcanorum infusam à creationis primordio scientiam Protoplastus à Deo acceperit, filiis & nepotibus manifestauerit.

Suarez. Rut. Benzon. — Hugo de S. Vict. &c.

136. *Mariam ex sua stirpe prodituram, Messiæ futuram Genitricem, Adamus discit.*

At quidnam de intemerata Dei Genitrice Maria? Certè, cum Adamo de Incarnatione filij tam cumulatam concesserimus lucem etiam priusquam domicilium voluptatis amisit, antequam gratiæ, & sanctitudini inimicus declaratus est, non est cur arbitremur Matrem Saluatoris ignorasse; quanquam enim iustificationis, & gloriæ propriè Author solus Christus Dominus, & ideò fides in Mediatorem necessaria est, sed Redemptor ipse voluit vt per Mariæ intercessionem cælestibus frueremur bonis, quia Genitrici hoc speciosum, nobis vtilissimum; *vt de plenitudine eius*, (inquit Bernardus sermone in illud Apocal. cap. 12. *Signum magnum apparuit in cælo*, &c.) *accipiant vniuersi; captiuus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, Angelus lætitiam, denique tota Trinitas gloriam, filij persona carnis humanæ substantiam, vt non sit, qui se abscondat à calore eius*; hinc igitur ratiocinatur Albertus Magnus, quibus à mundi conditu reuelatum est Incarnationis Sacramentum, iisdem prænotionem de Virginis ortu, & meritis infusam, quando non nisi per hanc dona per Incarnationem, & mortem patra Christus hominibus transmittere statuerit; disserit igitur præfatus Doctor, cap. 184. super Missus est, aiens: *Dicit Augustinus quòd omnes siue præcederent Incarnationem, siue sequerentur, saluabantur per fidem Mediatoris Dei, & hominum; sed ad illam fidem necessariò exigitur vel implicitè, vel explicitè credere Deum incarnatum de Virgine; ergo per hoc est regeneratio vniuersalis; ergo fides incarnati de Virgine est, per quod est regeneratio in esse gratiæ omnium hominum*; & cap. 186. de eo, quod sanctissima Virgo *Porta cæli* nominetur; *ex his patet, quòd fides Mediatoris est, quæ introducit credentes; & in illum Mediatorem implicitè oportebat credi, ipsum natum de Virgine; & ille est primus articulus de huiuscemodi Mediatore; & sic fides incarnati de Virgine in quantum de Virgine omnes portas in cælos; ergo ipsa propriè est porta cæli*; deuorat igitur qualis erat fides, & notitia supernaturalis de Incarnatione, videlicet quotundam explicitam, qualis præsertim in Adam etiam cùm innocentiæ statum teneret, aliorum obscuram & implicitam; talem & de B. Virgine extitisse notitiam; quæ eadem reperias in D. Antonino de Florentia 4. parte summæ moralis, titulo 15. cap. 14. §. 3. Non inscitè igitur Amedæus Lausanensis Homil. 1. de laudibus Mariæ; *Hæc enim summa, hic finis testamentorum, Christum proloqui, Christum ostendere, Christum annunciare, & Virginem Mariam; & id quidem nunc Sacramentis tegitur, nunc ænigmatibus, & similitudinibus obuoluitur, nunc ritu festo celebratur, nunc sacrificiis obumbratur, nunc declaratur Prophetia, aut Euangelica assertione roboratur*; rectè copulauit, *Christum annunciare & Virginem Mariam*; nempè oracula de Mediatore, eadem & in Genitricem feruntur, vt qui sobolem ea iis dignouerit, Matris pariter imbuatur scientia; sed Protoplastum adhuc fœlicem, & immaculatum de filij in carne aduentu instructum probauimus; ergo & de Genitrice simul edoctus fuit. An non hoc idem subinnuit Anselmus libro de excellentia Virginis, cap. 2. *Tacitis itaque illis, quæ ab initio omnis creaturæ vsque ad sanctum sui aduentum sunt de hac Virgine prophetata, sicut per eos, qui ante legem, quam & per eos, qui sub lege iusti fuerunt*; quid est autem ab initio omnis creaturæ, nisi ab ipsis mundi incunabulis antequam peccato inficerentur Authores generis humani Adam, & coniux illius? Denique sanctarum vaticinationum, in quibus omnis Prophetia floruit, B. Virgo post filium suum præcipua animaduersio; *ecce ad quam concurrunt, ò filij*, (inquit B. Ildephonsus sermone 1. de Assumptione,) *omnia eloquia Prophetarum, ad quam omnia ænigmata concurrunt Scripturarum*; & Damascenus lib. 4. de fide Orthodoxa, cap. 15. *ipsa enim æuo omni antiquiore, ac præsciente Dei consilio prædestinata, variisque Prophetarum imaginibus, ac sermonibus per Spiritum sanctum adumbrata, atque antè prædicata*; quare Andreas Cretensis encomio de dormitione Deiparæ: *Hæc est summa diuinorum oraculorum*; sed reuelationes Dei mysteriorum supernaturalium, & eorum speciatim, quæ ad Incarnationem pertinent,

Bernardus. — *Virgo sanctissima Porta cæli.* — Amedæus. — Anselm. — B. Ildeph. — Damascen.

tinent, initium habuere in Angelis, cùm in via essent; in primo homine antequam summum opificem offenderet, vt ostendimus, igitur & Virgo intemerata eis præmonstrata fuit; quam ob causam S. Brigitta in sermone Angelico, feria 3. lectione 2. in fine; *& sic vtrique sicut primò Angelis, & deinde primo homini; ita & postea Patriarchis ex gloriosa Dei matre nascitura, magna dabatur exultatio.* Nec incongruè Pelbartus Ordinis Minorum, pius scriptor, in Pomerio, siue Stellario sermonum de B. Virgine, lib. 5. parte 1. art. 3. cap. 2. *Sopore illo, quem Dominus immisit in Adam*, Genes. cap. 2. vers. 21. Sub statu innocentiæ, cùm in eo multa prophetice Adamo repræsentata sint, quod Patrum authoritate à nobis firmatum est, tantum Numinis opus, quale Virgo superbenedicta, celandum non fuisse: *Tunc mens* Pelbart. *Adæ*, (loquitur Pelbartus,) *particeps Angelicæ Societatis, intrauit in Sanctuarium Dei, vt intelligeret nouissima in Dei speculo, & vidit, quòd ex Sacramento matrimonij contracti inter ipsum, & Euam oriundi essent multi sancti Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, &c. & maximè, quòd descenderet vna sacra Virgo, quæ Deum paritura esset Saluatorem mundi.*

131. Præbeamus tamen, antequam Adamus deiectus esset, priusquam horto voluptatis ad loca spinas, & tribulos datura, relegatus, sanctæ Puellæ quæ Deum enixura esset, notitia caruisse; at certè clemens & benignus Deus, quo lapsam plasmationem suam ad spem dulcissimam erigeret, nihil prius habuit quàm vt de Mariæ doceret futuro editu, & quales de aduersario palmas referret, quibus eam confunderet modis; hæc illa Gen. 3. 15. triumphalis prædictio Genes. cap. 3. vers. 15. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius; ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius*; quibus verbis significari quemadmodum Sathanæ conatibus, quibus seu vniuersam turbare Ecclesiam, seu particulares debellare iustos procurat, cælorum obstiterit Regina; speciatim verò indicari eiusdem intemeratæ Dominæ ab originali noxa exceptionem Canisius. ostendunt ex Patrum interpretatione Canisius Delrio. de B. Virgine lib. 5. cap. 9. Delrio Adagiorum Spinell. tom. 1. Adag. 6. digressione 1. Spinellus de B. Virgine, cap. 22. num. 2. Salazar de Conceptione, cap. 19. à num. 9. Porrò qualia Trophæa de Stygio hoste Maria reportauerit, nominis eius leuior sonus, quàm Tartaro vniuerso formidabilis hac ex Geneseos sententia colligunt, & disertè Epiphan. expendunt B. Epiphanius hæresi 78. contra Antidicomarianitas inter medium & finem. Clau- MariusVict. dius Marius Victor lib. 1. Poëseos in Genesim. Alcim. Alcimus Auitus lib. 3. Meteorum in eandem Ge- Prudent. nesim. Prudentius in Cathemerino, hymno 3. Rupert. &c. ante cibum. Rupertus lib. 3. in Genes. cap. 19. Amedæus Lausanensis Homil. 7. de Assumptione Virginis; certè Adamum incredibili recreatum solatio, quod intelligeret nasciturам fœminam, quæ illata per ipsum damna summa, qua coram Deo pollebat gratia, in salutem verteret, S. Brigitta. fusè prosequitur S. Brigitta sermone, dictato ab Angelo, feria 3. lectione 1. *Tristabatur Adam*, (inquit,) *quia verbum Euæ Deum ad iram prouocauerat, sibi, suæque posteritati ad damnationem: exultabat autem, quia tuum verbum ad te, & ad omnes verbo Euæ damnatos Dei charitatem allicere debebat ad magnam consolationem*; hoc autem tanti solatij pignus hausit ex recitatis verbis Mariam, & huius de Satana non intermissos vnquam triumphos pollicentibus; id subinnuere Bernardus visus sermone in illud, cap. 12. Apocalyps. *Signum magnum*, &c. inquiens; *nimirum ipsa est, quondam a Deo promissa mulier serpentis antiqui caput virtutis pede contritum, cuius planè calcaneo in multis versutiis insidiatus est; sed sine causa, sola enim contriuit vniuersam hæreticam prauitatem.* Id autem apertè testatur declaratione S. Vincentius Vinc. Ferr. Ferrer. sermone de Conceptione B. Virginis: *Dum autem Adam, & Eua essent in illa tristitia, Deus reuelauit eis, quòd ab eis procederet vna Virgo sanctissima, quæ afferret maius bonum, quàm ipsi perdidissent; quia Eua abstulit nobis Paradisum terrestrem, & Virgo Maria nobis attulit Paradisum calestem. Eua attulit mortem corporis, Virgo Maria nobis donauit vitam animarum: cogitate Adam, & Euam, quomodo conceperunt Virginem Mariam ipsam desiderando; quòd Deus eis hoc reuelauit expresse dicunt Doctores sancti; sed adhuc authoritas; Inimicitias ponam inter te, & mulierem*, &c. Pelbar- Pelbart. tus etiam Stellarij lib. 5. parte 1. art. 3. cap. 3. *Tertium est tempus primæ transgressionis Adæ, & Euæ; quo tempore Deus reuelauit futuram benedictam Virginem; ait in figura de Maria: Ipsa conteret caput tuum. O quantum flebant, & dolebant primi Parentes de miseriis, quas incurrebant per peccatum; ô quantum gaudebant cùm audierunt aliquando per Virginem benedictam, caput serpentis conterendum, & se liberandos?* Aduerto, hactenus dicta locum habere quamuis Adæ pro statu innocentiæ de B. Virgine notitia indita fuisset, cùm enim committendæ à se noxæ præscius non esset, de sancta Maria cognouit Messiæ Genitricem futuram, gratia superplenam, hominum, & Angelorum Reginam; postea autem, cùm interdictum degustauit pomum, cùm ærumnis & calamitatibus oppletus est, ne inconsolabili tabescetet mœrore, quòd liberari à malis non possit, nisi clementia Domini opitularetur; detectum est illi, Mariam ad hoc specialiter electam, Euæ vt recompensaret stultitiam, & peccatoribus copiosè subueniret.

---

## SECTIO XVIII.

*Mysteriorum supernaturalium haustam ab Adamo notitiam, qui ex posteris fideles erant, traditione, & aliis modis conseruarunt: Christum, an verum esse Messiam Iudæi cognouerint? Iesu, & Mariæ expectatio, non solùm apud Hebræos antequam nascerentur, sed in plerisque Ethnicorum regnis. Crucis trophæa ante Saluatoris aduentum Iudæi celebrant, Ægyptij, & aliæ Paganorum venerantur nationes; Indos nec latuêre. Eucharistiæ Sacramentũ multis præfiguratum typis in lege naturæ, & scripta: quæ de eo vestigia inter Gentilium ritus?*

INcarnationem filij Dei cum præcipuis eius 132. mysteriis Adamo reuelatam, simul & Virginem,

nem, de qua nasciturus esset, eidem præostesam, & vtriusque nobiliora cognouisse ornamenta, & præcipua gerendorum ab iis capita, demõstrauimus. At non extinctam hanc Theologiam Adæ cũ interitu, verùm & apud Israëlitas, & ipsos inter Ethnicos superstitem viguisse, oportet significemus; igitur ex filiis, & nepotibus Adæ, qui pietate claruerunt, exceptos paterno ab ore diuinos sermones de sacrosancta Triade, de perfectionibus supremæ naturæ, de mundi conditu, de hominum reparatione, de Ecclesiæ statibus, de gratiæ & Apostolorũ temporibus, de Orbis fine per conflagrationẽ in scripta retulerunt, seu chartis mandarent, seu æri laminæ, & marmoribus inciderent; ita de Setho refert Iosephus colũnis duabus arcana multa insculpsisse, quo mimicos casus superare possint, & vetustatis incurias, lib. 1. antiq. c. 3. recipiũt Freculphus Chronic. tom. 1. lib. 1. c. 11. Nicet. thesauri Orthod. lib. 4. c. 12. Genebr. Chronol. lib. 1. pag. 11. Pineda in c. Iob. 19. vers. 24. n. 7. Bolduc de Ecclesia ante legem, lib. 1. c. 3. Sic & de Magis, qui Saluatoris incunabula adoratũ venerant Matth. c. 2. vers. 2. nempè ab æuo antiquiore traditam à Maioribus Prophetiam de nascituro ex Virgine, per quem mortales gratiã, & salutem consequerentur, mẽbrani commiserunt, veriti ne solius memoriæ beneficium sufficeret, vt obseruant Origen. hom. 13. in librum Numer. Cyprian. tract. de operibus Cardinalibus Christi, titulo de stella, & Magis. Chrysol. serm. 157. de Magis. Euthymius in c. 2. Matth. vers. 2. S. Thom. in 3. p. q. 36. art. 5. ad 4. Abulens. q. 19. in c. 2. Matth. Caietanus ibidem, vers. 2. ad 3. quæstionem. Salmer. tom. 3. tract. 39. Harum traditionũ fidus custos Noë istiusmodi voluminũ egregium thesaurum secum detulisse perquam verosimile est, vt subindicat Tertullianus de habitu muliebri, c. 3. & fusiùs explicat Eugub. de perẽni Philosophia, lib. 1. c. 1. Hoc igitur modo alia atque alia posteritas scientiã de Mediatore atque de illius superexcellenti Genitrice conseruabat; sed vt in his colligendis traditionibus hominum minus diligẽs fuisset industria, vel vt postea in quibus scripta essent monumenta periissent; altera tamen via omnia cumulatè redintegrari poterant. Nam quemadmodũ sub initio Mundi Adamo Numen cælestium mysteriorum abditas cõplanauit vias, & futura annũciauit illi, præsertim quæ ad Messiæ, & Genitricis eius immortales spectabãt laudes; hoc etiam ipsum postea familiaribus amicis suis contulit, viris innocentiæ encomio, & magnarum virtutum gloria conspicuis, quicumque vel ante diluuium, vel post illud, qui sub lege naturæ, aut scripta tantùm meruere nomen; vnde S. Brigitta in serm. Angelico, feria 3. lect. 2. c. 8. in fine; *verè probatur Deum Matrem suam ab initio dilexisse, quòd sicut ipse antequam aliquid crearetur, ex ea maximè gratulatus est; ita etiam amicis suis ex hoc, quod ipsa nasceretur, magnam consolationem impendit; & sic vtique, sicut primo Angelo, & deinde primo homini; ita & postea Patriarchis ex gloriosa Dei matre nascitura magna dabatur exultatio*; quod de Abrahamo latiùs probat, de quo inquit; *vnde benè credibile fore cognoscitur, etiam Abrahæ diuinitus fuisse praostensum, quod vna filiarum sua stirpis immaculata Virgo Dei filium parturiret.* S. Ildeph. serm. 4. de Assumptione; à Prophetis Dei prædicta, à Philosophis sanctis præfata. D. Bernard. epist. 174. ad Canonicos Lugdunẽses, *Patriarchis, Prophetisque pracognitã.* Hieron. in c. 6. Michææ in illud; *Popule meus quid feci*, &c. Mariã *vaticinium Prophetarum* nuncupat: & rectè quidem, nam tot passim occurrunt figuræ de B. Virgine, de ea tam frequentes laudes, vt Spiritus sanctus peculiari studio Canonicos excitauerit scriptores ad matris copulanda encomia cum filij memoria; animaduertit Amedæus Lausan. hom. 1. de laudibus B. Virginis. *Hæc enim summa, hic finis testamentorũ, Christum proloqui, Christum ostendere, Christum annunciare, & Virginem Mariã*; & S. Vincent. Ferrer. serm. de Concept. B. Virginis. *Virgo Maria in omnibus libris sacræ Scripturæ, & in omnibus Canticis, imò etiam in singulis versibus directè, vel indirectè est mysticè contenta.* Quamobrem, qualis ante legem gratiæ in Patriarchis, & Prophetis, nimirum explicita de Christo Domino cognitio, qua & dicti pollebant; qualisque in promiscua credentium multitudine notitia, implicita nimirum; talis & de intemerata Dei Genitrice, ex qua idem exoriturus; vt suggerunt Albertus Magnus super *Missus est*, c. 186. & B. Antoninus de Florentia 4. parte summæ moralis, tit. 15. c. 14. §. 3. quanquam fides de aduentu Puellæ Deum parituræ ad iustificationem ex necessitate medij non expostulabatur, vt fides de Mediatore requirebatur.

Freculph. Nicetas. Genebrard. Pineda. Bolduc. Origenes. Cypr. Chrysolog. Euthym. S. Thom. Abulensis. Caietan. Salmeron. Tertull. Eugubin. *Mysteriorum supernaturalium hausta ab Adamo notitia.* S. Brigitta. S. Ildeph. S. Bernard. Hieronym. *Vaticinium Prophetarũ de Maria.* Amedæus. S. Vincent.

133. *Obiectio.* Mirabile est, inquias, certè creditu non facile, si apud Iudæos tam exacta de liberatore generis humani, & de beatissima fœminarũ eius Genitrice notitia, quorsũ non agnouerint, & coluerint, præsertim quando Saluator miraculis doctrinam comprobare cœpit, & multis argumentis se Dei filium ostendit. *Responsio.* Respondeo, præter sanctos Dei Vates, & sublimes illos Patriarchas, quibus Numen reuelauit Incarnationem Verbi cum adhærentibus mysteriis, Doctores legis, & Magistros diuinorum arcanorũ viguisse inter Hebræos; hi ergo diuinas Scripturas sedulò examinantes collata Maiorum traditione de nobilioribus sacræ paginæ locis cum Theologorũ expositione multarum sentẽtiarum consequutos intellectum, ad Messiã, & illius matrem retulisse, matrẽ verò interpretamento; & quidem præter Canonica volumina alios etiã conscriptos libros à viris Religione, & doctrina insignibus liquet ex Prologo in Ecclesiasticũ: *Auus meus Iesus postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & Prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à Parentibus nostris traditi sunt, voluit & ipse scribere*, &c. Porrò in horum Rabinorum, qui nimirũ ante Redemptorem vixerunt, cõmentariis expositiones præcipuæ de Messia, & Virgine, ex qua placuit carnẽ desumere esse inueniuntur, vt annotauit Paulus Burgensis scrutinij dist. 1. c. 1. & ex professo tractat Galatinus lib. 1. de arcanis, c. 3. Cur autem Iesum & Mariam nõ admiserint iis visis miraculis, ea hausta doctrina, iis conspectis moribus Christi Domini, quibus veterum Theologorũ expositiones quadrabant, quod etiam absque interpretationis luce Scripturæ variis locis apertè inclamabãt; causas aliquas dabit Suarez tom. 2. in 3. p. disp. 31. sect. 4. placet Angelici Doctoris iudicium, 3. p. q. 47. art. 5. in corpore. *Dicendum quòd Maiores, qui eorum Principes dicebantur, cognouerunt eum esse Christũ promissum in lege, omnia enim signa videbãt in eo, quæ dixerant futura Prophetæ, & quanquam ibi affirmet mysterium diuinitatis*, ac proinde quòd Dei naturalis esset filius, ab eis ignoratum, in responsione tamen ad 1. addit; *possumus tamen dicere,*

Paul. Burg. Galatin. Suarez. S. Thom.

*dicere, quòd etiam verum Dei filium cognouisse dicuntur, quia euidentia huius rei habebant; quibus tamen assentire propter odium, & inuidiam noluerunt, vt eum cognoscerent esse filium Dei.* Minores, hoc est, vulgus, & imperitæ animæ Dei esse filium non sciebant, ita vt rationem aliquam coniunctæ Deitatis reddere valerent, implicita enim fide tantùm credebant Mediatorem aliquem adfuturum, & ob hanc causam Iudæi, videlicet maxima pars eorum, qui litteras non didicerat, nec penitiora Religionis secreta intrauerat, velut excusantur de morte, quam Dei filio pertinaci vociferatione procurarunt, dicentes, *crucifigatur, sanguis eius super nos, & super filios nostros*, Matth. cap. 27. vers. 25. Nam Luc. cap. 23. vers. 34. *Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt*, & Actor. cap. 3. vers. 17. *& nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis, sicut, & principes vestri*, & Corinth. 1. cap. 2. vers. 8. Sed licèt Deo prognatum non cogitauerint, negare tamen non poterant virtutes, doctrinam, prodigia virum declarasse Prophetarum nulli secundum; iniquissimè igitur fecerũt, morti eum condemnantes omnibus quot poterant modis: quòd autem verbis illis cap. 3. Actorum etiam Principibus, & in lege eruditis ignorantia adscribatur, largè D. Thomas loco superiùs relato ignorantiam exponit, inquiens; *sciendum tamen, quòd eorum ignorantia non eos excusabat à crimine, quia erat quodammodo ignorantia affectata; videbant enim euidentia signa diuinitatis ipsius; sed ex odio, & inuidia Christi, ea peruertebant, & verbis eius, quibus se Dei filium fatebatur, credere noluerunt.* Principes igitur & in diuinarum litterarum studiis versati Dei verum filium esse ex crassa, & supina negligentia ignorabant, nam explicitam de Incarnatione scientiam facilè adepti fuissent Maiorum traditionibus, si attendissent, & operam in genuini sensus vestigatione diuinorum oraculorum posuissent.

134. *Christum, an verum Deum esse Messiam Iudæi cognouerint.* Dorothæus.

At non solius Hebræi populo limitibus conclusa notitia de Christo, & eius Genitrice; Dorothæus in Synopsi de vita, & morte Prophetarum, narrat Ægyptios solitos Christi Natiuitatem, & incunabula externis repræsentare figuris, & alere, Virginem nempè, & recens editum in stabulo infantem, interrogatos verò à Ptolomæo Rege, cur eam picturam religiosè obseruarent, respondisse Maiorum ob traditionem agere; hos quippe Ieremias Propheta cùm in Ægypto versaretur, olim docuerat, suboriturum puerũ intacta Matris virginitate, quo prodeunte in lucem, Ægypti corruerent simulachra, & confringerentur; referunt eadem Chronicon Alexandrinum in Ieremia, & Bellouacensis tom. 4. (Bellouacens.) seu speculo historiali, lib. 2. c. 116. illustre pariter, quod Theophanes in Miscella narrat, primo nimirum anno regnatus Constantini, & Irenæ, in longis Trachiæ muris quidam homo fodiens, inuenit arcam lapideam, quam cùm expurgasset, reperit virum iacentem, & conglutinatas arcæ litteras continentes hæc: *Christus nascetur ex Virgine Maria, credo in eum; sub Constantino, & Irena Imperatoribus ô Sol iterum me videbis*; scribunt Sigibertus, & Zonaras; Paulus Diaconus lib. 23. Vincentius speculo historiali, lib. 23. cap. 172. (*Vaticiniũ de Christo nascituro ex Virgine Maria.*) Baronius fidem putat narrationẽ, vtpote à Græcorum, & Latinorum plerisque celebratã Chronologis tom. 9. anno Christi 780. n. 9. qui addit à multis creditum, Prophetæ alicuius bustum fuisse, eique diuinitus reuelatum Seruatoris aduentum. (Baron.) Affine his id, quod Rodericus Santius Episcopus Palentinus memorat 3. p. historiæ de rebus Hispaniæ, c. 40. seu vltimo; Toletana in vrbe Iudæum dum ad vineas progrederetur, & eas efloderet, librũ reperisse Hebræis, Latinis & Græcis conscriptum vocabulis, qui de triplici differebat mundo ab Adam vsque ad Antichristum; initium verò tertij libri tale: *In tertio Mundo filius nascetur ex Virgine Maria, patieturque pro salute hominum*; (*Aliud de eodem.*) & hanc ob scriptionem Iudaismo detestato Christianam amplexum Religionem; sed & nostris temporibus in Monte Oreb litteræ ignoratissimæ inuentæ sunt; eas tandem, qua variarum linguarum pollet singulari notitia, intellexit ex nostris vir eruditus Athanasius Kircher, (Kircher.) apud quem historiæ istius plenam reperies narrationem in Prodromo Copto, siue Ægyptiaco cap. 8. Est autem difficillimi illius Alphabeti sententia: *Deus Virginem concipere faciet, & illa pariet filium.* Suspicari autem possimus huius vaticinationis tubam Ieremiam extitisse dum inter Ægyptios commoraretur; nam Christi ortum illibata Genitricis virginitate futurum post secula aliquot, & tum Deorum statuas per Ægyptum collapsuras ab eo Ægyptiis sæpè denunciatam paulò antea Scriptorum asseueratione comprobauimus; idem de vita & morte Prophetarum refert S. Epiphanius, & amplexantur Gaspar Sanchez Prologom. 5. in Ieremiam. Salianus tom. 4. anno Mundi 3448. num. 15. (Epiphan. Gasp. Sanch. Salian.) Igitur Discipulorum eius quispiam, aut vates ipse, Numine hoc etiam inspirante lapidibus, vt Prophetia insculperetur, egerunt. Iam verò apud Græcos memorabile est, quod in Procopij Martyris actis, quæ Metaphrastes exhibuit, & apud Surium extant tom. 4. ad diem 8. Iulij, narratur: de Iasone siquidem Argonautarum duce, cùm de magnifico templo, quod Athenarum in arce constructum est, Apollinem Delphicum interrogasset, cuiusnam futura esset ædes? responsum audiuit; *dicandam Virgini Deum parituræ, quo Maria nomine appellaretur.* (*Apollinis responsum de Tẽplo Athenarum in arce.*) Quod fusiùs à Cedreno narratur in compendio historiarũ, pag. 98. §. *Darium interfecit Cyrus*, &c. Hoc nõ incredibile visum Canisio lib. 1. de B. Virgine, c. 1. Bozio de signis Ecclesiæ, tom. 1. lib. 9. signo 39. c. 6. Ioanni Bonifacio in historia Virginis, lib. 1. c. 2. Spinello, qui diligentiùs tractat, de B. Virgine, c. 29. n. 23. Melchiori de Inchofer tractatu de epist. B. Mariæ ad Messanenses c. 3. De Romulo autẽ, vt ad Latinos veniamus, perhibet S. Petrus Damianus opusculo 36. de omnipotentia, c. 12. (Petr. Dam.) constructo palatio quandiu staret prædixisse; *Certum est*, inquiebat, *& immobiliter fixum, quia nisi Virgo pepererit, domus ista non corruet*; collapsa est autem nocte, qua Saluatorem Maria benedicta edidit; ad Templum pacis vaticinationẽ hanc transcribit B. Antonius de Florentia 1. part. summæ hist. tit. 4. cap. 6. §. 10. citásque pro iisdem Innocent. III. (Innoc. III.) qui idipsum testatur serm. 2. de natiuitate Domini; qui etiã annectit Octauianum Augustũ in cælo conspexisse Virginem ad mammas gestantem filium; sed quod asserit Sibyllam nescio quam eo de prodigio monuisse Imperatorem minùs consonum. Baronius existimat Apparatus n. 25. quòd ante ea tempora desierint Prophetides illæ; Augustus verò ex lectione Sibyllinorum voluminum dignoscere potuit, quid Virginis cum Puero lactente imago significaret;

nec

Iosephus. nec illud omittendum, quod Iosephus monet lib.7.de bello,c.12.in fine,*apud Iudæos in sacris inuentum libris,quod quidam esset eorum ex finibus Orbis habiturus imperium.* Tacitus lib.5. histor.c.13. *Persuasio inerat antiquis Sacerdotum litteris contineri, fore vt valesceret Oriens,profectique Iudæa rerum potirentur;*cæterùm, hanc famam non vnius Iudææ coarctatam ambitu,sed per alias vagatam Prouincias, & quidem clamoso, atque publico rumore indicat Suetonius in Vespasiano,c.4.*Percrebuerat Oriente toto vetus, & constans opinio, esse in fatis, vt eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur.*Hoc autem oraculū præfati historici ex adulatione ad Vespasianum retulerunt;germanè tamen interpretatum, Christum Dominum proloquitur, qui solus Rex Regum, & cui data est omnis potest in cælo, & in terra; vt obseruant Egesippus lib.5. excidij Ierosolymitani cap. 44. Nicephorus lib.3.hist.Ecclesf.c.4. Eugubin.lib.1. de perenni Philosophia,c.22.Baronius tom.1.in Apparatu n.24. Suarez tom.2. in 3.p. disput.14. sect.6. Notis ad præfixum Suetonij caput Beroaldus,& Leuinus Torrentius. Druidas olim in Galliis ante Saluatoris aduentum apud Carnotum aram substruxisse cum hac Epigraphe: *Virgini pariture*, tradunt Cassanæus in Catalogo gloriæ mundi,p.12.consideratione 20.sub finem. Aspilcueta Nauarrus tract.de oratione, & horis Canonicis,c.21.n.28.Addit & à Gama Indorum Orientalium fortissimo domitore inuentum Sacellum Mariæ dicatum, quam Pagani ab antiquissimis temporibus colebant;fortasse delubrū hoc,illud est,de quo meminit Hieronymus Osorius ad calcem libri primi de rebus gestis Emanuelis Regis;nempe, in oppido Pandarame Calecutij regni, Ethnicos imaginem veneraros B.Virginis cum filio in vlnis,causam suggerit ex traditione incolarum; quod olim Canganotis Rex admonitus à Persidis,& Carmaniæ regibus Magis,vnà cùm illis profectus sit ab Oriente in Iudæam ad Christi adoranda incunabula,& patriæ restitutum ædem nomini sanctissimæ Deiparæ fabricasse: Maffæus lib. 6. Indicæ historiæ adstruit Sinas Religionem deferre imagini proceræ fœminæ puerulum in sinu fouentis cui lampadas suspendunt; confirmátque Ioannes Bonifacius lib.2. historiæ Virginalis,c.1.titulo, *de India citra,& vltra Gangem*; subiungítque, ex Indica quadam historia se didicisse Iapones ante prædicatum eis Euangeliū depinxisse mulierem infantulum complexu tenentem, ad eámque tanquam ad patronam in afflictis, & desperatis rebus confugere solitos. Virginis quoque, & filij eius haud ignaros fuisse occiduæ Indiæ Gentiles adstruit Nierembergius lib.8. hist. naturæ,c.17.eandem à Tibetensibus Paganis veneratam narrat dictæ historiæ lib.5.c.2.Ex his igitur liquet nullam Orbis terrarum Prouinciam nobiliorem,in qua de Mediatore Christo,& eius admirando Genitore non aliqua fulgeret notitia etiam inter densam Paganismi caliginem.

Sueton. Maffæus. Nieremb.

*Iesu, & Mariæ expectatio,non solùm apud Hebræos, antequā nascerentur, sed in plerisque Ethnicorum regnis.*

Pergamus à Redemptore, illiúsque Matre ad viuificum Crucis lignum; hanc æquè notam veterum Patriarcharum sæculis, & postea legis scriptæ toto decursu, facilè intellexerit, qui auscultare velit,Heroas Deo charos gestis suis eam declarasse iam tum à violenta iusti Abel nece; cecinit igitur peritè in Peristephano hymno decimo de S.Ramano Martyre Prudetius inquiens, Prudent.

*P.Sherlogi Antiq.Hebr.Dioptra.*

*Crux ista Christi, quam nouellam dicitis,*
*Nascente mundo factus vt primum est Homo*
*Expressa signis, expedita est litteris;*
*Aduentus eius mille per miracula*
*Prænuntiatus ore vatum consono:*
*Reges, Prophetæ, Iudices, & Principes,*
*Virtute, bellis, cultibus, sacris, stylo*
*Non destiterunt pingere hanc formam Crucis;*
*Crux prænotata, Crux adumbrata est prius,*
*Crucem vetusta combiberunt sæcula.*

& S.Petrus Damianus sermone 18. de inuentione S.Crucis, iuxta principium. *Hoc denique salutis humanæ vexillum non solùm lex per typicas quasdam intelligentias, & ænigmata præfigurat; sed & omnium Prophetarum oracula, & cuncta veteris Instrumenti veneratur auctoritas; quæ est enim sacri eloquij pagina, quæ Crucis mysterium non redoleat; & ad hoc quasi ad totius humanæ salutis caput,atque principium non intendat?* Hæc Crucis symbola multiplicia cum Patrum expositionibus ad longum exhibent Gretserus tom.1.de Cruce, lib.1. cap. 43. & sequentibus. Iacobus Bossius toto libro 3. de Cruce triumphanti: sed in Alphabeto peruetusto Hebræorum *Tau* littera Crucem exprimebat; efformata quippe erat nostri T.more, vt docet Hieronymus in cap. 9. Ezechielis, in illud, *& dicit Dominus ad eum*, &c. *& vt ad nostra veniamus, antiquis Hebræorum litteris, quibus vsque hodie vtuntur Samaritani, extrema Tau littera Crucis habet similitudinem,quæ in Christianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inscriptione signatur*; idem denotat epist.106. quæ est præfatio in Regum libros, & in cap.66. Isaiæ in illud, *Ego autem opera*,&c. Hieronymo antiquiores idipsum stabiliunt,Tertullianus lib.3.contra Marcionem cap. 22. Origenes Homil.8. ex diuersis in Euangelij locos; & in Catena Græca in Ezechielem, quem scholia Romanæ editionis in versionem Latinam Septuaginta interpretum exhibent ad cap.9. Ezechielis, inquit; *Hebræus autem quidam ex iis, qui Saluatorem crediderunt, dicebat vetusta elementa similem habere Tau litteram charactéri Crucis; & prædici signum à Christianis in fronte efformari consuetum, quod fideles vniuersi formant quamcumque tandem rem auspicentur, maximè initio precum, & sacræ lectionis*; paria Isidorus Hispal. de vocatione Gentium, cap.25. de hac littera satis Ezechielis expositores, cap.9. vers. 4. Pradus speciatim, Alcazar in cap.7. Apocalyps. vers.2. notatione 3. Pintus de Christo crucifixo, lib.3. tit.3. loco 6. num.2. Iacobus Bossius lib. 1. de Cruce, cap.4. Goropius Becanus Hieroglyphicorum lib.16.in principio. Bullingerus Diatriba aduersùs Causabonum 3. ad cap.77. exercitation. 16. & præ cæteris diligentiùs Gretserus tom.1.de Cruce, lib.1. cap.1. lib.4. cap. 8. & cap. 65. Vnde autem factum, vt cùm Hieronymi ætate littera *Tau* Crucis imaginem retinuerit, postea aliter efformata sit, nec gloriosum illud repræsentet vexillum, Iudæorum malitiæ, & odio in Christianam Religionem adscribit Genebrardus lib.2.Chronologiæ pag.183. à quorum Rabinis, aut Massoretis ad salutiferi instrumenti diminuendam laudem, litteræ *Tau* antiquus vultus mutatus est.

Petr.Dam. Gretser. Iac. Bossius. Hieron. Tertull. Origenes. Isidor. Pradus. Alcazar. Pintus. Bossius. Goropius. Bulling. Gretser. Genebrard.

136.

*Crucis tropæa ante Saluatoris aduentum Iudæi celebrāt.*

Quòd si & ab Ethnicis Crucis notitiam requiramus, vulgare satis est Ægyptiorum inter abditas notas Crucis figuram vitæ,& salutis inditium fuisse, eiúsque quidem olim aduenturæ, per

per aliquem, à quo mors & infirmitas propulsaretur; multa, quæ huic effato authoritatem concilient, narrant occasione diruti fani Alexandri, quod Serapidi Ægyptiorum Numini dicatum erat, Sucrates historiæ Eccles. lib. 5. cap. 17. Sozomenus lib. 7. cap. 15. Ruffinus lib. 2. c. 29. Nicephurus lib. 12. cap. 26. Suidas verb. σταυρὸς; quanquam verò ob causam euersi Templi cacitati multi ad Crucis renouandum sacram memoriam, huius tamen symbolum inter characteres hieroglyphicos longè antequam Christiana adnasceretur Religio, extitit, ex obeliscis Ægyptiacis, & tabulis antiquis litterarum, atque symbolorum, quibus Æypptij assueuerant, constat; earum specimen cum littera T. Crucis propria imagine exhibent Laurentius Pignorius in expositione mensæ Isaicæ, pag. 9. Gretserus tom. 1. de Cruce, lib. 1. cap. 51. & accuratè Iacobus Bossius de Cruce triumphante, lib. 5. cap. 6.

Socrat. Sozomen. Ruffin. Niceph. Suidas.

*Ægypty. & alia Paganorum venerētur nationes.*

Pignorius. Gretser. Iac. Bossius.

Porrò cùm inter Ægyptios duo Alphabeta essent, & litterarum alterum genus, quod populare esset, quo ad ciuilia negotia, & prophana argumenta quisque vtebatur; alterum occultarum, sacrarúmque notarum, quòd Religionis declarandis mysteriis, & ritibus adhibebatur, vel Theologiam grandium arcanorum abscondebat, cuius intelligentia penes Sacerdotes tantùm, vt perhibent Herodotus lib. 2. seu in Euterpe num. 45. in fine. Diodorus Siculus Biblioth. lib. 1. n. 51. & distinctiùs lib. 3. num. 101. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 5. cap. 2. admonet Ruffinus loco iam assignato, Paganos, qui deturbata Serapidis æde litteram T. conspexerant, affirmasse, ea traditione sibi antiquitus commendata elici, signum illud Dominicæ Crucis, earum ex litterarum numero fuisse, quas ἱερατικὰς, hoc est, *sacerdotales* nominant; atque huius litteræ notitia in alias deriuata nationes, Romani quidem velut in significationem eius intenti, qua vita & incolumitas repræsentabatur, voluerunt in iudiciis T. absolutionis pignus esse; eos pariter qui post commissam pugnam superstites remanserant tanquam in vitam seruatos eadem designabat, vt testatur Isid. Hisp. originum lib. 1. c. 3. cùm è diuerso Theta θ. Græcorum, vt feralis character iis apponeretur, qui extremo luebant supplicio, vt colligitur ex Persio Satyr. 4. Martiali lib. 7. epigr. 35. ad Castricium. Ausonio epigr. 120. contra Eunum. Sidonio Apollinari carmine 9. ad magnum Fœlicem: de his plura inuenies apud Hermannum Hugonem de prima origine scribendi, c. 22. Pradum in cap. 4. Ezechielis vers. 4.

Herodotus. Diod. Sicul. Clem. Alex. Ruffin. Isidor.

137. Notum ex Eusebio Cæsariens. lib. 1. vitæ Constant. c. 25. in Labaro Constantiniano expressum Christi nomen ea duarum Græcarum litterarum cōiunctione P. & X. altera in aliam inserta hunc in modum ☧. quæ licèt initialia solùm elementa fuerint nominis Christi, ex iis tamen concipiebatur nomen totum: exhibet igitur Gretserus noster tom. 1. de Cruc. lib. 2. c. 38. Nummum Ptolomæi, qui Ægypto regnauit cum his iisdem characteribus; is autem cum Saluatoris natiuitatem multis annis præcesserit, coniectatur fortassè, & inter Ægyptiorum litteras Hieroglyphicas hanc vnam fuisse, qua filij Dei cùm homo verus appareret, prædiceretur appellatio, & quidem à qua in ipsum credentes temporibus gratiæ, Christiani vocati sunt: Gretseri laudat cogitationem Pintus de Christo crucifixo, lib. 2. tit. 1. loco 2. num. 18. equidem Clemens Alexandrinus in Protreptico, seu Admonitoria ad Gentes, denotat Alexandrinus suam non suscepisse in magnificam vrbem Serapidis statuam, nec eum cultu aliquo prosequutos ante regnatum Ptolomæi Philodelphi; *alij enim scribunt, eum fuisse numen missum à Sinopensibus ad Ptolomæum Philadelphum, qui eos fame laborantes misso ex Ægypto frumento obligauit: Isidorus Solus à Seleucensibus, qui sunt propter Antiochiam, statuam fuisse traductam; qui ipsi quoque penuria frumenti laborauerant, & nutriti fuerant à Ptolomæo.* Macrobius quoque lib. 1. Saturnal. cap. 7. significat vsque ad Ptolomæorum imperium Alexandrinos, aliosque Ægypti populos Serapidis notitia caruisse; igitur fieri potuit, quemadmodum *Tau* littera ob Crucis similitudinem, & dandam per eam vitam Immortalem hominibus Deo reconciliandis, lignum salutis denotans, Serapidis ornabat simulachrū, & altaria. Sic ille, ob cuius merita Cruci virtus tributa ad sanitatem, & curationem generis humani, Messias nimirum, & vnctus Domini Christus Iesus characteribus ☧ adfiguraretur; quibus de Sacramentis edoctus Ptolomæus ab his, qui imaginem Serapidis detulerant, & maiorum instructione in traditionibus conseruabant, quid arcanæ illæ litteræ repræsentarent, Nummis elémenta Christi significantia nomen cælati iussērit: & quidem vt Ptolomæum illum, cuius hanc solùm appellationem Moneta exprimit cognomento latente, Philadelphum existimemus, à quo septuaginta duo seniores Iudæorum ex Hierosolymis accersiti sunt ad vertendas diuinas Scripturas ex Hebræo in Græcum idioma, suspicarer profectò ab his Regi communicatam notitiam de Christo hominum Redemptore, & de necis modo, quam pro hominum amore subiturus erat; nam, vt à viris doctis nō incongruè obseruatum, Septuaginta Interpretes in iis testimoniis, quæ de insignioribus Christi Domini gestis proloquuntur; singulariter verò de eius passione sic illustrati fuere à diuino Spiritu, vt mirum sit quanta cum luce, & distinctione, illa proponant; vidêre Leo Castrensis disputatione de translationibus sacræ Scripturæ, cap. 4. in fine; Feuardentius annotationibus ad lib. 3. D. Irenæi contra hæreses, cap. 25. num. 5. Ribera in cap. 3. Habacuc num. 9. Igitur Regi aut vaticinia de Saluatore explicantes, vel interrogati ab ipso de mysteriis præcipuis sacrorum Bibliorum, venturo Messiæ honorem deferre volens, exordiales litteras, quibus Christi integrum nomen designatum erat, Numismati adfigi ordinauit.

*Christi nomē litteris expressum.*

Gretser. Pintus. Clem. Alex. Macrob. Leo Castr. Feuard. Ribera.

Addendum præfatis, quod Cœlius Rhodiginius tradit lib. 10. antiquar. lectionum, c. 10. *Nec illud omiserim*, (inquit,) *diuina, vt equidem reor, agente vi, fuisse in adoratione veterum Crucis item figuram summè religiosam; quoniam in veneratione supplici, dum ori dexteram admouerent, indicem super pollicem residentem, (quod & tempestate hac à plerisque ferè fit,) exosculabantur*; solitos quidem Paganos manu ori admota, & deosculata Deos commentitios salutare, ostendit Pineda in illud Iob cap. 31. vers. 27. *Si vidi solem cùm fulgeret, & Lunam incedentem clarè; & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo*; & Gaspar Sanchez Regum 3. cap. 19. vers. 18. *quorum genua non sunt incuruata ante Baal*; 138.

Rhodigin. Pineda. Iob. 31. 27. Sanchez.

&

*& omne os, quod non adorauit eum, osculans manus;*
sed quòd superponerent digitum vnum alteri,
atque Crucis vti modò Catholici formam ea
indice, & pollice componerent, eaque labiis ad-
mota idola venerarentur, singulare est; hoc ta-
Gretser. men ex Apuleio Gretserus lib. 1. de Cruce, c. 55.
expiscatus est; & in suam triumphantem Cru-
Bossius. cem postea retulit Iacobus Bossius lib. 5. cap. 12.
Maudarens. sub finem; Maudarensis autem lib. 4. metamor-
phoseon ad medium sic habet; *multi denique ci-
uium, & aduenæ copiosis, quos eximij spectaculi rumor
studiosa celebritate congregabat, inaccessa formosita-
tis admiratione stupidi, & admouentes oribus suis dex-
teram, priore digito in erectum pollicem residente, vt
ipsam prorsus Deam Venerem religiosissimis adora-*
Beroald. *tionibus venerabantur*; quo loco Beroaldus. *Hic
gestus ille significatur, quo in adoratione digitus index
super pollicem residens Crucem quasi figurat, eúmque
exosculari solemus.* At quæ hæc Venus, quam siue
nescientes, seu ex mysterij altioris conscientia
Cruce effigiata Ethnici adorabant? Non puto
meretricem illam, & scortorum patronam, sed
aliam quæ *vrania, & cælestis* dicebatur, de qua
Petr.Faber. affluenter Petrus Faber semesttium lib. 3. cap. 2.
quam Gens Afrorum, Carthaginenses imprimis
Saluian. studiosè colebant; equidem Saluianus initio
lib. 8. de gubernatione vehementer plangit hoc
Africanorum Numen non solùm Gentiles, sed
etiam ad Christianismum translatos, & inter
hos nobiles, atque potentes venerari consueuis-
se; quódque plurimum dolendum, erat ab im-
piis Christianis ritus vero Deo, & Iesu Christo
eius filio à sancta dicatos Ecclesia nefario simo-
lachro in adorationibus adhibitos: *nam etiam ip-
sam quodammodò Ecclesiæ salutationem idolo præsti-
terunt*; hanc salutationem interpretatur Ioannes
Filesac. Filesacus lib. 2. selectorum, titulo *Ceremonia* §. 13.
*Pax vobis*, vel *Dominus vobiscum*; nec renuo, vt fu-
Durant. sè comprobat Stephanus Durantus lib. 2. de riti-
bus Ecclesiæ, cap. 15. sed video præterea optimè
Baron. à Baronio obseruatum, tom. 1. anno Christi 45.
n. 23. salutationem Christianorum Magistris Dei
Apostolis in osculo sancto, & quidem adiunctis
Augustin. verbis, *Pax vobis*, teste August. serm. 83. ex diuer-
sis; præstat verò auscultare his, quæ memorat
Chrysost. Chrysost. Hom. 30 in secundæ ad Cor. c. 13. in il-
lud, *Salutate inuicē in osculo sancto*, &c. *An non cer-
nitis quotnam homines etiam huiusce templi vestibulis
osculum figunt, partim inclinato capite, partim manu
tenentes, atque ori manum admouentes*; verisimile; au-
tē est cùm labris manus iungerent, Crucē digitis
expressisse; verebat igitur cùm Apuleius post fun-
datam Christianā religionem scripserit, ne fortè
alluderet ad ceremoniam, quam ab Orthodoxis
mutuati Gētiles, Veneris cælestis in gratiā vsur-
parent; itaque ex Apuleio firmum non capitur
argumentum, Ethnicos Christi antiquiores ad-
uentu, Venerem, aut alia Numina Cruci effor-
mato signo in more habuisse vt consalutarent.
139. *Crucis trophaea nec Indos habuere.* Fortassè magis ad scopum nonnihil quod apud
barbaras nationes idololatria infectas apud Oc-
ciduos, & Orientales Indos non spernenda Pas-
sionis Dominicæ vestigia reperta leguntur; sanè
apud Iucatanos repertas in occidua Indorum
Fr.Lopez. plaga Cruces ea ligno, & stanno, Franciscus Lo-
pez de Gomara tradit in descriptione Iucatan,
tom. 1. hist. Indicæ, c. 55. & 55. confirmant eadem
Salazar. Stephanus de Salazar Carthusianus 1. p expoſi-
tionis in Symbolum, discorsu 16. §. *desseando sa-*

*ner*, &c. Solorz. lib. 1. tom. 1. de iure Indiarum, c. 14. Solorzan.
n. 63. Nieremb. lib. 5. hist. naturæ, c. 2. qui ait, re- Nieremb.
gio Ingatō in palacio Crucem marmoream sin-
gulari veneratam obseruantia; insinuat Lipsius Lipsius.
paria strictim additionibus ad cap. 13. lib. 3. de
Cruce; tractu autem Orientis narrat Maffæus ad Maffæus.
finem lib. 4. de rebus Indicis Goæ, dum idolorum
fana, & sepulchra Ethnicorum diruuntur, reper-
tam in pariete quodam æneam Saluatoris simul,
& Crucis, è qua pendebat, effigiem; noster etiam
Aluarus Semedo relatione de imperio Sinarum, Aluar. Semed.
Crucis non omnem eos latuisse notiam subin-
dicat 5. p. c. 1. § *en la summa*, &c. & c. 9. §. *en la resi-
dencia*, &c. Sanè vt vera foret Maluendæ opinio, Maluenda.
lib. 5. de Antichristo, cap. 26. Americæ populis, &
Indiæ Orientalis multis nationibus tum primam
affulsisse lucem mysteriorū ad Religionem Ca-
tholicam spectantium cùm Hispanorum subiu-
gari fortitudine cœperunt; existimare quidem
possimus Crucis Dominicæ assequutos cogni-
tionem priusquam Christi fides in omnem ter-
ram propagari cœpit; verum Christi discipulos
omnes penetrasse regiones, & Euangelij sonum
quaque diffusum storuimus tom. 2. in Canticum
Salomonis, vestigatione 18. n. 18. Ab his igitur,
qui prædicationis gratia totum Orbem lustra-
runt, proseminata est Crucis notitia apud eas,
quas diximus Paganorum nationes, vt rectè ob-
seruatum à scriptoribus, quos produximus; certè
quòd apud eos Christianę antiquitatis penè nul-
la reperiantur monumenta, firmum non reddit
nullis elapsis temporibus Apostolicis à viris in-
structos; nam sanè qui primum superiori seculo
vastas, & fertiles Sinarum Prouincias docendi
Christum causa ingressi sunt, nihil ferè repere-
rūt, sed nec postea euolutis ipsorum Annalibus;
quæ suaderunt Christi olim ab eis fidem receptā;
erutis tamen postea marmoribus terra defossis,
præsertim in luceio extracto lapide anno 1625.
in villa Sanauen, patuit ab anno 636. postquam
vnius seculi spatio Christianam floruisse Reli-
gionem; quo de argumento latè nostri Athana-
sius Kircherus in Prodromo Copto cap. 5. & qui Kircher.
lapidem conspicatus est, & legit Aluarus Seme- Alu. Semed.
dus, vt narrat libro suo de imperio Sinarum 5. p.
cap. 1. vt taceam obitas eas regiones primitus à
S. Thoma Apostolo, quemadmodum iidem te-
stantur, & ante eos publicauit Trigautius lib. 1.
de Christiana expeditione apud Sinas cap. 11. in
fine. Rara tamen illa est arboris forma, quā nouæ
Hispaniæ, & Peru exhibent arua, *Granadilla* ap- *Granadilla arbor.*
pellata est, quòd eam referat stirpem, quæ in Ma-
logranata efflorescit, rosæ albæ similis, quem
producit flos eo nomine stupendos, quòd Domi-
nicæ passionis instrumenta repræsentat, clauos,
spineam corollam, columnam, & alia; de qua
paucis Acosta lib. 4. hist. natur. Indorum, c. 27. ad Acosta.
longum Gretserus ad finem 4. partis horti sanctę Gretser.
Crucis; picturam exhibent, simúlque exponunt
Iacob. Boss. lib. 2. de Cruce triumph. c. 6. Nieremb. Bossius.
lib. 14. hist. naturæ, c. 10. vtrùm verò iis in regio- Nieremb.
nibus ante Christiana tēpora nominatæ arboris 140.
copia, vel Ethnici præceptorem aliquem nacti *Eucharistia Sacramētum multis præfiguratum typis in lege natura, & scripta.*
sunt, qui floris arcana declarāt, nihil certò liquet.
Dicamus & de tertio dissertationis membro,
videlicet sacra Eucharistia, nonnihil; hanc ad-
umbratam iam ab exordio mortalis creaturæ il-
lis verbis Genes. cap. 2. vers. 23. *Hoc nunc os ex* Gen. 2. 23.
*ossibus meis, & caro de carne mea*, volunt Irenæus Irenæus.

Cyrillus. lib. 5. cap. 2. Cyrillus Alexandrinus lib. 10. in
Ioannem cap. 5. in illud cap. 15. *Ego sum vitis*, &c.
Chrysost. Chrysostomus Homil. 20. in cap. 5. epistola ad
Ephesios, in illud; *sicut & Christus dilexit*, &c.
Theophyl. & eum sequutus Theophylactus ibidem; abin-
de sequutis Patriarchis, reliquis Dei amicis sub
lege scripta nullius Sacramenti frequentiora
Iustinian. data symbola, vt aduertit B. Laurentius Insti-
nianus tractatu de casto connubio Verbi, & ani-
mæ, cap. 24. num. 4. id proptèrea factum, quo
hominum mentes per tam crebras figuras ad
huius Sacramentorum omnium difficillimi fi-
Hildegard. dem suauiùs disponerentur, vt insinuat B. Hil-
degardis visionum lib. 2. visione 2. num. 25. &
Alex. Hal. exponit Alexander Halensis parte 4. quæst. 59.
Biel. artic. 5. cuius in sententiam iuit Gabriel Biel in
Canonem Missæ, lect. 55. in illud, *sicut accepta
habere dignatus es*, &c. *Ratione difficultatis congrue-
bat præfigurari, quia illud sacrificium inter omnia
Sacramenta, imò inter credibilia difficillimum est ad
credendum; ergo homines debuerunt manuductione
assuefieri figurarum, & sic progredi ad eius creduli-
tatem*; quamobrem Author de Cardinalibus
Christi operibus tractatu de cœna Domini, cùm
ait: *Significata olim à tempore Melchisedech pro-
deunt Sacramenta, & filiis Abrahæ facientibus ope-
ra eius summus Sacerdos panem profert & vinum,
hoc est*, (inquit,) *corpus meum*; non denotat vsque
ad Melchisedech ætatem Eucharistiam typicè
haud præmonstratum viris Sanctis, verùm si-
gnorum longè gloriosum illud extitisse, quod
Melchisedech ostensum est, quam ob causam
Patrum, & Theologorum encomiis maximè no-
Bellarm. bilitatum est; docebunt Bellarminus lib. 1. de
Valentia. Missa, cap. 6. Valentia tom. 4. disput. 6. quæst. 11.
Vasquez. puncto 1. §. 10. Vasquez tom. 1. in 3. part. dispu-
Suarez. tatione 86. cap. 3. num. 50. Suarez tom. 1. in 3.
Coccius. part. disput. 46. sect. 4. vberrimè Iodocus Coccius
tom. 2. Thesauri Catholici, lib. 6. art. 5. Sed ob-
seruandum imprimis, pane & vino illo Melchi-
sedech Genes. cap. 14. vers. 18. non tantùm ex-
pressum donum immortale Eucharistiæ, sed in-
super ab illustri Sacerdote Dei altissimi intelle-
ctum, quod ænigmaticè latebat externa refe-
ctionis illius oblatione; itaque cælesti perfusus
lumine à Spiritu sancto percepit de institutione
tanti Sacramenti cùm post multas ætates Dei
Eusebius. Verbum homo fieret; hinc Eusebius Cæsarien-
sis lib. 5. demonstrationis Euangelicæ, cap. 3. pro-
pè finem; *quæ sanè mysteria Melchisedech tantò
antea spiritu diuino cognouerat, & rerum futurarum
imaginibus vsus fuerat*. Theodoretus in illud
Theodor. Psalm. 109. *Iurauit Dominus*, &c. *Inuenimus autem
Melchisedech Sacerdotem afferentem Deo non
sacrificia ratione carentia, sed panem & vinum: hæc
enim Abrahæ attulit cum proprij Sacerdotij in lum-
bis Patriarcha secundum spiritum prævidisset*, &c.
Similia Stephanus Eduensis Episcopus libro de
Rupert. Abb. Sacramento altaris, c. 17. Rupertus Abbas lib. 5.
Innoc. III. de diuinis Officiis, cap. 13. quem imitatus Inno-
centius III. lib. 5. mysteriorum Missæ, cap. 4. ex-
plicans Canonis sacri partem 9. *Melchisedech
quoque nisi se prius acceptum Deo sacrificium obtu-
lisset, futurorum causas minimè prævidisset, quorum
intuitu mysticum panis & vini primus obtulit sacri-
ficium, erat enim Sacerdos Altissimi*, &c. Melchise-
dech autem sibi tantùm vtilis esse noluit, sed
proximorum salutem, & instructionem quanto
poterat studio procurabat, quem ob titulum ab

Areopagita commendatus est de cælesti Hierar- Areopagita.
chia, cap. 9. §. 3. in finé, inquiente, *Non modò
ipsum ad verum Deum fuisse conuersum; verùm
etiam alios ad veram, & solam, supremámque Dei-
tatem prouehendis ducem extitisse*; quamobrem
credibile est iis, qui cum ipso æternum, & vni-
cum colebant Numen, cognitionem venturi
Mediatoris, & admirandi Eucharistiæ Sacra-
menti communicasse, vt & ipsi filios, & nepotes
suos docerent. Porrò Abraham nec ipse subli-
mis mysterij ignarus, nam quia Christum Do-
minum repræsentari per Melchisedech sciebat,
& corporis atque sanguinis pretiosum benefi-
cium pane, atque vino exprimi, ideò profundè
veneratus est, & decimas pendit, vt expendunt in
cap. 7. ad Hebræos vers. 6. Ribera, Iustinianus, Ribera.
Alapide, Tena difficultat. 5. num. 3. Lorinus in Iustinian.
Psalm. 109. vers. 4. Suarez tom. 1. in 3. part. dis- Alapide, & alij.
putat. 46. sect. 4. §. *dices Abraham*, &c. Atqui
Patriarcha tantus de sacris mysteriis familiam,
& nepotes erudiebat, laudatus propterea Genes. Gen. 28. 17.
cap. 18. vers. 19. *Scio enim, quòd præcepturus sit
filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam
Domini*, &c. per hanc igitur posteritatis institu-
tionem notitia de Sacramentis sub Euangelio
instituendis, & speciatim de magnifico altaris
Sacramento conseruabatur, apud eos imprimis,
qui ex Abraham descenderant, qualis fuit popu-
lus Hebræorum: quomodo autem & inter Iu-
dæorum Rabinos non pauci de hac immortali-
tatis alimonia sacrarum litterarum plura decla-
rauerint testimonia, ostendit Galatinus libro
decimo de arcanis, cap. 5. 6. 7.

Paganos etiam de tanto Sacramento aliquid 141.
odoratos fuisse suspicari valeamus; tabula illa, *Quæ de eo*
quæ Ægyptiorum varia exhibet Hieroglyphica, *vestigia inter*
vnum habet, cuius picturam exhibet Iacobus *Gentilium*
Bossius lib. 5. de Cruce triumphante, cap. 9. vasis *ritus.* Bossius.
cui altare subest, cuius in fastigio Crucis signum:
vtroque autem ex latere in adiunctos crateres
liquorum aliquem copiosè emittit; referat qui
velit ad calicem Domini, cuius mundamur san-
guine, ex quo gratiarum, & donorum cælestium
inexhaustæ scaturigines; referat quoque, si pla-
ceat, quod post enumeratos varios sacrificiorum
ritus, quibus Ægyptij vtuntur, subnectit Cle- Clem. Alex.
mens Alexandrinus lib. 6. Stromatum cap. 2. *post
omnes erit Propheta, qui in sinu apertè gestat hy-
driam, quem sequuntur qui emissos panis portant*.
Denique, quòd Osiris, & Isis vinum, & frumen-
tum primi Ægyptiis ostenderint, transferas po-
tiùs ad reuelatam iisdem notitiam de extituro
post longa secula Eucharistiæ Sacramento; ha-
bebit huius cogitationis duces Goropium Be-
canum Hermathenæ lib. 8. ante medium. Ioan-
nem Spondanum Prolegomenis ad Homeri in- Spondan.
terpretationem, titulo *de origine & dignitate Poë-
tice*. Iacobum Boldue de Oggio Christiano, Bolduc.
lib. 5. cap. 15. Obseruat Iulius Firmicus Mater- Firmicus.
nus libro de errore profanarum Religionum,
cap. 22. Satanam conatum ritus, & Sacramenta
veræ Religionis impia sua transferre in castra:
qualem autem imitationem Eucharistiæ medi-
tatus sit, idem prosequitur, cap. 19. antiquam
hanc eius fuisse superbiam ex Ieremia describe-
mus; cùm enim Patriarcharum, vatum, & alio-
rum beatorum procerum ex his, qui pietate ex-
celluerunt, crebros sermones perciperet, scripta
intueretur, quibus futuram Eucharistiæ nor-
mam

mam graphicè delineabant, etiam priusquam Christiana enara est religio, studuit simili ali- [Ierem. 7.18.] quo se adorari cultu; verba Ieremiæ sunt cap. 7. vers. 18. *filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas Reginæ cœli, & libent Diis alienis*; de Luna communis expositio, cuius est præesse nocti Genes. cap. 1. vers. 16. quo nomine vocat propha- [Petr. Faber.] na Musa, vt commoustrat Petrus Faber semestr. lib. tertio cap. 1. Huic igitur, qui ad Paganismum defecerant tortas offerunt; verùm quales? Idem [Ier. 44. 19.] Propheta cap. 44. vers. 19. *quòd si nos sacrificamus Reginæ cœli, & libamus ei libamina; nam quid sine viris nostris fecimus ei placentas ad colendam eam?* [Lyra.] ibi Nicolaus obseruat; *in Hebræo habetur sic: Faciamus ei placentas ad faciendum ei vultum; offerebant enim ei panes rotundos, in quibus erat impressa effigies Lunæ*; itaque Diuæ speciem placentæ repræsentabant; Lyræ adquiescunt Mariana, Gaspar Sanchez, Christophorus de Castro, Alapide: meminit Iulius Pollux Onomastici lib. 6. cap. 11. de placenta Lunæ consueta offerri, quæ [*Bos, de placenta.*] *Bos* appellabatur, quia Lunam cum comitibus [Dempster.] exprimebat; Thomas Dempsterus quaoquam vnde hauserit, non aperit ad c. 26. antiquitatum Romanatum Ioannis Rosini lib. 5. sub finem annotationom suggerit, placentas formæ circu- [*Lunæ, de placentis.*] laris, quia *Lunas* impressas habebant, *Lunas* vocatas; at cur effigies sigillata? primùm, quo imitaretur solatium de absentia Christi in cœlo relictum fidelibus ex vera eius in Eucharistia præsentia; huic enim imago vtcunque substituit, vnde Naso Tristium lib. 1. eleg. 6.

*Effigiémque meam fuluo complexus in auro,*
*Chara relegati, quâ potes, ora vides.*

Secundò; vt quoniam Lunam ipsam manducare Gentiles non poterant, liba & placentas, in quibus depingebatur comedentes, ipsam aliquo modo in alimenta conuertisse iudicarentur, & hoc more referrent, quemadmodum Christus nobis in cibum datur; sed quid mirum, vt hæc Diabolus intenderet, ausus apud Mexicanos festi corporis Christi pompam imitari, & communionis repræsentationem instituere, offa ex farina sanguine commassata arietum, diuisa inter populum, monentibus sacrificulis per illam massam concoctam epulantes cum *Sole* eorum Numines, & cum *Inga* ipsorum Monarcha consociari; quasi æmulaturus iustorum cum Christo agglutinationem per sacræ mensæ conui- [Acosta.] uium; quæ ad longum narrat Acosta noster lib. 5. de historia morali Indorum cap. 23. & 24. Nec absimilia his, de quibus apud Ezechielem [Ezech. 16. 17.] cap. 16. vers. 17. *& fecisti tibi imagines masculinas*; Deorum nempè, quos veneratur Gentilitas, pura, inquit Glossa, *Baal, Chamos, Astaroth, Melchom; oleum meum, & thymiama meum posuisti coram eis: id est,* (inquit Lyra,) *illa, quæ debebant mihi offerri, obtulisti eis; oleum enim offerebatur in templo Domini ad continuandum lucernas, & thymiama ad cremendum super altare incensi*; eodem [Strabus.] modo exponit Strabus; *panem meum, quem dedi tibi, & similam.* Glossæ interlinearis Author declarat, *panes propositionis, scilicet quos Deo iubemur offerre*; itaque, quibus ritibus, qua celebritate Arcam Testamenti Eucharistiæ decantatam figuram coli Numen iusserat, his Dæmon idola ipsum referentia adorari procurauit; quid verò obstupescimus Satanam cerimonias in veteri lege Christi corpus & sanguinem adumbrantes ad superstitiosos & malignos traduxisse ritus, quando etiam post Euangelium nihil fermè ex Christianis mysteriis reliquerit, quibus non sit abusus, & quæ à sacrilegis adoratoribus imitari non præceperit, speciatim panis & vini sacratissimam oblationem? Disertè Tertullianus de præ- [Tertullian.] script. aduersùs hæreticos cap. 40. *A Diabolo scilicet, cuius sunt partes interuertendi veritatem*; ipsas quoque res Sacramentorum diuinorum in idolorum mysteriis æmulatur: tingit & ipse *quosdam, vtique credentes & fideles suos, expiationem delictorum de lauacro repromittit, & sic adhuc initiat Mitra, signat illic in frontibus milites suos, celebrat & panis oblationem, & imaginem Resurrectionis inducit*; panis nimirum oblationem Dominicæ mensæ inuidia, qualem & sibi impuden- [Iust. Mart.] ter arrogat; & Iustinus Martyr Apologia secunda pro Christianis, non longè à fine: *nam Apostoli in commentariis à se scriptis, quæ Euangelia vocantur, ita tradiderunt præcepisse sibi Iesum, cum enim pane accepto cùm gratias egisset, dixisse: Hoc facite in meam commemorationem. Hoc est corpus meum; & poculo similiter accepto, & gratiis actis dixisse: Hic est sanguis meus, ac solis ipsis tradidisse; quod quidem etiam in mysteriis, atque initiis Mitræ fieri docuerunt per imitationem praui Dæmones; quod namque panis, & poculum aquæ in sacrificiis, sine re diuina eius, qui initiatur, ponatur, verbis quibusdam additis, aut certè scitis, aut cognoscere potestis.* Has igitur ob causas non solùm apud eos, qui veri Numinis cultui mancipati erant Eucharistiæ notitia, quam ex Maiorum traditione hauserant, à vatibus Spiritu sancto actis, ex Sibyllarum oraculis, ex Angelorum apparitionibus, ex Scripturarum intelligentia; sed etiam apud efferas nationes idololatriæ mersas caligine, Dæmone illis communicante scientiam, & adhortante, vt similibus ipsum venerarentur cerimoniis.

---

## Sectio XIX.

*Quatuor animarum receptacula; situs, & num muris separata? Infernus quo mundi die constructus? eius à superficie terræ quanta distantia? ambitus quàm magnus? Ignis Tartareus etsi verè corporeus, spiritus tamen propriè torquet; cruciamentum non ab alligatione spirituum, sed ex tristitia, quam eos pati facit; id quomodo præstat? Damnatorum corpora sensibilis flamma strictè comburit. Æthnæ, Vesuuij ignes an ex Tartaro? Vermium morsus corporearum, vera frigora apud infernum. Pagani æterna damnatorum supplicia agnouerunt.*

INtolerabilem Luciferi, & consocialium agminum fastum, meritas contiunò luisse pœ- 442.

nas indicauimus; ſed quales, amabo, quàm acer-
2.Petr.2.4. bas! B.Petrus 2.cap.2. verſ.4. *Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni*
Iudæ 6. *detractos, in Tartarum tradidit cruciandos*; & Iudas
Apoſtolus verſ. 6. *Angelos verò, qui non ſeruauerunt ſuum principatum, ſed dereliquerunt ſuum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis*
Matth.25.41 *ſub caligine reſeruauit.* Matthæi autem cap.25.
verſ.41. reprobis dictum: *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, &*
Marc.9.46. *Angelis eius*; & Marci cap.9. verſ.46. *mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis*
Apoc.19.20. *non extinguitur.* Apoc.cap.19. verſ.20. *in ſtagnum ignis ardentis ſulphure*; ex his liquet carceri mancipatos, qui *infernus* nuncupatur, caligine, vermibus, & igne imprimis torquendos. Porrò *inferni* vocem in ſacra pagina non denotare mortem, aut ſepulchrum, ſed, vt rarò, pro his accipiatur, frequentiſſimè, & ſtrictiori ſignificatione pro ſubterraneis animarum habitaculis ſumi, oſtendi tom.3. in Canticum Salomonis ve-
*Animarum receptacula quatuor.* ſtigatione 36.num.26. erant autem hæc in terræ cauitatibus animarum domicilia quatuor, profundiſſimum, & altè defoſſum, & vt non pauci autumant, ad terræ centrum barathrum damnatorum, ideò nullius fermè, aut triſtiſſimæ lucis ergaſtulum hoc cruciatibus finem nunquam habituris *Inferni, & Tartari* vocabulis cùm abſolutè pronunciantur, communiter intelligi conſueuit; proximè huic, ſeu ad latus continuato ſoli tractatu, aut ſuperimpendens multorum iudicio Purgatorij ſpatia, cùm enim vbique Spiritus à flammis patiantur, iiſdémque tormentorum nodis, videlicet, quæ ab aliis incutiantur, elementis, pœnarum ſimilitudo locorum coniunctionem inſinuat; aliis tamen viſum Inferni limitibus viciniora eſſe puerorum receptacula, eorum nempe, qui indeleta originali labe diem clauſerunt, hi enim Deo exoſi ob maculam illam animas denigrantem, proinde ignobiliori dignos habitaculo animabus Purgatorio clauſis, cùm hæ gratia ſanctificante ſplendeant, & Numini beneuolæ ſint; ſed vtrumque de his duobus carceribus diuerſæ ferantur opiniones, ſententia indiſcrepans eſt, Abrahæ ſinum, qui iuſtorum Patrum Limbus, in quibus omnis abſterſus næuus culpæ, optimam omnium ſedem fuiſſe, & præ aliis ab inferno remotam. Num autem in planitie omnes hæ manſiones, aut ſuperimpoſitæ aliis aliæ, molem conſtituerent ædificiis per diuerſa pauimenta diſtincti altitudinem referentes; an verò, quod nobis magis probatur, paulatim ad latus aliquod profundæ glebæ ab imo aſcenderent ſemicirculi tantùm ambitu, vt in tumoribus cernere eſt editioris terræ parte illius lapidoſa, parte molli, & graminea, parte ſyluis opaca, cuncta iſta incerta ſunt,
Suar. de quibus Suarius tom.4. in 3.p. diſp.45. ſect.2. n. 8. Quocunque fuerint diſpoſita ſitu, veroſimile eſt ſic compacta, vt quæ in Tartarum deſcenderent animæ ſceleratorum per alia habitacula non tranſirent, ſed in via immediatè inferni partem attingerent, nec præpedita obſtaculo, alicuius alterius animarum receptaculi, id enim nihil impoſſibile, congruum verò cùm peragi
*Num muris ſeparata.* voluerit. Maior contentio, an loca illa ſubterranea muro, & repagulis aliquibus diſtincta? vel inſtar vnius diffuſiſſimi campi, cuius portio habitata à iuſtis macula & inquinamento vacuis Limbus Patrum cenſeatur, alia ſpatia puerorum deſignata Limbo, alia purgatoriis flammis, alia Tartareo Vulcano; & quidem nullis vallata ſepimentis ſubindicant Abulenſis in c.25. Matth. Abulenſ.
quæſt.526. & quæſt.739. Incognitus in Pſalm.9. Incognitus.
in illud, *conuertantur peccatores*, &c. num. 108.
Sotus in 4.diſt.45.q.1.art.2. §. *quæſtio præſens*, &c. Sotus.
Antonius Ruſca opere de inferno, & ſtatu Dæ- Ruſca.
monum lib.1.cap.57. P.Suarez loco paulò antea Suarez.
memorato, num.15. inquit, probabilem eſſe coniecturam eorum, qui volunt ignem inferni damnatorum, & Purgatorij continuari, qua ſuppoſita cogitatione ſequitur, vt nec incendia, ſic nec loca muris ſeparata; Limbum verò Patrum, inſuper & puerorum admittit ab inferno & Purgatorio altiori aliqua mole diſiungi; rectè mo-
net S. Gregorius Papa, receptacula animarum Gregor.P.
ſic diſpoſita, vt alia ſuperiora, alia inferiora ſint. *Sed eſſe ſuperiora inferni loca*, (ait lib. duodecimo Moralium cap.6.) *eſſe alia inferiora, credenda ſunt: vt in ſuperioribus iuſti requieſcerent, & in inferiori-*
*bus iniuſti cruciarentur*; quod probat ex Pſalm.85. Pſ.85.13.
verſ. 13. *eruiſti animam meam ex inferno inferiori*, videlicet, ergaſtulo damnatorum, quod ſubſidit, eóque altior eſt alter infernus, nempe Limbus Patrum, vt exponunt Pſalmum eum declarantes Auguſtinus, Hugo Cardinalis, Lyra, Bruno Her-
bipolenſis, Bernardus etiam ſerm.1. de Aſſumpt. Bernardus.
& ex recentioribus in dictum Pſalm. Bellarmi- Bellarm.
nus. Non autem ſphæricè excelſior eſt vnus locus altero, quo pacto orbes cœleſtes circulariter alter alium circumdans, qui ambiunt ſuperiores ſunt; tum, ne ſub terris nouos introducere orbes videamur, tum ne ſequatur, animas damnatorum, & ſpiritus malignos, qui in hoc mundo verſantur, vt Tartarum pertingant intra alia tria receptacula recluſum, per ea tranſire; quod ergo videmus in aperta telluris facie contingere reſpectu montium, qui & multùm protenduntur, multúmque aſſurgunt, vt plures iidem valles efforment alias aliis celſiores, ſi ad radices collium attendamus; hoc intra glebæ viſcera accidere cogitemus, vt huius ad latus aliquod valles efformatæ ſint quatuor pro diuerſis animarum ſtationibus; & quidem cele-
bris Tartari nuncupatio, *Gehennæ* ſcilicet vox, *Gehenna quid.*
quid aliud niſi *vallis Ennon*, Ioſuæ cap.18. verſ.16. Porrò Valles cùm depreſſæ ſint colle, rurſum aſcendentes per totum ambitum velut muro cuſtodiuntur. Habitacula igitur animarum mole interiecta, qui collis eſſet, & vallo atque mœnibus reſponderet, alia ab aliis excluſa, veroſimilius apparet; ſed quoniam de his articulis quicquid ſtatuas, parum refert, præcipuus conatus fuerit ſtabilire, has animarum ſedes & veras fuiſſe, atque ab orbe habitabili remotas, nimirum telluris gremio abſconditas; quo de argumento, ne paſſim occurrentibus immeremur probationibus, conſule Toſtatum in cap. Matth.25. quæſt. 519. Bartholomæum Sibyllanum in ſpeculo peregrinarum quæſtionum primæ decadis cap.3. quæſtiuncula 2. Raymundum de Sabunde Theologiæ naturalis tit.164. Sotum in 4.diſt.45.quæſt.1.art.1. Bellarminum lib.2. de Purgatorio cap.6. Henriquez de vltimo fine hominis cap.25.§.3. Leſſium de perfectionibus di-
uinis lib.13. de iuſtitia, & ira Dei cap.24. 143.

Infernum non niſi tertia mundi die produ- *Infernus qua mundi die conſtructus.*
ctum intellexere Molina tract. de opere ſex die-
rum Molina.

Delrio. Salian. rum, disputat. 11. §. *Porrò quando*, &c. Delrio in cap. 1. Genes. vers. 9. num. 51. Salianus tom. 1. mundi die 3. num. 12. Sed vetus statim cum Angelis prima die cælum, & Tartarum producta fuisse statuerunt Abulensis in cap. 25. Matth. quæst. 409. Sotus in 4. dist. 45. quæst. 1. articul. 1. conclus. 1. Suarez lib. 2. de Angelis, cap. 3. num. 17. Vasquez tom. 2. in 1. part. disput. 224. cap. 3. n. 22. Bañez 1. part. quæst. 61. art. 3. ad finem commentarij. Valentia tom. 1. disput. 4. quæst. 12. puncto 2. expressiùs Barradas tom. 3. concord. lib. 9. cap. 20. Thyræus de iudiciaria Christi apparitione, cap. 26. num. 35. Alapide à cap. 1. Genes. vers. 4. Antonius Zara in Anatomia ingeniorum, sect. 4. membr. 12. §. *tenebræ autem*, &c. Antonius Rusca tractatu de inferno, & statu Dæmonum, lib. 1. cap. 58. Nam benè hi Doctores supponunt ex Scholasticorum vulgato placito Angelorum viam breuem admodum fuisse tribus vtrique moralis comptehensam; sed fuerit vnius, aut alterius horæ, quod longum interuallum est communi Theologorum eq de lite iudicio spectato, equidem transgressores spiritus ambitionis turgidum fastum ignis luere tortura continuò cœperunt, nec enim post damnationem absque pœna sensus aliquandiu vacuas egerunt curas; supplicij autem instrumentum ignis, Matth. cap. 25. vers. 41. *In ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius*; harum verò flammarum caminus, & fornax Tartarus, vnde Tertullianus in Apologetico, cap. 47. *Si gehennam comminemur, quæ est ignis arcani subterraneus ad pœnam thesaurus*; appellauit *thesauri* nomine, quoniam ignis qui scelera, & impietatem vendicat, Tartarus proprius locus est, nec enim alibi æternum cruciatutus est; cùm igitur Angelorum lapsus prima mundialis creationis luce contigerit, statimque ergastulo, & flammis voracibus addicti sint, profectò iam prima Orbis die inferorum loca condita sunt. At non æquè facile est decernere quantum à superficie terræ barathrum distet? qua tamen de re sententiam protulit Incognitus in Psalm. 9. ad illud? *conuertantur peccatores in infernum*, &c. num. 108. dicens: *Est igitur quantitas diametrj circuli terræ sex millia, quadraginta, & nonaginta vnum milliaria; cùm igitur infernus sit in centro terræ, sequitur quòd distet à superficie terræ solùm per medietatem dicti diametri; quæ medietas facit tria millia, ducenta, quadraginta quinque milliaria cum dimidio; & per tantum spatium infernus est sub pedibus nostris*. Eugubinus in Psalmum 138. in illud, *Si ascendero in cælum, tu illic es*; adstruit, Mathematicos ferre, *Terram procedere vsque ad quadraginta millia stadiorum, hoc est, circiter quinquaginta millia milliariorum: si tanta igitur est circumferentia, profunditas erit triplo, dimidioque minor, id est, nouem millia milliariorum: quatuor igitur millia milliariorum, ac quingenta, plus, minus, sunt vsque ad centrum terræ, in centro autem terrarum inferos esse, omnibus gentibus est persuasum*; sic Augustinus Steuchus. Sed quàm difficile sit de terræ ambitu, ex qua eius profunditas hauritur, solidum quidpiam definire, & quàm diuersæ sint ab his, quæ Incognitus, & Eugubinus credidere aliorum opiniones Astrologorum, docebunt Clauius in Sacrobosçum titulo, *de ambitu Terræ*. pag. 108. Franciscus Iunctinus ibidem, pag. 616. Sed & rectè obseruat Frater Alphonsus à Veracruce in lib. 1. Meteoro-

Margin notes (left): Abulensis. Sotus. Suarez. Vasquez. Bañez. Valentia. Barradas. Thyræus. Alapide. Zara. Rusca. *Supplicij instrumentum ignis.* Tertullian. *Inferi à superficie terra quanta distantia.* Incognitus. Eugubin. Steuchus. *Inferni ambitus quàm magnus.* Clauius. Iunctinus. Veracruz.

rum 2. cùm noui Orbis cognitio antiquiores latuerit Mathematicos, in quibus stupori est quantum terrarum sit detectum, cùm tamen etiamnum non paucæ, vastæque regiones existant, quas Europæi non adierint, non potuisse illos de circulo, & magnitudine terræ certum quidpiam docuisse; quamobrem ratio iniri haut queat de leucis, aut milliaribus à terræ superficie vsque ad eiusdem centrum, quo volunt infernum positum esse. Certius aliquid tradi posse videatur de capacitate inferni damnatorum; hanc ita declarat Lessius lib. 13. de perfectionibus diuinis, cap. 24. num. 151. vt diameter duarum leucarum, seu octo milliariorum Italicorum existat; & tunc superficies concaua terræ ambiens infernum erit sex leucarum; quod satis spatij ad multo plura recipienda corpora, quàm sint futura damnatorum, statuit. Putant nonnulli, è quibus Albertus Magnus relatus à Carthusiano in 4. dist. 44. quæst. 9. §. *præterea scriptura*, &c. ad reproborum cruciamenta illud etiam tormentum adiungendum, vt corpora se inuicem strictè comprimant, velut in aceruo lapides conglomerati se impediunt, inquit Sotus in 4. dist. 45. quæst. 1. art. 2. §. *verum autem*, &c. hinc autem deducunt, quamuis damnatorum corpora non se inuicem penetrabunt, sed quia præfato more arctissimè constipabuntur, posse non magnis contineri spatiis: Tartaro nihilominus latos ambitus, & insignem capacitatem adscribant Tostatus in cap. 25. Matth. quæst. 510. §. *ad tertium*, &c. Bartholomæus de Sibylla in peregrinis quæstionibus 1. decadis cap. 3. quæstiuncula 5. Henriquez de vltimo fine hominis, cap. 25. §. 3. Barradas tom. 3. Concordiæ in Euang. lib. 10. cap. 5. in fine. Quanta autem hæc sit laxitas, in particulari definit Ribera in cap. 14. Apocalyps. num. 97. decernens Stygij totam lacus oram corporibus reproborum occupandam esse per mille sexcenta stadia versùs omnem sui partem, id est, per ducenta milliaria, siue per quinquaginta leucas Hispanicas quoquò versum. Riberæ opinionem prætulit, & corroborauit Cornelius Alapide in cap. 14. Apocalypsis vers. 20. cui adhæsit Tirinus; sed nec hac tanta capacitate satisfactum Francisco Restæ lib. 1. de Meteoris, tract. 4. cap. 3. §. *primus modus*, &c. Longiores adhuc exigit terminos, & spatia amplitudinis non vulgaris; equidem reor, vt nonnunquam contingat alios inter cruciatus damnatorum alterum super alia addensari corpus quasi lignorum struem, ordinariè tamen soluta esse, & ab inuicem distare; hoc enim more vndique eos flammæ cingunt, quod torturæ præcipuum genus est. Si autem vt lapides aceruantur, interiora corpora non facilè ignis adoritur, quare cruciatus eiusmodi potiùs solatio fuerit, vtpotè liberans ab ardoribus. Adde præter damnatorum multitudinem heu copiosam nimis alia plurima quæ occupent, ignem, sulphura, aquas niuales, & congelatas, vermium differentias. Adiunge quantas secum laturus est sordes in Tartarum vltimus conflagrationis ignis, quo Mundus purgabitur, vt edocet S. Thomas in 4. distinct. 47. quæst. 2. art. 2. ad 3. *& ideò in illa purgatione totum, quod est fœdum, ad locum damnatorum congregabitur, vnde infernus non purgabitur, sed ad ipsum adducentur totius mundi purgamenta*; quæ reperit art. 3. ad 3. quæstionem: recipiunt Sotus in 4. dist. 48.

Margin notes (right): Lessius. Albert. Mag. Sotus. Tostat. Barth. Sibyll. Henriq. Barradas. Ribera. Fr. Resta. S. Thom.

Suarez.

dist.48. quæst.1. art.3. in fine, & articul.4. §. *reuera*, &c. Suarez tom.2. in 3. part. disputat. 58. sect.3.§. *Quartò, finita mundi exustione, omnia excrementa deferentur in infernum simul cum igne*, quam esse Theologorum communem expositionem supponit. Tanto igitur materialium rerum, quæ inuicem non penetrabuntur, numero considerato, oportet inferni dilatare spatia, & vltra duas leucas quas Lessius assignabat, extendere; quinquaginta illæ à Ribera præmeditatæ nimia capacitas haudquaquam iudicanda. Num verò adhuc fines protendere iuuat, incertum est, quando corporum, & rerum quæ materia constant, illuc confluentium, quàm magna futura sit copia, ignoretur.

*Ignis Tartareus etsi verè corporeus, spiritus tamē propriè torquet.*

Vasquez.
Suarez.

144 Hucusque de loco, in quo cruciantur Dæmones; cùm autem ab ignibus eos torqueri dubium non sit quales demum flammæ? Si enim materiales, & corporeæ, ab iis spiritus quo pacto vexantur? Tartari quidem incendia, quibus Diabolus, & animæ separatæ vstulantur, corporea esse strictè, & propriè Patrum atque Scholasticorum trita sententia est: Vasquez disput. 143. cap.1. Suarez fusè lib.8. de Angelis, cap.12. n.9. modum autem combustionis, & torturæ arduum est præfinire; omissis variis placitis, de quibus Authores obüij tractant, celebris assertio est hanc Dæmonum pœnam adscribentium, vinculis quibus illigantur igne eos constringente; itaque eo velut compedibus detenti ab ipso incarcerantur, vt sui iuris esse nequeant; inuitos autem sic ab ignibus detineri, nec euadendi aliquam superesse facultatem, tristitiam & mœrorem summum generat: hoc autem est à flammis edacibus vexari, & comburi; graues, & vetustos huius pronunciati defensores allegant Vasquez præfixa disputat. cap.6. num.24. Suarez nominati libri, cap.14. num.4. Verùm, cùm pœnæ sensus Dæmonum medulla, & tanquam essentia à flammis illatus dolor, hunc tanti vexamenti esse non apparet si aliud nihil operetur, quàm custodiam & vincula. Deinde, quanquam inferni tenebris, & voragini omnes qui prævaricauerunt Angeli, mancipati sint, atque eorum grandis portio illuc resideat; nihilominùs Numine sic permittente non pauci in hoc mundo versantur, & aëris obscuras mansiones tenent, vt ex Scriptura, & Patribus Suarez commonstrat, lib.8. de Angelis, cap.16. num.22. qua peruagandi licentia fruentur vsque in iudicij diem. Hi igitur ab ignibus quidnam patiantur cum vinculis exsoluti huc atque illuc ferentur? Deindè animæ sanctæ in Purgatorio si à flammis nullum aliud nocumentum recipiant, quàm vt eo receptaculo ad tempus persistant, totum hoc coincidit cum pœna damni, nempe carentia visionis beatæ, nam Deum intuitiuè cernere non conceditur nisi liberatis Purgatorio; qualis igitur pœna sensus, qua dirè vexantur? Vt igitur de quæstione perobscura quæ verisimiliora imaginamur, declaremus; cedo quidem statim atque in Angelos proditores æternæ damnationis sententia lata est, de amissa in perpetuum beatitudine, & de cumulo malorum, quibus vexarentur, nimium tristatas; sed ne hic mœror in summum excresceret, & obrueret prorsus, quædam erant adiumenta; primùm, vti malus Angelus viribus ingenij naturalibus assequi non poterat bonorum inexhaustam plenitudinem, quam Dei clara visio subintrat; ita nec quantum ipse sua deperdiderat stultitia, & culpa penetrare valuit, ac proindè mœror ingens licet, sed non talis, qualis futurus si cognosceret integrè quod dilapidauerat, tristitiæ enim magnitudo amissorum pretio, & nobilitati respondet; sic etiam nec peccati deformitatem, nec irati Numinis quanta esset ad vindictam potestas satis perspexerat, à quibus dilucidè intellectis dolor augmentum conciperet. Deinde si ad has attendere curas, si tam horridis immergi cogitationibus semper Diabolus non cogeretur, solatio fuisset mentem in alia diuertere obiecta, conceptus mutare, & tristitiam vtcumque ad interuallum saltem deludere; rectè igitur Franciscus Amicus disp.21. de Angelis, sect.4.num.86. statuit, ignem inferni torquere reprobos spiritus, eum ob titulum, quòd tristitiam eis pariat tum de amissa beatitudine, tum de aliis ob huius irrecuperabile damnum sequutis malis; sed non tristitiam vtcumque ingerit, verùm specificè diuersam, & intensiuè maiorem, quàm ipsi naturaliter haberent; quippe Angelo ad vindictam & cruciatum, plures Deus aperuit vias, quas suopte discursu non attingeret, cognoscendi boni, quod in pretiu non habuit, ex quibus notitiis dici non valeat, quàm in immensum creuerit tabescentis animi hebetudo, & mœror; itáque tristitiæ genus est de amissa beatitate, & connexis detrimentis profundissimum, nullo vnquam leniendum oblectamento, quod cùm in ea fundetur consideratione, quam naturaliter Dæmon obtinere nequeat, ipsum etiam naturæ sphæram excedit. Hæc autem, quæ supra naturam est tristitia vehemens, & implacabilis, ignibus adscribitur; quibus etiam adiudicatur mœroris eiusdem altera proprietas inexplicandi doloris, videlicet non posse vnquam Dæmones cessare ab ea tristitia; coguntur ex necessitate mœroribus incumbere, nec datur aliquando vt vacare possint; quemadmodum ex communi Theologorum ore comprobat Ruizius de Montoia disput. 53. de scientia Dei, sect.3. num.15. & sect.4.n.13.

Fr. Amicus.

Ruizius.

*Cruciatum non ab alligatione spirituum, sed ex tristitia, quā eos pati facit id quomodo prastet.*

Vexari acerbissimè malignos spiritus à tam immani tristitia satis constat: nam quantum mœroris pabulum? quòd enim de animabus separatis impiorū Raymundus de Sabunde Theologiæ naturalis titulo 168. hoc itidem de Satana; *& quicquid est, erit in tristitiam animæ, & ab omnibus debet pati, vt nec in bono, nec in malo consoletur, neque gaudeat, nec lætetur, nec etiam in malis aliorum ipsa consoletur, nec solamen sit ei miseria aliorum, sed omnia sint ei in augmentum tristitiæ, & sic in omnibus tristetur, & in nullis consoletur in æternum; & sic & ipse creator, & omnis creatura, & omne malum tam culpæ, quàm pœnæ, & omne gaudium aliorum, & omne malum aliorum, omnia sint in tristitiam*, &c. Benè ista se habent, inquias; sed non à flammis cruciamentum; non ab earum incendio mœror, verùm ex amissa gloria, ex peccati enormitate, ex Dei iustitia & vindicta; equidem & ab ignibus specialiter; hoc enim elementum à Deo obedientialiter eleuatur, vt physicè atque efficienter producat ipsum actum tristitiæ, ad quem habendum Dæmon necessitatur, à quo etiam cessare nequeat; flammæ igitur mœroris causæ physicæ sunt, & reales. Si igitur tristitiam producunt, & ab hac vexantur spiritus mirificè, flammæ quidem torquent, flammæ

*Damnatorū corpora sensibilis flamma strictè comburit.*

in

in spiritum agunt; combustionem Ignium hae
Arrubal. norma declarant Arrubal 1. part. disputat. 181.
Amicus. cap. 3. num. 14. Franciscus Amicus disput. 21. de
Granado. Angelis, sect. 4. num. 92. Granado tom. 2. in 3. p.
controuers. 13. 1. parte, tract. 2. disput. 1. sect. 4.
num. 34. Quoniam verò nonnulli respuent potentiam obedientialem actiuam concedere; alij
inficiabantur actus vitales à principio quouis
extrinsecè efficiéter oriri posse, largiamur ignes
nequaquam, vt instrumentum à Deo assumi ad
effectionem tristitiæ in voluntate Dæmonum;
dicimus tamen adhuc eis merito tribui, quòd
Dæmones & animas separatas propriè affligant,
& torqueant; eum fortasè In modum, quo de
Circumcisione definiunt Theologi abstersisse
collatum infantibus peccatum originale gratia
sanctificante eosdem collustrante; num igitur
Circumcisio verè gratiam causabat, ita vt strictè
causa nominari debuerit seu efficiens, seu moralis rigorosa? haud quaquam? Signum tantùm
conferendæ gratiæ erat, vt ex Scriptura, & Pa-
Bellarm. tribus commonstrant Bellarminus lib. 2. de Sa-
Vasquez. cramentis, cap. 14. Vasquez tom. 2. in 12. dispu-
Card. de Lug. tat. 184. cap. 3. Cardinalis de Lugo disputat. 5.
de Sacramentis in genere, sect. 2. Quid verò est
*signum*, & non *causam* extitisse gratiæ, quæ communicabatur paruulis? videlicet, vt benè decla-
Conning. rat Conning in 3. part. quæst. 62. art. 6. conclus. 3.
num. 146. habuisse se tanquam conditionem, qua
posita, Numen paruulis gratiam conferebat ex
mero libito suo, quam infundere potuit, licèt
nunquam Circumcisio adhiberetur; aut ob aliud
quoduis signum, quod ipsi placuisset; equidem,
vt suggerit optimè Cardinalis de Lugo nuper
indicatus, sect. 4. num. 61. Circumcisio non erat
actio Christi, & ideo in genere causæ moralis,
& meritoriæ Deum non mouebat ad gratiam
producendam sicut nouæ legis mouent Sacramenta, eo quòd sunt operationes ipsius Christi
Domini, factæ nimirum à ministro, per quem
Christus loquitur, & operatur; *habebat ergo*,
(subiungit idem,) *se actio circumcisionis velut si
ad Galli cantum herus preciperet seruo dare elemosynam; tunc enim cantus Galli non est causa moralis
danda elemosyna, verùm conditio solum, qua existente
Domini mandatum stimulat seruum vt inopi subueniat*; igitur Circumcisio *signum* tantùm & *conditio* erat, qua adhibita mouebatur Numen ad gratiam conferendam, non ob Circumcisionem,
sed quia ita promiserat, & propter merita Christi futura, quæ erant causa moralia illius gratiæ.
Horum igitur ad similitudinem statuimus, potuisse Deum torquere damnatorum spiritus per
aquam, terram, aërem, per Dracones, & serpentes; libuit tamen inter corporatas res ignem deputare inferendis cruciamentis per mœrores, &
tristitiam; flammæ *signum & conditio* sunt, ad
quarum præsentiam, quoniam ita ordinauit Numen facere, promissa adimpleturum tristitiam,
qualem descripsimus causat in voluntate damnatorum; hoc igitur titulo flammæ in spiritus
agunt.

146. Dixeris, si ignis nullius effectus causa vera
est, igitur nihil propriè agit, ergo propriè; & strictè non torquet, neque vexat, ac proinde metaphoricè interpretanda sunt quæcumque à Scriptura, & Patribus de ignibus inferorum traduntur: hoc autem communi Scholasticorum placito aduersatur. Respondeo, duos esse huius
cōtrouersiæ præcipuos articulos; alterum ignem
inferni esse verum, & sensibilem atque corporatum, de quo Suarez lib. 8. de Angelis, cap. 12. Suarez.
num. 3. alterum, eundem ignem cruciare spiritus peruersos non imaginariè, sed verè & realiter, de quo etiam ibidem præfatus Doctor, c. 13.
num. 17. Nos autem materialem, & corporeum
facimus ignem; deinde tormentum mœroris, &
altissimæ tristitiæ assignamus, quo spiritus mali
realiter, & verè affliguntur: vt autem huius cruciamenti non esse ignem causam obedientialem
quæ actiuè, & physicè influat simul cum voluntate Dæmonum in passionem illam mœroris
acerbissimi præbeamus; quod secundùm nostra
principia falsum est, verùm certè *causa moralis*
appellari debeat, propterea quòd ad ipsius conspectum Numen vexet, lis erit de nomine; *cau-
sam moralem* absolutè nuncupat Alarcon dispu- Alarcon.
tat. 9. de Angelis, cap. 10. num. 12. ita & Circumcisionem, quam diximus conditionis tantùm rationem habere, *moralem causam* vocat, eò quòd
conditionalem causam ad moralem reuocet,
Valentia in 3. part. disput. 4. quæst. 5. puncto Valent.
vnico §. respondeo, cum gratia, &c. equidem
simpliciter Circumcisioni tribuunt Patres quòd
per eam mundarentur infantes à labe originali,
& Deo grati fierent; copiam suppeditat Vas- Vasquez.
quez tom. 2. in 1. 2. disput. 184. cap. 2. Sufficit
nunc ex Decretalium lib. 3. titulo 42. quæ ibi
cap. 3. *maiores Ecclesiæ*, &c. Innocentius III. Innoc. III.
profert: *Quoniam etsi originalis culpa remittebatur per Circumcisionis mysterium, & damnationis
periculum vitabatur, non tamen perueniebatur ad regnum celorum, quod vsque ad mortem Christi fuit
omnibus obseratum*, &c. & tamen Circumcisio, vt
perspeximus, conditionis solùm obibat munus;
pari igitur modo quamuis ignes *signum & conditio* tantùm habeantur; iis tortura & afflictio
Dæmonum absolutè tribuenda est, cuius veluti
fundamentum à priori esse queat; quoniam supposito Numinis decreto, quo statuit ad intuitum
ignis, ad præsentiam corporeæ flammæ spiritibus qualem delineauimus tristitiam supra omnes dolores magnam immittere, virtualiter, &
in prudentum æstimatione incendio tanta potestas est, ac si causa physica, vel intentionalis
vera, & propria mœroris fuisset, nec enim minus
infallibile ex suppositione promissionis diuinæ
efficacis producendam tristitiam data ignis sensibilis existentia in dæmonibus, quàm si ipsæ
flammæ obedientialiter eleuarentur ad eam generandam, vel quàm si ex complacentia in ipsas
tanquam causa morali Deus mœroris artifex esset: virtualiter igitur cùm idem præstent ac si
realiter agerent, & causa stricta essent, iis adscribi ea poterunt, quæ tribuerentur si principium
reale, & physicum ex natura fuissent; sicuti videmus ob distinctionem virtualem prædicata
conuenire diuersis formalitatibus talia diuinis,
qualia aptari distinctio realis fuisset. Sententia
hæc, quo more eam expressimus, facilius quàm
aliæ, declarat cruciatum ignis respectu Dæmonum, & animarum; capimus enim, quo more
Angeli proditores quamuis extra infernum in
aëre caliginoso habitent, aut per Orbem exspatientur, non minus tamen patiantur quàm socij
Tartaro clauso, nam tristitiam quæ in eis statim
ac damnati fuere ad præsentiam ignium infernalium, quibus mancipati sunt, producta fuit,
eorum

secum quocumque pergunt, deferunt. Capimus insuper vt torqueantur animæ iustæ in Purgatorio, (nam de animabus reproborum idem habeto dictum, quod de spiritibus malis,) quoniam in ipsis etiam ad ignis illius emundantis intuitum talis generatur tristitia ob diuinæ maiestatis offensam, ob exilium patriæ cælestis, qualis cuiusque delictis quadrat. Capimus præterea, quamuis omnium, quos infetous deglutit mœror, & tristitia eiusmodi censeatur, quæ nullam delectationem, à qua mitigari valeat, admittat, vt expendit Vasquez tom. 2. in 1. p. disput. 142. cap. 3. tamen haud æqualem esse cunctorum, aliàs ab ignibus torquerentur eadem vehementia qui pauciora, ac qui plurima scelera commiserunt, quod iustitiæ distributio recusat; inæqualis ergo mœror est primum ob maiorem, vel minorem intensionem actus, quemadmodum visiones beatæ licèt omnes intuitiuè Deum repræsentent, vna est altera intensior. Deinde, qui pluribus auxiliis à Numine confortatus salutem faciliùs operari potuit, & benefactori ingratus euasit, de his magis tristatur; fœditate etiam culpæ plenè intellecta, & quantum animam deturpet, horrorem maiorem concipit qui licentiæ, & vitiis habenas laxauit; sunt & alia varia capita, ex quibus tristitiæ augmentum proueniat.

Vasquez.

147. Obiectio. Eccli. 7. 19. Iudith 16. 21. Isai. 66. 24. Marc. 9. 47. Iob 24. 19.

Obiicias, diuersa pœnarum sensus genera præter illatum ab ignibus, Scripturæ variis comprobari testimoniis, nempè Ecclesiastici c. 7. vers. 19. *quoniam vindicta carnis impij ignis & vermis*. Iudith cap. 16. vers. 21. *dabit enim ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum*; Isaiæ cap. 66. vers. 24. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*; Marci cap. 9. vers. 47. *vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur*; Iob quoque cap. 24. vers. 19. supplicium, quod aquæ frigidæ, & rigentes inferant, denotatur; *ad nimium calorem, transeat ab aquis niuium*; & tamen has tormentorum formas metaphoricè declarant præter veteres aliquos Scholasticos apud Carthusianum in 4. distinct. 44. quæst. 1. & dist. 50. quæst. 6. Sotus in 4. etiam dist. 50. quæst. vnica, art. 3. concl. 3. & art. 4. §. *circa hoc autem*, &c. Michael de Palacios quoque in 4. dist. 45. disput. 1. §. *vermes verò*, &c. & §. *Porrò si sulphur*, &c. Abulensis in cap. 25. Matth. quæst. 553. Caietanus, & Maldonatus in Marc. cap. 9. vers. 45. Iansenius concord. cap. 71. in illud, etsi scandalizauerit, &c. Lessius lib. 13. de perfectionibus diuinis, cap. 24. num. 159. Ergo etiam loca Bibliorum, quæ de ignibus tractant, possunt per metaphoram exponi. Respondeo cum Patre Suarez lib. 8. de Angelis, cap. 12. n. 15. sermonem vel institui posse de pœna seorsus, quo spiritus torquentur, vel quo damnatorum vexantur corpora; si de spirituum cruciamento loquamur, hîc expresè in scripturis ignibus adscribitur, eadémque est communis Patrum, & Theologorum interpretatio; quare ad litteram, & propriè de flammis explicandum: cùm autem de vermibus, aut aliorum suppliciorum materiali, & sensibili instrumento similia non doceantur, nihil opus est strictè, & historicè accipere, verùm latè, & iuxta metaphoram; comparatione autem reproborum hominum postquam resurrexerint, & corpora reassumpserint, quamuis non desint ex schola Theologorum, qui per tropum exponant, & aliarum pœnarum veritatem igne tantùm reseruato negent; nobis tamen plus arridet citra metaphoram declarasse; ac quod ad corpora spectat, rectè decernit P. Suarez tom. 2. in 3. part. disputat. 50. sect. 5. sub finem, ignem Tartareum verè alteraturum corpora illa, efficiendo realem qualitatem doloriferam in eis; quoniam verò ignis tunc in corpora aget non pro qualitate materiæ, sic enim æqualiter vexaret cunctos, sed pro diuersitate, & numero peccatorum, ideò quosdam minùs, alios plus torquebit, nec aget per efficientiam merè naturalem, sed tanquam Dei instrumentum: Numen autem sic disponet per qualitates, & accidentia sibi cognita, vel per concursus sui modos singulares, vt flammæ quidem adurant, & plagam inferant, non tamen dissoluant, & corrumpant; nunquam enim temperamentum primarum qualitatum ita debilitabunt, vt non persistat dispositio sufficiens ad vnionem corporis, & animæ conseruandam; huius sententiæ Carthusianus, & apud eum Richardus in 4. distinct. 44. quæst. 10. Valentia in 3. part. disput. 11. quæst. 5. puncto 3. §. *fortassis tamen*, &c. Barradas tom. 3. in Euang. lib. 10. cap. 4. §. *at Scripturæ*, &c. Serrarius in cap. 16. Iudith quæstiuncula 4. concinnè D. Isidor. Hisp. lib. 1. sententiarum, seu de summo bono, cap. 31. *Duplex damnatorum pœna est in gehenna, quorum & mentem vrit tristitia, & corpus flamma*; & quidem tristitiam quoque ab incendiis procedere, & per eam spiritales nequitias vexari ostendimus; sed non mentem solùm vrit per mœrores, verùm & carnem sensibili alteratione & morsu; quo pacto autem incendit & miserrimè affligit, non tamen vastat vsque ad consumptionem, nec incinerat, vltimúmque dissoluit disertissima admiratione sancti obstupescunt Patres; venusta est dictio Minutij in Octauio, post medium: *illic sapiens ignis membra vrit & reficit, carpit & nutrit; sicut ignes fulminum corpora tangunt, nec absumunt; sicut ignes Ætnæ, & Vesuuij montis, & ardentium vbique terrarum flagrant, nec erogantur; ita pœnale illud incendium, non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur*; similem proloquuti in morem Augustinus lib. 21. de ciuitate, cap. 4. Tertullianus Apolog. cap. 48. sub finem. Lactant. lib. 7. cap. 21. Iulianus Archiepiscopus Toletanus Prognostici lib. 3. cap. 19. Hugo Eterianus de animarum regressu ab inferis, cap. 12. S. Pacianus Parænesi ad pœnitentiam iuxta finem: *Post animarum tempestiua supplicia, rediuiuis quoque perpetua corporibus pœna seruatur: nemo Tityi iecur credat, & vulturem Poetarum, ipse sibi materiam recrescentium corporum reparat ignis æternus. Attendite, si non creditis; aquarum impetus, qui ignibus furit, supplicio nutriente reparabitur: si de cruciatu Exomologesibus retractis, gehennã recordemini, quam vobis Exomologesis extinguet: vim eius & de præsentibus æstimate, cuius fumariola quædam maximos montes subterraneis ignibus excoquunt; æstuans indefessis flammarum globis Æthna, & Lisaniculus, & Vesuuius Campanus; & quo nobis iudicij perpetuitatem probent, dissiliunt, deuorantur, nec vllis tamen seculis finiuntur*, &c.

Carthus. Sotus. Palacios. Abulensis. Caietan. Maldonat. Iansf. &c. Responsio. Suarez. Idem. Carthus. Richard. Valentia. Barradas. Isidor. *Duplex damnatorum pœna in gehenna.* Minutius. Augustin. Tertull. Lactant. Iulian. & alij.

Atque hæc quidem Patres de montibus Orbe ipsis cognito repertis; de quibus fusiùs Conimbricenses in Meteoris tract. 12. cap. 3. Cæsius de Mineralibus, lib. 1. cap. 7. sect. 2. num. 17. 148.

Conimbr. Cæsius.

Ioannes

*Io. Maſcul.* *Ruſca.*

Ioannes Baptiſta Maſcolus de incendio Veſuuij anno 1631. lib. 7. Antonius Ruſca opere de inferno, & ſtatu Dæmonum. lib... cap. 38. & ſeqq. Verùm & poſt detectas Indorum regiones, illic montes ignivomi reperti, quorum vt antiquitas maxima, ſic ſtupenda incendia, & inconſumpti pabuli admiratio ſumma; de quibus Maiolus tom. 1. colloq. 16. pag. 481. Solorzanus tom. 1. de iure Indiar. lib. 1. cap. 7. num. 54. & accuratè ocularia teſtis noſter Acoſta lib. 3. de natura noui Orbis, cap. 26. Non omittam adiungere recentiora exempla: Sub finem Iunij anno 1638. apud Fortunatas Inſulas, in ea, cui à ſancto Michaele nomen eſt, duabus à continenti leucabus intra mare, vbi fretum centum & ſexaginta cubitis geometricis profundum eſt, viſa ſunt incendia erumpère ab imo gurgite, quorum impetu lapides ſupra aquas in ſublime attollebantur, nonnulli tantæ magnitudinis, vt montibus pares iudicarentur; quibus partim in cineres conuerſis, partim ſolidis manentibus, & reuerſis in profundum, Inſula efformata eſt ſexaginta cubitorum geometricorum altitudinis, quæ in longum leucade, & dimidia eſt; porrò ab ignibus illis tantus piſcium ſuffocatus eſt numerus, vt ex illis ſolùm, quos in littora fluctus eiectarant opinione Inſulanorum duæ onerariæ ex maximis illis Luſitaniæ, quæ Indicæ nauigationi in efferatam molem conſtruuntur, repleri poſſint; hæc tum à plurimis eorum accepimus, qui tam terribili ſpectaculo adfuerunt. Porrò Eccleſiæ veteres Magiſtri, cùm ad ſedulam conſiderationem flammarum, quas *Æthna*, *Veſuuius*, & ſimiles eructant montes, exhortabantur, id inſinuaſſe videntur, ignes eorum concluſos viſceribus, portionem aliquam exiſtimandum, eius qui ſub Tartaro cruciat incendij: talibus autem horribilibus locis damnatorum aliquas animas pœnas tolerare ad tempus a Numine præfinitum, & fortaſsè nonnullas lucre ibi vſque in diem iudicij, ſub quo & ipſæ, & Angeli, qui in aëre caliginoſo exſpatiantur, in barathrum detrudentur, perpetua deinceps cuſtodia; quam præ cæteris expreſſit ſententiam magis D. Gregorius Papa lib. 4. Dialogor. cap. 35. *quòd verò ad Siciliam duci teſtatus eſt, quid ſentiri aliud poteſt, niſi quòd præ cæteris locis in eius terra inſulæ eructante igne, tormentorum olla patuerunt?* S. Petrus Damiani opuſculo 19. de abdicatione Epiſcopatus, cap. 9. aliàs epiſt. 9. lib. 1. ad Nicolaum II. *quo mortuo mons Veſuuius, vnde videlicet frequenter gehenna eructat, in flammas erupit*, &c. Raderus noſter 1. parte viridarij Sanctorum in vita S. Patricij Epiſcopi Proſæ 18. Aprilis, deſcriptum ab eo infernum, *Sedem tenebricoſam, & ignibus æſtuantem, in qua torquendi eſſent impij; ignem verò illum à Deo non in mundum inferiorem illum, ſed pariter in ſuperiorem illatum*, & particulatim de Æthna, & Veſuuio id affirmat; quibus idipſum quoque tribuit Cæſarius Ciſtercienſis lib. 12. memorabilium cap. 13. ſub finem; de Sicilia etiam perhibet S. Bernardinus Senenſis tom. 2. ſermone 63. de ſtatu Purgatorij feria 6. Reſurrectionis, c. 3. titulo, *Per multas ſimilitudines*, &c. Baronius tom. 10. anno Chriſti 983. num. 6. productis S. Petri Damiani verbis, hæc non eſſe preſsè accipienda denotat, nec de veris inferni ignibus, ſed per analogiam latè pronunciata ad terrorem incutiendum; ſed cum Tartareæ flammæ à noſtris ignibus ſpecie non differant ex ſcholæ vulgari placito, nulla implicantia eſt, originem Veſuuiani, vel Æthnæi incendij à Tartareo duci camino, & idem de aliorum montium hiatibus, quorum æuum longum eſt, inabſumpta, & formidoloſa incendia; atque hoc docuiſſe S. Gregorium loco ſuprà recenſito, & congruè admodum putauit Bellarminus lib. 2. de Purgatorio, cap. 6. §. *porrò ad argumenta*, &c. Opinioni etiam fauent Abulenſis in cap. 25. Matthæi quæſt. 516. in fine. Bartholomæus a Sibylla ſpeculo peregrinarum quæſtionum, primæ decadis, cap. 3. quæſtiuncula 3. Palacios in 4. ſententiarum diſtinct. 45. concluſione 3. & ex iunioribus Ioannes Baptiſta Maſculus lib. 7. de incendio Veſuuij, quod contiget anno 1631. Antonius Ruſca tract. de inferno, & ſtatu Dæmonum, lib. 1. c. 46. Hieronymus Trimarchus lib. 3. de meteoris, diſputat. 4. ſect. 3. num. 18. Reſta lib. 1. de meteoris, tract. 4. cap. 3. Nam ſanè creator ſub primordiis rerum flammas per terræ ſinus diſpertit, id tam immanes incendiorum vomitus è glebæ interioribus non leuiter ſubſignificant: vt quid enim non ab initio ignes ſi tantam copiam ſubterranea habitura erant quuſcumque tandem in vſus? & montium ingentes fornaces, quarum prima ob vetuſtatem memoria inexplorata manſerit? gremium edacis, & celeberrimi elementi barathrum damnatorum; & quanquam ibi obſcuriſſimè lucet aliáſque pœnali ergaſtulo conuenientes proprietates oſtendit, verùm ſpeciei natura eadem eſt, erumpit verò, ſeque per canales, & tubos formatos à Deo cùm omnia in pondere, & menſura diſtribuit, in noſtrum vſque porrigit Orbem, quantumque poteſt in vindictam malorum interdum ſæuiſſima illata clade oſtendit. Nec mirum in tot ſe milliaria diffundere per ſecretos venarum terræ meatus, nam in omnia capaciſſimus eſt telluris venter: at quanta latitudo *Tauri* montis eſt apud nos? *Immenſus ipſe, & innumerarum gentium arbiter* loquitur Plinius lib. 5. cap. 27. Poteſt igitur & inferior Mundus vias habere, per quas è Tartaro ad nos vſque flammæ proueniant: ſed non omnium ignium origo hinc ſolùm montibus nutrimentum præbet, qui ipſum inferni ſpecum imitantur, alibi aliæ cauſæ naturales incendia producunt.

*Maiolus.* *Solorzan.* *Acoſta.* *Gregor. P.* *Damian.* *Rader.* *Cæſarius.* *Bernardin.* *Baron.*

*Æthna, Veſuuij ignes an ex Tartaro.* *Gregor. P.* *Bellarmin.* *Abulenſ.* *Barth. à Sibylla, & alij.* *Taurus mons.*

149. Verùm damnatorum corporibus non ignis tantùm infeſtus erit, ſed præter vermem ſpiritalem conſcientiæ, qua anima ob deperditam cæleſtem gloriam, quam ſine magnis laboribus adquirere potuit, inconſolabili afficietur mœrore, carnes ipſas amariſſimè pungent vermes ſenſibiles & corporeæ: vermium autem nomine intelligo plures differentias earum, quibus hoc vocabulum quadrat, quæ teterrimæ erunt; & quidem licèt vermium per ſe morſus non tanti fiat, ſed quæ inferno deputabantur, eiuſmodi erant, cùm id à Numine fieri valeat, vt etiam dentibus ſuis immaniter crucient. Nec etiam refert haud extinguendas aliquando, ſed perenniter duraturas; quemadmodum enim ignis, & ſulphur æternùm conſeruabuntur, ita vt nunquam deficiant, ita & vermes ſempiternas eſſe faciet, qui vt torquerent, eas deſignauit. Porrò, vt omittam ſtridorem dentium, fletum, ſqualorem, tenebras, & ſenſuum tormenta alia, quæ omnes communiter admittunt, aſſerimus ex corporalibus pœnis futuram, quam ſtagna congelata,

*Damnatorũ corpora ſenſibilis flamma ſtrictè comburit.* *Vermiũ morſus corporeorum, vera frigora apud Infernum.*

gelata, & aquæ niuales causaturæ sunt; neque timor ab ignibus, qui intra damnarorum habitationem est, calefaciendos latices illos; nec metus vt iisdem liquoribus vel sitim extinguant, vel flammarum ardores tempereut, summus enim creator sic vniuersa disponet, vt ad solatium, aut lenimen res non conducant, sed ad suppliciorum incrementum; quamobrem Bibliorum verba absque tropo de huiusce modi cruciamentis ad litteram construi valeant; quod Bernard. Innoc. III. Carthus. indicarunt de vermibus quidem Bernardus in Meditationibus, cap. 3. Innocentius III. de contemptu mundi, lib. 3. cap. 4. Dionysius Carthusianus de quatuor nouissimis, parte 3. art. 6. §. 2. Suarez. Valentia. Suarez lib. 8. de Angelis, cap. 12. num. 36. Valentia tom. 4. dispu. 11. quæst. 5. puncto 3. §. *nec obstat*, &c. qui benè obseruat Deum in his infligendis suppliciis præter naturæ exigentiam operari, vt necesse sit, nempè conseruando in æternum vermes, aquam præseruando ne calefiat, & in similibus, quæ lege ordinaria repugnare videantur. Barradas. Serrarius. Alapide, &c. Barradas tom. 3. in Euang. lib. 10. cap. 5. Serrarius in Iudith cap. 16. quæstiuncula 2. Cornelius Alapide in cap. Isaiæ 66. vers. 24. de frigidarum aquarum tormento idem perhibent ex modò recensitis S. Bernardus, Innocentius, Carthusianus, Valentia, Barradas; vtrumque etiam docet Antonius Rusca opere de Inferno, & statu Dæmonum lib. 2. cap. 23. & 31. pro lacubus & stagnis niualibus Durandus in 4. distinct. 50. quæst. 1. num. 7. Pineda in cap. 24. Iob vers. 19. num. 4. Granado tom. 2. in 3. partem 3. parte, controuersiæ 13. tract. 4. disput. 4. num. 5.

150. *Pagani æternæ damnatorum supplicia agnouerunt.* Horum quidem suppliciorum notitia Paganorum etiam mentes impleuit; hauserant verò iis ex fontibus, ex quibus aliorum sacrorum mysteriorum traxisse scientiam aliis perhibuimus locis, nempè vel ex sacris codicibus, in quos fortè inciderant, vel ex Iudæorum colloquio, aut ex aliqua Maiorum traditione, ex Sibyllarum vaticinationibus, ex Dæmonum ipsorum oraculis, sed morè suo, cùm de animarum statu post hanc vitam altiùs indagarent, in fabulas abierunt, Titij iecur, & Charontem, & Cerberum, aliaque plurima fingentes, quanquam doctiores non lateret hæc à Poëtis ad Musæ delectationem præmeditata esse; habuisse verò Ethnicos de Nouissimis cognitionem testantur Iustin. Mart. Iustinus Martyr in oratione Parænetica ad Gentes, & libro de Monarchia. Athenagor. Antioch. Minutius. Arnob. & alij Athenagoras legatione pro Christianis. Theophilus Antiochenus lib. 2. ad Autolycum. Minutius in Octauio. Arnobius lib. 2. contra Gentes. Lactant. lib. 7. diuin. instit. cap. 7. & cap. 21. & 22. & in epitome cap. 7. Origenes Homil. 7. in Leuitic. Tertullianus in Apolog. cap. 47. Nazianzenus oratione 44. de iudicio. Ambrosius de bono mortis, cap. 8. Eusebius de præpar. Euang. lib. 11. cap. 32. & cap. 37. & 38. & apud eundem Constantinus Magnus in oratione ad cœtum Sanctorum, cap. 9. Nemesius de natura hominis, cap. 44. Theodoretus lib. 4. de materia & mundo, & lib. 11. de iudicio. Æneas Gazæos in Theophrasto §. *animarum humanarum*, &c. Tatianus Assyrius in oratione contra Græcos. Hieronymus in illud cap. 51. Isaiæ *Leuate in calos*, &c. Zacharias Matelenensis Episcopus tractatu contra Philosophos de creatione mundi: de his aliquid Lipsius lib. 2. Physiologiæ Stoicorum, dissertatione 22. Delrio in Octauiam Senecæ vers. 385. copiosè autem Eugubinus de perenni Philosophia, lib. 10. cap. 19. & sequentibus: Theophilus Raynaudus in Theologia naturali, dist. 8. quæst. 4. art. 1. & sequentibus. Franciscus Fernandez de Corduba in Didascalia, cap. 4. Antonius Rusca opere de inferno, & statu Dæmonum, lib. 3. cap. 7. & 16. qui cap. 1. & aliquibus sequentibus commonstrat eadem imbutos notitia Indos Peruanos simul, & orientales antequam Hispani Euangelium eis prædicassent: nonnihil quoque Muretus variarum lib. 11. cap. 7. *Obiectio.* Sin autem obiicias in veteri lege non fuisse promissiones de vita æterna, vt edocet B. Thomas 1. 2. quæst. 99. art. 6. hinc autem fieri, vt si beatitudinem Iudæi ignorauerint à Patriarchis, & Propheris instructi, multò potiùs nesciuisse Ethnicos credamus. *Responsio.* Respondeo, Hebræos nequaquam latuisse inferorum tormenta, in cælestibus interminabilem gloriam, resurrectionem corporum extremis temporibus, & iudicij vniuersalis formam, hæc enim omnia veteris Instrumenti pagina deterit, vt commonstrant Suarez. Azor. Salas. Suarez de legibus lib. 9. cap. 6. num. 21. Azor tom. 1. lib. 6. cap. 2. quæsito 4. Salas de legibus, tract. 14. disput. 22. sect. 7. num. 31. Sed quoniam Iudæi ad bona temporalia auidissimè hiabant, istorum tam frequens est mentio, vt comparatione illius spiritalium gaudiorum, quæ finem non habebunt, velut rara sit memoria. Deinde, quoniam vsque ad mortem Saluatoris Deo gratis animabus cælum aperiendum non erat, pollicitationes de vita æterna nec sub tam claris terminis, nec ita freqnentes leguntur quemadmodum in Euangelio; absolutè tamen non solùm ex diuinis haurire voluminibus Iudæis licuit, sed vt his carerent, ex Maiorum traditionibus, & instructione discere poterant notitia iam tum ab ipsius Protoplasti Adæ temporibus reuocata, vt Suarez loco nupertimè allegato suggerit.

LIBER

*LIBER SECVNDVS*

# DE OPERE SEX DIERVM.

## DISSERTATIO I.

*Mundi prima luce quid enatum? quali modo?*

DISSERVIMVS de infinito Monarcha Deo quatenus Vno, & Trino; progressi deinde ad inuisibiles creaturas ab eodem formatas, nempè Angelicos spiritus, horum naturam & proprietates contemplati sumus; sed in vno, atque altero dissertationis genere placuit nobiliores plerasque tangere quæstiones, (verùm neque has ipsas vsque ad fastidium,) quàm in singulis demorari, quæ Theologorum scholæ litibus, & controuersiæ subiiciant; ad ipsos prọ officij ratione ne minora quidem pertransire spectat; nos, qui mediam inimus viam, & nunc ex Scholasticis delibamus placitis, nunc ex arcanis Bibliorum effatis, ne voluminum magnitudo, & numerus præter mensuram crescat, præcipuè autem, ne in his, quæ satis explorata, quæ trita & vulgaria sunt, otio abuti videamur, cardinales dubitationes, atque his affines alias Deo iuuante excutiemus; progrediamur igitur ad spectabilis mundi, & sensibilium creaturarum à Numine præpotenti emanationes, & traditam à Moyse Hexaëmeri iucundam quidem, sed abstrusam sæpè narrationem interpretari, quam tum ingenioli tenuitàs concesserit, auspicemur.

### SECTIO I.

*Cæli vocabulo quid cap. 1. Geneseos versu 1. intelligatur? Empyreum cælum Scripturæ, Patres, Scholastici agnoscunt. Nomen Empyrei satis antiquum; eius cæli quàm præstans natura? Quæ illius figura? An fluidum & aëreum? Beatorum hominum corporei sensus quibus recreandi oblectamentis? Nam intra cælum Empyreum vera palatia, veri pratorum flores? vera stagna cum fluminibus? An lucem emittat? An in sublunarem mundum influat?*

1\. *Cæli vocabulo quid intelligatur Genesis 1. 1.*

PRimum Genesis exordium Cæli & Terræ productionem complectitur: cæli porrò generalior consideratio triplex ei nomen indidit; & primum aëreum vocat, nempè aëris elementum. Secundum, æthereum dicit, nimirum Firmamentum, quam in plures Orbes Astrologi diuidunt molem, in qua Planetæ discurrunt, quam stellæ fixæ occupant. Tertium nuncupat Empyreum, vbi morantur beatorum Angelorum & hominum fœlices incolæ: ergóne *cæli* vocabulo omnes Orbes supernos sacer denotat textus, an solam Empyream fortunatam regionem? Omnes complexum cælos, quibuscumque hæc quadrat appellatio, docuere Tertullianus contra Hermogenem cap. 16. Thomas Anglicus in cap. 1. Genes. vers. 1. ibidem, Lyra, Burgensis, Caietanus, Guilielmus Pipinus, Lippomanus, Hammerus, Ystella, Honcala, Pererius num. 51. Marzilla, Leonardus Marius num. 15. Steuchus in Cosmopœia in illud, *In principio creauit*, &c. Naclantus in Medulla sacræ Scripturæ, tractatu de opere sex dierum, in principio. Vielmus lectione 5. in cap. 1. Genes. Suarez lib. 1. de opere sex dierum, cap. 3. num. 5. Valentia 1. part. disp. 5. quæst. 2. puncto 1. Tannerus tom. 1. disputat. 6. quæst. 1. dub. 1. assertatione 1. mundi die, num. 5. Sed in ea quamuis fuerit sententia, rectè tamen Pererius admonet lib. 1. in Genes. num. 45. communem & receptam Theologorum opinionem esse, quæ statuit *Cæli* voce initiali Geneseos clausula *Empyreum* intelligendum solummodò, certè illam tantùm habitationem, intra quam sanctæ mentes, & beati requiescunt ciues, quæque hos ob titulos Dei specialiter nuncupatur sedes; quæ perspicuè tradunt Origenes Homil. 1. in Genes. in illud, *fiat firmamentum*, &c. Theophilus Antiochenus lib. 2. ad Autolycum exponens prima verba Genesis; in eadem verba Diodorus Tarsensis in catena Lippomani. Anastasius Sinaita lib. 2. Anogagicarum contemplationum. Eustathius Antiochenus principiò Hexaëmeri.

Tertullian. Anglicus. Lyra. Burgens. Caietan. &c. Origenes. Antioch. & alij.

Theodoretus quæst. 11. In Genesim. Procopius Gazæus in illud cap. 1. Genes. *fiat firmamentum*, &c. Philoponus lib. 3. de creatione mundi, cap. 1. Constantinus Manasses principio Annalium. Beda in illud cap. 1. Genes. *Terra autem erat inanis*, &c. qui suæ cogitationis fautorem allegat sanctum Hieronymum, Rabanus id ipsum. Rupertus lib. 1. in Genes. cap. 6. Bruno Carthusianus tractatu de nouis Ecclesiæ, cap. 5. Author opusculi de imagine mundi, apud Anselm. lib. 1. cap. 58. in fine. Honorius Augustudunensis lib. 1. de imagine mundi, cap. 139. Strabus, seu glossa ordinaria, in cap. 1. Genes. vers. 1. Hugo de S. Victore in summa sententiar. tract. 5. cap. 1. historia Scholastica, cap. 4. Genesis. Abulensis quæst. 8. in cap. 1. Genes. in eiusdem cap. 1. vers. 1. Catharinus, Delrio, Alapide, Bomfretius. Molina de opere sex dierum, disput. 5. Becanus cap. 2. num. 6. Salianus Apparatus cap. 6. num. 1. cuius pronunciati eam potissimùm insinuant rationem; nam *cæli* vocabulo si quis alius comprehenderetur Orbis, is maximè, quem stellatum nuncupant, videlicet firmamentum, hanc enim sydereum Orbem *cælum* Philosophia potissimè vocauit, de eo imprimis Astrologorum cura; sed hoc cælum diserto sermone non mundi prima die, qua Empyreum conditum est, verùm secunda à Deo formatum esse Genes. cap. 1. vers. 8. perhibetur, igitur cælum, quod prima die creatum est, & de quo Genes. primus narrat versus, vnum solum est, illud scilicet, quod cunctos alios exsuperat cælos, quam Mansionem dicimus sanctarum mentium, quæ æterna perfruuntur beatitudine.

*Mansio sanctarum mentium, de Empyreo cælo.*

2\. *Empyrei cælum Scripturæ, Patres, Scholastici agnoscunt.*

Neque his obstat, quòd cæli Empyrei ea ratione mentionem facere Moyses non debuerit, qua de Angelorum creatione omisit tractare, nam quoniam spiritus illi materia absoluuntur, & sensus nostros fugiunt, Legislator rudium Hebræorum captui accommodare se volens, ea tractauit, quæ sensus attingunt, vt insinuat B. Thomas 1. parte, quæstione 68. articul. 3. (*S. Thom.*) cæli verò Empyrei sensus nullam consequuntur experientiam, nam si hæc possibilia fuisset, Philosophi & Astronomi, qui ex motu, & influentiis alios vestigarunt cælos, Empyrei quoque notitiam tradidissent, de quo tamen apud eos ne verbum aliquod; verùm benè suggerit Angelicus Doctor loco iam nominato, Iudæos non omnes hebetes fuisse, quamobrem in Sapientum gratiam debuisse quoque ex reconditis, & difficilioribus quædam tradidisse, vt obseruant Valentia 1. parte, disputatione 5. quæstione 2. puncto 1. & Ystella in cap. 1. Genes. vers. 1. (*Valentia. Ystella.*) At certè vt propter indoctam Hebræorum turbam litteris quædam non tradere Moyses destinaret, omninò Hexaëmeri opus prætermittere innaret, quid enim tam difficile in sacris litteris? Quamobrem Hieronymus Procemio in Exechielem ex Hebræorum traditione refert, (*Hieron.*) nec dicti vatis Prophetiam, nec Canticum Canticorum, nec Exordia Genesis potuisse legere, *nisi quis apud eos ætatem sacerdotalis ministerij, id est, trigesimum annum adimpleuerit*, Idque propter nodos, & difficultatem eorum voluminum; quare Angelorum tractare de creatione, aut si quid aliud Moyses scriptis commendare noluit, causa fuit, quòd vt ita faceret, Spiritus sanctus, qui exaranda dictabat, intùs suggerebat; & de sensili mundo acturus, mirum apparere non debet, si creaturam integrè spiritualem, & à materiæ concretione liberam silentio inuoluit; cælum verò etiam beatorum ciuium patria corporeum, & materiale est; quid verò nationem veri Dei obseruantiæ mancipatam, qualis Hebræorum, dulciorem in spem erigat, quam nouisse præter astriferum Orbem, repositum cælum cæli piè, & sanctè viuentibus, vbi mercedem iustitiæ, & virtutum recipientes amœnissimè conquiescant æternis recreati voluptatibus? Iam verò, quod in Hebræo שמים *Schamaim* legatur, qua voce cæli pluraliter indicantur, nihil obest, vsus enim linguæ sanctæ facit, quæ dualem numerum pro singulari reponit, quemadmodum hoc de loco animaduertunt Anastasius Sinaita lib. 5. in Hexaëmeron. (*Sinaita.*) Procopius in cap. 1. Genes. in illud, *fiat firmamentum*, &c. (*Procopius.*) Chrysostomus in Psalmum 148. sub initio. (*Chrysost.*) Theodoretus quæst. 11. in Genesim. (*Theodor.*) Nec inficiamur cæli vocabulum singulariter expressum quandoque plures, aut omnes cælos comprehendere, vt Genes. cap. 5. vers. 4. *Ista sunt generationes cæli & terræ*, &c. atque in Symbolo, *factorem cæli, & terræ*, &c. at cùm prima mundi die non nisi vnum cælum productum sit, non nisi de vno interpretandum benè perspexit Oleaster in cap. 1. Genes. vers. 1. (*Oleaster.*)

3\. *Cæli Empyrei quàm præstãs natura.* *Steuchius.*

Sed cùm cælum hoc ornatissimum, *in principio*, hoc est, in tempore creatum fuisse Moyses edocuerit, proinde creaturam esse, atque cœpisse constet, Augustinus tamen Steuchius ea se abripi speculatione passus est, vt increatum significaret, quin verò & fulgoris portionem esse, qua ipsa nominis diuinitas splendet; nam in Cosmopœia ad illud cap. 1. Genes. *In principio creauit Deus*, &c. inquit, *Hoc ergo non potest esse creatum: nam quod creatum fuit, fuit locus & tempus, id est, ipse mundus: deinde, cùm illud sit regnum Dei, non videtur fas regnum Dei non semper fuisse; est enim cælum Empyreum claritas diuina; quam semper fuisse cum Deo necesse est; ad quam claritatem admisit Angelos incredibili humanitate sua, & homines pios*; qua iterum in sententia fuit Magnum Basilium patronum sibi adsciscere conatus tractatu de rebus incorporeis, & inuisibilibus ad finem; (*Basil.*) verùm Basilij perplexior sermo Homil. 1. & 2. in Hexaëmeron ei solùm fauere opinioni videatur, quæ adstruit Angelicam naturam priùs conditam, quàm mundus produceretur corporeus. Quamobrem licèt mirum sit Eugubinum virum planè sapientem, & Catholicum tam absurdi dogmatis Magistrum fuisse, eius tamen explicatio cùm hoc præ se ferre videatur, meritò doctos offendit; quam autem de ea censuram ferant, lege apud ipsos videlicet, Catharinum in cap. 1. Genes. (*Catharin.*) Vielmum lect. 3. de opere sex dierum. (*Vielm.*) Pererium lib. 1. in Genes. n. 46. (*Pererius.*) Molinam 1. parte, tract. de opere sex dierum, sub finem; Suarez lib. 1. de opere sex dierum, cap. 4 num. 9. (*Suarez.*) At nullum penitùs extare Orbem inter cælestes, qui Empyreus habendus sit, visus supponere Cardinalis Caietanus, dum in cap. 12. epist. 2. ad Corinth. vers. 2. in illud, *vsque ad tertium cælum*, &c. scribit. (*Caietan.*) *Tertium ac summum cælum est, quod appellamus aqueum, Philosophi verò appellarunt primum*

Mobile

*Mobile: Empyreum verò à posterioribus traditum, nullibi inuenitur in Scriptura*; quo sanè pacto Caietani mentem declarant, nec obiurgare, & perstringere desinunt Catharinus in cap. 1. Genes. vers. 1. Vielmius ibidem lect. 5. Martinengus tom. 1. Glossæ magnæ in Genesim, pag. 255. Molina disputationis tertiæ de opere sex dierum initio; sed aliud est, vt de voce *Empyrei* tractemus, aliud de re significata per hanc, nempè locum beatitudini Sanctorum Angelorum, & iustarum animarum destinatum; hunc quidem minimè inficiatus est Caietanus, nam ait de tertio cælo, ad quod se raptum Apostolus memorat, *hoc est, vsque ad supremum cælum, vsque ad locum, quo Deus, & beati habitare dicuntur, vsque ad cælestem patriam.* Vocem igitur tantùm nouam esse, nec sacris expressam litteris innuit: at quidem licèt nomen illud diuina non contineat pagina, non tamen adeò recens est, quippè Anacletus Papa, qui Pontificatum iniit humanæ reparationis anno 103. epistola 2. decretali propè finem, eo vtitur nomine, inquiens; *nam & in nouissimo tempore hic sensus non inaniter poterit coaptari, in quo tempore Dominus ex cælesti aula, & Empyreo domicilio, in castissimæ Virginis purissimum vterum aduenit*, &c. eiusdem etiam vocis mentio apud D. Augustinum ex Apulei sententia lib. 10. de ciuit. cap. 27. Quanquam verò rectè suggerit B. Thomas in 1. part. quæst. 66. art. 3. in fine corporis, ea intellexisse appellatione Scriptores Ethnicos cælum stellatum, quod nos ætherem dicimus, Planetarum & fixorum syderum campum; vetùm Pagani hunc locum Deorum summorum, quibus fœlix æuum, & perennis lætitia, Palatia faciebant, quod de Aristotele quidem testatur Iustinus Martyr sub finem cohortationis ad Græcos, siue Gentes, Eusebius Cæsariens. de Platone lib. 11. de præparatione Euangelij, cap. 37. aliàs 19. Tertullianus libro de Anima, cap. 54. & idem colligere est ex Clemente Alexandr. stromat. lib. 5. cap. 7. Lactantio lib. 2. diuinar. institut. cap. 9. Symacho lib. 10. epist. 54. Valent. Theodosio. Archadio, & indicat Latini Poëtæ Musa principio lib. 10. Æneidos. *Conciliumque vocat Diuûm pater, atque hominum Rex, Sydercam in sedem*; igitur non à Strabo Fuldensi ea primùm dictio introducta est, qua cælestis curiæ habitatio indicaretur. Nam & ante hunc ducentis, & amplius floruit annis Seuerinus Boëthius, qui de Scholarium disciplina, cap. 3. Empyrei meminit, inquiens; *prima verò litteralis protractio quasi fuit, vtrùm cæli Empyrei dominatio terrenitatis aliquo participe natura possit obfuscari*, &c. Demus verò hunc appellationis censendum patentem: an non octingentis abhinc floruit annis? Sufficiens planè ad vetustatem ætas: nonne voci huic plauserunt? traditæ etiam significationi, quod fulgorem, & micantiam denotet diu noctuque lucentis aulæ Hugo de S. Victore summæ sententiarum tractat. 2. cap. 1. Magister in 2. distinct. 2. littera F. §. *vbi Angeli*, &c. quem omnes deinceps Scholastici sectati sunt, è quibus multos refert Carthusianus præfata distinct. 2. quæst. 3. inter quos præcipui B. Thomas, eiusdem distinctionis, quæstione 2. art. 1. & 2. atque in 1. part. quæst. 66. art. 3. in corpore, S. Bonauentura in 2. distinct. 2. artic. 1. quæst. 1. & de Ecclesiastica Hierarchia, parte 4. cap. . Albertus Magnus 1. parte summæ

Catharin. Vielm. Martineng. Molina. Nomē Empyrei satis antiquum. Anaclet. P. S. Thom. Iustin. Mart. Eusebius. Tertullian. & alij.

de quatuor coæuis, quæst. 4. art. 13. Alexander Halensis 2. parte, quæst. 47. membro 1. Itidem S. Bernardinus Senensis tom. 1. serm. 50. de passione Domini, art. 1. cap. 2. & sermone 60. Dominicæ in Octaua Resurrectionis, art. 1. cap. 1. Innocentius III. serm. de annunciatione, & in Psalm. 5. Pœnitentialem, in illud; *initio tu Domine*, &c. Guilielmus Paris. 1. partis de vniuerso, cap. 31. & 33. & cap. 43. Historia Scholastica, cap. 4. Genesis. Lyra in illud Psalm. 148. *Laudate eum cæli cælorum*, &c. Hugo Cardinalis in c. 1. Genes. vers. 1. & in cap. 12. epist. 2. ad Corinth. in illud, *raptus est*, &c. Tostatus in cap. 23. Exodi quæst. 53. & Paradoxo 5. cap. 167. Tantis igitur Doctoribus amicam vocem, & Scholasticorum ciuitate communibus suffragiis donatam non debuit Caietanus eo titulo vilipendere quod inter sacræ paginæ dictiones, quibus domicilium beatorum exprimitur, non reperiatur? Nam quot aliis vocabulis Scholastici vtuntur facultati necessariis, à quibus Bibliorum diuinus abstinet sermo? Displicet insuper in Caietani expositione, quòd tertium cælum, vbi Deus & beatos habitare adstruit, *primum mobilium* existimet; nam decima sphæra, quæ primum mobile nuncupatur, mouetur viginti quatuor horarum spatio ab Oriente per Meridiem in Occidentem, & hinc rursum per mediam noctem in Orientem, diémque & noctem terram ambiendo conficit; tanto autem circumuoluitur impetu, vt nouem alias inferiores sphæras secum rapiat ab Oriente in Occidente; ostendunt ex tritia Astrologorum sententia Clauius in Sacrobosci cap. 1. in illud: *sed primus, omnes alias*, &c. Conimbricenses in lib. 2. de cælo, cap. 5. quæst. 1. art. 1. & quæst. 4. art. 1. At cælum, quod sanctos continet incolas beatitudine fœlices, placidum & immotum est, vt describit Beda initio Hexaëmeri, in illud: *Terra autem erat inanis*, &c. dicens; *ipsum enim est cælum superius, quod ab omni huius mundi volubili statu secretum, diuina gloria præsentia manet semper quietum*, qua fretus authoritate idipsum tradidit Magister in 2. distinct. 2. littera F. quem libenter sequuti ibidem Scholastici, Diuus etiam Thomas quæstione 2. articul. 3. & 1. parte, quæstione 66. articul. 3. in corpore; fusiúsque disputant Abulensis in cap. 23. Exodi quæstione 53. Guilielmus Parisiensis 1. partis de vniuerso, parte 1. cap. 33. *Non enim*, (inquit,) *possit ibi esse fœlicitas si eorum habitatio tam inquieta vertigine continuò volueretur, motus quippè vltimi cæli esset omni tempestate rapidior*, &c. Non rectè igitur voluit Caietanus cælum beatorum esse primum mobile.

Eius quàm præstans natura. Cælum Beatorum semper quietum. Beda. Magister. S. Thom. Abulens. Guil. Paris.

Hac igitur contentione superata, nec illud magni faciendum est, quod huius Orbis, quod primum caicat mobile, notitiam Astronomiæ Coryphæi ex naturæ principiis haurire non valuerint. Paganorum tamen sapientiores seu à Iudæis, seu per Sibyllas edoctos, vel per ipsos spiritus malignos, Empyrei cæli aliqua imbutos notitia commendit probare Mutius Pansa tom. 1. de osculo Ethnicæ, & Christianæ Philosophiæ, lib. 1. cap. 16. Sed Gentiles quanquam omnino latuerit benè apud Carthusianum in 2. dist. 2. quæst. 3. Magnus profert Albertus: *Dicendum cum Sanctis, quibus de cælo Empyreo est credendum, eo quod ipsi Patrem cælestem præ cæteris cognoue-* 4

Pansa. Carthus. Albert. Mag.

*runt; quod cælum Empyreum est supremum, & verum corpus, in quo Angeli sancti, & animæ beatæ sunt*; oportet autem hanc ob causam essentia longè nobilissima conflatum esse, vt Philo admonet Hebræus initio tractatus de opificio Mundi; ac quicquid sit, num alij cæli corruptibiles sint, & per vltimam Orbis conflagrationem etiam quoad substantiam mutandi, hoc tamen cælum incorruptum est, nihilque purgandum sub exitu
S. Clemens. rerum, vt perspicuè traditum à sancto Clemente lib.2. Recognitionum prope finem; quare ob
*Cælum cæli, de Empyreo.* præstantiam *cælum cæli* nuncupatur à diuinis Scriptoribus, Dauidis præsertim Musa, vt Dio-
Lippoman. dorus obseruat Tarsensis datus à Lippomano in catena Genes. cap.1. vers.1. Quanquam verò id certum habeatur materiale, sensibile, & corporeum esse, nihilominùs sic alias res corporatas dotibus à Numine communicatis extedit, vt ad
Augustin. amplificationem ab Augustino pronunciatum fuerit concione 1. in Psalm. 113. in illud, *Deus autem noster in cælo est*, &c. *cælestia & terrestria omnia corpora transgredi*; & concione 2. in eundem Psalmum, in illud; *cælum cæli Domino*, inquit; *cùm totum sicut commemorauimus in illius comparatione, quod cælum cæli dicitur, terra sit*; &
Rupert. in eundem scopum Rupertus Abbas lib. 1. in Genes. cap.6. ait Psalmo 113. vers.16. *cælum cæli* nuncupatum, *eò, quòd comparatione eius hoc visibile firmamentum, quod secunda die factum est, non iam cælum, sed terra, aut vt multum quidem terræ ornatus habendum*;
Procop. Procopius verò Gazensis *cælum* anomasticè contendit vocandum; nam in illud cap. 1. Genes. *fiat firmamentum*, adstruit; *igitur duo sunt cæli; cælum primum est quasi cælum cæli, etenim non abs re canit Dauid, cælum cæli Domino, & terram dedit filiis hominum; cæterùm cæli nomen primo propriè conuenit: secundum iuxta quandam similitudinem nomen adquisiuit*; quod
Sinaita, & reliqui. etiam tradiderat Anastasius Sinaita lib. 2. contemplationum in Hexaëmeron. Quòd autem
*Cælum spirituale, de Empyreo. Intellectuale, de eodem.* *spirituale* idem nominant cælum tractatus apud Anselmum de imagine mundi, cap. 28. & Honorius Augustudunensis libro etiam primo de imagine Mundi, cap. 139. nec vocem abhorret Tostatus in cap.23. Exodi quæst. 53. explicandi sunt eam in formam, qua B. Thomas declarat, cur idem cælum *intellectuale* dicatur, nempè, quia, vt docet Sedulius in cap. 8. ad Rom. in illud, *Spes autem, quæ videtur non est spes*, &c. *Non ergo oportet hoc, quod videtur credi præparatum esse à Deo his, qui diligunt eum, sed cælum quidem, imò cælos multo eminentiores, & celsiores, quàm est istud firmamentum, quod videri potest*; quia igitur *visui non subiicitur*, (inquit Angelicus Doctor in 2. distinct.2. quæst.2. art.1. ad 1.) *sed intellectu tantùm capitur, ideo intellectuale*, & velut immateriale reputatur.

5. *Quæ illius figura.* Figuram cæli Empyrei quadratam esse autumant Conimbricenses in lib. 2. de cælo, cap.5. quæst.1. art.2. ex Apocal. cap.21. vers.16. & ciuitas in quadro posita est.
Pintus. Nieremb. Molin. & alij. Pintus de Christo crucifixo, lib.3. titulo 1. loco 4. num.4. Nierembergius in histor. natur. lib.4. cap.5. id Molinæ non displicet dispur. 3. de opere sex dierum §. *secundo ex illo Psalmi*, &c. pro qua Patrum nonnullos allegat; incertum esse quicquid de figura tradi valeat, opinatur Rubius in lib.2. de cælo, cap.5. quæst.3. sub finem. Aliis tamen coniecturæ magis placent, quæ rotundum faciunt, Suarez tom.2. in 3. part. in commentario art.5. quæstionis 57. §. *quapropter arbitror*, &c. Granado tom.3. in 3. part. controu. 13. 3. parte, tract.3. disputat. 5. sect. 3. num. 12. Alapide in cap.21. Apocal. vers. 16. Caietano 3. part. quæst. 57. in expositione art. 5. Mouentur ea potissimum ratione, quòd sphæricum concipientes corpus, ex eius situ beati humanitatem Christi, & Virginem Dei Genitricem perfectius intuentur, luce melius se diffundente ad oculos per globosa spatia, quàm per quadrata; huius autem figuræ esse indicatur, vt de firmitudine non dubitemus. *Instar quadrati lapidis stabile*, (ait Clemens Romanus Apostolic. constitut. lib. 7. cap.36.) *alioquin in nihilo nitens*. Sed enim testimonia, quæ num. 7. exhibituri sumus sacro deprompta Instrumento, ciuitatem nobis admirandam repræsentant, quam efformatam in quadro vt concipiamus, nulla implicantia est; ea figura constructam Ierosolymam Iudæorum Metropolim ostendit Villalpandus tom.3. in Ezechiel. Apparatus 1. parte lib.3. cap.8. §. *verùm, ne omnia*, &c. itaque Empyreum ipsum circularis ambitus fuerit, vrbs autem intus disposita quadratæ formæ, & certè, vt Christo Domino thronum in sphærico adaptemus, quanquam diiudicare valeamus proximiores digniora occupare loca, sed ex primis & propinquioribus omnes in circuitu æquè vicini sunt; omnes igitur æqualium meritorum, & idem continget in circulis omnibus, quia occupantes eundem circulū pari modo vel distant, vel in proximo sunt: in quadratis autem Christi sedile eleuari potest, cæterorum cathedræ, aut mansiones sic ordinari, vt pro meritorum cumulo nobilius quisque subsellium occupet; impedimenta autem quæ hinc suboriantur, quo minus Christi humanitas perspicuè cernatur, diuina tolluntur virtute conferente oculis beato- *Empyreum an fluidum, & aëreum.*
rum robur. Sed dubitatio est, an cælum hoc fluidum existimandum, an solidè compactum? contendit solidum putandum Suarez lib.1. de opere Suarez.
sex dierum, cap. 5. num. 6. Nam cælum hoc ex omnium assensu immotum, & stabile est, simúlque corruptioni oppositum: at si liquidum est maris instar, etiam quassatur fluendo, [& refluendo, non igitur fixum permanet eodem situ, cùm etiam diuidatur, & modò rarefiat; modò condensetur, corruptioni alicui subiacebit: iuuat tamen existimasse fluidum esse subtilissimo aëre repletum; hoc namque modo facile percipitur, quemadmodum in corpore glorioso beati respirent, inuicem colloquantur, imprimis verò melodis accentibus Deo laudes perpetuas canant, & gaudiosum Alleluia æterna harmonia resonet. Deinde, cùm Regia amplissima existat mansionibus propè infinitis disposita intra ipsum cælum Empyreum, cubilia, & stationes imaginari, quam extra illud per inanè vagari Sanctorum fœlicitati aptius est; sed intra cæli ambitum ita eos concipere, vt durissimo cum marmore velut penetrentur omnes, alienum nonnihil est; rectius ergo per aërem tranant, atque hoc vacua, & intermedia occupante spatia, cuiusque sedile per latera disponitur ornatu eo, quem gloriæ incomparanda Maiestas exposcit; ac fluidæ esse naturæ habitationem illam Gregorius subindicat Nyssenus tractatu, *De in-* Nyssen.
*fantibus qui præmaturè rapiuntur*, post medium; *atque Angelica quidem, & incorporea natura in su-*

*pra*

*pramundanis, & supercælestibus partibus domicilium habet, propterea quòd illa sedes illi natura conueniens, & accommodata sit; nam sicut natura intellectualis, tenuis quædam, pura, ponderis expers, & agilis est; ita corpus quoque cæleste, tenue, leue, &*
Antioch. *semper mobile est.* Eustathius Antiochenus initio Hexaëmeri; *qualis porrò figura, naturaque cælum sit, nobis Esaias illis verbis significauit, Qui stare fecisti cælum quasi fornicem; quibus etiam tenuem illum, & non solidam, neque crassam naturam esse innuit, sicubi & alibi dicit, qui firmasti cælum quasi fumum.* Nec metus est, vt quoniam liquidum sit, huc illuc feratur, nec conquiescat, nam & ipsum mare, quod liquor est, si turbines cessent, placidum stat: non est autem à quo moueatur Empyreum quidpiam; quanquam vt ad hoc conducat, aliisve deseruiat ministeriis, agedum supponamus latera, tegumentum, & substrata ex solido esse, sufficit nobis interius spatium aëreum, & fluidum admitti; tantus vt agitetur Orbis, quantus impulsus necessarius. Sed nulli sunt venti, qui bellum faciant, nullus incursus fortioris contrarij, intelligentiæ aliorum cælorum motrices non circumagunt; quies igitur ei plena est. Nec quamuis à sermone, & hymnis canentium Deo encomia, & gratiarum actiones aër constringatur, & discontinuetur, cæli tamen aliquæ corrumpuntur partes; *quia*, (vt inquit
S. Thom. S. Thomas in 2. dist. 2. quæst. 2. art. 2. ad quintum, in fine,) *raritas & densitas sunt æquiuocè dicta in isto corpore*; quibus assentiens Bartholomæus de Medina in 1. 2. quæst. 3. art. 3. sub finem §. *ad quartum*, &c. benè interpretatur, inquiens: *Neque inde infertur*, (ait D. Thomas,) *cælum esse corruptibile, quia raritas, & densitas illius cæli non sunt eiusdem rationis cum qualitatibus, quæ sunt apud nos, & ideò licet partes cæli dum discinduntur, condensentur, & dum concurrunt, rarefiant, non ideo corpus est corruptibile*; itaque talibus illud cælum dispositionibus communitum est, vt diuisione aëria substantiæ nihil corrumpatur; igitur fluidum vt existimetur, nullum reputant absurdum
Richard. & alij. Richardus in 4. dist. 49. art. 4. quæst. 3. quem eadem docentem allegat Carthusianus in 4. distinct. 50. quæst. 6. propè finem, & cui S. Bernardinus Senensis assentitur tom. 1. sermone 60. de Dominica in octaua Resurrectionis, articuli tertij initio. Durandus in 4. distinct. 44. quæst. 6. num. 15. ex recentioribus amplexantur Daniel Malonius in 2. distinct. 2. disput. 7. sect. 5. Lessius lib. 3. de summo bono, cap. 8. num. 101. Tannerus 1. parte, disput. 6. quæst. 3. dub. 1. num. 13. & num. 45. in assertione 11. Granado tom. 2. in 3. part. controuersiæ 13. parte 3. tract. 3. disput. 3. sect. 3. num. 27. Arriaga tom. 2. in 1. part. disp. 29. sect. 2. subsect. 2. num. 14. Martinus de Roa libello de statu beatorum, cap. 6. Barradas tom. 3. in Euangelia, lib. 10. c. 3. § *habitabunt autem*, &c. Cornelius à Lapide in cap. 1. Genes. vers. 6. *fiat firmamentum*, &c. quæsito secundo; Auersa in Philosophia, quæst. 32. sect. 4. §. *cæterùm, cælum*, &c.

6. *Beatorũ hominum corporei sensus quibus recreandi oblectamentis.* Anselm.

Quoniam verò Creatori placuit locum corporeum deliciis incomparandis affluentem præparare electis suis, percipiemus quibus mulcebit formis sensus glorificatorum corporum? Anselmus sermone de beatitudine, cap 6. *in illa futura vita ineffabilis delectatio quædam bonos inebriabit, & dulcedine sua totos eos inæstimabili exundantia satiabit: quid dixi totos? oculi, aures, nares, os, manus, pedes, guttur, cor, iecur, pulmo, ossa, medullæ, exta etiam ipsa, & cuncta sigillatim, singulaque membra eorum in commune, tam mirabili delectationis, & dulcedinis sensu complebuntur, vt verè totus homo torrente voluptatis Dei potetur, & ab vbertate domus eius inebrietur*; quæ transcribit Author de similitudinibus inter illius opera, c. 57. in eundem scopum B. Laurentius Iustinianus tractatu B. Laurent.
de disciplina, & perfectione Monasticæ conuersationis, cap. 23. num. 7. *Per omnes suos sensus multimodis exuberabit deliciis; delectabitur oculus in amabili Redemptoris aspectu; Harmonia cælorum, melodica cantica ciuium supernorum non mediocriter mulcebunt auditum, fragrans quoque suauitas cælestium odoramentorum mira liquefactione respergct odoratum, indicibilis etiam dulcedo omnium delectabilium mellisflua quadam, & iucunda satietate oris saginabit palatum; ipse demum tactus sibi congruis abundabit deliciis.* S. Bonauentura in Soliloquio, Bonauent.
cap. 4. §. *O anima pura*, &c. *Tam potentem tunc faciet Deus animam, vt ex eius beatitudine plenissima redundabit in corpus, ex qua redundantia habebit vigorem impassibilitatis, splendorem claritatis, aptitudinem subtilitatis, promptitudinem agilitatis; ibi erunt omnes sensus in actibus suis; ibi enim oculus videbit decorem speciosissimum, gustus sentiet saporem dulcissimum, olfactus odorabit odorem suauissimum, tactus amplexabitur obiectum delitiosissimum, auditus immutabitur per sonum iucundissimum, ibi enim cùm mens in exultationem rapitur, lingua in canticum laudis eleuatur.* D. Bernardinus Senensis Bernardin.
tom. 1. serm. 58. de consubstantiali gloria beatorum feria 6. post Resurrectionem Domini, art. 2. cap. 2. *erit enim visus tantæ perfectionis, quòd ab extrinseco non poterit corrumpi, vel impediri, nam sine obstaculo videbit cuncta corporalia, videbit nocte sicut die, oculis clausis sicut apertis; auditus perficietur; audiet simul omnes voces, & sonos, & omnes cantus totius cælestis regni, ita de longe sicut de propè; odoratus tanta perfectione decorabitur, quod odorabit insimul omnes odores tanquam si solummodò esset vnus odor, odorabit distinctè vnumquemque odorem, ita vt nullus odor ab alio impediatur, odorabit de longinquo sicut de propinquo, in sensum gustus redundabit quidem dulcedo animæ gloriosæ, & secundum quosdam creabit in lingua, & gustu beatorum quandam suauissimam humiditatem, & cum tali sapore palatum, & lingua perpetuum incorruptibiliter conseruabuntur; tactus perficietur, atque inexpressibili delectatione iucundabitur*; sermone 60. Dominicæ in octaua Resurrectionis, latè agit articulo tertio de vocali laude beatorum in patria, qua Deo hymnos festinè concinant. Hactenus verò dicta approbant, & stabiliunt ex recentioribus Sotus Sotus.
in 4. sententiarum, distinct. 49. quæst. 4. art. 5. §. *sed maior ambiguitas*, &c. conclusione 3. Medina 1. 2. quæst. 3. art. 3. Suarez tom. 2. in 3. part. Suarez.
disputat. 47. sect 6. §. *septimò dicendum*, &c. Lessius lib. 3. de summo bono, cap. 8. à num. 97. Lessius.
Granado tom. 2. in 3. part. controuersiæ 13. parte 3. tractat. 3. disput. 3. sect. 3. Barradas tom. 3. Granado. Barradas.
concordiæ in Euangelia, lib. 10. cap. 3.

7. *Num intra cælum Empyreum vera palatia, veri pratorum flores, vera stagna cum fluminibus.*

Sed nunquid in cælo Empyreo externa aliqua futura ornamenta, quibus sensus recreari valeant? puta ædificiorum mirabiles fabricæ, pratorum amœnitates, florum colores, & odoramenta, aquarum in flumina, stagna, fontes distributio? equidem si ad Scripturæ phrasim,

Patrúmque descriptiones attendamus, reperiemus, talem nobis delineari Hierosolymam triumphantem, vt sensibili ornatu rerum cunctarum, quibus honor, & pretium est, ornatam Tob. 13.21. arbitremur. Tobiæ cap. 13. vers. 21. *Portæ Ierusalem ex Sapphiro, & Smaragdo ædificabuntur, & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius; ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius sternen-* Isai. 54.11. *tur, & per vicos eius Alleluia cantabitur.* Isaiæ cap. 54. vers. 11. *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides deside-* Apoc. 21.18. *bilis*; Apocalypsis cap. 21. vers. 18. *& erat structura muri eius ex lapide iaspide, ipsa verò ciuitas aurum mundum simile vitro mundo; & fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata.* Hæc imitatus S. Ambrosius epist. 22. Anotolio, Numerio, &c. *Vides illic vrbis eius mensuram immensam, purum aurum, lapidem pretiosum, lumen sine sole* Damianus. *perpetuum*, &c. S. Petrus Damianus sermone 59. de S. Nicolao in fine: *Regio beata, & gloriosa, plena voluptatis & lætitiæ; ibi est ciuitas Regis magni, cuius platea constrata sunt auro purissimo, quæ fundata est in sapphiris, in qua iaspides propugnacula præuirescunt, & per ordinem lapides insternuntur, nam lapides pretiosi omnes muri eius*; verùm dilocidè, & copiosè S. Augustinus meditationum Augustin. cap. 26. in hymno de gloria Paradisi,

*Vbi viuis margaritis surgunt ædificia,*
*Auro celsa micant tecta, radiant triclinia,*
*Solis gemmis pretiosis hæc structura nectitur,*
*Auro mundo tanquam vitro vrbis via sternitur,*
*Flos perpetuus rosarum ver agit perpetuum.*
*Candent lilia, rubescit crocus, sudat balsamum,*
*Virent prata, vernant sata, riui mellis influunt,*
*Pigmentorum spirat odor, liquor & aromatum,*
*Pendent poma floridorum non lapsura nemorum.*
*Non as semper harmoniis vox meloda concrepat,*
*Et in iubilum prolata mulcent aures organa,*
*Digna per quem sunt Victoris, Regi dantur præconia.*

Cyprian. Floridè etiam B. Cyprianus tractatu de laude Martyrij, non longè à fine: *Vbi virentibus campis terra luxurians à lumno se induit gramine, & redolente pascitur flore, vbi altum nemora tolluntur in verticem, & vbi arbor densiore coma vestit quicquid enutrantibus remis scena deiacens inumbrarit; omnia illic non frigoris, nec ardoris; nec vt in autumno arua requiescant, aut vt iterum vere nouo tellus fœcunda parturiat; vnius cuncta sunt temporis, vnius poma feruntur æstatis. Habet populos quies læta, sedes tenet placida, vbi fons scaturiens medius sinu alui prorumpentis emergit, & rauco per interualla circuitu sinuosis flexibus labitur, vt in ora nascentium sibi* Saluian. *fluminum diuidatur.* Saluianus lib. 2. ad Ecclesiam post medium; *aureas super rudes celos Sanctorum omnium domos, aulas gemmis intermicantibus quæ litas, & immortalium metallorum fulgore pretiosas, lucem illic septuplo illustriorem, beatitudinem ineffabilibus bonis diuitem, latam cum incolis suis perennitatem, opum cælestium copiam, delitiarum immortalium affluentiam*, &c. Compta imprimis Musa no-Sedulius. stræ Iberniæ Doctor Sedulius de bono latrone pangit lib. 4. Paschalis Metri.

*In campos Paradise tuos, vbi flore perenni*
*Gramineus blanditur ager, nemorumque voluptas*
*Irriguis nutritur aquis, intérque benignè*
*Conspicuis pomis non deficientibus hortos,*
*Ingemit antiquum serpens habitare colonum.*

Præstat etiam date horum Paraphrasim solute oratione ab eodem contextam, lib. 5. operis Paschalis cap. 15. *Vt enim latronis animam iam beati mortis formidine vacuaret, non tantum*, inquit, *hodie mecum eris in Paradiso, vbi flore perpetuo blanda per agros ridet amœnitas, & irriguis voluptas fontibus enutrita, pulchrósque molliter per hortos infusa, totum grata suauitate lætificas, interque beatos frondibus ramos, ac nullis vltra pomorum decipientibus insidiis, serpens ingemuit ille tartareus, antiquum sine lapsu degere iam colonum.* Accinit Sedulio Venantius Fortunatus lib. 2. carmine 17. de S. Medardo Fortunat. Episcopo,

*Flore refectus ager suaues tibi fundit odores*
*Balsama, thura replent, quæ Paradisus habet.*

& lib. 8. carmine 4. in laudem Virginitatis eadem suggerit,

*Per Paradisiacas epulas sua vota canentes*
*Ista legit violas, carpit & illa rosas.*
*Pratorum gemmas, ac lilia pollice rumpunt,*
*Et quod odoratum est flore comante metunt.*

Quæ confirmat Visio illa apud S. Damascenum Damascen. in historia de Barlaam & Iosaphat cap. 30. *arripi se videt, regionibúsque quibusdam, quas nunquam viderat, peragratis, in amplissimum campum perduci, pulchris floribus, atque ingenti suauitate praditum, vbi & plantas omnis generis cernebat insitatis quibusdam, & admirandis fructibus, tum visu iucundissimis, tum perceptu suauissimus redundantes: arborum porrò folia ex tenuissima quadam aura dulcem sonum edebant, ac dum impellerentur, inexplebilem odoris fragrantiam emittebant; quin etiam sedes illic sita erant, auro, atque ingentis pretij lapidibus structa, luculentum sanè splendorem afferentes; lectique item illustres miris quibusdam stragulis, atque elegantia omnem orationis facultatem superantes coornati. Ad hæc aquæ profluebant perquam limpida, oculosque ipsos oblectantes: tum in vrbem quandam introduxerunt inenarrabili splendore rutilantem, ex pellucido quidem auro muros, ex lapidibus autem à nemine vnquam visis pinnas, ac propugnacula extructa habentem*, &c. Huic cognata alia narratio de B. Syluio Episcopo apud Gregorium Turonen- Greg. Turon. sem lib. 7. historiæ Francorum cap. 1. & Author de similitudinibus inter D. Anselmi opera, c. 44. *præterea locus amœnus, & magna dulcedine refectus, domus parata, ædificia ampla, diuersi generis mansionum;* hanc etiam in normam Plato effigiat productus ab Eusebio Cæsar. lib. 11. de præparatione Euang. cap. 37.

Verùm occurras, hæc omnia per allegoriam dicta esse, & mysticè, non verò secundùm litteram interpretanda? Nonne Clementis Alexan- 8. drini hoc iudicium lib. 2. de Pædag. cap. 11. cùm post ciuitatis memoratas diuitias subdit; *meritò ergo symbolicè Sanctorum ex his ædificatur ciuitas; per inimitabilem itaque illum florem lapidum, florem spiritus, ab interitu scilicet alienam, & sanctam substantiam intellexere.* Nonne Eusebij Cæsar. lib. 11. de præparatione Euangelij, cap. 36. *eandem ex lapidibus pretiosis conflatam esse allegorico sensu Propheta significat, dum ait*, &c. apertè Ottho Frisingensis lib. 8. Chronicorum c. 25. *Non enim credendum est animas exutas corpore, vel post resumpta spiritualia corpora, Angelicæ spiritibus puritate, ac dignitate non inferiores, rebus exterioribus sicut in hac vita delectari, proinde sicubi sacra Scriptura floridis, & virentibus campis, amœnis locis, garritu auium, odoriferis rebus, vtpotè cynamomo & balsamo,*

sensu

*sensus eorum refici, & affici dicit; spiritaliter hoc potius quàm carnaliter accipiendum videtur.* Guilielmus autem Aluernus 1. partis de vniuerso, parte 3. cap. 34. putat hoc esse ad Saracenorum accedere opinionem, qui futuræ vitæ beatitudinem in corporeis figunt oblectamentis; de quibus sursum cap. 43. Sed longè à Mahumetanorum vaguntur secta, vt optimè aduertit contra Guilielmum Carthusianus in 4. dist. 50. quæst. 7. §. *postremò, quod addis*; turpes enim & obscœnas meditantur voluptates, quemadmodum Angelicus testatur Doctor lib. 4. contra Gentes, cap. 83. §. per hoc autem, &c. quas verò Theologi sensibiles cogitant iucunditates, puræ sunt, inquinamenti, aut indecori nihil sapientes; nec verò, quod Cyrillus Alexandrinus, & Eusebius Pamphili verbis nuper exhibitis admonent, ad Allegoriam referenda, gemmas, aurum, campos perpetua iuuentute, & fragrantia inenarrabili lætissimos, hoc à nobis denegatur; mysticum veneramur sensum, ast litterali, & historico superædificatum; quis autem germanus litteræ intellectus? hæc tota altercatio est. Dicimus verosimilem, & piam eorum sententiam esse, qui intra cæli Empyrei vastissimum, & pulcherrimum ambitum materialia, & vera reperiri tecta, veros pratorum flores, verus fluminum & stagnorum origines, nemorum ex suaueolenti sylua vera plantaria, lapidum pretiosas incrustrationes affirmant; nam quidem cælum ipsum non spiritualis naturæ est, verùm corporeæ; eius igitur de portione varias efformari substantias quid vetat, quemadmodum terra hæc nostra alibi aurum est, alibi gemmæ, alibi flos venustus & oduratus? & oblectandos quinque sensus glorificatorum corporum ex vulgaris scholæ principiis docuimus, cur non visu, tactu, olfactu fortunatæ plantæ, herbæ suauissimæ, graminei thori sub mille coloribus, fructus speciosissimi, aquarum dotibus gratiosis recreandos censeamus? Quemadmodum enim cælum illud sublimius altioris meritò reputatur essentiæ quàm cætera sensibilia nobis domestica, ita quas Tellus illa viuentium subministrauerit opes analogiam cum sublunaribus habentes donis, nostra hæc caduca, & subitò marcessentia ob nobilitatem, & præstantiam longissimo post se relinquent interuallo; alias pomorum color, alia florum elegantia, alius herbarum vultus, alia fragrantium nemorum exhalatio, alius nitor aquarum, aliud murmur, aliud omne, quia perfectissimum, sed verum & sensibile, non autem penes imaginationem solam; quare nemora, & fructus, campotum delicias, & cunctas hortorum amœnitates, flumina magna & clara, fontes loquaces, riuos perspicuos agnoscunt Barradas tom. 3. concord. in Euang. lib. 10. c. 3. §. *secunda quæstioni*, &c. Cornelius Alapide in c. 1. Genes. vers. 6. *fiat firmamentum*, &c. quæst. 2. & distinctiùs in cap. 21. Apocal. vers. 19. §. *secundò quia corpora*, &c. & in cap. 22. eiusdem Apocal. vers. 2. §. *quibus verbis significat*, &c. Porrò veras ibi gemmas esse, cubilia & mansiones, quibus humana superbissimi quantumcumque operis collata palatia sordescant, tradunt iidem, quibus adquiescit Tirinus in cap. 22. Apocalyps. vers. 1. Sanctus Vincentius Ferrer. sermone 2. de Assumptione, ad finem, statuit in cælo beatorum, esse *palatia corporalia de materia cælesti*, &c. equidem ex his mansionibus progredi beatos interdum ad comilitonum sacras ædes visitandi gratia, opinatur Sotus in 4. dist. 49. quæst. 4. art. 7. §. *ratio præterea*, &c. post secundam conclusionem; foras etiam hos atque illos protumpere, & deambulationes instituere per regionis pulcherrimæ loca semper, & vbicumque amœna, vult Carthusianus in 4. dist. 50. quæst. 6. §. *idem probatur ex perfectione*, &c. in domibus illis augustissimis beatorum sculpta varia emblemata sub fornice triumphali acta, quibus gloriam promeriti sunt, proinde tot conspici trophæa, & victoriæ ornamenta, quot Sanctorum aulæ sunt, non inscitè cogitat noster Antonius Vasconcelos tom. 1. de Angelo custode, lib. 1. cap. 18. part. 5. num. 4. Denique vt glorificato corpori, quoad liceat, vniuersa congruant, & Aureolæ non tantùm mentem decorabunt, verticem quoque ornabunt, Martyrem splendores rubro accedentes, Virginem candidum diadema, litteraros virides colores, vt Soto visum est in 4. distinct. 49. quæst. 5. art. 2. in fine, cui Barradas subscribit tom. 3. in Euang. lib. 10. cap. 3. §. *inest illa præcipua*, &c. Raynaudo placet a. parte de martyrio per pestem, cap. 6. num. 33.

9. Inter cæli Empyrei dotes maximum encomium est fulgoris, quo splendet, de quo S. Bernardinus Senensis tom. 1. sermone 60. in Dominica octauæ Resurrectionis, articul. 1. cap. 1. *tanti vtique splendoris est cælum Empyreum, quod si omnes firmamenti stellæ haberent lucem, nihil esset in comparatione luciditatis illius, quia habet splendorem, & quasi dotem gloriosi corporis.* At si tanta reuerberatio est, cum solem nimia claritate, vti ipse stellarum fugat lucem, non opprimit? aut quomodo sub primis mundi incunabulis cum inter cælum & terram interiaceret abyssus magna non hanc irradiauit? non autem splendore perfudit, *quia tenebræ erant super faciem abyssi*, Genes. cap. 1. vers. 2. Respondet B. Thomas 1. p. quæst. 66. artic. 3. ad 4. habere *claritatem gloriæ, quæ non est conformis cum claritate naturali*; cum igitur diuersæ speciei sit ille fulgor, & nostrorum oculorum vincat aciem, ideo ab hominibus nisi confortetur diuinitùs potentia visiua, aspici non posse; quod autem primam Orbis caliginem non dispulerit, causam ibidem subindicauit S. Doctor, quoniam *densitate carens radios non emittit.* Non pauci tradunt, qua parte alijs cælorum Orbibus proximum est, cortina velut obductum, & opacitate spissum, hinc factum vt interior claritas videri nequeat, nec vt foras lucem eiaculetur; hoc non repugnat, nec opus est sub finem mundi renouaris alijs cælis subduci velum, nec enim impositum, aut deforme est; ita coniectantur Molina disputatione 3. de opere sex dierum §. *ad tertium concedendum*, &c. Martinengus tom. 1. glossæ magnæ in Genes. cap. 1. pag. 249. Conimbricenses in lib. 2. de cælo, cap. 5. quæst. 1. art. 2. in fine. Thyræus de gloriosa Christi apparitione, cap. 26. num. 117. Petrus Hurtado disput. 2. de cælo, sect. 3. §. 63. Auersa in Philosophia, quæst. 35. sect. 4. obiectione 7. Nec malè Sanctum illud Sanctorum, vulgi, quales habitatores terræ dum adhuc mole corporis grauantur, denegatum oculis, nam separata regio est, tantò melior reliquis Orbibus, quantò ministerij ratio soblimior, non enim officij meta sublunarem fouere mundum, tempora regere, nascentium

*An lucem emittat Empyreum.* Bernardin. *Quæstio.* *Soluitur.* Molina. Thyræus. Hurtado. Auersa. *An in sublunarem munda[...] dum influat.*

nascentium aut generationes rerum, aut conseruationem iuuare, sed beatarum mentium deseruire habitationi, & oblectationibus; quare opus non est vt influxum ei adscribamus in elementorum partus, seu quæ maria producunt, seu quæ tellus, ætherve; quippè nihil eius decedit ornamento, quo alia non producat, vt nec Angelis indecorum est haud esse operatiuos rerum inferiorum; effectus quoque sublunares ex se talem non deposcunt influentiam, tum quia sufficiunt alij Orbes, Planetæ & sydera, quibus id muneris iniunctum à summo Artifice, tum quia Philosophi per hæc vestigia in notitiam Empyrei cæli peruenissent, cum ex similibus argumentis aliorum cælorum naturam perscrutati fuerint; ac quidem domicilium illud supercæleste nulla præditum esse influentia edocent Abulensis. Abulensis in cap. 13. Exodi quæst. 53. Hurtado. Hurtado de Mendoça disp. 2. de cælo sect. 6. §. 45. Arriaga. Arriaga tom. 2. in 1. part. disput. 29. sect. 2. subsectione 3. Auersa. Auersa in Philosophia quæst. 35. sect. 5. §. *pro resolutione dicendum est*, &c. Quibus verò magis arriserit Empyreum cælum etiam in hunc nostrum Orbem, quantumcumque à tanto fastigio semotum, beneficum esse, actiua efficiendi virtute præditum fundamenta haurient ab eius sententiæ Patronis, Conimbr. nimirum Conimbricensibus in lib. 2. Aristotelis de cælo, cap. 3. quæst. 2. art. 1. Rubius. Rubius in eundem lib. 2. de cælo, cap. 5. quæst. 3. Cæsius. Cæsio lib. 1. de mineralibus, cap. 5. sect. 1. num. 8. Suarez. Suarez lib. 1. de opere sex dierum, cap. 5. num. 9. Molina. Molina disput. 3. de sex dierum opere §. *quod ad quartum*, &c.

---

## SECTIO II.

*Terra cur* inanis, *&* Vacua *in prima creatione rerum dicatur? quot modis accipiatur Chaos? Vnde vocis origo? Nulla elementorum indigesta congeries sub initio Orbis; de Chaos, & mundi principiis Paganorum commenta & fabulæ; quis verus, & theologicus de Chao sensus? Terra in medio vniuersi sita; centrum vtriusque idemmet. An motu trepidationis fluctuet? Nicolai Copernici opinio de Terra circulari motu notata.*

10. Terra bis quid.

Vidimus, quid nomine *cæli* Genes. cap. 1. vers. 1. Moyses denotet, perspiciamus quid per *terram* eodem versu innuat? Quidam existimarunt terræ vocabulo materiam primam insinuari, atque hanc quidem informem, hoc est, omni formatam substantiali, quàm accidentali realiter carentem; quæ assertio tribuitur Marsil. Gabriel. Marsilio in 2. quæst. 8. art. 2. & Gabrieli ibidem distinct. 12. quæst. 1. art. 3. dub. 2. eam sustinet ex Torniell. recentioribus Torniellus tom. 1. tract. de primordio mundi, num. 22. meminit eiusdem Argent. Argentinas in 2. dist. 12. quæst. vnica art. 2. Probatur ex Gen. 1. 2. Genes. cap. 1. vers. 2. *Terra autem erat inanis & vacua*; vbi L X X. *Terra autem erat inuisibilis, & incomposita.* Aquila, *inanitas*, & *nihil*; idem elicitur ex Sapientiæ cap. 11. vers. 18. Sap. 11. 18. *Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit Orbem terrarum ex materia inuisa*; ex epist. ad Hebræos cap. 11. vers. 3. *fide intelligimus aptata esse sæcula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent*; ecce his tot locis vocatur terra *inuisibilis*; at si formam suam sibi coniunctam haberet, inuisibilis nominari propriè, (quoniam formæ terræ cùm sensibilis sit, videri potest,) non debuit; carebat itaque forma in principio Orbis. Accedit Augustini hoc ipsum subindicantis Augustin. lib. 12. Confession. cap. 6. & 8. patrocinium, quem sequitur Eucherius in Genes. cap. 1. vers. 2. Eucher. Terram quoque informem vocant Basilius homil. 2. in Hexaëm. Ambrosius lib. 1. Hexaëm. cap. 8. Chrysost. Homil. 2. in Genesim. Chrysost. Altera opinio est præfatæ cognata, dicentium, materiam non quidem caruisse omni penitùs forma substantiali, at gradum formæ, qua conuestita erat, genericum extitisse præscindentem à specificis differentiis, videlicet gradum corporeitatis vt sic, quæ postea elementorum specificas differentias contraxit; hanc sententiam tanquam probabilem visus est amplecti Lyra in c. 1. Lyra. Genes. vers. 1. & distinctiùs libro differentiarum veteris Testamenti, cap. 1. quam Bedæ, & Strabo adiudicat; absolutè Tostatus amplexatur, q. 7. Tostat. in cap. 1. Genes. Strabo pariter, & Bedæ adscribens; verùm ex monumentis eorum, quibus nunc fruimur, id non facilè colligitur; quod animaduersum est à Carthusiano art. 8. in cap. 1. Carthus. Genes. & à Suarez lib. 1. de opere sex dierum, Suarez. cap. 8. num. 6. meliùs tribueretur Philastrio in hæresibus exortis sub Apostolis, cap. 47. nam terram dicit esse matricem vniuersalem omnium rerum, quæ idcircò ὕλη nominatur; tenent ex recentioribus Catharinus in cap. 1. Genes. Catharin. Torniellus loco suprà memorato. Torniell. Hoc pronunciatum quatenus contendit materiam primam posse naturaliter existere orbatam qualibet forma, à tota Philosophiæ via discedit, vt legere est apud Suarez tom. 1. Metaphys. disput. 15. sect. 8. Suarez. num. 9. quia verò nec diuinitùs conseruari posse absque omni forma substantiali non pauci, iique grauissimi Theologi perhibent, recensiti à Conimbricensibus lib. 1. Physicor. cap. 9. quæst. 6. Conimbr. art. 1. At quicquid de hoc, cuius oppositum verius consemus; non minus falsum est asserere de materia prima absque omni forma stare posse, quàm supponere cum quadam generica corporeitatis forma eandem consistere; quippè gradus ille cùm ex præcisione intellectus formetur, & ratione à differentiis tantùm separetur, in nullo instanti resli potest existere absque illis, nunquam igitur iis caruit reipsa. Deinde, vel accedente noua forma substantiali specifica destrueretur forma illa corporeitatis, aut non; si destruitur; ergo non est illa forma communis apta contrahere multas species contra id, quod volant sententiæ parentes: si non destruatur, igitur eadem materia potest simul esse sub duabus formis substantialibus; hoc autem defendere quantum naturæ legibus aduersetur, Suarez expendit Metaph. dispur. 13. sect. 3. num. 12.

11. Demus verò citra miraculum pro aliqua temporis duratione materiam primam posse absque omni forma existere, vel cum illa forma corporeitatis

reitatis in communi, tamen non ita contigisse in prima rerum creatione, inde colligimus, quoniam *Cælum*, *Terra*, *Aqua* producta fuisse scribuntur; quemadmodum ergo cælum, & aqua propriè sumpta, & cum rigore loquutionis, non sunt materia prima formis ipsarum despoliata, sed multa principaliùs ipsæ formæ specificæ cæli, & aquæ talem conflant denominationem; similem in modum, vt sacrum textum ritè interpretari cupiamus, asseremus, terram non esse materiam primam forma seiunctam, verùm ei copulatam; quamobrem aliter, quàm de propriis elementorum formis explicantes Magnus Basilius diuinarum litterarum deprauatores appellare non veretur Homil. 2. in Hexaëmeron. Nec verò aut Scripturæ, aut Patrum testimonia adiuuant; quippè, vt aduertunt Tertullianus contra Hermogenem cap. 28. Arnoldus Carnotens. tractatu de opere sex dierum, in principio. Angelicus Doctor 1. part. quæst. 66. art. 1. in corpore, & est vulgata Scholasticorum, & interpretum sacræ paginæ expositio, Tellus *vacua*, & *inanis* dicebatur, quia squalebat habitatoribus, fructibus, & omni decoramento viduata. Nominatur *inuisibilis*, quoniam aquis contegebatur, & spissæ incumbebant tenebræ; & quia hæc tam inculta gleba, quæ ob caliginem, & profundissimas aquarum voragines conspici non poterat, simul cum aliis elementis nondum suis coaptata ministeriis, aut ornatum sortita, fuere, ex quibus alia mista producta sunt, dicit Author Sapientiæ Orbem *ex inuisa materia* creatum, & Paulus, aptata esse visibilia ex inuisibilibus; quamquam locus Apostoli à S. Thoma lect. 2. in cap. 11. ad Hebr. vers. 3. exponitur de diuinis ideis, quæ internæ, spirituales, & inuisibiles sunt; ex quibus abstrusis in sinu Dei, tanquam ab exemplaribus formatus est Orbis; litteræ magis congruit alter datus sensus. Iam, quod ad Patres, & Theologos spectat, Marsilius, & Gabriel suprà exhibiti vacillant in sua declaranda mente, nec exploratam conclusionem statuunt: Basilius verò, Ambrosius, & Chrysostomus non loquuntur de carentia formæ substantialis specificæ, sed de priuatione ornatus, absque quo compositum existere poterat, quamuis horridum, & impolitum, essentialiter tamen consistens; quo more illos interpretatur S. Thomas 1. part. quæst. 66. art. 1. in resolutione. Magister in 2. dist. 12. §. *de quare*. Augustinus autem, vt iidem eum declarant, & ipsemet se explicat lib. 12. Confess. cap. 29. & lib. 1. de Genesi ad litteram cap. 15. & lib. 5. cap. 8. intelligendus est quidem de formis substantialibus cæli & terræ; sed quas prius tempore antecessisse materiam primam, & ipsas pro aliquo reali caruisse instanti haudquaquam admittit; solam prioritatem naturæ, & originis largitur; quo pacto explicat etiam S. Isidorus Hispal. lib. 1. sententiarum, cap. 10.

Arnold. Carnot.

S. Thom.

S. Thom.

Magister.

August.

Isidor. Hisp.

12. Quorsum terra *inanis* & *vacua* æstimata sit ob eos, quos habuit vultus sub nascentis mundi primis vagitibus, ostendimus, sed insuper animaduertisse operæ pretium est, pro *inani*, & *vacua*, in Hebræo esse תהו בהו *Thohu bohu*; cæterùm, ex mutatione primæ litteræ *Thohu in chohu*, apud Græcos, & Latinos emersisse dictionem *Chaos*, obseruat Eugubinus initio Cosmopœiæ. Sanè Chaos Græcis significare id, quod horridum, & deforme est, & pro hiatu, & voragine poni demonstrat Henricus Stephanus in lexico, in dictione χαίνω, pro qua significatione facit, quod apud Festum Pompeium legimus, inquientem, (*Chaos appellat Hesiodus confusam quandam ab initio vnitatem hiantem, patentémque in profundum, ex eo & χαίνειν Græci, & nos hiare dicimus*; & Hebrææ vocis non abhorrere etymon, quæ vastum, inane, desolatum sonat, defendunt Oleaster & Houcala; nomen etiam χάος id, quod antiquissimum sit, innuere, Suidas adstruit; quam iuxta interpretationem inter fragmenta M. Verrij Flacci, quæ cum Authoribus linguæ Latinæ circumferuntur, inuenimus ab eo traditum; *inchoaui*, (ait,) *ab inchoo dicendum putat Iulius Modestus, quia sit compositum à Chao initio rerum*; *Cohum enim apud veteres mundum significat*; igitur non minus Latinè, quàm Græcè vsus est vocabuli; quare non esse indeclinabile, qualia solent esse exotica nomina, rectè monuit Cerda in 4. Georgicor. vers. 345. *atque Chao densos Diuûm memorabat amores*, vltimo enim casu auferendi ponitur; quamobrem Lucæ c. 16. vers. 26. epulonem purpuratum Abraham alloquutus inquit; *& in his omnibus inter nos, & vos chaos magnum firmatum est*; quanquam in Græco textu χάσμα legitur, quo hiatus denotatur. Non tamen, vt quidam concepêre interpretes, errore pro Chasma Chaos scribi cœptum, sed ex industria repositum est, quia vtriusque dictionis eadem est significatio, & eo fortasse sensu Alcimus Auitus lib. 4. de Noëtico diluuio cataclysmi decrescentiam subinnuens, docet aquas in antiquum Chaos, id est, hiatus, & voragines ab exordio deputatas, rediisse vers. 554.

Auitus.

*Interea magnus Pontus se mole mouendo*
*In chaos antiquum linquens mundana redibat.*

Significat verò Epulonem profundissimo Tartaro demersum, ab cuius imo ad Limbum Patrum vasta intercapedo diuidat. Sumitur & pro *inferno* sæpiùs Chaos. Maro Æneæ. 6. vers. 265. Virg.

*Et Chaos & Phlegeton loca nocte silentia latè.*

Seneca in Medæa vers. 740. Seneca.

*Et chaos cæcum, atque ditis vmbrosi domum.*

& in OEdipo vers. 572. Valerius Flaccus Argonaut. lib. 1. vers. 830. quare Arator Poëta Christianus loquutus de Christi descensu ad inferos lib. 1. histor. Actuum Apostolicorum, Arator.

*——— pauidis resplenduit vmbris*
*Pallida regna petens, propria quem luce coruscum*
*Non potuit fuscare chaos.*

Accipitur & pro nocte atque *caligine*; ideò Aristophanes in Auibus, *nocturnum chaos* appellat; Seneca in Medæa vers. 9.

*Noctis æternæ chaos.*

Silius Italicus lib. 11.

*Namque chaos cæcam quandam sine sydere molem;*
*Non surgente die.*

Eodem modo Ecclesiastici Scriptores, Tertullianus carmine in cap. 1. Genes.

*Dum chaos, & nigra fuscebant cuncta tenebra.*

Hilarius Arelatensis metro simili,

*Omnia cùm tegeret nigrum chaos.*

Hymnus Ambrosianus, quo vtitur Ecclesia in vesperis Dominicæ; *Qui manè iunctum vesperi, diem vocari præcipis, illabitur tetrum chaos, audi preces cum fletibus*; quare veteres illi paganarum fabularum structores, *Erebum & Chaos* ex nocte

gemita

genita confinxerunt, vt Hesiodus cantat principio Theogoniæ, & Aristophanes in Auibus; ex quibus desumpsere Iulius Hyginus initio fabularum, & Phornutus, titulo, *de fabulis, quæ antiquorum litteris celebrantur*. Chaos item pro aëre inuenitur, vt probat ex Aristophane, & Ibyco Suidas, verb. χάος; & pro aquæ elemento, qua cum significatione vsurpasse Hesiodum exordio operis de generatione Deorum, volunt Iustinus Martyr oratione Parænetica ad Græcos, Plutarchus principio tractatus, *Aquáne, an ignis sit vtilior?* Rhodiginius lib. 26. cap. 5. Ioannes Brodæus ex Zenone, Phericide, & Talete comprobat, scholiis in lib. 1. Epigrammatum Græcorum, titulo εἰς ἔρωτα μιλιάχων. pag. 52. Phornutus loco nuper relato, vbi suggerit & pro ignibus interdum accipi; *quasi chaos*, (inquit,) ἀπὸ τοῦ καίειν, hoc est, *ab vrendo*.

13. Ita nominis, atque etymologiæ excussa ratione, disquiramus, quid per vocem illam significaretur? Ergo ante creationem lucis, cùm adhuc tenebræ Mundum operirent, siue pariter cum cælis omnibus quatuor elementa formata sunt, vt nonnullis visum; siue Empyreum inter cælestes Orbes tantùm, quæ nostra sententia est, pariter Terra, Aqua, Ignis, Aër; putabant aliqui quatuor elementa suis non repositis locis, globum confusum, & massam indiscretam confecisse, quam indigestam molem, rerum postea Author seiunxerit, & distribuerit; hanc igitur congeriem priusquam in ordinem redacta esset, *chaos*, hoc est, confusionem, appellatam: Zeno Veronensis serm. 1. in Genesim: *Sunt enim multi, qui asserere conantur chaos in principio fuisse, id est, informem, indigestámque latentis naturæ congeriem, aceruo quodam magnitudinis suæ per se, in se manentem; postea verò Deum hanc diremisse, ex eáque constituisse mundum, pariter & ornasse.* Augustinus de Genesi ad litteram, cap. 4. *Id, quod cælum, & terra appellatum est, materies erat confusa quædam; de qua mundus, qui duabus maximè partibus, cælo videlicet, & terra constat, digestis elementis, & accepta forma fabricaretur; quæ confusio χάος Græcè dicitur*; & similia idem lib. 1. de Genesi contra Manichæos, c. 7. & Hilarius Arelatensis Episcopus carmine de Genesis exordio.

*Nulla elementorum indigesta congeries sub initio Orbis.*

Zeno Veron.

Augustin.

Hilarius.

*Omnia cùm tegeret nigrum chaos, altaque moles*
*Desuper vrgeret informis corpora mundi,*
*Et caliganti premeret serotina nocte*
*Nec species, nec forma foret*, &c.

Hinc Hugo de S. Victore adnotationibus Elucidatoriis in Genesim cap. 5. & lib. 1. de Sacramentis, parte 1. cap. 5. astruit, *tria alia elementa præter terram confusa in vnum ad modum spissæ nebulæ super terram*; cui subscribit Magister in 2. dist. 12. §. *nunc superest*, &c. qui dist. 2. docet, hanc elementorum confusionem, & permixtionem à Græcis vocari *chaos*; hæc sententia, quam nominati Doctores ex aliena solùm mente referre videntur, quatenus sonat, elementa cum cælis penetrata fuisse, & natiuis sedibus inlocata, deserenda est, quoniam nec Scripturæ, nec ratio tale aliquid subsignificant, quin verò Moysaica narratio denotat, terram aquis substratam ima possedisse, quod naturaliter illi conuenit, huic vndæ superimpositæ, quæ totam contegebant glebam, aër latices superabat, hanc ignis, ignem firmamentum, cælis omnes Empyrea Beatorum regio; hæc communis elementorum, & cælestium Orbium dispositio, quam ab initio ordinatam fuisse sub eodem concentu, & distinctione, commonstraut Vielmius lectione 8. in cap. 1. Genes. Suarez lib. 1. de opere sex dierum, cap. 10. num. 12. quem in scopum Beda in Hexaëmeto iuxta principium: *Non enim hæc, vt quidam disputant, informiter inuicem mixta, sed terra ipsis, quibus & nunc est finibus vndique versum circumscripta; talis tunc erat tota, qualis adhuc sub imò maris profundo ex parte remanet: ipsa autem terra & aqua propterea nomen sortita sunt materiæ informis, quia priusquam in lucem venirent, vnde formositatem haberent, non erat*; eleganter Arnoldus Carnotensis tractatu de opere sex dierum, in principio: *quasi magni corporis membra, rerum naturas distinguens, propria loca, & nomina, congruas mensuras, & officia assignauit. Nihil apud Deum confusum, nihil informe in illa antiquitate fuit; quia rerum materia vbi facta est, statim in congruas sibi species formata est*; & paulò inferiùs: *æternum quidem de tam magnifico opere in eius sapientia fuit consilium, sed initium temporale nequaquam confusione illa, quæ dicitur chaos, latuit inuolutum.*

Hugo de S. Victor.

Magister.

Vielm.

Suarez.

Beda.

Arnold.

Porrò, de eiusmodi chao, de perturbato elementorum aceruo, nullas habentium certas notas celebris, & frequentissima memoria Scriptoribus Ethnicis, quos huius opinionis inuentores meritò nuncupauit Hugo Cardinalis in cap. 1. Genes. in illud, *tenebræ super faciem abyssi*, &c. inquiens: *Ab initio singula locum suum tenent, sed aquæ vaporabiles erant vsque ad sublunarem globum, tenues ad modum nebulæ; secundùm Philosophos verò attenditur illa confusio quoad elementorum confusionem in vnum chaos*, quam ita commentati sunt Gentilium Philosophi, atque Poëtæ magno numero, vniuersa nimirum conglobata fuisse, & indigesta, vt nullius certa lineamenta dignoscerentur; sic quippe tradunt Hesiodus principio Theogoniæ, Orpheus initio Argonauticæ, Apollonius Rhodius Argonauticor. lib. 1. v. 496. Silius de bello Punico lib. 11. vers. 455. Virgilius ecloga 6. vers. 31. Aristophanes in Auibus. Manilius lib. 1. Astronomicor. Ouidius lib. 1. Metamorph. fabula 1. Lucanus 1. Pharsal. vers. 74. Seneca in Thyeste vers. 830. Valerius Flaccus Argonauticor. lib. 1. vers. 830. Lucretius lib. 5. de rerum natura. Plutarchus de placitis Philosoph. cap. 6. Seruius in illud lib. 6. Æneæ. *& chaos, & Phlegeton*. Probus Grammaticus in eclog. 6. Maronis, in illud: *Namque canebat vti*, &c. & de iisdem testantur Moyses Ægyptius lib. 1. Ductoris dubitantium, cap. 13. Leo Hebræus dialogo 2. & 3. de amore: inaudierant quidem de Mundi vero exordio, quæ Moyses perhibuit, Ethnicarum Gentium Sapientes vndecumque illam hauserint notitiam, seu diuinorum voluminum lectione edocti, seu ex traditione ab antiquis seculis deriuata, seu Dæmon etiam manifestauerit, aut Sibyllarum expressetint oracula; his ex fontibus deriuasse annuunt Eugubinus non longè à principio Cosmopœiæ, & lib. 7. de perenni Philosophia, cap. 10. Pererius lib. 1. in Genes. num. 60. Annibal Rosellus tom. 1. ad Pymandrum Trimegisti lib. 5. comment. 1. cap. 2. Verùm aut rebus probè non intellectis, aut vt aliquid de suo addidisse ingenio viderentur, aut fabularum, quibus nimium addicti erant, insania quædam, de mundi principio insania plurima, falsa penè vniuersa, non leui tamen otiosæ Philosophiæ

14. *De Chaos, & mundi principiis Paganorum commento, & fabula.*

Hugo Card.

losophiæ apparatu in libros, & monumenta sua retoleruot; atque hinc alij ex infinitis principiis Orbem natum, alij ex atomis, seu minutissimis corpusculis voluêre; omniom solas aquas, aut solum ignem fuisse materiam, ab aliis traditum; sed uec poduit deliramentis copulare materiam primam, (quam Græci ὕλην nuncupant, vt admoneot Eusebius Cæs. lib. 15. de præpar. Euang. cap. 44. Laërtius in vita Platonis,) chaos oempè istud, de quo loquitor, Deo coæuum facere, & ingenitum, ex quo & Mundus, & Dæmones, & Numinum putidorum turba creata sit; hæc multi ex Poëtarum choro paulò aotea recensiti, speciatim Hesiodus, qua etiã natasse in cymba, quod plus mireris, Platonem esistimant Tertullianos contra Valentinianos cap. 15. Theophllus Autiochenus lib. 2. ad Autolycum; verùm de his ineptiis, & quos tam absurdæ cogitationes Magistros es barbata Philosophia nactæ sunt, docebunt Antonius de Zara in Anotomia ingeniorum sect. 3. membr. 2. Paulus Merula parte 1. Cosmographiæ lib. 1. cap. 3. Lipsius Manuductionis ad Stoicam Philosophiam lib. 5. dissertatione 6. & seqq. & lib. 2. Physiologiæ Stoicorum dissert. 2. Franciscus Picolomineus 1. parte naturalis Philosophiæ, lib. 2. de placitis Philosophorum. Rosellus tom. 1. in Pymandrum Trimegisti lib. 1. comment. 2. quæst. 1. Peterius lib. 4. Physicorum, Conimbricens. lib. 1. Physicor. cap. 7. quæst. vnica. Suarez tom. 1. Metaphys. disput. 13. sect. 3. & disput. 20. sect. 1. n. 23.

Lactantius. At oobis præstat cum Lactantio dicere lib. 2. instit. c. 8. *Nec audiendi sunt Poetæ, qui aiunt chaos in principio fuisse, id est, confusionem rerum, atque elementorum; postea verò Deum diremisse omnem illam congeriem, singulisque rebus ex confuso aceruo separatis, in ordinemque descriptis, instruxisse mundum, pariter & ornasse.*

15. His igitur Ethnicorum Sapientum de chao falsis opinionibus repudiatis, *chaos* cùm propriè hiatum, & voraginem denotet, immensum illud spatium, qood Orbis initio à terræ superficie ad Empyreum protendebatur, quódque postea loco vndarum tum omnem naturam penè occupantium, iugeotis magnitudinis corpora repleuerant aëris, ignis, orbium cælestium plurimorum, *chaos* intelligemus; nam illam intercapedinem cùm aquæ non semper occupaturæ essent, sed ad breue interuallum quoad alia formarentur corpora, speciatim firmamentum cum multitudine copiosa lucentium astrorum, velut hiabat spatium ipsum ad substantias, quæ illud pereunitet ad Muodi vsum, repleturæ erant: sin verò opponas voraginem, & hiatum propriè, *inanitatem* denotare, *& vacuum*, qualia tum noo dabantur, cùm abyssus, seu vndarum aggeres cuncta possiderent; dicimos, *hians*, atqoe *vacuum & inane* reputari, non quod penitus corpore destitutum est quouis, sed quod eiusmodi corporibus repletum est, à quibus eo quòd fluida siot, alia solida corpora vt transcurrant, subsidant, & mergantur, non impediuntor, cuius generis suot aër imprimis, & liquida omnia; quam ob causam *vacuum, & inane* de æthere, & mari specialiter dicuntur,

*Quis verus, & theologicus de Chao sensus.*

Iob 26. 7. Iob cap. 26. vers. 7. *Qui extendit Aquilonem super vacuum*; L X X. super *nihilum*. Aquila, *super inanitate*; denorarot verò aër ex communi interpretatione, ibi Caietanus succioctè, *Septemtrionem super vacuum, hoc est, aërem; antiqui enim aërem nominabant vacuum.* Aristoteles lib. 4. Physicor. cap. 6. textu 52. *itaque id esse inane, quod aëris plenum est*; & lib. 2. de partibus animalium, c. 10. *quod enim inane vocatur, plenum aëris est*, itidem & 2. de anima, cap. 8. textu 8. *Rectè autem à veteribus audiendi vacuo tribuitur authoritas, nam aër vacuum esse videtur; is autem est qui audire facit.*

Caietan.

Aristot.

Plinius. Plinius lib. 2. cap. 38. *& hoc cælum appellauere Maiores, quod alio nomine aëra; omne quod inani simile est*; probat variis Poëtarum testimooiis

Bisciola, & reliqui. Lælius Bisciola tom. 1. subcessiuarum horarum, cap. 2. probant quoque, & insuper adiongunt de mari pariter, quòd inane sit dici, Turnebus lib. 21. aduersarior. cap. 19. num. 340. Cerda io 6. Æneæ vers. 269. nota 8. qua forma loquitur Plioius lib. 6. cap. 1. & lib. 19. cap. 1. ait, *& à latere Oceani obstare ipsum qued vocatur inane.* Quamobrem, intercapedinem à terræ superficie ad cælum Empyreum cùm tenues latices, (esto & oonnulla spatia aër vindicauerit,) tum occuparent; inanis & vacua fuisse dici queat, & ideo vorago, & hiatus immensæ profunditatis reputari: illi igitur montes altissimi aquarum simul cum terra squalida adhoc, & deserta, pariter & tristibus vmbris totum Hemisphærium occopantibus, *chaos* vocabitur, id est, prima mundi fundamenta ornatu viduata, & tenebris caligioosis horrida; quo pacto accipiunt Tertulliaous initio Metti in principium Genesis. Hilarius Arelatensis carmine de eadem materia. Lactant. lib. 1. diuinar. institut. cap. 5. Epiphanius hæresi 31. Hugo Carensis, & Comestor ad cap. 1. Geoes. vers. 2. & ex veteribus Philosophis cæteris meliùs expressit Trimegistus, cùm Pymandri cap. 3. numer. 1. inquit; *erant autem in abysso tenebræ interminatæ, & aquæ, ac subtilis spiritus, intelligens diuina potentia existentia in chao.*

P.Sherlogi Aotiq.Hebt.Dioptra.

Terra in medio vniuersi sita est, vt probant Clauius in cap. 1. Sacroboscî. Conimbricenses lib. 2. de cælo, cap. 14. quæst. 3. art. 1. Rubius lib. 3. de cælo, & mundo, cap. 8. quæstione 2. Quemadmodum enim leuia sursum feruntur, ita grauia deorsum tendunt, & quo grauius aliquid est, eo fortiori impetu io depressa loca fertur, vt quasi in natiua sede quiescat; centrum autem mundi eiusdem infima habitatio est, à superis enim maximè distat, nam punctum est, à quo ductæ lineæ omnes ad circumferentiam primi mobilis soot æquales. Terra igitur, quæ summè grauis est, violentiam patietur, quoadusque teneat quod inter ima extremum est. Centro igitur Mundi cùm nihil profundius esistat, ibi terra quiescit, & fixè perseuerat; hinc fit etiam, vt centrum grauitatis terræ sit idem cum centro Vniuersi; quippè grauitatis centrum illud punctum est in corpore graui, quod infimum est intra ipsum, grauia eoim irrequieta sunt donec profundissima occupant, iofimum autem terræ, hoc est, grauissima portio ipsius Mundi infimo associatum est, aliter enim quod summè graue est intra naturam, qualis quidem terra; locum quo alius inferior non est, haud possideret; sed infima mundi est centrum Vniuersi: igitur centrom terræ est idem cum centro Vniuersi. At, oum centrum magnitudiois terræ idem com centro grauitatis ipsius? centrum quidem magnitudinis est punctum æqualiter

16. *Terra in medio Vniuersi sita.*

Clauius. Rubius.

*Centrum vtrunsque idem.*

liter remotum ab omnibus partibus extremis; cæterùm, vt hoc in corpore aliquo reperiatur, duo spectanda esse admonet Clauius in cap. 1. Sacrobosci; alterum, vt corpus sit perfectè sphæricum: secundum & potius, vt corpus sit vniforme in grauitate, hoc est, adæquatè plumbeum, aut ferreum; nam in sphæra partim lignea, partim ferrea, ac proinde inæqualiter graui, aliud est centrum grauitatis, aliud magnitudinis; quippè centrum magnitudinis in globi medio est: grauitatis autem punctum in grauiori parte existens, seu medium occupet, seu ab hoc declinet; ex quibus deducunt Conimbricenses lib. 2. de cælo, cap. 14. q. 3. art. 2. Ruuius lib. 3. de cælo, & mundo, c. 8. q. 2. assert. 2. cùm terra perfectè sphærica non sit propter montium altitudines, camporum planitiem, vallium hiatus; imprimis verò, quoniam partes terrestris globi non sunt eiusdem grauitatis, quia alibi metallis, lapidibus, stagnis abundat, alibi his omnibus carens siccior, & imponderosa est, has sanè ob causas centrum grauitatis terræ non esse idem cum centro magnitudinis eiusdem; quanquam admonent hæc physicè, & strictè tantùm vera esse, Mathematicè autem, cùm inæqualitas ob terræ magnitudinem, non censeatur notabilis, reputari pro eodem centrum magnitudinis, & grauitatis centrum. Nihilominus P. Vasquez tom. 1. in 1. 2. disput. 81. cap. 3. num. 21. arbitratur, etiam vt rigorosè loquendum sit, punctum grauitatis terræ, penetrari cum puncto magnitudinis Vniuersi, & cùm Tellus in vacuo pendeat, & tanquam imitata hinc atque hinc indescrepantis staterę æqua pondera, contingere vt quouis superaddito onere, vel impetu incusso, quando centrum grauitatis ex indiuisibili consistat, trepidare molem ingentem necessarium sit; quare elementum hoc continuis agitari motibus, annuit Salazar in cap. 8. Prouerb. vers. 29. num. 374. Idem sensisse videantur Petrus de Aliaco in sphæram Sacrobosci quæst. 3. conclus. 1. & Andreas Cisalpinus Peripateticarum quæstionum lib. 3. q. 5. Nicolaus Cusanus lib. 2. de docta ignorantia, cap. 12. Sed aliis placet centrum grauitatis terræ vno, atque indiuisibili puncto non circumscribi, sed ex pluribus coalescere indiuisibilibus; considerandum tamen elementum hoc ita exigere ratione grauitatis centrum Vniuersi, vt pariter exigat opportuno loco esse ad recipiendas cæli influentias, cùm his debeat vt tot diuitias pariat & hominum, & animantium comoditatibus; quare terram nunquam ita tremere, aut impelli, vt centri spatia mutet, quæ necessaria sunt ad cælum ita contuendum, vt ab eo foueri valeat; quod tamen vnum, aut alterum indiuisibile relinquat ex his, quæ centrum grauitatis constituebant, & hoc centrum nouum esse incipiat physicè tantùm, non autem cum detrimento influentiæ cælorum, parum referre vt dicatur, quia motus, qui in terra fit hac sub norma, imperceptibilis est, atque ita naturæ contemplatores cùm terræ, aut Vniuerso non præiudicet, illum paruipendunt, solliciti tantùm de illo motu, quo terra cælorum beneficiis defraudetur, aut mundi concentus inuertatur. Huc collimant Auersa Philosophiæ quæst. 46. sect. 6. Cæsius de mineralibus, lib. 1. cap. 8. sect. 1. num. 10. distinctiùs produnt Hurtado de Mendoça disputat. 3. de opere sex dierum, sect. 5. subsect. 2. §. 79. Nicolaus Caueus in Philosophia magnetica, lib. 1. cap. 18. Placet tamen magis terram nequaquam fluctuare, aut loco dimoueri etiam centro grauitatis tantùm considerato; quod volunt Salas tom. 2. in 1. 2. quæst. 51. tractatu 10. disputat. 6. sect. 3. num. 21. Rubius lib. 3. de cælo, & mundo, cap. 8. quæst. 4. Arriaga disputatione 4. de generatione, sect. 5. subsectione 7. Nierembergius lib. 5. Philosophiæ curiosæ, cap. 21. Nam certè quamuis terræ elementum mobile esset, & ab impulsu agitari huc illic possit: at non qualiscumque impetus ad tantæ molis superandam constantiam sufficeret, quemadmodum in Oceano, cùm dorsum eius tranquillum est ventis dormientibus, non cuiusuis pisciculi conatus satis est ad quassandam nauem, nisi monstrum aliquod immane, quales Balænæ, accedant. At quidem in terris, vt etiam magni impetus vincerent, cur terræ motus ingentes, quales non rarò Italia experta est, vicinæ Prouinciæ non sentiunt; itidem & de magnis exercitibus tanto cum strepitu præliantibus? Deinde, quamuis additum de nouo pondus exigeret, vt terra sedem mutaret. At cùm vniuerso plus conducat, ne elementa præcipua eius membra suis exturbentur locis, (pulchritudinem enim vniuersi commeodat stabiles habuisse sedes eius partes nobiliores,) cederet quod minus est spectabiliori, & proinde Author naturæ concursum negaret ponderi, nec terram diuelli signatis spatiis indulgeret. Ad hæc, qualis foret ille motus? non deorsum, quoniam plus descendere nequit quæ centrum Mundi occupat; non sursum, quia ascendere contra grauium propensionem est, non in circulum duceretur, quia talis motus repugnat motui deorsum; moueri igitur eam naturaliter impossibile est.

17. *Terra an motu trepidationis fluctuet.* Quòd si ne motus quidem trepidationis adeò occultus, vt sentiri nequeat, terræ admittendus non est; absurdam Pythagoreorum cogitationem omninò condemnare oportear, nam eius sectæ Aristarchus, & alij Solem cælestibus Orbibus immotum stare, terram verò esse, quæ circulariter ambiat, tradebant; cui adscribebant diurnum motum, qui peragitur vigintur quatuor horarum interuallo; hanc tam audacem sententiam Aristoteles insigniter confutat lib. 2. de cælo, cap. 14. textu 101. & 102. Nam aut motu recto, (inquit,) concitanda esset, vel circulari; non motu recto, quia dimota à suo centro, quòd summè distat à cælo, non possit nisi versùs idem cælum moueri, quod enim ab infimo discedit, cælo approximat, quod est ab imis ad supera transire, & scandere: at terra cùm sit summè grauis, nequit sursum ferri naturaliter, igitur nec recto moueri cursu: quòd etiam motu circulari non agitetur, liquet; quoniam duo motus incompossibiles non possunt eidem rei ab intrinseco conuenire; sed terræ conuenit ab intrinseco ferri motu recto deorsum ad centrum propter innatam grauitatem; igitur non potest eidem motus circularis, qui huic aduersatur, competere. Deinde, quia lapis, aut sagitta in altum iactæ in eundem locum recidunt; certè plumbeus globus dextera, & artifici manu ex turri altissima, muróve sublimi dimissus, punctum terræ infra se positum, perpendiculariter, &

*Conimbr. Ruuius, & alij.*

*Aristot.*

& adamuffim continget. Hoc autem non accideret fi retra moueretur; cùm enim motus ille, qualis nunc Solis, velociffimus, & rapidiffimus effet, interim dum plumbeus defcenderet globus pars glebæ, quæ illi correfpondebit, fitum mutaret, & ftadiis plurimis diftaret: & quidem pacato cœlo, & ventorum quiefcentibus flabris tormento bellico emiffa pila eiufdem ponderis & magnitudinis, & cum puluere rationis tam versùs Orientem, quàm versùs Occidentem idem terræ fpatium percurrit; aliter verò contingeret, & præter experientiam fi terra feftinantiffimè circuiret, hac enim in Orientem properante, iactus ille, qui velocitate cum gleba certare non poffet, non tantum Orienti approximaretur, quantum alter iactus Occidenti, versùs quem terra non moueretur. Adde, quem affignant terræ curfum properantiffimum effe, fagitta, & volatu auium celeriorem, quomodo homines & animantia tanto raptatu fatigationem non fentiunt? aut quo pacto ædificia non corruunt gleba, qua fuftentantur, fuis diuulfa fedibus? Hæc etiam

Alliac. Card. argumenta breuiter perftrinxit Petrus de Alliaco Cardinalis quæftionibus in Sphæram Sacrobofc. quæft. 3. conclus. 3. Sed Ariftarchi Samij, & aliorum Pythagoreorum confepultam multa per fecula opinionem, & à fapientioribus quibufque meritò contemptam centum, aut nonnihil amplius abhinc annis obtrudere iterum conatus Mathefeos Profeffor Nicolaus

Copernic. Copernicus lib. 1. de reuolutionibus orbium cœleftium cap. 5. 10. & 11. ei fectariorum nonnulli plauferunt, ex Catholicis vix qui faueret, nactus. Nam qui per idem tempus, quo fua Copernicus euulgabat, fcripfit

Cœl. Calc. aliquid Cœlius Calcagninus de perenni terræ motu ad Bonauenturam Piftophilium, materiam remifsè, & obfcurè pertractauit. Vir autem non

Stunica. fegniter eruditus Didacus à Stunica familiæ Auguftinianæ, laudauit quidem opinionem aliquando commentariis in Iob Toleti in lucem datis anno 1584. in cap. Iob 9. verf. 5. *qui commouet terram de loco fuo*; aft idem re exactiùs perpenfa, cùm etiam Toleti anno 1597. Philofophiam typis daret, Copernici doctrinam vt improbabilem defugit 1. part. lib. 4. Phyfic. cap. 5.

18. *De terra circulari motu opinio Nicolai Copernici.* Sed Nicolai Copernici & fequacium eius ingeniis, vt Ariftotelis difputationes penitus non fatisfacerent, lectis tamen diuinæ paginæ apertis vocibus animum fubmittere debuerant; quid enim mage perfpicuum? Ecclefiaftæ

Eccl. 1. 4. cap. 1. verf. 4. *Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum ftat*; atque hoc de glebæ conftantia, & immobilitate, ftatim verò non minus difertè de gyrationibus & ambulatione Solis; *oritur fol, & occidit, & ad locum fuum reuertitur, ibique renafcens gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem, luftrans vniuerfa in circuitu pergit Spiritus, & in circulos fuos reuertitur.*

Pf. 92. 2. Pfalm. 92. verf. 2. *etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur?*

Pf. 103. 5. Pfalm. 103. verf. 5. *Qui fundafti terram fuper ftabilitatem fuam, non inclinabitur in feculum feculi.*

1. Par. 16. 30. Paralipom. 1. cap. 16. verf. 30. *ipfe enim fundauit orbem immobilem*; fed de agili Solis planeta

Pf. 18. 7. Pfalm. 18. verf. 7. *exultauit vt gigas ad currendam viam, à fummo cælo egreffio eius*;

& nónne prodigium celebre, quòd fol fteterit Iofue cap. 10. verf. 13. Iof. 10. 13. Si igitur litteralis Scripturæ fenfus ex primigenia & vulgari dictionum fignificatione hauriendus eft, quid huic interpretationi magis aduerfatur, quàm diuino proclamante oraculo *folem currere, & gyrare*, de eodem affirmare fydere, *fixum & immotum ftare*? cùm autem terræ ftabilitas adfcribatur, & ferri ex loco in locum denegetur, ei *circulationem* indicere? Quòd fi etiam Patrum & Theologorum vnanimis declaratio hiftorici intellectus certum argumentum eft, quinam ex Ecclefiæ ductoribus? qui ex Scholafticis aliter præfatas fententias expofuerunt, quàm vt terræ immobilitatem, Soli feftinationem & curfum tribuerent? & quidem, vt Philofophicis examinatis rationibus, minùs capere valerent, quónam pacto grauiffima terræ moles in medio vniuerfi quafi in vacuo librata fubfiftere poffit, nec aut fluctuaret, aut decideret, tamen Deo modum fuppetere, quamuis ipfis ignotum credere maluerunt, quàm vim tam manifeftis facrarum litterarum teftimoniis inferre; quam laudem meruerunt Iuftinus Martyr quæft. 130. Iuftin. Mart. Ambrofius Hexaëmeri lib. 1. cap. 6. Ambrof. Nazianzenus catena Græca in Iob, in Nazianzen. illud cap. 26. *Sufpendens terram fuper nihilum*, &c. Damafcenus lib. 2. de fide Orthodoxa Damafcen. cap. 10. Profper in illud Pfalm. 103. Profper. *fundauit terram fuper firmitatem*, &c. *vt illa vis, qua fuftentatur, & continetur, firmitas ipfius dicta fit, quæ licèt abfcondita à nobis fit, tamen rectè creditur in fapientia, & virtute creatoris, qui omnia in fe firmauit*. Bafilius homil. 2. in Hexaëmeron, Bafil. quem ideirco commendat Philopo. lib. 3. de creatione mundi cap. 7. Philoponus. & generatim Auguftinus lib. 2. de Genefi ad litteram Auguftin. cap. 9. *Hoc enim verum eft, quod diuina dicit authoritas, potius quàm illud quod humana infirmitas coniicit*; atque iftum quidem in morem Patres illuminati pro humilitate fua, à qua modeftia recedentes qui vnos fe doctos putant, cum fuis refragari principiis Sanctæ paginæ verba confpiciunt, *etiam clara & manifefta, obfcura & incerta effe refpondent*, vt admonet Auguftinus libro de opere Monachorum cap. 9. qua conuictus de culpa Nicolaus Copernicus, eius condemnata eft opinio fub Paulo V. facræ Congregationis de Indice decreto, quod exhibent Tannerus tom. 1. in S. Thomam difp. 6. quæft. 4. dub. 3. num. 6. Tannerus. S. Thom. & alij. Fromondus Antearistarchi cap. 5. atque hæc nimirum anno 1616. quinta die Martij; eiufdem confirmationem alteram fub annum 1632. profert idem Fromondus principio tractatus, quem *Veftam* nuncupauit. Notant eandem doctrinam Pineda in Iob cap. 9. verf. 6. & in cap. 1. Ecclefiaftæ verf. 4. §. 3. num. 6. Lorinus in cap. 4. Actor. verf. 31. Serrarius in cap. 10. Iofue quæftion. 14. Tannerus in 1. part. difputation. 6. quæft. 4. dub. 3. numer. 6. Alapide in cap. 1. Ecclefiaftæ verf. 4. Boulduc. in cap. 9. Iob verf. 6. Auerfa tom. 2. Philofophiæ quæft. 31. fection. 2. fusè Marinus Merfennus in cap. 1. Genef. verf. 10. quæftion. 9. artic. 4. Lambertus Fromondus in Antariftaracho cap. 5. & ex Mathematicis Clauius in cap. 1. & 4. Sphæræ Sacrobofci. Maginus in confutatione Deatribæ Iofephi Scaligeri in Præfatione.

Paulus Merula in Cosmographia generali lib. 3.
cap. 15. Philippus Appianus apud Tychonem
Brahe de noua stella Cassiopeæ cap. 8. & ipse
Tycho Brahe epistola ad Rothmannum 21. Fe-
bruarij anno 1589. vbi ait; *maior enim est, & esse
debet diuinarum litterarum authoritas, quam vt sic
in modum cothurni eas trahi debeat*; & rursum al-
tera ad eundem Rothmannum data epistola 18.
Aprilis anno Christi 1590.

---

## SECTIO III.

*Tempus quotuplex? eius naturæ ratio. Num simul concreatum primis cum Mundi exordiis?* Noctis, diei, vesperarum *nominibus quid rigorosè significatum? Tenebræ quamdiu rebus dominatæ sub principio Orbis? An vniuersales?*

19. CÆli & Terræ natalia contemplati sumus:
at quando fuêre producta? cum tempore
Gen. 1. 5. nimirum: *In principio*, (inquit Moyses Genes.
cap. 1. vers. 1.) *creauit Deus cælum & terram*, id est,
initio temporis, vt habet loci istius nobilior in-
terpretatio, quam exhibuimus lib. 1. dissertatio-
ne 3. sect. 2. num. 11. Verùm, qualis illa portio
temporis? an dies & splendor? an potiùs nox
Caietan. & caligo? Diem fuisse probat Caietanus ex Ge-
nes. cap. 2. vers. 4. *Ista sunt generationes cœli & ter-
ræ quando creata sunt, in die quo fecit Dominus Deus
cælum & terram*; quæ declarans præfatus author
in Genes. cap. 1. vers. 5. in illud, *factúmque est ve-
spere, & manè*, &c. inquit, *vbi clarè explicatur,
quando creati sunt cœli & terra, fuisse diem, vt abs-
que omni hæsitatione intelligamus, in principio tem-
poris, eodémque ipsomet principio diei artificialis
Deum creasse cœlos & terram, & concreasse lucem*;
idem stabilitur Exod. cap. 20. vers. 11. *Sex enim
diebus fecit Dominus cælum & terram, & mare, &
omnia, quæ in eis sunt*; diei igitur & claritudini
lucis consociata est productio cœli, & terræ.
Partes etiam mundum luce fulgente prodiisse
testantur citati à Martinengo tom. 1. glossæ Ma-
gnæ in Genes. cap. 1. ad illud, *In principio*, pag. 79.
iuxta quam sententiam Hymnus Dominicæ ad
Matutinum; *primo die, quo Trinitas beata Mun-
dum condidit*; libenter admittimus tritam veri-
tatem, nempè, tempus fuisse proprium & ve-
rum, cùm cœli & terræ facta est nascentia; Con-
cilium enim Lateranense sub Innocentio III.
cap. 1. *firmiter*, &c. adstruit, Deum omnipotenti
virtute sua simul ab initio temporis vtram-
que de nihilo condidisse creatura, spiritualem
& corporalem; igitur initium temporis erat
quacunque prodeunte creatura; disputare ta-
men iuuat, quo certæ huius doctrinæ robur
plus enitescat: cœlum & terra sub tenebris ex-
orta sunt, nam post enarratam illorum produ-
ctionem subnectit diuina locutio; *& tenebræ
erant super faciem abyssi*; sed obscuritas illa tene-
brarum non erat pars aliqua temporis; igitur
quando cœlum cum terra productum fuit, non
existebat tempus aliquod; quòd verò tenebræ
illæ non spectarent ad partem aliquam tem-
poris, liquet; nam vel essent *dies*, aut *nox*,
aut saltem *vespera*; sed nihil horum potuerunt
esse; & primò, quòd non esset dies, constat;
nam de conceptu diei est lux, vnde hoc cap. 1.
Genes. vers. 5. *appellauitque lucem diem, & te-
nebras noctem*; tunc autem lux non erat, sed ca-
ligo & obscuritas, vt supponitur: quod etiam
tenebræ illæ rationem ooctis, si loquendum
sit cum proprietate, non haberent, demonstro;
quippe noo qualiscunque luminis priuatio est
nox, sed eius, quam terræ, (vel alterius æqui-
ualentis corporis,) opacitas interuentu suo
causat, dum Soli opponitur, & ne radios suos
spargat, impedimento est, vt declarant Eu- Eustath. Antioch.
stathius Antiochenus in Hexaëmeri princi- Beda.
pio. Beda de ratione temporum cap. 5. Da- Damascen.
mascenus lib. 2. de fide Orthodoxa cap. 7. Hu- Hugo.
go de S. Victore lib. 1. de Sacramentis part. 1.
cap. 9. Magister in 2. distinct. 13. §. 3. Ioan- Magister, & alij.
nes Philoponus apud Photium in Bibliotheca
cod. 240. Thomas Anglicus in illud Genes.
cap. 1. *appellauitque lucem diem*, &c. Burgensis
additionibus ad cap. 1. Genes. §. *notandum est*,
&c. Plinius lib. 2. histor. natur. cap. 20. Deni-
que perspicue B. Thomas 1. part. quæst. 67. art. 4. S. Thom.
ad secundum; atqui primæ illæ mundi tene-
bræ non sunt causatæ ab interuentu alicuius
corporis opaci, quia ante ipsas nullum fulge-
bat corpus lucidum, quod obscurari possit cor-
poris opaci interiectu, prima enim quæ extitit
in rerum natura lux, tenebras illas subsequu-
ta est, vt constat ex principio Genesis; igi-
tur rationem ooctis propriè acceptæ ooo ha-
buerunt.

Hæc etiam eadem inde colligimus; quo- 20.
niam, vt optimè aduersùs Theodorum Mops-
uastenum disputat Ioannes Philoponus lib. 2. Philoponus.
de mundi creatione cap. 18. Nulla nox simul
totum terrarum orbem obscurat, sed huius
partem aliquam; cuius dicti ratio est, quam
perhibet Augustinus lib. 1. de Genesi ad litte-
ram cap. 10. Beda ex Augustino libro de Tem- Augustin.
porum ratione cap. 3. Rabanus de vniuerso Beda.
lib. 10. cap. 4. Anglicus Doctor citata iam 1. Rabanus. S. Thom.
partis, quæst. 67. art. 4. Quooiam ita compa-
ratum est, vt quo tempore in vno Hemisphæ-
rio lux regnat, in alio tenebræ dominentur;
nam, vt memoratus Philoponus allegato lib. 2.
cap. 17. obseruat, *certum est non immutabiliter
eundem apud omnes nationes diem esse, neque no-
ctem; quæ enim apud nos, v. gr. est tertia diei
hora, apud Indos fortè sexta est, & apud eos, qui
Oceanum occidentalem accolunt, prima est, atque
ita contingit aliter se habere apud alios, neque enim
apud omnes iidem sunt ortus & occasus, sicut ex de-
fectionibus Solis & Lunæ manifestum fit, cum
vna, eadémque hora non apud omnes appareant*;
quem discursum eruditissimè prosequitur Mo- Molina.
lina disputat. 7. & 8. de opere sex dierum; ex
quo deducit, in populis diuersorum climatum
orbis contingere, vt apud nationem vnam sit
dies Dominica, qui obligat ad feriandum, in
altera sit dies Lunæ, in qua laborare licitum
est; in vna feria quinta, qua carnibus vesci
nihil prohibet, in alia feria sexta, qua à carne
abstinetur; quem eius discursum sequitur, & ab-
breuiat Becanus cap. 3. de opere sex dierum, sub Becanus.
fine; cùm igitur de conceptu ooctis sit seruatis

oaturæ

naturæ communibus legibus, vt non simul vniuersæ terræ incumbat, sed partem solùm obscuret; tenebræ illæ primæ, quæ totum inumbrabant Orbem, quin alicubi splendor emicaret, seruata loquendi proprietate, non potuerunt noctis sortiri appellationem. Iam verò, quod nec eædem tenebræ *vespera* nomine legitimè afficiantur, constat; quoniam vespera aliquid lucis includit, vt commonstrat ex sacris, & prophanis authoribus, Pererius disput. 2. in cap. 12. Exodi; atque id speciatim respectu Hebræorum, quorum consuetudini attendendum maiori cura in expositione sacrarum litterarum, vesperi enim peragebatur apud illos Agni immolatio; quare hæc diei periodus claudebat fermè quatuor horas, id est, à nona, (quæ correspondet tertiæ post meridiem apud nos,) ad inchoationem duodecimæ; vt disertè traditum est à Iosepho lib. 7. de bello, cap. 17. quam vesperæ descriptionem, vt germanam magis deosculantur citatus nuperrimè Pereira, Masius in c. 5. Iosue vers. 5. ibidem Serrarius quæst. 31. Caietanus ad cap. 12. Exodi vers. 6. & cum eo Alapide, & Bonifrerius. Ribera de templo, lib. 5. cap. 3. Iansenius concord. cap. 143. Lorinus Leuitici cap. 23. vers. 5. Quando igitur lucis nonnullas horas complectatur vespera, talis appellatio densæ illi, & vniuersali caligini quadrare nequeat. Verùm iam quasi à priori demonstremus, quamobrem tempus non fuerit ab exordiis rerum, quippè tempus, *est numerus motus ratione prioris, & posterioris*, vt definitur ab Aristotele 4. Physicor. cap. 11. textu 101. Sed tunc non erat motus, per quem mensuratur, & regulatur tempus; ergo nec ipsummet tempus: defuisse autem motum, qui sit regula tempori, liquet; nam talis motus non est qualiscumque, sed primi mobilis per conuersionem supremæ sphæræ; hic enim motus cùm sit notissimus, & certissimus ratione astrorum, atque Planetarum, quæ sunt data *in signa, & tempora, & dies, & annos*, Genes. cap. 1. vers. 14. maximè aptus est, vt sit mensura temporis; nec horologia conferunt nisi quatenus regulata cum motu cæli; quas ob causas de hoc motu absolutè, & simpliciter dici consueuit tempus esse, idque ex phrasi Theologorum, Philosophorúmque, vt edocent Suarez tom. 2. Metaphys. disput. 50. sect. 10. num. 11. & Conimbricenses 4. Physicor. cap. 14. quæst. 1. art. 2. Sed in principio Mundi non erat motus primi mobilis, quoniam iuxta nostram sententiam Orbes cælestes, qui mouentur, non sunt tunc producti; tantùm enim concedimus productionem cæli Empyrei, quod non voluitur, neque circumagitur, sed fixum manet; igitur, subtrerum initio motus ille, à quo genuina temporis natura sumitur, defuit; & consequenter tempus, quod in tali fundatur motu, non existebat: producta autem tunc fuerunt cælum & terra; ergo falsò, & alienè adstruitur pariter cum cælo & terra comproductum fuisse à Numine, tempus verum, & reale, & hæc singula coæua existimanda.

[Margin: Perer. — Iosephus. — Pereira. Masius. Serrar. Caietan. Alapide. Bomfrer. Ribera. Iansen. Lorin. — Aristot. — Gen. 1. 14. — Suarez. Conimbr.]

21. *Tempus quotuplex.* Vt his obiectionibus satisfaciamus, & propositam superiùs assertionem communis doctrinæ tueamur, aduerto, tempus propriè intellectum dupliciter sumi; vno modo pro duratione intrinseca motus cuiuslibet, & sic multiplicantur tempora æquè ac motus; altero more pro mensura extrinseca ex arbitrio, & voluntate hominum, qualis est motus primæ sphæræ & mobilis, & ita tempus vnum, atque determinatum est; in hunc sensum Augustinus lib. 12. de ciuitate, cap. 15. *At si tempus non à cælo, verùm & ante cælum fuit, non quidem in horis, & diebus, & mensibus, & annis, (nam istæ dimensiones temporalium spatiorum, quæ vsitatè, ac propriè dicuntur tempora, manifestum est, quòd à motu syderum cœperint, vnde & Deus cùm hæc institueret, dixit, & sint in signa, & in tempora, & in dies, & in annos,) sed in aliquo mutabili motu, cuius aliud anterius præterierit, aliud posterius successerit, eò quòd simul esse non possint; sic ergo ante cælum in Angelicis motibus tale aliquid fuit, & ideò tempus iam fuit*, &c. Similia idem lib. 2. de Genesi ad litteram, cap. 14. & lib. 8. cap. 20. resoluit verò citra dubitationem lib. 11. Confessionum, cap. 23. *Audiui à quodam homine docto, quòd Solis, ac Lunæ, ac syderum motus, ipsa sint tempora, & non anni; cur enim non potiùs omnium corporum motus sint tempora? an verò si cessarent cæli lumina, & moueretur rota figuli, non esset tempus, quo metiremur eos gyros, & diceremus aut æqualibus morulis agi, aut si aliàs tardiùs, aliàs velociùs moueretur, alios magis diurnos esse, alios minùs?* atque sub finem eiusdem capitis: *Nemo ergo mihi dicat cælestium corporum motus esse tempora, quia & cuiusdam voto cùm Sol stetisset, vt victor Iosue prælium peragere, Sol stabat, sed tempus ibat; per suum quippè spatium temporis, quod ei sufficeret, illa pugna gesta, atque finita est*; quibus verbis alludit ad ea, quæ Iosue cap. 10. vers. 12. narrantur, cùm ad mandatum Iosue Sol constitit; quamuis enim tunc quies esset cælorum, stellarúmque, tamen per ordinem ad quietem tempus considerabatur; quippè non solius motus rerum tempus est mensura, verùm pariter & quietis, vt Molina benè suggerit 1. parte, disputat. 7. de opere sex dierum, ad finem. Augustino consentit S. Thomas in distinct. 12. quæstione 1. articul. 5. & opusculo 48. tractatu 3. de prædicamento quantitatis, cap. 7. & exponens illud Apocalyps. cap. 10. vers. 6. *& iurauit per viuentem in sæcula sæculorum, quia tempus non erit ampliùs*, &c. (si tamen eius est commentarius ille;) *Tempus*, (inquit,) *duobus modis accipitur; vno modo prout est mensura primi mobilis, & sic non erit, quia stabat firmamentum, Sol, & Luna, & cætera Planetæ. Secundo modo dicitur tempus prout est motus rerum mutabilium, sic erit tempus*, &c. 3. parte, quæstione 84. articul. 3. ad 5. *Dicendum, quòd quamuis post resurrectionem non erit tempus, quod est numerus motus cæli; tamen erit tempus ex numero prioris, & posterioris in quocumque motu*; nec de tempore aliud cæteri passim docent Scholastici.

[Margin: Augustin. — S. Thom. — Apoc. 10. 6.]

Dicimus ergo, non fuisse ab initio tempus iuxta vulgarem acceptionem mensuræ extrinsecæ desumptæ à motu cæli, quod primum mobile est, & reuolutione ipsius; fuisse tamen secundùm essentialem conceptum temporis, qui consistit in numero motus ratione prioris, & posterioris in se tantùm spectato, & cum præcisione à relatione, & ordine ad mensuram extrinsecam cuiusque motus cælestium sphærarum; nam quidem vel ipsæ creaturæ, quæ productæ fuerunt, habuerant aliquod genus motus cum respectu ad vbi, & locum, vel per mutationem duratio- 22. *Eius natura ratio.*

num; & si ita contigit, habetur intentum, quia habetur verus motus, in quo temporis natura fundatur; vel ab omni penitùs motu cessarunt, & plenam habuere quietem; nihilominùs tum etiam tempus benè considerari valeat, secundùm enim Angelicam, vel humanam cogitationem apprehendi queat, quantas vbicationes adquirere possit quælibet natura pro illius quietis mora, quantum etiam durare, & viuere possit, cùm pro quolibet instanti à causa prima annihilari eam, & destrui promptum sit; igitur per imaginariam successionem colligi potest, an Mundus, vel cælum quantumcumque quiescens, magis, vel minùs durasse, vel quieuisse in loco

S. Thom. putaretur; & hoc est, quod à S. Thoma traditur 1. parte, quæst. 66. art. 4. ad 3. vbi inquit: *Accidit tempori, quòd sit numerus motus firmamenti, in quantum hic motus est primus motuum: si autem esset alius motus primus, illius motus esset temporis mensura, quia omnia mensurantur primo sui generis; oportet autem dicere statim à principio fuisse aliquem motum, ad minus secundùm successionem conceptionum, & affectionum in mente aliqua; motum autem non est intelligere sine tempore, cùm nihil aliud sit tempus, quàm numerus prioris, & posterioris in motu;* cui subscribunt Suarez lib. 1. de opere sex dierum, cap. 9. num. 10. Conimbricenses lib. 4. Physicor. cap. 14. quæst. 1. art. 2. Tannerus in 1. part. disput. 4. quæst. 1. dub. 2. num. 22. Luisius Turrianus parte 1. select. disputationum, disput. 11. dub. 4. Iusta hoc igitur respondendo ad obiectiones suprà meditatas, cùm dicitur, omne tempus esse vel diem, vel noctem, aut vesperam; solutio est, veram esse hanc doctrinam de tempore vsuali, & noto mortalibus; attamen conceptus essentialis temporis, & ex Philosophorum acriori speculatione, ab his nominibus abstrahit, & solùm dicit motum, omnem successionem, & numerationem prioris, & posterioris vel realem, vel saltem imaginariam: vnde, cùm talis motus datetur sub tenebris caligantibus Orbem

*Noctis, diei, & vesperarū nominibus quid rigorosè significatum.* recens enatum, ideò tunc dabatur tempus strictè sumptum, verùmque, & proprium, quamuis neque nox, neque dies, neque vespera nuncupare-tur; quæ sunt vocabula postea adaptata ob rationem lucis, & eius occultationis interpositu corporis opaci, óbque motum primæ sphæræ, conuersionémque Planetarum, & sydeum; ita

Hugo de S. Victor. Magister. Bonauent. Hugo de S. Victore lib. 1. de Sacramentis, part. 1. cap. 9. Magister in 2. dist. 13. §. 2. Bonauentura in 2. dist. eadem art. 2. quæst. 2. sub finem. Sed quoniam huic solutioni obstat pars altera propositi nodi, quæ contendebat ex Scripturæ, & Patrum testimoniis, Mundi prima die Orbem creatum fuisse, ac proinde tempus, quod tunc erat, non caruisse saltem nomine diei, quæ est appellatio temporis vulgariter cogniti homini-

*Tenebræ quādiu rebus dominatæ sub initio Orbis.* bus; admittimus quidem hoc, verùm vt diem vocandum concedamus, aduertimus non inde sequi quin densæ tenebræ omnem lucem præcesserint, & faciem Orbis occultauerint; sed quoniam tenebræ illæ breuissimæ fuerunt, quorundam sanè iudicio paucorum instantium, ideò caliginem ferè nihil perseuerantem diei strictò vocabulo non obesse, quod enim exiguum, & transitorium est, velut pro nihilo reputatur; quare absolutè dici posse Mundum cum luce incœpisse, & die, non autem noctu conditum;

De S. Victor. quo loquendum esse modo opinantur Hugo de S. Victore lib. 1. de Sacramentis, parte 1. cap. 6.

Ægid. Rom. Ægidius Romanus 1. parte Hexaëmeri cap. 22.

Pererius. Pererius lib. 1. in Genes. num. 80. Ascanius Mar-

Ascan. Mart. tinengus tom. 1. Glossæ Magnæ in cap. 1. Genes. in illud, *In principio*, &c. pag. 88. Suarez lib. 2.

Suarez. de opere sex dierum, cap. 3. num. 7. Torniellus

Torniell. die 1. Mundi num. 8. Leonardus Marius in cap. 1.

Marius. Genes. num. 26. & insinuant principio Hymni, qui canitur in ecclesiastico Breuiarij Officio ad vesperas Dominicæ: *Lucis creator optime, lucem dierum proferens, primordiis lucis nouæ Mundi parans originem.* Nam quid est mundi parare originem nisi prima eius iacere fundamenta, aliquid ipsius Orbis producere, quod esset inchoatio, & primordium ipsius? Hoc autem patratum fuisse sub nouæ lucis exordiis Hymnus memorat; quòd si quidem lucem eam tenebrarum non paucæ horæ anteuerterant, cùm ante ipsas cælum, & terra producta essent, equidem non satis legitimum horum transcribi creationem in lucis natiuitatem; splendorem igitur caligo breui admodum obtexit interuallo.

---

## Sectio IV.

*Aquarum productio: quid significatum Abyssi vocabulo? Num terræ & aquæ idem grauitatis centrum? & vnum conficiant globum? atque Oceanus tellurem cingat? An natiua eorum loca, quæ modò occupant? Quo pacto distributæ per Orbem aquæ? & num maria alterum alteri commisceatur? Aquæ terris comparatæ an depressiori loco natant? Qui libratores aquarum vocati? Fluminum, & fontium qualis censenda origo? Quæ causa æstus marini per crebros fluxus, & refluxus vndarum? Cur latices aquarum alij dulces, & potabiles, alij salsi? Salsedinem è quibus trahant?*

Simul orta cælum, tempus, elementum terræ, 23. *Aquarum productio.*
simul effluxisse præmonstrauimus, addimus pariter, & aquas à Deo sub eadem concreatas

Gen. 1. 2. periodo, quippe statim sacra narratio Genes. c. 1. vers. 2. *Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi, & spiritus Dei ferebatur super aquas*, videlicet super latices, quos vnà cum Empyreis sedibus, & telluris ambitu Numen produxit; atque vt ipsum aquarum expressum defuisset nomen, tamen ex *Abyssi* vocabulo earum sufficienter deduceretur ratio; quanquam

*Abyssus.* enim Abyssus generatim denotare possit quamlibet voraginem, cuius fundus reperiri nequeat,

Suidas. vt Suidas exponit in eius vocis etymologia, inquiens: Ἄβυσσος *dicitur altitudinis immensa vorago, cuius ima profunditatis pars inueniri non potest: Iones enim ipsam profunditatem, quam Græci communiter βυθὸν appellant, βύσσον vocant; & addita α, vim intendentis habente, maximam, vel immensam profunditatem*

*funditatem denotat*. Nihilominus ex vsu significationes, sub qua dictio illa à Cauonicis accipitur Sctiptotibus, & à diuinarum litteratum expositoribns, ad impermeabilem aquarum profunditatem restringitur, qualis sanè in Mundi natalitio; quicquid enim interiacet spatij à terræ superficie ad cælum Empyreum, id totum ab aquis repletum aliquandiu sub illis exordiis creditur; quanta igitur profunditas aquarum tot Orbium sedes occupantium? Porrò linguam sanctam *Abyssum* intelligere de aquarum ingenti mole, ostendit fusè Alcaxar, productis restimoniis plusquam triginta Apocalypf. cap. 9. vers. 1. notat. x. Nominis eandem causam Patres agno-

Basilius.

scunt: Basilius Homil. 2. in Hexaëmer. *Quid Abyssus significat? copiosam aquam, ad cuius fundum haud facilè penetrari poterit deorsum versùs.*

Ambros. Chrysost. Theodor. Augustin.

Ambrosius lib. 1. Hexaëmer. cap. 8. Chrysostomus in Psalmo 103. vers. 6. *Abyssus sicut vestimentum amictus eius*, &c. Theodoretus ibidem. Augustinns lib. 22. contra Faustum Manichæum, cap. 11. & in Psalmum 41. vers. 8. *Abyssus abyssum inuo-*

Theophil. Damasc. &c.

*cat*, &c. Theophilus Antiochenus lib. 2. ad Autolycum, Damascenus lib. 2. de fide Orthodoxa, cap. 9. Procopius in cap. 1. Genes. vers. x. Isidorus Hispal. lib. 13. originum cap. 20. Rupertus lib. 1. in Genesim cap. 7. Diodorus Tarsensis in catena Græca ad cap. 1. Genes. vers. x. Ioannes Philopponus lib. 1. de creatione mundi, cap. 5.

24.

*Num terra, & aqua, idem grauitatis centrum, & vnum conficiāt globum.*

Sed num aqua & terra vnum conficiant globum? atque vtriusque elementi idem sit grauitatis centrum, quod cum centro Vniuersi penetretur? de hac materia Pauli Burgensis singularis fiat cogitatio, quam ad longum declarat additionibus in cap. 1. Genesis, in tertiæ mundi diei expositione; ratus est enim cùm primùm aquæ & terræ elementa à Deo Maximo artifice comproducta sont, idem habuisse grauitatis centrum, quod cum totius mundi centro coadunatur; tertia autem Orbis luce, aquis vt terra incoli possit in locum vnum secedere Numen iussit, quamobrem iis centrum mutauit, gleba scilicet Mundi infimum possidente locum, quem ab initio sortita est; *Mari autem Lunæ ecentrico facto, eò quòd elementum aquæ, experientia teste, sequitur motum Lunæ secundum fluxum, & refluxum*; verùm, cùm propensio ad centrum suum sit de essentia aquæ, infertur aliam vndarum fuisse naturam ante diem tertiam Orbis, aliam hac transacta luce; quod etsi Burgensis admittat, absonum tamen est, nisi aquarum duas naturas specie diuersas constituat, alteram cum exigentia centri terræ debiti, alteram postulantem Lunæ centrum: hoc autem quibus patronis, aut quo iure adstruat? alia absurda Burgensem refutan-

Pereira. Martineng.

tes colligunt Pereira lib. 1. in Genes. num. 105. Martinengus parte 1. glossæ magnæ in cap. 1. Genes. pag. 731. Hoc excluso discursu, alij aquam & terram vnam quidem sphæram constituere opinantur, sed vtrique & modò & semper, ex quo condita sunt, vnum atque idem grauitatis atque magnitudinis quoque centrum extitisse: hoc autem reputandum Vniuersi totius cen-

Conimbr. Clauius. Valles. Scortia. Raynaudus, & alij.

trum, tradunt Conimbricenses lib. 2. de cælo, cap. 14. quæst. 3. art. x. conclus. 3. Clauius in c. 1. sphæræ Sacrobosci, Valles sacræ Philosophiæ, cap. 1. Scortia de natura, & incremento Nili, cap. 11. Raynaudus in Theologia naturali, dist. 5. quæst. 5. art. 6. num. 91. Auersa tom. 5. Philosophiæ, quæst. 36. sect. 5. Fromondus lib. 5. Meteorologicor. cap. 1. art. x. Verùm, si cum omni rigore loquendum sit, credo rectè statuisse Ioannem de Salas tom. x. in 12. tract. 10. disputar. 6. sect. 3. num. 21. diuersum esse centrum grauitatis terræ, atque maris; demus enim nullum extare impedimentum, quo minùs aquæ descendant quantum valeant vsque ad Mundi infimum, non possunt tamen tantum demergi, quantum terræ elementum, non enim aquarum naturæ conuenit grauitas in summo; sed glebæ; igitur non mare, sed terra eousque descendet, vt progredi vlterius impossibile sit; igitur aquæ non idem occupabunt punctum centri Orbis, quod terra vendicat, sed glebæ, quæ profunditasis vltima possidet, superenatabit: si autem velis, hinc tantùm sequi, physicè & strictè non esse idem centrum telluris, & aquarum; mathematicè nihilominus eo quòd proximè se tangant duo ista centra, pro vno atque eodem reputari, nihil moramur, vt ita distinguas; neque etiam inscitè

Molina.

Molina animaduertit disput. 11. de opere sex dierum §. *quartò si ad*, &c. haud facilè concipi aquas tot modis ab inuicem diuulsas, & nunc peculiaribus fretis inclusas, nunc lacubus notæ magnitudinis circumscriptas, quónam pacto globosam atque rotundam conseruare figuram valeant? Quare cùm dicitur tellus, & mare spheram vnam conflare, non est sensus, velut ex duobus semicirculis æquè semirotundis integrum consurgere globum, sed quemadmodum montes, & concauitates quanquam rotunditati contraria non obstant quominùs terræ vasta, & ingens moles in sphæram componatur, ita nec repugnare aquas terræ visceribus diffusas, quanquam ipsæ nec rotundæ, nec sphæricæ sint; Scio ex veterum numero graues Scriptores iudicasse terrarum spatia vndequaque Oceani fluctibus allui; quare circumdari liquidò glebū vniuersam; quod Homerum sequutus Strabo lib. 1. Geographiæ non semel testatur; Plinius verò lib. x. natural. histor. cap. 66. concinnè Dionysius expressit Alexandrinus initio operis de situ Orbis, vocat enim *terram vniuersam Insulam Oceano coronatam*; πᾶσα χθὼν, ὥστε νῆσος ἀπείρητος, ἐστεφάνωται; quæ explicans Eustathius, inquit; *Dicit terram coronari, id est, circumdari, ambiri, vel cingi Oceano, & tanquam circulo veluti Insulam effici*; quam in sententiam concedunt, & aliis firmant testimoniis

Lipsius. Solorzan. Sfondr. Bisciola. Molina.

Lipsius lib. x. Physiologiæ Stoicorum, dissertatione 17. Solorzanus tom. 1. lib. 1. de iure Indiarum, num. 3. docent Pandulphus Sfondratus libello de æstu maris, cap. 19. Lælius Bisciola copiosè tom. x. horarum subcessiuar. lib. 3. cap. 5. Molina disput. 11. de opere sex dierum §. *sextò mare*, &c. id nondum satis exploratum, præser-

Merula.

tim sub Polo Arctico autumat Paulus Merula Cosmographiæ parte 2. lib. 3. cap. 6. Nec verò opinor Orbis tractus cunctos patuisse nauigationibus eorum, qui mundum per liquida circuisse se gloriantur, noui subinde emergunt populi Barbariæ interiora penetrantibus, noua occurrunt maria; sed esto Oceanus cingulum sit

*Oceanus an tellurem cingat.*

terrarum, cùm tamen terras quaque versùs non operiat, verùm habitabiles relinquat, quemadmodum ex parte solùm ambit, & circumuolutat, ita ipse non integrè, & adamussim globosus erat, sed ex parte tantùm rotundus; vtcumque

tamen res ſe habeant, rectè illi ſentiunt, qui maria & terras vnum facere globum ſtatuunt.

25. *An natiua eorum loca, quæ maria nunc occupant.* Equidem maria natiuis propulſata ſedibus tertia creationis rerum die, vt mortalium commodis deſeruire poſſit, quare extraneo peregrinati loco aliquibus viſum, debitis enim ſeruatis legibus terram inuoluere, & operire muneris eius fuerat, quemadmodum aër quaqua versùs ambit, atque hic à proxima ſibi ſphæra ambitur; itaque & terram & aquas propter maius vniuerſi bonum ſuis diſtracta locis cogitatum à Molina diſput. 11. de opere ſex dierum. Conimbricenſibus lib. 2. de cælo, cap. 14. quæſt. 4. art. 2. Rubio de cælo & mundo lib. 3. cap. 8. quæſt. 3. Leſſio lib. 1. de Numinis prouidentia, cap. 2. num. 54. Hurtado de opere ſex dierum, ſect. 5. ſubſect. 3. §. 88. Auerſa tom. 2. Philoſoph. q. 56. ſect. 4. Sed hoc effatum mihi incertum eſt; elementorúm enim naturas & propenſiones, aut ex eorú ſymmetria cum vniuerſi nobiliori fine, vel ex ipſorum proprietatibus veſtigamus. Porrò Mundus propter hominem conditus eſt; eleganter Chryſoſtomus Humil. 8. in Geneſim circa principium; *Homo enim inter viſibilia omnia dignitate præcellit, propter quem condita ſunt hæc omnia, cælum, terra, mare, Sol, Luna, ſtellæ, reptilia; iumenta, brutaque animalia omnia. & quare, inquies, tardiùs creatus eſt homo ſi cætera dignitate præſtat? meritò; nam, vt ingreſſuro in ciuitatem aliquam Rege, operæ pretium eſt, præmittere ſatellites, alióſque omnes, vt benè ordinatis palatiis Rex honeſtiùs ibi agat: ita ſimili modo quaſi Regem, aut Principem aliquem rebus terrenis præfecturus, priùs omnem hunc ornatum fabricauit, & tandem præficiendum hominem produxit*; in eandem ſententiam Nazianzenus oratione 43. in nouam Dominicam. Cyrillus Hieroſolymit. catecheſi duodecima; Nemeſius de natura hominis, cap. 1. Si ergo propter hominem, qui rerum corporatarum finis eſt, elementum aquarum, cum tali ſcopo quæ proportio eſt, vt terras cooperiat, & mergat? cur arbitrabimur Numen cùm iuxta ſuauis prouidentiæ iuſtas regulas, eiuſmodi creaturas producere valeret, quibus in principalem finem natiua eſſet inclinatio, proinde & delectabilis, non hoc obſeruaſſe quidem, verùm iis ſubieciſſe miniſteriis quoad Mundus perſeueraret, cum quibus naturæ appetitus pugnaret? Non igitur terram ambire, & vniuerſam tegere aquæ elementum expoſcebat; deinde aquarum aliæ affectiones, & proprietates nihil conuincunt; demus enim maria perfectè rotunda, & globoſa eſſe, concedamus pariter Orbes quoſque, excepto primo Mobili, alias intra ſphæras contineri, vnde tamen colligas telluris globum intra ſphæras aquarum coërceri? Scilicet, maior eſt ambitus aquarum, minores autem globi maioribus circumſcribuntur; ſed terræ circulum ampliorem eſſe demonſtrant Iulius Scaliger exercitat. 38. contra Cardanum; Clauius in c. 1. Sacroboſcianæ ſphæræ. Fromondus Meteorologicor. lib. 5. cap. 1. art. 1. & præferunt Conimbricenſes lib. 3. de cælo, c. 5. quæſt. 3. art. 2. Pereira lib. 1. in Geneſ. num. 106. ſcilicet etiam leuior eſt aqua, quàm terra; igitur terræ ſupereminere debet; verùm hinc tantùm deducas, oportere terræ aliquam partem nouiſſimum mundi occupare locum, & liquidis vniuerſis inferiorem eſſe, quod largimur beneuolè: at non cogit omnem aquam terra omni ſublimiorem eſſe, quin verò aliqua portio terræ tam leuis eſt, vt aquæ nonnullæ ſalſæ, & craſſiores maius habeant pondus.

Molina. Conimbr. Rubius. Leſſius. Hurtado. Auerſa. Chryſoſt. Nazianzen. Cyrill. Nemeſius. Scaliger. Clauius. Fromond. Conimbr. Pereira.

26. *Aqua quo pacto per Orbem diſtributa.* Tantiſper igitur, nimirum vſque in tertiam mundani opificij diem tellus conſepulta eſt immenſis aquarum cumulis, nullo ſcilicet detrimento vniuerſi, quia nondum formatus homo, ornata elementa, quæ duo aquarum alium requirebant diſpoſitionem; accedente igitur tertia luce, quoniam propè in ianuis hominis erat creatio, terram diſcooperiri, quo in herbam, & fructus pulchreſceret, neceſſarium viſum; retrocedere igitur, & diminui aquæ iuſſæ ſunt in locum vnum, & *vocauit Deus aridam terram, congregationéſque aquarum appellauit maria*, Geneſ. cap. 1. verſ. 10. Nam per medium terræ ambitum, (inquit Leſſius lib. 1. de Numinis prouidentia, cap. 2. num. 34.) depreſſus eſt ingens alueus incomprehenſæ profunditatis, vaſtis anfractibus, & ſinibus huc illuc ad latera excurrens, nunc latior, nunc anguſtior, in hunc aquarum voragines coniectæ ſunt; ſed vbicumque tamen præparata eſt cauerna, & quidem congruentior locus medium terræ, ſpecus ingens effoſſus eſt, vbi aquarum Rex Oceanus magnus aluei profunditatem ampliſſimam nactus margines, & ripas in immenſum protendit; versùs autem omnes Mundi plagas effuſa liberalitate flumina ingentia creat, freta etiam non pauca, lacus nonnullos ſtupendæ capacitatis, fontes denique amnium aliquorum parentes ob aquarum copiam memorabilium; atque in huiuſmodi interſecatur membra, non tantùm occupata ſuperficie terræ, ſed intra eiuſdem viſcera ſubter factis magnis inundationibus, & mutuis amicitiis per venas occultas, & glebæ cuniculos ſe communicantibus fretis, Oceanum crebro itu, & reditu inuiſentibus; & hinc ſacer textus Geneſ. c. 1. verſ. 9. *Congregentur aquæ, quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum*, ſcilicet in cauernam illam vaſtiſſimam maris Oceani, ſtatim verò, *congregationéſque aquarum vocauit maria*; ſed quo pacto congregationes, nempè aquarum diuerſa habitacula ſi aquæ vniuerſæ loco vno atque eodem concluſæ? At profunditas illa immanis ex vulua fœcunda parturiebat æquora alia diuerſa; hæc autem cùm nunc ab Oceano profluant, nunc reuertantur, & ſe permiſceant fluctibus eiuſdem, vnum ſunt in regreſſu, plura in exitu; equidem tali connecti fœdere maria inter ſe, vt latices cuncta per canales ſubterraneas communicent, & Oceano vniuerſa mergantur, quo perennes curſus ab ipſo hauriant Baſilij ſententia eſt Homil. 4. in Hexaëmeron. Ambroſij lib. 3. Hexaëm. cap. 3. Euſtathius Antiochenus in Hexaëmeron; *totius enim humiditatis, quæ in terra latet, fons & origo eſt maris aqua, quæ cùm vniuerſa terra cuniculoſa ſit, per meatus minimè oculis obuios effunditur*; Bedæ Hexaëmeron in cap. 1. Geneſ. verſ. 9. *Benè autem cùm multa eſſe conſtet maria, in locum tamen vnum congregatas dicit aquas; quia videlicet cuncta hæc iugi vnda, atque continua, Oceano, ac mari iunguntur magno; ſed etſi qui lacus in ſemetipſis ſtricti videntur, & hos ferunt occultis quibuſdam perforatis cauernis in mare ſuos euoluere meatus; nam foſſores puteorum hoc probant, & quia tellus per inuiſibiles venas aquis repleta eſt manantibus, & quia trahunt ex mari principium*; luculentè Theodoretus quæſt. 12. in cap. 1. Geneſ. ad illud; *congregationes*

Gen. 1. 10. Leſſius. Gen. 1. 9. *& vnum mare alterum commiſcetur alteri.* Baſil. Ambroſ. Euſtath. Beda. Theodoret.

*gationes aquarum*, &c. *Vna quidem est aquarum congregatio, quoniam inter se maria conueniunt; quadam deorsum per meatus subterraneos decurrentia, alia secundum superficiem terræ; sed plurali numero congregationes dixit, quoniam aliud est mare Indicum, aliud Ponticum, & aliud Tyrrhenum*, &c. Parem in modum exponunt dictum cap. 1. Genes. vers. 9. Glossa ordinaria, Petrus Comestor cap. 5. Thomas Anglicus, Hugo Cardinalis, Dionysius Carthusianus art. 11. sed & Magister in 2. distinct. 14. S. Thomas 1. parte, quæst. 69. art. 1. ad 3. Guilielmus Pariensis 1. part. de vniuerso 1. part. cap. 42. idem perhibet S. Isidorus Hispal. lib. 13. etym. cap. 20. Gregorius Nyssenus in Hexaëmeron paulo ante finem statuens: *Primum igitur dicimus, licèt innumerabilia maria videantur; vnum tamen & continuum esse mare, in sese per orbem vniuersum commeans, nec vllo pacto à coniunctione sua diuulsum, atque seiunctum.* Quin nec Patrum sola hæc existimatio, Platoni eadem mens in Phædone non longè à fine, Plinio lib. 2. natur. histor. cap. 65. Lucretio lib. 6. de rerum natura vers. 10. Seruio ex Ægyptiorum Sacerdotum traditione, in illud lib. 4. Georg. *Tangere ait, simul alta iubet*, &c. Senecæ ex quorundam opinionibus lib. 3. natur. quæst. cap. 5. Nec dicas, obstare, quòd mare Caspium, siue Hircanum originem ex Oceano non trahat, neque in ipsum effundatur; de hoc enim & inter veteres Geographos contraria iactantur placita, quos allegant Conimbricenses tract. 8. de Meteoris c. 2. Paulus Merula 1. part. Cosmographiæ lib. 3. ad finem, cap. 7. Sed verum est id quod tradit S. Basilius hom. 4. in Hexaëmeron, Caspium siue lacum nomines, seu inter maria reputes, aquas Oceani per subterraneos recipere meatus, iterúmque rependere per secreta ostia; quem sequuntur Merula præfato loco. Martinengus p. 1. glossæ Magnæ in cap. 1. Genes. pag. 748. Pineda in cap. 1. Ecclesiast. vers. 7. num. 4.

Comestor, & alij.

27. Aquarum igitur natiua sedes est, quam designauimus, scilicet Oceani omnium maximi, & potentissimi Abyssus; quippe elementi aquarum is locus naturalis, qui idoneus est, vt aqua iniuncti sibi ministerij officia expleat; sed vndæ in hunc modum distributæ functiones suas egregiè exercent, nam in maria diuiduntur plura, fluuios emittunt notæ magnitudinis, lacus & fontes progignunt, terræ visceribus diffusæ, vt sanguis animantia sic ipsam vegetant, commerciis gentium per nauigationes deseruiunt, pisces in alimenta & delitias præbent, Margaritorum, & lapidum pretij exquisiti thesauris ditant. Lis tamen restat adhuc, nam aquæ siue omnes terræ contineantur intra margines, seu globum terrestrem pars circumdet & ambiat, è duobus elementis quódnam altiorem occupet locum? Maria sublimiora esse editissimis quibusque terrarum collibus, & glebam simpliciter depressiorem putandam prætulisse visus D. Basilius homil. 4. in Hexaëmeron, quem sequuti B. Ambrosius lib. 3. Hexaëm. c. 2. Eustathius Antiochenus commentario in Hexaëmeron die 3. mundi. S. Thomas 1. part. quæst. 69. art. 1. ad 2. cui adhærent eo loco Bañez, Zumel, Ripa, Paulus Burgensis additionibus ad Postillam Lyræ in cap. 1. Genes. in eiusdem capitis vers. 9. Carthusianus art. 11. Catharinus, Mariana, Vielmius lectione 14. Naclantius in medulla sacræ Scripturæ die 3. mundi. Titelmannus in cap. 38. Iob vers. 7. Didacus à Stunica lib. 4. Physicor. c. 5. Opinionem Scripturæ magis conformem, & magis piam vocat Martinengus tom. 1. glossæ Magnæ in cap. 1. Genes. in illud, *congregentur aquæ*, &c. pag. 740. Franciscus Resta Meteorologic. lib. 3. tract. 1. c. 6. Arriaga disp. 4. de generatione sect. 4. docet aquas secundùm aliquam earum partem celsiores esse terra; idipsúmque confirmat in 1. part. disp. 32. sect. 2. subsect. 2. Nituntur Scripturarum oraculis, quibus significatur aquas ex se nisi diuino coërcerentur præcepto, terram submersuras. Porrò Maria si terris humiliora fuissent, nequaquam in eam defluere, ac proinde nec operire potuissent; ergo glebæ tractatibus sublimiores esse oportet adstruamus. Audi verò diuini quo frænantur edicti imperium; Psalm. 103. vers. 9. *Posuisti, quem non transgredientur, neque conuertentur operire terram*; Iob cap. 26. vers. 10. *Terminum circumdedit aquis vsque dum finiantur lux, & tenebræ*; & cap. 38. vers. 10. *Circumdedi illud terminis meis, & posui vectem, & ostia; & dixi, Vsque huc venies, & non procedes ampliùs, & hic confringes tumentes fluctus tuos.* Prouerb. cap. 8. vers. 29. *quando circumdabat terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos.* Ieremiæ cap. 5. vers. 22. *Qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit; & commouebuntur, & non poterunt, & intumescent fluctus eius, & non transibunt illud*; sacri eloquij Philosophicam adiungunt rationem testimoniis; montibus nimirum, qui nubibus, & aëreæ regioni caput penè ingerunt, supremis ipsorum fastigiis copiosos aquarum riuos emanare conspicimus, stagna efformari, & fontium initia in magnos alitura fluuios: aquæ verò ab imis non ascendunt cauernis, hoc enim violentum fuisset; è sursum igitur labuntur: ergo superant altitudines collium, ac proinde eminentiora terræ loca; quare vndis terra depressior est.

Basil.
Ambros.
Eustath.
S. Thom. & reliqui.
Ps. 103. 9.
Iob 26. 10.
& 38. 10.
Prou. 8. 29.
Ierem. 5. 22.

Terram verò supra aquas eleuatam, eásque celsiori prospectare è loco, visus subiudicare Augustinus in illud Psalm. 135. *Qui firmauit terram super aquas*, &c. prope finem expositionis; pro eodem memorantur effato Chrysostomus homil. 9. ad populum Antiochen. Damascen. lib. 2. de fide orthodoxa cap. 9. & 10. Sed aut nihil fauent, aut subobscurè patrocinantur; adamarant tamen hanc opinionem recentiores, in Genes. cap. 1. vers. 9. Caietanus, Honcala, Delrio, Pererta lib. 1. in Genes. num. 106. Bomfrerius, Celada, Gordonus, Marzilla, Clauius in cap. 1. Sphæræ Sacrobosci. Molina disp. 11. de opere sex dierum. Valencia in 1. part. disp. 5. quæst. 3. punct. 3. Tannerus ibidem disp. 6. quæst. 4. dub. 1. num. 3. Granado tract. 2. de opere sex dierum disp. 4. num. 4. Auersa etiam 1. part. quæst. 65. sect. 6. & antea tom. 2. Philosoph. quæst. 36. sect. 4. Lessius lib. 1. de prouidentia Numinis cap. 2. num. 54. Pineda in cap. 26. Iob vers. 10. num. 3. Salianus tom. 1. die 3. mundi num. 16. Conimbricenses lib. 2. de cœlo cap. 14. quæst. 4. art. 2. Petrus Hurtado de opere sex dierum sect. 5. subsect. 3. §. 88. Rubius de cœlo & mundo lib. 3. cap. 8. quæst. 3. Cæsius de mineralibus lib. 1. cap. 6. sect. 3. num. 1. Franciscus de Ouiedo controuers. 8. de generatione punct. 2. num. 1. Torniellus die 3. mundi num. 5. Escalante in clypeo concionatorum lib. 8. c. 10. Antonius Zara in Anotomia ingeniorum, sect. 4. 28.

*Aqua terrà comparata depressiori loco natans.*
Augustin.
Chrysost.
Damascen.
Caietan.
Honcala, & alij.

membro

membro duodecimo. Fromondus lib. 5. de meteoris cap. 1. art. 2. Merula Coſmographiæ p. 1. lib. 3. cap. 5. Trimarchus lib. 2. de meteoris diſp. 1. ſect 3. num. 56. Hugo Sempilius lib. 9. de Mathematicis diſciplinis cap. 1. num. 3. Aquas verò ſubtus iacere, & non eminere loca altiora poſſidentes, argumento eſſe, quòd portu & littoribus ſoluentes eadem facilitate è ripa diſcedunt, qua eandem intrant: at ſi terram relinquentibus ſcandendum eſſet, citius in portum delaberentur, quàm ab eo diſcederent; igitur mare littora non excedit: inſuper, qui Oceano nauigarent prius ſurgentis Phœbi radios detegerent, quàm continentis habitatores, ſol namque editioribus mundi partibus priùs affulget. Præterea, in medio Oceani nullæ reperirentur inſulæ, cùm tamen plurimæ, & ampliſſimæ ſæpiùs occurrant, nam certè, vt in altitudinem turgeſcere vndas aſſentiamur, & vincere montium quorumcumque faſtigia, hæc celſitudo Oceani fluctibus maximè quadrat; cur igitur inſulas non ſubmergit, & operit? atque hæc quidem potiſſima cauſa eſt, vt arbitremur aquas generaliter terris depreſſiores eſſe; nam vbicumque ſuperiores exiſtunt, ſtatim in decliue labuntur, & miraculo tribuitur aquam detineri, ne profluat, & loca humiliora occupet. Cùm igitur peritiſſimus rerum opifex Deus ſic terræ & aquæ elementa ordinare potuerit, vt vim inferre vndis, & cohibere ne deſcendant, excuſari valeat; terra verò montibus & ripis fluctuum ſuperantibus altitudinem, ſe defendere poſſit, ſic quidem diſpoſuiſſe credendum eſt. Terra igitur ab aquis interitum, & ſepulturam ideò non patitur, quoniam vbique præeminet vndis, & littorum repagulis obruere conantem ſtrenuè repellit.

29. Iam verò, quod diuinæ paginæ authoritates denotent Numinis edicto frænati aquas, ne terram cooperiant, ne mortalibus cladem inferant in vndatione facta, ſenſus non eſt, aquas in excelſo locatas virtute omnipotenti, & tanquam continuato prodigio abſtinere à ſubmergendis Prouinciis: eſt autem ſufficiens interpretatio,
Suarez. quam exhibet Suarez lib. 2. de opere ſex dierum cap. 6. num. 14. Creatorem ab initio mundanæ fabricæ aquarum conditoria ita diſpoſuiſſe, vt in eis veluti natiua requieſcerent in domo, nec motu ipſis congenito terras obruere poſſint, non enim ſedibus euagari naturalibus appetunt: ne autem ipſis pacatis & bella deteſtantibus, externæ propellerent cauſæ, ventorum impetus, aut ſyderum influentiæ, has ita gubernat, & moderatur, vt curſu rerum vulgari tantùm conſiderato, nunquam tantam licentiam aſſumant, vt præfixas tranſilire metas
Salazar. æquora cogant; eodem declarant modo Salazar
Alapide. in cap. 8. Prouerb. verſ. 28. num. 365. Alapide ibi-
Molina. dem; & prior omnibus Molina diſp. 11. de opere ſex dierum. § *oſtendamus præterea*, &c. Hæc eſt enim recepta diuinæ prouidentiæ norma, per cauſas ſecundas naturam adiuuare; cùm igitur eleuando terram, per huius rupes & montes à diluuiis continentem liberare poſſit, quorſum ad inuſitata confugiamus, vt putemus aquas pendulas ſurſum detineri rata potentia & diſpoſitione? Sed antequam de fontium capitibus, & fluuiorum exortu dicamus, quod fuit alterum obiectionis membrum, iuuat expendere Metaphoræ ſignificationem, qua diuinus vtitur ſermo Prouerb. cap. 8. verſ. 27. *Quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum.* Prou. 8. 27. Iſaiæ c. 40. Iſ. 40. 12. verſ. 12. *& librauit in pondere montes, & colles in ſtatera*; etenim, cum Roma antiqua multis excelluerit ornamentis, quæ eam dominam terrarum non immeritò probabant, nihil tamen plus admirationis habuit, quàm Aquæductuum ſtructura; quamobrem Iulius Frontinus harum re- Frontin. rum diligens examinator lib. 1. de Aquæductibus vrbis Romæ poſt medium, inquit: *Hi ſunt arcus altiſſimi ſubleuati quibuſdam locis C I X. pedibus; tot aquarum, tam multis, & neceſſariis molibus, pyramidas videlicet otioſas comparem, aut cætera inertia, ſed fama celebrata Græcorum opera?* Plinius æquè laudat natur. hiſtor. lib. 36. Plin. cap. 15. Caſſiodorus variar. lib. 7. formula 6. Caſſiod. Rutilius Numatianus Itinerarij lib. 1. iuxta prin- Rutil. cipium.

*Quid loquar aerio pendentes fornice riuos,*
*Qua vix imbriferas tolleret Iris aquas?*
*Hos potiùs dicas creuiſſe in ſydera montes,*
*Tale Gigantæum Græcia laudat opus.*
*Intercepta tuis conduntur flumina muris,*
*Conſumunt totos celſa lauacra lacus.*

Alia dabunt Marlianus in topographia Romæ Marlian. lib. 4. cap. 21. Aldus Manutius lib. 1. de quæſitis Manutius. per epiſtolam cap. 2. Pancirolus commentario Panciro. in notitiam Imperij Occidentalis cap. 8. Lipſius Lipſius. de magnitudine Romana lib. 3. cap. 11. Qui igitur horum operum Magiſtri erant, inſtrumento vſi, cui notior appellatio *libra*, nonun- *Libra, & libella quid.* quam & *libella* dicitur, ſic huius beneficio interpoſiti ſpatij, per quod vndis decurrendum erat, altitudinem & profunditatem componebant, vt aquis facillimus, & natiuus eſſet curſus, quamquam per inæquales tractus, in deſtinata loca: ab hac regula Aquarij illi vocati ſunt librato- *Libratores aquarũ qui.* res, quo exprimuntur nomine Codicis lib. 10. tit. 64. de excuſationibus artificum l. 1. *architecti, Medici*, &c. Iulius Frontinus lib. 1. de Frontin. Aquæductibus: *ſed veteres humiliore directura perduxerunt, ſiue nondum ſubtili explorata arte librandi, ſeu quia ex induſtria infra terram aquas mergebant*; & lib. 2. *Procurator calicem eius moduli, qui fuerit impetratus, adhibitis libratoribus ſignari cogitet.* Columella lib. 9. de re ruſtica Columella. cap. 17. aliàs cap. 1. lib. 10. *Si loci ſitus ita competit, vt in ſolo piſcina poſita libella, ſeptem pedibus ſublimius eſſe maris æquor oſtendat: ſin autem locus pari libra cum æquore maris eſt.* Palladius Pall. Rutil. Rutilius de re etiam ruſtica lib. 9. tit. 9. *Dextra, læuaque puteos fodiemus vſque ad aquæ ipſius libramentum*; modum autem conducendarum aquarum cap. 11. oſtendit; de quo fusè Vitruuius Vitruuius. lib. 8. cap. 6. & 7. *Nunc*, (ait principio cap. 6.) *de perductionibus ad habitationes, mœniáque, vt fieri oportet, explicabo; cuius ratio eſt prima libratio.* Plinius lib. 31. hiſtor. cap. 6. vocat *Aqui- Aquilex qui. legem.* Plinius Nepos lib. 10. epiſtolarum ad Traianum ſcribens epiſtol. 46. verum & libratorem appellat epiſtol. 50. ad eundem Imperatorem, dum ait: *Supereſt, vt tu libratorem, vel architectum, ſi tibi videbitur, mittas, qui diligenter exploret, ſitne lacus altior mari*; de quibus iterum epiſtol. 69. ad Traianum. Budæus quidem poſte- Budæus. rioribus annotationibus in Pandectas pag. 118. ſtatuit, artifices inueniendorum fontium, aquarumque colligendarum ad Aquæductus, eoſdem ferè eſſe cum iis, qui *liberatores* vocantur,

ab

ab aquis librandis sic dicti; consonat Rhodiginius lib. 27. cap. 5. Guilielmus autem Philander in lib. 8. Vitruuij cap. 6. *Librare, (ait,) aquam non est aliud, quàm conferre altitudinem loci, vnde concipitur aqua, cum loco, quo deducenda est, siue id fiat rectis lineis, siue obliquis.*

Philander.
*Librare, quid.*

30. Esto igitur res ita babeat, vt memorat Plinius lib. 31. cap. 6. *Subit altitudinem exortus sui, si longiore tractu veniet: subeat crebrò, descendátque, ne libramenta pereant*; atque hinc sequatur, oportere maris vndas, ex quibus flumina, & omnes, & copiosiores aquæ omnes scaturiunt, eundem altitudinis gradum tenere, quo terræ gaudent, ex quibus prorumpunt, istorum nihil impossibile fuisse Orbis conditori Deo; itaque sapientissimus artifex circumlustratis omnibus terræ partibus eum in modum aquarum vias, qua infra, qua supra tellurem disposuit, vt his contra naturæ propensionem ascendere opus non esset; hoc igitur est, quod librasse eum fontes aquarum, librasse in pondere montes Scripturæ deprædicant. Nec opponas locum Ecclesiastæ cap. 1. vers. 7. *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat; ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant*; quasi dicat, nullas extare abundantiores aquarum scaturigines, & quæ perenni cursu moueantur, quarum parens non sit Oceanus; cùm igitur eodem altitudinis gradu sibi respondeant terræ pars, quam flumina alluunt, & maris portio, quæ latices subministrat, fit saltem, vt præbeamus aquas terris non excedere, nec etiam terram mari sublimiorem esse, verùm eiusdem altitudinis esse ambo elementa; Respondeo cum Olympiodoro, quem Pineda sequitur ad præfata Ecclesiastæ verba theoremate 2. num. 3. *Omnia*, id est, *pleraque* intelligi flumina, scilicet nobiliora, portubus, regione, commerciis inclyta; hæc enim tantùm Creator sub exordiis rerum debitis coaptauit locis cum nobilioribus dulcium aquarum fontibus; quo pacto Conimbricenses interpretantur lib. 2. de cælo, cap. 14. quæst. 4. art. 3. Salianus tom. 1. Annalium, die 3. mundi num. 10. De his autem profluentiis ex mari deriuatis Deo ipso libratore aquarum affirmamus altitudinem eum terra, quanquam surgente in montes, proportionatam habere. Sanè difficillimum est humana industria certi aliquid statuisse vnde trahant auspicia vndæ, quibus Oceanus initium facit. Quid enim? concedamus profectò Nilum, de quo Lucanus cum veterum plerisque canebat lib. 10. *Arcanum natura caput non prodidit vlli*, verticem detexisse Africæ quodam in lacu, qua de re Scortia de natura, & incremento Nili, lib. 2. cap. 17. at præclarè obseruant Conimbricenses tract. 9. de meteoris, cap. 10. ortum ibi non habere, sed tum primùm mortalibus se ostendere: originem autem Paradiso contineri, è quo per subterraneos meatus occultè fluens, tandem glebam Congensi in regno perrumpit, & super terras fertur; itidem de aliis fluminibus, quorum natiuitas prima haudquaquam est collis, aut planities, in quibus ostium aperuere, sed maris portio incognita, è quo dilapsa per interiores cauernas cum longo tractu sepulta essent, quo mortalibus prodessent, in superiora emersere. Quòd si obiicias, fatendum nobis esse, montes excelsos, in quibus huiusmodi flumina vias sibi parefaciunt, non esse altiores maris regione, è qua primùm generantur, concedimus sanè; nec enim contendimus terram vndis altiorem cogitandam vbique, & omni angulo considerato, solùm volumus aquas licèt non paucis locis pari tumescunt mole, nullibi Tellure celsiores esse, prout à natura, eiúsque opifice dispositæ sunt; cæterùm, terræ elementum quamuis secundùm partes aliquas maria non superet, celsius nihilominus esse maiori portione dimensurata, hoc autem est terram simpliciter altiorem deputari. Sin autem occurras, nullas terrarum Prouincias adhuc detectas, in quibus non reperiantur copiosæ aquarum venæ summis altissimorum collium apicibus, porrò hæ cùm è mari venerint, probant Oceanum pari altitudinis gradu natare. Dicimus primò præter amnes, & fluuios à Deo creatos sub Mundi incunabulis, postea à vaporibus exhalatione, à pluuiis, & niuibus, aliisque naturalibus causis generatos fontes, deriuata flumina, & hoc concedimus Aristotelis sententiæ lib. 1. Meteorum cap. 13. quam defendant Lessius lib. 1. de Numinis prouidentia, cap. 5. num. 49. Scortia de incremento Nili, lib. 2. c. 11. Petrus Hurtado disput. 3. de opere sex dierum, sect. 5. subsect. 3. §. 86. Cùm igitur necessum non sit talibus vndarum emanationibus assignare ortus ex mari, fit inde non colligi, oportere maria, & terras eandem obtinere altitudinem. Dicimus secundò, vt etiam indulgeamus flumina, quæ ex Oceano destinantur, interdum celsiora esse terrarum partibus in confinio positis, non tamen has submergere, quia alueus alicubi foraminatus est, & aquæ in subterraneis specubus conduntur ea quantitate, vt quæ superius remanent tantum diminuantur, quantum satis est ne littoribus excedant, & adiacentia obruant. Quòd si quidem librandarum aquarum scientia tam diligens, & ingeniosa est, vt in stuporem rapiatur genus humanum, quemadmodum aquæ per itinera difficillima veloci, & delectabili cursu moueri potuerint; quid de Numinis incomprehensa sapientia arbitrabimur in dispositione marium, fontanæque, & fluuialis aquæ? Quamobrem venustè Paræmiasten Salazarius interpretatur Prouerb. cap. 8. vers. 27. *& librabat fontes aquarum*; inquit num. 357. *hoc est; per secretos ductus, & meatus terræ dirigebat fontes, vt opportunis locis erumperent, locorum altitudinem, & depressionem quasi ad libellam examinans, vt per illa aquæ secundum natiuam conditionem decurrerent, & in suas scaturigines venirent.*

Plinius.
*Fluminum, & fontium qualis censenda origo.*
*Oppositio.*
Eccl. c. 7.
*Respondetur.*
Conimbr.
Salian.
Scortia.
*Alia obiectio.*
*Respondetur 1.*
*Respondetur 2.*
Salazar.
Prou. 8. 27.

Cùm ergo demonstratum, sit terræ globum sic à mundi architecto compactum, vt aquis superior esset, & aut rupium altitudine, aut glebæ, vel arenarum aggeribus, & muris protegatur, hinc accidit, vt quamuis *omnia flumina* iuxta Ecclesiasten cap. 1. vers. 7. *intrant in mare, mare non redundat*, tanta namque aluei capacitas est, tanta marginum amplitudo, tanta fossæ profunditas, littorum ea altitudo, vt licet cateruatim, & tanquam agmine facto in Oceanum flumina deuoluantur, diluio terram non opprimant; atque de hoc conglomerato accessu simul currentium fluuiorum textus exponendus; si enim cogitemus nunc vnum, alterúmve flumen impelli, & bis ad suas cauernas remeantibus, eorum vice alia duo Oceanum salutare, mirum non erit duorum, triúmve fluminum hospitio mare haud ita grauari, vt margines superare cogatur; est 31.

igitur

igitur nonnunquam generalis fluminum itineratio, quibus simul delabentibus, Oceani tamen sufficit habitaculum; exinde remeant in specus suos, teste Scriptura nuper expensa, subiungitur enim; *ad locum, vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant*; in transitu autem fluminibus, quibus solis nimius ardor vndas imminuit, sociali liberalitate opitulantur. Hinc etiam contingit, æstum maris fluxu suo terrere quidem, at non absorbere; & verò, quantus ab æstu marino timor? referunt Conimbricenses tractat. 8. de meteoris, cap. 4. apud Indos Orientales, in littore Cambaiæ, mare binis horis triginta circiter leucas accessu obtegere, binis totidem recessu detegere; & tanta quidem velocitate superaduentat, vt si qui minus prouidi spatio illo, quod occupare consueuit, versantur, cursu vix effugiant, & ne imparatos rapidissima vndarum incrementa mergant, cymbali sonitu admonentur, vt ocyùs sibi consulant; cui affine est illud, quod Procopius Rhetor memorat lib. 6. de ædibus Iu-

Procop. stiniani Imperatoris, non longè à fine, nam de Libyæ quibusdam fortibus agens, subnectit; *ibi fit quiddam singulis diebus admirabile, idque est huiusmodi; mare angustiis conclusum, sinum Lunari forma efficit, quod etiam reliquis fortibus accidere praedictum est; ascendit autem in continentem plusquam vnius diei itinere, viri inquam expediti, atque ad occidentem rursus redit, relinquens in sicco littus illud*; deinde prosequitur, enarrans qua sagacitate nautæ sibi, & puppibus consulunt. Similia dabunt Arrianus in periplo maris rubri, describens Indiæ flumina, Curtius lib. 9. historiarum cap. 9. aliis 16. de locis autem, quibus mare fluit, refluitque, quibus id vicibus, qua norma, Plinius lib. 2. natur. histor. cap. 97. Vegetius lib. 4. de re militari, cap. 42. & ex Neotericis Scaliger exercitatione 52. aduersùs Cardanum. Petrus Gyllius de Bosphoro Thraciæ lib. 1. cap. 4. Athanasius Kircherus de arte Magnetica lib. 3. parte 3. cap. 2. Fromondus de meteoris, lib. 5. cap. 1. art. 7. Resta de eodem argumento, lib. 3. tract. 1. cap. 13. Pandulphus Sfondratus tractu de æstu maris, à cap. 5. De hoc Oceani motu per incrementa, & recessus lobum explicat Salazar in cap. 8. Pro-

Salazar. uerb. vers. 28. num. 368. qui de aquarum elemento, cap. 38. vers. 8. *Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens?* Septuaginta transferunt, *cùm fremeret ex vtero matris sua egrediens*; quæ exponens Glossa catenæ Græ-

Gloss. catenæ Græcæ. cæ, inquit; *concitabatur, impetu ferebatur, & velutі furiis quibusdam impellebatur ad omnem terram aquis obruendam paratum, nisi diuinis iussis prohibitum fuisset*. Aquilæ versio ἐν τῷ ... , *cùm luctaretur*; ad oram Guineæ tantùm æstuantis maris furorem pinguot Conimbricenses tractat. 8. de meteoris, cap. 4. vt tribus anchoris firmatæ naues vix consistant; & de flumine, quod sinum Senegæ appellant præcipuo in Regione Nigri-

Cadamust. tarum Aloysius Cadamustus testatur nauigationis suæ cap. 14. *Sex horis crescere, & decrescere, & vbi reuomit aquas, tanto id præstare impetu, vt flumen retroagatur ad sexaginta milliaria*; de recipro-

Mare Indicum. Arrianus. cationibus Indici maris Arrianus in Periplo maris Erythræi; *ipsa quoque flumina hoc vniuersi maris æstu, atque inundatione vehementissima sursum contra naturalem suum cursum feruntur, ac rapiuntur; quam sanè ob causam ii, qui huius ignari sunt, primùmque ad emporium illud appellunt, magno periculo in nauibus vel subducendis, vel educendis conflictantur*; multa huius generis apud Autbores, quos nuper recensui. Vnde igitur prouenit, vt cùm maria ebulliunt, & fremunt æstibus concitata, terram non coopertant, neque vltra certas, & præfixas metas rapidissimi cursus feratur violentia, nisi quia tellus altior mari est, & littora, atque margines sic dispositi sunt, vt vinci à fluctibus periculum non sit? quare statim verba sacra proclamant; *circumdedi illud terminis meis, & posui vectem, & ostia; & dixi, Vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.* At quænam hæ portæ, quas perrumpete, aut demoliri vndæ non valeant? Rectè Eu- Eugubin.

gubini commentarius; *Venustè vocantur ostia maris fluctibus oppositi montes, litteraque, quibus quasi ianuis Deus mare circumquaque claudit.* Ca- Caietan.

ietani nostro scopo perquam idonea expositio; *& posui vectem, & ostia, hoc est, ostia firmata vecte; quæ, vt diximus, sunt partes terræ eleuatæ supra mare; hæ enim concludunt mare, ne operiat terram, quemadmodum ostia benè firmata retinent conclusos, ne possint exire.*

Verùm opponas, ex maris fluxu, & retrogradatione singulatiter colligi, non ideò à submer- 52.

sione tutam esse continentem, quia altior mari sit, quippè terris nullum maius periculum, quàm cùm freta intumescunt, tunc enim regiones inundant; quantas arbitrabere in leucadas exspatiantur nonnunquam? Flumen Indicum, quod *Maranonium* dicitur, ab aliis *Amazonum* vocatur *fluuius*, centum fermè leucas excurrit, vt refert Acosta lib. 3. historiæ naturalis Indorum, cap. 20. Acosta.

Nilus verò quantum restagnat? de eius incrementis Ioannes Leo lib. 8. descriptionis Africæ Ioann. Leo.

non longè à principio: *Nili inundatio idibus Iunij* Nilus.

*incipit, diebus excrescit quadraginta, totidémque decrescit; quo temporis interuallo omnes Ægypti ciuitates, & vici Insulas repræsentant, quas accedere non licet præterquam nauigio*; idem testantur Anastasius Sinaita lib. 1. Hexaëm. Cassianus collatio- Sinaita. Cassianus.

ne 15. cap. 3. Diodorus Siculus lib. 1. Bibliothe- Siculus.

cæ, num. 13. At quin flumen Americæ, quod *Paraguarium*, & splendidiori vocabulo Argenti flu- Paraguarius, seu Argenti flumen.

uius intitulatur Iosepho Acosta narratore lib. 2. de natura noui Orbis, cap. 6. & lib. 3. cap. 20. latiùs multò inundat, adeò vt per tres menses cogantur incolæ nouas vestigare sedes, post quos exonerat campos, & alueo restituitur, cuius deinde intra ripas sine ambitione currit; hanc Oceani excrescentiam, seu ad longum aquæ terris dominentur per inundationes, seu breuem trahunt moram, vt in quotidianis fluxibus, & retrogressu ob marinos æstus contingit, Luna efficit; itaque extolluntur ab ea, augentúrque vndæ; sed cùm intumescunt, & altiores factas Prouinciis excidium allaturas omninò putares, coërcentur ab eodem Planeta, & superbiam remittunt, passu concitato deuolutæ rursus ad gremium maris; est igitur Luna, quæ aquis habenas laxat, vt assurgant, eadem quæ fræno teuocat, ne continentem obruant; frustrà igitur causa adhibetur, nempe, quoniam tellus mari altior creata sit. Porrò, maris accessum, & recessum, aliósque Oceani formidabiles motus Lunæ adscribendos, peruulgata opinio est; veterum, & recentiorum plures, qui ita sentiant, describunt Conimbricenses tract. 8. de meteoris, cap. 6. ex iunioribus adde Vallesium sacræ Philosophiæ, cap. 52.

cap. 51. Contarenum Cardinalem lib. 2. de elementis; Ioannem Baptistam Portam de aëris transmutatione, lib. 4. cap. 12. Thomam Fazellum prioris decadis de rebus Siculis lib. 2. cap. 1. Antonium Zatam in Anatomia ingeniorum, sectione 1. membr. 10. Paulum Merulam Cosmograph. parte 1. lib. 3. cap. 5. Ioannem Giraldinum de meteoris, parte 3. quæstione 4. § *confirmatur adhuc*, &c. Auersam tom. 2. Philosoph. quæstione 42. sectione 7. Restam lib. 3. de meteoris, tractatu 1. cap. 14. Fromondum lib. 5. Meteorologicorum cap. 1. attic. 10. Athanasium Kircherum lib. 3. de arte Magnetica, parte 3. cap. 2. Sed imprimis, non facilè captu est, quemadmodum à Lunæ influentiis augeantur freta, sursum diminuantur; si enim maris æstus prouenitet à Luna, cur non in omnibus æquotibus vndas commouet? cur non iisdem vicibus? eadem diei, aut noctis periodo? modo insuper & ratione eadem? at quædam maria sunt nullis æstibus agitata; in aliis per tres horas, in aliis per quinque, aut septem durat; in quibusdam dum crescit, eodem tempore alibi tertocedit; nonnullis locis bis ingressæ semel exeunt: deinde fluuiatiles aquæ, stagnis etiam & lacubus reclusæ; quamobrem Lunæ hoc seu beneficium, seu imperium non testantur? ac demum Luna sub Horizonte existente cùm agere nequeat in maria supra Horizontem, vnde eis tum fluxus, & refluxus? Verùm, esto sanè Luna vndas crescere, & attolli cogat, at non in eam altitudinem maria subleuat, vt littoribus ne terram submergant, oon prohibeantur; aquas enim ripis celsiores frænare, ne deorsum corrant, miraculosum est: non autem Lunæ virtus supra naturales rerum limites concessa est, nec extraordinatiæ prouidentiæ tribuendum, quod fluxu maris terra passim oon obruatur; quare standum est præiacto à nobis fundamento, nempe, quòd Tellus mari altior existat.

33. Video, quibus displicet Lunam in æquota tantùm dominari posse, vt marini æstus causam tedderent, vel concursum meditati simul coëuntium plurium, & magnorum fluminum ad celebris alicuius maris fauces, puta Magalanici freti ostia, quorum repulsa angustiis negato transitu cursum retro instituunt: id autem cum pugna, & impetu faciant, vndiśque se alterutrom prementibus conglobantur, & intumescunt, atque oppositis illisa regionibus, æstum efficiunt, ita Pandulphus Sfondratus libello de causa æstus marini, cap. 3. vel ad littorum, & alueï tricas, & anfractus, viásque non satis complanatas, & omnia in arcto posita, ob quod vndæ regurgitare cogontur, & in fluctus addensari, coufugere; quo modo explicauere Antonius Zara in Anatomia ingeniorum, sectione 1. membro 10. Consaluus de Ouiedo lib. 2. historiæ Indiarum, cap. 10. Nierembergius Philosophiæ curiosæ, lib. 6. cap. 20. Vel denique ad cauernas, & specus subterraneas recurrere, in quibus exhalationes, & flatus aquas propellunt, & ebullire faciunt, quemadmodum in cacabo aqua efferuescit: ab hoc autem vndarum tormento prouenire, quòd æstuent, & increscant; sic declarant Valles sacræ Philosophiæ cap. 52. Io-

*Quæ causa æstuum marinorum per crebros fluxus, & refluxus vndarum.*

Sfondrat.

Zara.

Consaluus.

Nieremb.

Valles.

sephus de Acosta lib. 3. historiæ noui Orbis, cap. 16. Hieronymus Trimarchus libro 1. de meteoris, disputatione 6. sectione 7. nom. 86. Sed obsecro, quibus experimentis? quo indagatore compertum est tales quibusdam locis esse ripatum, & alueï tortuosas angustias, gremium autem maris spatiosum, & tectum esse vbicumque freta æstibus carent? & cùm maria illa, in quibus vndæ nec fluunt, nec retrocedunt, per occultos meatus in Oceanum dilabantur, quamobrem cauernæ per quas transeunt nullas patiuntur exhalationes? Crediderim Numen, cùm ab exordio aquarum disponeret elementum, non tantùm spectasse, vt commodis hominum, animantium, frugum deseruiret, sed voluisse pariter vt hominibus fræno esset contra nimiam licentiam, eorum ingenia acueret, Vniuersi pulchritudinem angeret, Dei infinitam in potentia virtutem extolleret; & quidem mortalium vtilitatibus satis prouisum videbatur nauigationibus marium diuersorum, piscium fœturis, omnibus terram intersecantibus, riuorum & fontium poto: quæ autem necessitas reprocationis aquarum per marinos æstus? quæ restagnationis Nili, & aliorum fluminum? Verùm & hæc egregios fines indicant, imprimis audaciam coërcet, & metum incutit; quis enim cernens maria turgere, fluctus in molem assurgere non contremiscat, si fortè Creator diluuium aliquod nationale causet, vt non rarò contigit ob mortalium scelera, de quibus Conimbricenses tractatu 8. de meteoris, cap. 10. Maiolus tom. 1. colloquio 10. § *fuere & alia insignes*, &c. Deinde sapientiæ occasionem præbet, dum Philosophia principia, & causas inuestigat, quin & ingeniorum superbiæ medetur, dum subtilissima cerebra perpendunt nihil post longos, & acres discursus, se afferre, quod studiosum mentes quietet. Mundi etiam hinc formositas nouæ, & singolari admirationi est: quid enim in rarissimis naturæ spectaculis mage peregrinum maris tam diuerso refluxu, euripis, syrtibus, inundationibus? Postremò Dei maximè elucet potestas in cohibenda aquarum violentia; qualis namque stupor marinos æstus ire, redire tanto cum sonitu, tam rapidè, velut iratum plenos, flumina vasta, & ingentia restagnare? & tamen littorum fixas metas, regionum definitos terminos transire non ausos? quamobrem inter diuinæ virtutis encomia meritò reponit Vates Magnus Psalmum 92. vers. 3. & 4. *eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam, à vocibus aquarum multarum; mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus*; eos autem vndarum ascensus de fluxu æquorum æstuantibus ipsis non inscitè Lorinus intellexit; laudauit idem Psaltes Psalm. 88. vers. 10. *Tu dominaris potestati maris; motum autem fluctuum eius tu mitigas*; sed & Iobus capite 38. vers. 16. *Numquid ingressus es profunda maris, & in nouissimis abyssi deambulasti?* quæ verba de reciprocatione marium explicans Philippus Presbyter, ait; *per sex verò æquinoctiales horas refluo æstu, violentóque impetu, siue in adopertis tantùm, siue etiam retrusis magnorum fluminum cursibus, ad superiora conscendere, ac per septem, eiusdem mensura horas recursu paulò lentiore defluere,*

Acosta.

Trimarch.

Psal. 92.3,4.

Psalm.88.10.

Iob 38.16.

Phil. Presb.

*fluere, & ea tantùm quæ quinque horis fuerant suppleta, vacuare; proinde incredibile videri potest, quod in eodem mari velut fons quidam tantarum aquarum ebulliat, de cuius profunditate, & subiacente abysso definito, sine tempore aquæ illa immensa in superficiem profundantur, & rursum recurrentes in eosdem profundissimos fines incidant, præcipitésque descendant, & adeò constituta sibi lege perpetua ab imus ebulliant, atque iterum in ima decurrant, & inde forsitan dixerit Deus ad sanctum Iob: Nunquid ingressus es profunda maris*, &c.

34. Ergo dum Mundi poneret fundamentum supernus artifex, sic aquarum dispoſuit munia, ita fluminum direxit cursus, vt ebullirent, & tumescerent, feruorem quoque remitterent, nec tamen omnibus fretis id præstarent, sed quibusdam solùm, non eodem tempore, non diuturnitate, non iisdem littorum spaciis, sed varietate, & dissimilitudine maxima: cur autem hic, & non ibi? cur differentia tanta? causa est, quia opifici naturæ ita visum fuit; quamobrem verò Creatori sic statuere placuerit? nempè, vt rarus & suspiciendus habeatur etiam in oaturæ operibus: *Qui descendunt mare in nauibus*, (cantat Psalmodus Psalm. 106. vers. 23. [Ps. 106.23.] *facientes operationem in aquis multis; ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo*, mirati suot, qui ex Castellanis, qui ex Portugallia fortuoato auso, laboribus exantlatis immeosis Indorum amplissima subiugaruot regna: qoi enim ex Hispania io occiduas plagas soluuot Americam petentes, cursum vno mense conficiuot: at si Hispaniam repetant, tres, quatuórve cunctantor mensibus, nempè quia in regressu aquæ obmittuntor. Lusitani quoque Africæ deportati in littus Bonæ spei emenso promontorio qoanquam secundis adiuti veotis in ortum Solis lentiùs teodunt aquarum motibus retardati. Similia experiuntur, qui ex portu Acapuleo oouæ Hispaniæ vela in Phillippinas dirigunt, celeriter Mainlam occupant, sed spatiosè regrediuntur; expendunt Conimbricenses tractatu 8. de meteoris, cap. 3. Kircherus lib. 3. de arte Magnetica parte 4. cap. 2. mirati fluxus & refluxus maris insolitos æstus, de quibus Acosta lib. 3. historiæ naturalis Indorum, cap. 16. Igitur, quo Numinis admiraremur potentiam, atque ob alia motiua paulò antea à oobis coosiderata vndas tali cum inclinatione formauit Creator; & nónne potuit meatus terræ sic disponere, & aquarum itinera, vt irent, redireot, quibus modis ad Voiuersi commendationem proficere cognouit? Satius hoc, & quod elementorum oaturæ primigeniam ipsorum coaptationem sequentium, plus congruat, quàm Lunæ, vel aliorum syderum externis adscripsisse motionibus? Cæterùm, quòd aquæ tumescentes cùm vel inundant, vel marino ebulliunt æstu, aliæ terram duabus occupant leucis, aliæ viginti, aliæ triginta, vel ampliua etiam, noo est cogitandum, miraculo fieri vlteriùs ne pergant; non eoim diuinitùs id contingit, sed naturales ob causas, scilicet, quoniam tellua altior, atque hac eleuatione obstaculo est; cur verò æquora non feruent maiori aquarum copia, nec destinatas quasdam metas transiliunt? ratio est, quooiam, vt mari circumscriptiooem adhibuit Deus, littora & rupes, quas secundùm naturæ statuta superare, & obruere nequeat; ita defioiuit reciprocationibus maris, eiúsque incrementis quantam occuparent terræ partem: hanc autem artiogenies fastum depnnunt, terroaguntur, videlicet, quooiam fluctibus suis excelsior est, altiura siquidem loca vincere nequeunt.

35. Atque hæc de fretis, quæ æstuant; alia verò est generaliter passio, qua maria oulla careot, oimitum, quòd eorum latices salsi, & amari esse reperiantur; cùm autem aquarum naturæ ea non sit infixa proprietas, nam dulces & suaues enutriunt vndas fluuij, lacus, fontes, putei, quænam origo est saporis, qui io Oceano regnat? Antonius Zara io Aoatomia ingeniorum, sectione 1. membro 10. affirmat simul ac productæ sunt aquæ salsedioem inditam, quemadmodum saccharum ab initio dulce prodiit, absinthium asperum; subtiliùs meditatur Resta libro 3. de meteoris, tractatu 1. cap. 18. sub finem; commixta tum elementa ignis, terræ, aquarum. quamobrem ex calore ignis, & colluuione terræ cùm aquis cœoosis in fundo substantiam salsedinis formatam, quaoquam propter nimiam copiam adiunctæ aquæ dulcis sentiri, & discerni haud potuerit vsque in tertiam mundani opificij lucem, cum diuisa vndarum multitudine, quæ suaues essent, quænam amaræ cognosci potuerit; verùm cùm aquæ elemento ex se spectato cootingat omoiuo iucuodam, aut salsam esse, sapor eoim secuoda qualitas est ex quatuor primarum admistione coalescens, nulla apparet causa ob quam tribus primis diebus Orbis salsedine imbutam fuisse credamus, nec enim aut pisces tunc extiterunt, quibus aquæ salsæ idoneæ sunt, aut homines qui ex eo genere aquarum multa referuut commoda. Tritior sententia est, quæ memorat vndas ab initio nulla immutatas salsedine; die autem splendesceote tertia post mundi oatales opificem rerum aquæ elemento per conuenientes Orbi locos distributo, alueos, & cauernas destinasse, quarum alias dulci repleuit latice, alias vastæ capacitatis maria ioclusuras adustis onerauit exhalationibus terra extractis, quibus vndæ salsæ redditæ fuere; ita subinnuunt Theophilus Antiochenus lib. 2. ad Aurolycum. Adastasius Sinaita lib. 3. in Hexaëmeron. Damascenus lib. 2. de fide Orthodoxi, capite 9. & de iuniorum oumero Molina de opere sex dierum, disputatione 11. §. *denique quando*, &c. Suarez lib. 2. de opere sex dierum, cap. 6. oumer. 21. Delrio, & Alapide in Genesim capite 1. vers. 9. ibidem Martinengus tom. 1. glossæ magnæ in Genesim pag. 748. Salianus tom. 1. die 3 mundi numer. 10. Conimbricenses de meteoris, tractatu 10. capite 5. conclusione 1. Auersa tom. 2. Philosoph. quæstiooe 42. sectione 7. Geraldious de meteoris, parte 3. difficultate 1. quæstione 3. membro 3. Fromondus libro 5. cap. 1. articul. 3. Trimarchus lib. 2. de meteoris, disputatione 1. sectiore 4. numer. 51. Lorinus in capite 1. Ecclesiastæ vers. 7. Intelligo autem hac die 3. creationis perfectè salsas

*Latices aquarum alij dulces, & potabiles, salsi alij, cur.*

Zara. Resta. Antioch. Sinaita. Damascen. Molina. Suarez. Delrio. Alapide, & alij.

falsas redditas, non autem paulatim Solis virtute per terrestrium exhalationum receptionem, vt significat Cæsius lib. 3. de mineralibus, cap. 2. sect. 3. num. 23. plantæ enim, & gramina, fructus & animantia robusta condita sunt; de maris salsedine cur non idipsom concipiamus? Nec sanè illi malè dobitant, quibus incertior visa est opioio iodicans propter exhalationes terrestres, quas Sol adurit, & resoluit, mare salsum reddi; nec enim tanta est harum exhalationum abundantia, quæ sufficere videatur immensis aquarum fluentis: si autem defendas copiam esse maximam exhalationum, quamobrem amnes, & lacus salsos non faciant? aut cur terras, io quas descendunt, steriles, & frugibus inidoneas non passim vertant? Sal enim glebam ita vitiat; quas ob rationes ab aliis traditur, in profundo æquoris moores delitescere salis, venas ingentes reperiri bituminis, & sulphuris aliorúmque mineralium; ab his aquas eo affici sapore, qui amarus, & salsus sit. Nam quidem vt praestemus exhalationes, quas Sol excitat, torret, & comburit ad salsedinem conferre, sub polo tamen Boreali cùm Phœbus longuidos spargat radios, hoc confugere ad asylum oon possumus; quænam igitur causa est, vt maria ibi noo minùs salsa reperiantur, nisi quoniam subiecta vndis gleba in montes salis excrescit? Sulphur & bitumen nutriat? Verùm, nec hoc etiam satis placet; oportet namque supponere totum Oceani fundum, omnes magnorum fluminum alueos salis constitui montibus; oportet deinde statuere, hos ipsos montes sic liquescere vt non consumantur, sed perenne, & indeficiens nutrimentorum exhibeant: hæc autem persuasu facilia noo sunt, adde Scaligerum contendere exercitatione 51. aduersùs Cardanum dulces exhauriri aquas ex intimis visceribus marium; ab iisdem interdum fontes ebullire potabilis vndæ, quales describunt Plinius lib. 5. cap. 31. & Consaluus de Ouiedo lib. 1. historiæ Indicæ cap. 12. Siue igitur Numen mundi tertio luce salis ingentes aceroos, seu exhalationum terrestrium adustarum copiam abundantissimam freto immiscuerit, eum certè in modum saliuit, vt in Orbis finem durabilis esset, tantæ enim constantiæ munire qualitatibus valuit, quas dissoluere contrariæ non possent; quamobrem experimur, licèt dulcium aquarum scaturigines multæ fretum aliquod intrent, non tamen maris corrigi amaritudinem; & sanè miramur interdom lacus ambitu insignes fluuios laxæ capacitatis nunquam degenerare, sed recreabili esse sapore, latices alere continuò dulcissimos; & stuporis quidem non futilis ratio si ab externis causis sub naturæ ordinario cursu originem salsedo aquarum deriuet, nempè ab exhalationibus, quas Sol decoqoit, vel à montibus salis alueo progenitis; cur enim sub istiusmodi lacubus, & fluuiis rupes illæ, qui in salem lapidescunt, non enascantur, cùm generatio earum naturæ opus sit? & cum liberiore Solis iubare talia fruantur stagna, fruantur amnes, præsertim regionibus torridæ subiectis Zonæ, quamobrem adusto terrestrium exhalationum lixiuio non asperantur, & saporis amittunt iucunditatem? Nobis promptior est solutio: ostendimus, cùm elementum aquæ sic distribueret per cauernas terræ visceribus formatas, quemadmodum Vniuerso congruere, & hominum speciatim necessitatibus Numen sciebat, alia signasse loca dulcibus poculis, alia salso gurgiti: cur igitur aquæ hæ leues sunt, pellucidæ, iucundæ, idque longissimi æui memoria? cur etiam io fretis, & Oceano vnda grauis, obscura, salsa est? ratio discriminis, quia ab initio Creatori placuit alias amaras, & salsas facere, alias potabiles, & suaues relinquere; vtriusque laticis beneficio homines indigebant, de ambobus prouisum est; quæ accipienda sunt de nobilioribus aquarum omnium claustris, hæc enim tantùm à principio molitum fuisse naturæ opificem supponimus.

*Salsedinem à quibus trahant.*

*Plinius.*

*Auctoris breuior solutio.*



---

## SECTIO V.

*Aëris productionem verbis illis Genes. cap. 1. vers. 2.* & Spiritus Dei ferebatur super aquas, *contineri quinam defendant? Ventorum specialis Moderator Deus, origo ipsorum difficilis scitu; præfata sententiæ nobilior expositio de Spiritu sancto. Creaturarum viuificator quos ob titulos? Sacrosanctæ Trinitatis insinuatum mysterium exordio Geneseos. Ignis quando creatus? num capite primo Genesis expressus? An sub concauo Lunæ ignis regnat elementum?*

DVo grauiora elementa, terræ nimitum, & aqoarum Moyses diserta, & clara expressit oratione; quid verò de genitura aëris? quid de ortu flammarum, & ignis? Aëris quidem productionem, & quo statim fungi monere cœperit, denotari Genes. cap. 1. vers. 2. *& Spiritus Dei ferebatur super aquas*, non paucis veterum & recentiorum, visum est; equidem Hebræa vox רוח *ruach*, quo *Spiritus* designatur, *ventum* recte exprimit, vt ad præfata Geneseos verba adnotant Steuchus, Guilielmus Hammerus, & Oleaster; quòd si linguæ sanctæ proprietati non aduersatur spiritus nuncupatione aërem, aut ventum subinnui, quid vetat eam amplexandam significationem? Moysi scopus partes describere, ex quibus Orbis compactus est, elementa scilicet, aquæ & terrarum creationem narrauerat; cùm igitur horum originibus suboectat quod de aëre interpretari valeamus, id quorsum non arripiamus, & cœptum iostitutum de elementorum incunabulis proseqoi illum arbitremur? Sunt quidem huius sententiæ patroni Tertullianus contra Hermogenem cap. 31. Athanasius quæstione 48. ex iis, quæ sunt de veteri Testamento ad Antiochum. Theodoretus quæstione 8. in Genes. Anastasius Sinaita lib. 1. & 3. Hexaëmeri. Diodorus Tarsensis in catena Græca in capite 1. Genes. vers. 2. ibidem Procopius Gazæus; probabilem & suis tempo-

36. *Aëris productio.*

Gen. 1. 2.

Steuchus. Hammerus. Oleaster.

Tertullian. Athanasius. Theodoret. & alij.

tibus adamatam opinionem tradidere S. Basilius Homil. 2. in Genes. Augustinus de Genesi ad litteram in Imperfecto, cap. 4. tenent verisimilem iure optimo censendam, atque vt diuino Oraculo consentientem Tostatus quæst. 9. 10 c. 1. Genes. vers. 2. ibidem Vielmius lect. 8. Eugubinus, Oleaster, Ystella, Mariana, Pererius lib. 1. in Genes. num. 65. Suarez lib. 1. de opere sex dierum, cap. 7. num. 8. Vasquez tom. 2. in 1. parte, disputat. 108. cap. 2. num. 9. Quamobrem iniustè Ambrosius Catharinus stomachatur initio lib. 4. contra Caietanum, eò quòd hanc ei placuisse cogitationem arbitratus sit; huius quidem opinionis defensionem Caietanus non suscepit, aliam satis peregrinam docuit in Genes. cap. 1. videlicet, spiritus vocabulo repræsentari intelligentiam cælorum motricem, huius viæ comites non haber, istam reprehendere Catharinus potuit, priorem illam, vtpote litteræ nullam vim inferentem, & ab optimis propugnatam Scriptoribus, fastidire non debuit, vt probè monuit Sixtus Senensis lib. 5. annotatione 7.

37. *Instantia.* Verùm, si spiritus nuncupatione aërem intelligi statuamus, aut ventum aëris enunciatorem, quánam de causa *Spiritus Dei* intitulerur? quæ diuini flaminis expressior vox, quàm Dei Spiritum nuncupari? nónne præter rectitudinem

*Expeditur.* nominis vento vt adscribatur? Respondent, Scripturarum morem esse rebus ad earum commendationem, atque vt illustres habeantur, *Dei* adiungere vocem; ita *Cedri Dei*, *montes Dei*, *ciuitas Dei*, vt ex variis diuinarum litterarum testimoniis Lorinus commonstrat in Psalm. 35. vers. 7. *Iustitia tua sicut montes Dei*, &c. Certè Deo specialiter tribuitur, quòd ventos claudit,

Amos 4. 13. emittit, tam diuersos faciat esse; Amos cap. 4.

Ps. 134. 7. vers. 13. prædicatur *creans ventum*. Psalm. 134. vers. 7. *qui producit ventos de thesauris suis*. Ie-

Ierem. 10. 13. remiæ cap. 10. vers. 13. *& educit ventum de thesauris suis*. Nihil ventorum inconstantia, & va-

*Ventorum inconstantia, & varietas.* rietate mirabilius; sub eodem climate, intra breuia terrarum spatia, hic pluuias causat, ibi frigidus est, & statim non longè distantia calefacit; per Africam vbi Sol, ardentissimis incendit radiis, gelidus est; sub boreali polo teporem generat. Quid loquar æstate in media, atque adeò furorem omnem eum caute, tum Aquilonem surgere, & hyemem renouare? Quid iterum hyeme adulta temperiem, dies placidos, & flatus Zepherinis non concessuros? expendit

Acosta. huiusmodi Acosta sapienti iudicio lib. 3. de natura noui Orbis, cap. 2. Iam ortus ventorum incertos, vias dubias, exitus æquè ignotos, magnas & repentinas iras, pacem etiam subitam, & inseparabilem, vt non sine causa à ventis du-

Ioann. 3. 8. ctam similitudinem Ioann. cap. 3. vers. 8. boni putauerint interpretes; *Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quò*

*Ventorū moderator Deus, & origo.* *vadat*; atque hanc sanè ob causam, seu ventorum materia exhalationes siccæ & calidæ, seu aër impulsus & agitatus, & crediderim effectricem ventorum originem ipsam esse æternam sapientiam; stellæ enim influxibus suis, aut quæuis substantia corporea in tam discrepantes ventorum mutationes non sufficiunt; Deus à principio naturam confinxit ventis inconstantia maximè spectabilem, moderatus est iisdem passibus deinceps seu per se immediatè, seu interuentu Angelorum; quare ab expositoribus recte obseruatum est, quod paulò antea à nobis ex Dauide, & Ieremia productum, Numen scilicet ventos de thesauris suis educere, *thesauri* vocabulo iuxta Hebrææ dictionis speciatim significationem loca subintelligi abstrusa, tanquam ex apotbecis incognitis venti promanant, quoniam eorum causæ tam occultæ sunt, vt nisi Deo ipsi tribuatur ventorum effectorem esse, de alio principio solidum nihil afferatur; *Incognitus.*
Incognitus in Psalm. 134. vers. 7. *Qui producit ventos de thesauris suis, id est, de occultis cauernis; quòd enim flat ventus, scis: sed qua de causa flat, vel de quo thesauro ductus sit, nescitur.* Euthymius
ibidem; *per thesauros Dei hoc in loco Propheta occulta illa loca intelligit, vnde exeunt venti, occultos enim dicitur esse thesauros, eò quòd & generatio, & locus eius ignoratur*; & quibusdam interpositis iterum subiungit; *maximè mirandum est, quòd modò hunc, modò illum Deus ventum emittit, & aliquando vnà vtrumque, per sæpè etiam plures vno atque eodem tempore, persæpè etiam nullum prorsus, atque hæc omnia ex vtilitate, & nihil sine ratione; illis scilicet interea inclusis veluti in quibusdam thesauris, atque illinc quoties Deo libuerit maxima cum facilitate eductis.* Ergo ob prædictos titulos ventorum productio singulariter Numini competit, ideò *Spiritus Dei*, quia flatus vicissitudines, apparitiones, sopitus in Deum, & non in secundas causas materialium substantiarum præsertim transferuntur; quod tantillum innuit Procopius in cap. 1. Genes. *Procopius.*
vers. 2. inquiens: *At quare Spiritus Dei? quasi verè cætera omnia non Deo tribuantur? cæterùm, aer, vel ventus Deo magis, quàm reliqua congruit.* Numen igitur ventum creauit, & hic est Spiritus Dei, qui ferebatur super aquas motu tranquillo & leni, nam iuxta aliam translationem, *cubabat super aquas*, illásque fouebat, quæ placidos, & amicabiles ventorum gressus designant; adeò nec ab infantia aquis defuêre ventorum flabra.

Hanc quidem interpretationem, & textus cohærens expositio, & authorum, qui eam defendunt, nobilitas, meritò commendant; præferenda tamen est altera de tertia persona inter diuinas, quia his ipsis titulis plus multò excellit; ac imprimis, quòd *Spiritus Dei* vocetur, qui super recèns editas ferebatur vndas, Athanasij considerandum est monitum epistola 1. ad Serapionem, non longè à principio; *Dicite saltem, vbi in Scripturis sanctis reperitis Spiritum sanctum simpliciter nominari Spiritum sine additamento Dei, aut Patris, aut à me, hoc est, ex Deo, vel absque articulo vel Christi, vel filij, aut vt non adiungatur Sanctus, aut Paraclitus, aut veritatis?* & Dialogo 1. de Trinitate, ad medium; *Pater quoque est Spiritus sanctus, sed non est Spiritus Dei; itaque hypostaseos Patris proprium est pater, nec enim qui filius est, pater est; & hypostaseos filij proprium est filius, nec enim qui filius est, pater est, & hypostaseos Spiritus sancti proprium est, Spiritum Dei sanctum esse, neque qui Spiritus Dei sanctus est, est pater, aut filius*; ergo iuxta B. Athanasium, cùm τὸ *Dei* adiungitur cum Spiritu sacræ paginæ verbis, id nominis peculiariter ad tertiam personam Trinitatis Sacrosanctæ referendum est, ac proinde Geneseos memorata clausula Spiritum Dei exhibens, de æterno construendo est Pneumate; sic intellexisse Patres doctrina,

38. *Spiritus Dei hic quis.* *Athanas.*

&

& sanctitudine claros ipsomet antiquiores testatur D. Basilius Homil. 2. in Hexaëmeron. cui suffragatur Ambrosius lib. 1. Hexaëm. c. 8. Idem sensisse priscos Hebræorum Rabinos, docet Paulus à sancta Maria additionibus in c. 1. Genes. §. *notandum*, &c. omnium Græcorum & Latinorum Doctorum vulgatam opinionem Pereira agnoscit lib. 1. in Genes. n. 61. horum dicta transcribit Ascanius Martinengus tom. 1. glossæ magnæ in Genesim in illud, *& Spiritus Dei ferebatur*, &c. pag. 381. citat Delrio in cap. 1. Genes. vers. 2. n. 17. Porrò dictio Hebræa מרחפת *Merachepheth*, pro qua ordinarius interpres, *ferebatur*, transtulit, iuxta Syrorum linguam, cui affine est Hebræorum idioma, vt accepisse se à nobilissimæ famæ viro ex Syris, (quem B. Ephrem fuisse verisimilior coniectatio est,) deponit Magnus Basilius Homil. 2. in Hexaëmeron. denotans confouere, calfacere, vitalem inspirare habitum auis ad normam quæ incubat fœtui; Basilij mentem, quam non omisit S. Ambrosius Hexaëmer. lib. 1. cap. 8. expressit Eustathius lib. 2. Metaphrasis, inquiens; *superferebatur, hoc est, fouebat, viuificabatque ad similitudinem gallinæ cubantis, vitalem virtutem his, quæ fouebantur, initians*; vnde Diodorus ille ex Tharso Ciliciæ in catena Græca; ὃν κατάπερ ὄρνις ὠὰ θάλπει ταῖς πτέρυξιν; *quemadmodum auis oua confouet alis*; & S. Hieronymus quæstionibus in Genesim circa principium egregiè significari admittit emphasim Hebrææ dictionis *Merachepheth*, si loquamur; hoc est, incubabat, siue confouebat pro imitatione volucris oua calore animantis. Iam verò S. Basilij obseruatio est lib. 5. aduersùs Eunomium, titulo, *quòd etiam spiritus non vocetur filius*, &c. diuinæ Triados personis imposita nomina ex Analogia cum creaturis; quare libro de Spiritu sancto, c. 16. exponens Psalm. 32. versum 6. *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum*, aduertit spiritum oris halitum, & respirationem esse, quo fluminis diuini emanatio adombratur; expressiùs Cyrillus Alexandrinus lib. 9. in Ioann. in cap. 14. vers. 15. *& ego rogabo Patrem, & alium Paracletum*, &c. alludens quippe ad eiusdem Euangelistæ narrationem, cap. 20. vers. 22. *Hæc cùm dixisset, insufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum*, &c. inquit; *idcircò enim Christus insufflauit corporaliter, ostendens quòd sicut ex ore humano Spiritus prodit corporaliter; sic & ex diuina substantia Deitati conuenienter spiritus, qui ex eo est, profunditur*; profectò ab halitu, & vitalibus spiritibus animalium acceptam Spiritus sancti nuncupationem certa conclusione defensat Didacus Ruizius de Montoia disputatione 65. de Trinitate, sectione 3. num. 2. Cùm igitur animantia halitu tenera pignora foueant, demulceant, in vigorem, & robur calefaciant, venustè in Spiritum sanctum, qui halitus dicitur, respectu creaturarum sub primo vagitu ipsarum hæc officia quadrant, vnde Claudius Marius Victor aptè cecinit lib. 1. in Genesim.

*Et sacer extensis impendens Spiritus vndis,*
*Altrices animabat aquas, ac semina rerum*
*Nondum compositis fundenda ad germina terris*
*Insinuanda dabat.*

& Ambrosius lib. 1. Hexaëmer. cap. 8. *Pulchrè spiritus superferebatur, quia per ipsum habebant nouorum partuum semina germinare, secundum quod dixit Propheta. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ.* Chrysostomus Homil. 4. in Genesim. *Mihi videtur hoc significare, quòd affuerit efficax quædam, & vitalis operatio aquis.* Alcuinus quæstione 29. in Genesim; *ad viuificandam informem materiam, quæ hoc loco aquæ nomine significatur*; benè expressit D. Augustinus sermone 154. de tempore, seu tertio Sabbati in vigilia Paschæ; *Hic ergo spiritus, qui superferebatur aquas, seminarius est animandæ conditionis, quia neque aqua, neque terra viueret, aut aliquid generaret, nisi hoc Dei Spiritus animaret.* Denique Hieronymus quæstionibus in Genesim; *pro eo, quod in nostris codicibus scriptum est*, ferebatur, *in Hebræo habet* Merachepheth, *quod appellare possumus, incubat, siue confouebat, in similitudinem volucris oua calore animantis; ex quo intelligimus non de spiritu mundi dici, vt nonnulli arbitrantur, sed de Spiritu sancto, qui & ipse viuificator omnium à principio dicitur: si autem viuificator, consequenter & conditor; quòd si conditor, & Deus; emitte enim*, ait, *spiritum tuum, & creabuntur*; atque eadem met S. Basilius Homil. 2. in Hexaëmeron.

Quòd autem superueheretur aquis Spiritus 39.
Dei, non sic intelligendum est, vt harum solùm curam susceperit, cæteris elementis intimè coniungebatur, verùm aquæ memorantur specia-tim, quoniam vndæ tunc spatia omnia ad cælum vsque Empyreum occupabant, nec poterat innotescere Mundi decor antequam copia illa aquarum immensa vnum congregaretur in locum; adstare igitur Spiritum sanctum vndis præ aliis rebus productis dicitur, quoniam aquis in ordinem reductis, & præfixa in loca distributis, reliquorum elementorum statim consequebatur ornatus; quis terræ vsus nisi aquis liberetur? Quis aëri, quis firmamento, quis ignibus locus, nisi iisdem submotis? Cùm igitur ab aquarum reformatione cætera penderent, non inscitè describitur quasi huic tantùm muneri intentus, diuinus Spiritus. Cyprianus de cardinalibus Christi operibus, tractatu de Spiritu sancto; *Non aquis materialibus quasi vehiculo egens, quas potius ipse ferebat, & dabat congruum motum, & limitem præfinitum.* Beda in Hexaëmero; *quia virtute diuina præcellebat Creaturis, habens in propria potestate quando aquarum illustraret abyssum quando in locum eas secerneret vnum, vt appareret arida, quando & quomodo creaturas cæteras pro suo nutu disponeret.* Sed regrediamur ad halitus memoriam, quo Spiritum sanctum exprimi docuimus; respiratio hæc, quæ vitæ index est, ex corde oritur, Aristoteles denunciatore libro de respiratione, cap. 4. & lib. 3. de partibus animalium, cap. 6. Plinio etiam lib. 11. cap. 37. Verùm, nónne ex corde amor? Deuteron. cap 6. vers. 5. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Amor igitur, nimirum tertia inter diuinas personas, est habitus ille, qui superlatus aquis, eas calore fouebat; ac fortassè ob hanc causam Ethnicorum Poëtæ cùm haustum nonnihil de originibus rerum, ac prima mundi infantia carminibus declararent, amorem simul cum chao, hoc est, Orbe iacente sub tenebris, & aquis cuupetto, prodiisse memorant, quoniam videlicet cum Spiritus sanctus, qui charitas substantialis est, vndis incubabat, vt decantarunt Orpheos in Argonauticæ principio, &

P. Sherlogi Antiq Hebr. Dioptra. V 3

Margin notes: Basilius. Ambros. Martineng. Delrio. Eustath. Diodor. Basilius. Cyrill. Ruizius. Claud. Vict. Ambros. Chrysost. Alcuin. Hieron. Basil. Cyprian. Beda. Aristot. Plinio. Deut. 6. 5.

& Hesiodus initio Theogoniæ. Maro 4. Georgicor. verſ. 438. Plutarchus de Iſide & Oſiride, & in Ερωτικῷ. Phornutus de natura Deorum, titulo, de fabulis veterum. Pauſanias lib. 9. ſeu in Boëtica num. 302. Plato in Sympoſio, & Parmenides ab eo citatus, quem & Plutarchus in Amatorio allegat: Pherecydes Pythagoræ magiſter, teſte Proclo ſuper Platonis Timæo. Nonnus Dionyſiacorum lib. 47. verſ. 466. Leo Hebræus Dialogo 5. de amore, & alij apud Eugubinum initio Coſmopœiæ, & lib. 7. de perenni Philoſophia, cap. 10. & apud Lælium Biſciolam tom. 2. horar. ſubceſſiuar. lib. 3. cap. 1. Verùm hæc ſi minùs firma putes, habe iſtius dogmatis non inane fulcrum, quod ſupra ſuggeſſi, nempè *Spiritum Dei* non niſi de tertia ex diuinis perſonis, affirmari, quo vtuntur argumento Baſilius Ho-

Ambroſ. mil. 2. in Hexaëmeron. Ambroſius Hexaëmer. lib. 1. cap. 8. *Reſpondeant, qua ratione Spiritum Dei*

Auguſt. *dixerit, cùm ſatis fuerit ſpiritum nuncupare?* & Auguſtinus de Geneſi imperfecto, cap. 4. *Nullo modo hoc loco Spiritus Dei poteſt, niſi ille incommutabilis,*

S. Thom. *& ſanctus intelligi*; quare S. Thomas 1. part. quæſtione 74. art. 3. ad 4. ait, *Dicendum, quòd Rabbi Moyſes per Spiritum Domini intellegit aerem, vel ventum; ſed ſecundùm Sanctos per Spiritum Domini intelligitur Spiritus ſanctus.* Accedit Patrum doctrinam eſſe myſterium Trinitatis inſinuari exordio Geneſis; tanti autem arcani notitia quoad tertiam perſonam præfatis vnicè fundatur verbis; *& Spiritus Dei ferebatur ſuper*

Auguſtin. *aquas*, &c. teſtantur Auguſtinus lib. 1. de Geneſi ad litteram, cap. 6. & contra Adimantem Manichæi diſcipulum cap. 1. & lib. 3. Confeſſ. cap. 5.

Ambroſ. Niſſen. Ambroſius Prologo in ſecundum librum de Spiritu ſancto. Gregorius Nyſſenus tractatu de teſtimoniis contra Iudæos pro ſancta Trinitate

Cyrill. Victor. Optat. iuxta principium. Cyrillus Alexandrinus lib. 1. & 3. contra Iulianum. Victor Epiſcopus Africanus de fidei ratione ad Hunnericum. Optatus Mileuitanus lib. 5. aduersùs Parmenianum iuxta

Philaſtr. Apon. Paſchaſ. principium. Philaſtrius in hæreſibus poſt Chriſtum, cap. 60. Aponius lib. 6. in Canticum Canticorum, in illud, *duo vbera tua*, &c. Paſchaſius Diaconus Cardinalis lib. 1. de Spiritu ſancto

Beda, &c. contra Macedonicum cap. 5. Beda in Hexaëmero. Rupertus lib. 1. de glorificatione Trinitatis, cap. 11. Strabus in cap. 1. Geneſ. verſ. 2. Altercatio Synagogæ & Eccleſiæ, cap. 3. Ægidius Ro-

S. Thom. manus parte 1. Hexaëmeri cap. 23. Hinc B. Thomas 1. parte, quæſt. 74. art. 3. ad 3. *& ſic in opere creationis Trinitas perſonarum inſinuatur; perſona Patris per Deum creantem; perſona filij per principium: Spiritus ſancti, qui ſuperfertur aquis*, &c.

40. Igitur, nobilior, & anteponenda expoſitio eſt, quæ Spiritum ſanctum intelligi affirmat; nihil tamen vetat, & alteri interpretationi de aëre, ſeu vento locum præſtari, ſcilicet, vt eiuſdem litteræ duplex exiſtat ſenſus; ſimul enim contingere poterat, vt aliquid aëris à vento leni commoueretur, atque vt Spiritus ſanctus aquis incumberet, quas poſtea contraxerit ad minora ſpatia, ſalſas reddiderit, piſcibus & nauigationi per hoc idoneas fecerit; quanquam verò plerique enarratores ſpeciatim ex antiquioribus ſpiritus vocabulum de vento conſtruant, ſed quoniam ventus nunquam flat, aut percipitur niſi locis, quibus aër dominatur, nimirum in ſpatio vacuo & inani, ideò colligitur, modò ventum extitiſſe principio mundanæ fabricæ conſtet, aërem quoque tum aliquem productum; quare ex Moyſis oratione deduci, creationem aërei elementi; & quidem nos fatemur pariter cum cælo, terra, & aquis formatam portionem aëris; oſtendimus namque præcedentis libri diſſertatione vltima, ſect. 19. num. 143. ſtatim ac creatum eſt terræ elementum inferni diſpoſitam cauitatem, & vaſtos hiatus; quid ni etiam tum animarum cætera ordinata habitacula? quid ni ſubterraneæ aquarum receptiones? ſed de Tartaro non dubitamus. Porrò vacuum illud antrum quid tunc replere potuit niſi aër? igitur ibi ſaltem aër; fortaſſe etiam nonnihil aëris inter ſuperficiem aquarum, & cælum Empyreum, id enim contendunt, qui illam clauſulam, *& Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, de vento, atque aëre declarant; verumtamen, quoquo modo acciderit, ſtatuimus, aëris elementum, quod ſub æthere, & Luna eſt, & qui circumdat terram & aquas, nequaquam prima die mundi, atque vnà cum cælo Empyreo, vndis, & terra prodiiſſe; quippe, aquæ, quæ ſuper cælos ſunt, ſuper aërem conſtituuntur etiam ab his, qui firmamento, vel aliis cælorum Orbibus celſiores eſſe denegant; atqui tum diuiſæ ſunt aquæ cùm productum eſt id, quo diſſociatæ ſunt, nempè firmamentum Geneſ. cap. 1. verſ. 6. *Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.* Si igitur firmamentum quatenus aquas ſeparans aëris elementum concipitur, hoc non niſi ſecunda creationis die proſiliit, ac proinde ſimul cum terra & aquis non emerſit: firmamentum autem niſi hunc in morem declaretur, non poteſt aliud eſſe niſi cælum ſtellatum, & aſtriferum; hoc productum in medio aquarum habet aquas ſuper ſe, illas nimirum, quas ſurſum diuidens abegit: ſi igitur iam ſuper has aquas aëria formatum eſt elementum; ergo etiam iſtud firmamento ſublimius eſt; vel enarra quando ſubter Lunæ, & ignis ſphæras coniectum eſt, quod in principio ſui ortus aquis, quę ſuper cælos ſunt, euectus fuerat? Itaque aër quoad eſſentiam prima Mundi luce productus eſt, partes videlicet illæ, quæ terræ caua adimplebant, & quæ ventum comitabantur vndas placidè mouentem; globus verò aëris, qui pro hoc elemento ſupponere abſolutè conſueuit, creatus non eſt quoad cælum ſydereum formatum eſt, cuius nos productionem à primæ diei operibus excludimus.

*Aëris portio cũ cælo, terra, & aquis formata.*

*Gen. 1. 6.*

Quod ſpectat ad Ignis elementum, cùm illius 41.
vera nomina Moyſes omiſerit, ab effectu demonſtraſſe, cap. 1. verſ. 3. *fiat lux, & facta eſt lux*, & per lucis vocabulum indicaſſe ex Hermete Trimegiſto innuit Cyrillus Alexandrinus lib. 2. contra Iulianum; adſtruúntque Gregorius Nyſſenus Hexaëmeri prope initium; Damaſcenus lib. 2. de fide Orthodoxa', cap. 7. Hugo Victorinus cap. 6. in Geneſim; ex nuperis Mariana in cap. 1. Geneſ. verſ. 3. Antonius Zara in Anatomia ingeniorum, ſect. 4. membr. 12. Franciſcus Reſta lib. 1. de meteoris, tractat. 5. cap. 6. §. *deinde hac ipſa*, &c. Sed verùm lux illa, quæ primam Mundo claritatem attulit, ab ignium ſubſtantia proſilierit, mox viſuri ſumus; equidem lucis nuncupatio, cùm variæ ſint cauſæ, à quibus fulgores, & lumina prodeunt, neſcio quomodo ignem ſpecialiter denotauerit; ſunt, quibus placet, igni nullam dari ſphæram, miniméque verum arbitrantur

*Ignis quando creatus? num cap. 1. Geneſis expreſſus.* Cyrillus. Nyſſen. Damaſcen. Hugo Vict. Mariana. Zara. Reſta.

Cardan. Brahe. Valles, & alij.

trantur sub concauo Lunæ ignem suas obtinere sedes, & globum conflare; quare flammarum elementum inde propulsant Cardanus lib. 1. de subtilitate, cap. 2. Tycho Brahe Progymnasmatum lib. 1. parte 1, cap. 1. pag. 92. Valles lib. 1. sacræ Philosophiæ, cap. 1. ad medium. Franciscus Picolomineus lib. 6. de prima materia rerum naturalium, cap. 7. Meruia Cosmographiæ parte 1. lib. 3. cap. 2. Camillus Gloriosus lib. 4. de Cometis, cap. 3. Pandulfus Sfondratus libello de causa æstus maris, cap. 1. Didacus à Stunica lib. 4. Physicor. cap. 4. Fromondus lib. 1. Meteorologicorum cap. 2. art. 1. Arriaga disput. 4. de generat. sect. 4. num. 68. Nec quidem hæc opinio vsque adeò fallitur; peregrinum est enim ignem ibi absque pabulo conseruari. Porrò, quódnam ei adscripseris nutrimentum? aërem videlicet proximè adhærentem? verùm, cùm ignis elemento minor sit aër, quorsum non tot sæculorum decursu flammæ voraces aërem vniuersum deuastauerint, & consumpserint? Sin autem dicas, aërem inconsumptibilem esse, flammas verò alere ex eo tantum, quòd has ambiant; quamobrem non idem contingit ignibus, quibus homines tot vtuntur modis ad vitæ necessitates? nam vterque ignis eiusdem naturæ est. Nec dicas, ignem proprio elementi habitaculo, pabulo non indigere: sedes autem natiua est Lunæ sub concauo; imprimis namque hoc pro solo libito

*An regnet sub Luna concauo.*

supponitur; quippè terræ elementum suo loco naturali consistit, & tamen ab influentiis cæli dependet; ergo & ignes etiam germano ambitu conclusi indigere possunt nutrimenti adminiculis. Deinde elementorum illud censendum est domicilium, quo hominum vtilitatibus aptius deseruire queant, in hoc enim potissimum destinantur, vt hominis vitam iuuent; sed ignis sub Lunæ concauo ardens hominum vsibus nihil commodus est, quin nec ministerio alio proficuus; ergo elementi natiuus locus non est, ac proinde ibi nullatenus reperitur, sed apud homines, & in terræ visceribus. Peregrinum insuper est, vt ibi flammæ existerent, quorsum splendores occultarent? & quamuis respondeant, ideò non clarescere, quia admodum subtiles, rari, & tenues sunt, scrupulum non tollunt; quomodo enim tenuis ignis ille, atque vt cerni nequeat, cuius altitudo, seu profunditas milliaria con-

Clauius.

tinet 11700. vt deducit Clauius in cap. 1. sphæræ Sacrobosci, in illud, *item cum aqua*, &c. aut mil-

Conimbr.

liarium circiter 120578. vt placet Conimbricensibus lib. 3. de cælo, cap. 5. quæst. 3. art. 2. è contrario aëris tam breuis altitudo sit iisdem demonstratoribus, vt non complectatur nisi circiter 52. milliaria; quod fusiùs euincit Petrus Nannius Salaciensis opere de crepusculis, propositione 18. Quorsū igitur, quando accensę materiæ licèt non densa flamma satis è longè conspiciatur? non ignis adeò profundi, & continuati conspici lux valeat, aëris non nisi exigua impediente altitudine? quas ob causas nobis hæc arridet sententia; alteram defendunt Titelmannus lib. 7. Physicor. cap. 3. Scaliger exercitat. 9. in Cardanum. Gregorius Tolosanus in syntaxi artis mirabilis, lib. 35. cap. 2. Hannibal Rosellus in Pymandrum Trimegisti tom. 1. lib. 1. comment. 3. digressione 1. cap. 3. Clauius in cap. 1. Sacrobosci in illud, *elementaris quidem*, &c. Conimbricenses lib. 4. Physic. cap. 5. quæst. 3. art. 3. & lib. 3. de cælo, cap. 5. quæst. 1. art. 3. Puente Hurtado de cælo, disput. 3. sect. 4. Cæsius de mineralibus, lib. 1. cap. 6. sect. 1. num. 18. Dicimus itaque simul cum cælo, & terra Ignem à Deo productum; causam insinuauimus paulò antea, num. 40. vt Angeli proditores à flammis torquerentur; parata hunc in finem Diabolo, & consortibus incendia; fortasse & subterranei ignes per terræ fibras variis dispositi caminis. Quod si statueremus ignis sphæram vigere sub Lunæ concauo, nequaquam prima Orbis die formatam adsentiremur, sed quod de aëris globo numero præcedenti decreuimus, similia de ignis circulo traderemus; de eius siluisse ortu Moysem ideo vult Doctor Angelicus 1. parte, quæstione 66. art. 1. ad 2. vt Iudæorum ruditati condescenderet, qui tam subtilis elementi vim leuitè percepturi erant; fortassè pariter, quoniam producendi ignis occasio, spirituum malorum lapsus; vti de calamitate illa, de præcipitio, & deiectione mentio facta non est, sic nec de vltrice tanti delicti flamma.

*Cum cælo & terra à Deo productus.*

---

## SECTIO VI.

*Lux, quæ primo mundi triduo fulsit, an corpus nubem referens? Vtrùm à Sole tum producto generata? & an beatus Dionysius Areopagita sic statuerit? Num tantùm qualitas, & accidens? Qua diei periodo lux illa se Orbi visendam exhibuerit?*

IAcebant in tenebris prima lineamenta diuinorum operum vndæ, tellus, aër, ignes; sed 42.
statim Numen vultus detegere fecit nocte depulsata, & lucis renidenti face subErecta; dixitque Deus Genes. cap. 1. vers. 3. *Fiat lux, & facta est lux, & vidit Deus lucem, quod esset bona*; decebat enim tanti artificis partus luce conuenustari; *Tunc dixisti*, (inquit Author lib. 4. cum titulo Esdræ cap. 6. vers. 40.) *proferri de thesauris tuis lumen luminosum, quo appareret opus tuum*. Nazianzenus orat. 43. in nouam Dominicam, num. 11. *conueniebat quippè magno lumini opificium suum à lumine auspicari; quò tenebras, vastámque illam congeriem, & confusionem omnia occupantem solnit, ac depulit*; idémque poëmate de Virginitatis laude, ex quo sequentes versus apud eius Scholiasten Nicetam ad præfata orationis 43. verba.

Gen. 1. 3. Nazianzen. Nicetas.

*Principia lumen summus moderator Olympi*
*Fecit, vt accessa lucis iucundior esset*
*Tota operis magni facies.*

Lux itaque fulsit splendores, & decora, sed quónam è fonte processit? primæ sententiæ cogitatio est, lucem illam, quæ à Deo sub mundi initio creata est, fuisse corpus quoddam lucidum, instar nubis, quod ab Angelo mouebatur, idémque præstabat per tres primos mundi dies, quod postea Sol è throno suo deaurato efficiebat: insinuatur à Beda in Hexaëmero, & à Rabano lib. 1. in Genes cap. 1. tradunt expressiùs historia Scholastica cap. 3. in Genes. Hugo de S. Victore lib. 1. de Sacramentis, parte 1. cap. 9. Magister in 2. dist. 13. §. 2. ibidem Bonauentura in expo-

*Lux, quæ primo mūdi triduo fulsit, an corpus nubem referens.*

Beda, &c.

sitinne textus Magistri dub. 2. Thomas Anglicus, & Hugo Cardinalis in cap. 1. Genes. vers. 3. ibidem Guilielmius Estius notis in Scripturam. Delrio num. 23. Alapide, Antonius Zara in Anatomia ingeniorum sectione 4. membr. 12. Nietembergius lib. 4. historiæ naturæ, cap. 8. Nec credo ab hac discrepare eos, qui lucem illam ignis fuisse substantiam perhibent, non enim inficiantur subtilem, & expansam fuisse nubis ad similitudinem, ideo Gregorius Nyssenus eius effati dux in Hexaëmero, ait; *ignea atque illuminatrix vis leuitate, agilitateque naturæ, ante res cæteras exiliens atque emicans creaturæ praluxit.* Nysseni autem assecla, qui latè nuper præmonstrato loco de nubis corpore tractauit, Hugo Victorinus Genesis cap. 6. quid intelligeret, expressit, inquiens: *ignis verò distinctus lumen præbuit mundo inferiori qualecumque, & motum habens circularem, quasi quadam lucida nubes circumferebatur sicut modo Sol*; sectantur, & explicant Celada 10 cap. 1. Genes. vers. 3. Resta lib. 1. de meteoris, tract. 5. cap. 6. At perspiciamus, quibus hic dicendi modus inuoluatur nodis? eius patroni si statuant cælos prima Orbis die compactos vnà cum terris & vnda, quamobrem non asserant, Solem quoque tum productum, atque excusant nubis illius effomationem? Dicent, vt Soli existentia concedatur, cùm radios spargere prohibitus sit, quia tenebræ erant super faciem abyssi, & caligo totum faciem aliquandiu sepeliuit, miraculo hoc esse tribuendum; ad miracula verò non esse recurrendum, cùm iidem effectus aliter saluari queant; verùm, in illa prima rerum molitione non pauca esse admittenda à cunctis, insueta quidem naturæ spectaris legibus, ostendunt Burgensis additionibus ad cap. 1. Genes. §. *Notandum*, &c. Molina disputat. 7. de opere sex dierum; certè potuit Numen statim à primordiis elementa suis collocare locis, perficere atque ornare, voluit tamen aquis submergere, quas postea die tertia virture, & potestate naturæ fortitudinem superante, in locum vnum congregauit; potuit & auspicari fabricam à lucis natiuitate, sed cùm placuerit noctem, & inclarum priùs dominari, nihil mirum cohibuisse Phœbum tantisper ne iubar effunderet, & mundi infantiam reuelaret. Esto autem Solis discum non formauerit Numen prima creationis die, sed postea quarta Orbis luce, in supplementum verò corpus illud ex nube ignea, & coruscа produxerit, interrogo, cùm Solem deinceps effinxit, quos in vsus nubes illa ministrauit? Si decteueris sublatam penitus è medio, destructam, atque corruptam fuisse; hoc Ruperto lib. 1. in Genes. cap. 10. & Angelico Doctori in 1. part. quæst. 67. art. 4. ad x. displicet; nam præter morem existimant, absque formarum inter se pugna, & quin vniuersi maius aliquod bonum exigeret, à naturæ parente formam, aut compositum aliquod annihilari, præsertim verò ex cælestibus corporibus, de quibus ob incorruptibilitatem Psalmus construendus 148. vers. 6. *statuit ea in æternum, & in seculum seculi, præceptum posuit, & non preteribit.* Sin autem dicas conuersam nubem eam in substantiam Solis, & aliorum astrorum, hoc etiam peregrinum est, omnia quippè elucebant in corpore illo igneo, & nubifico, quæ Phœbum commendant, & syderibus anteponunt reliquis, substantia erat materiæ eiusdem nobilitatis cum

Nyssen.

Victorin.

Virùm à Sole cum producto generata.

cælesti, mundum pari nitore illustrabat. Solis igitur excusabatur productio cum Phœbi munia singula nubes illa obiret; quare rectè Augustinus lib. 1. de Genesi ad litteram cap. 10. *Vt quid ergo factus est Sol in potestatem diei, qui luceret super terram, si lux illa diei faciendo suffecerat, quæ dies etiam vocata est?*

Augustin.

Est igitur secunda sententia Diui Aquinatis 1. parte, quæst. 67. art. 4. ad secundum, lucem illam fuisse ipsius Solis producti ab initio, informem tamen, eò quòd haberet solùm virtutem illuminatiuam in communi, nam postea ad speciales effectus determinatam accepit virtutem; quam opinionem S. Doctor B. Dionysio Areopagitæ adscribit cap. 4. de diuinis nominibus §. 4. vbi inquit; *αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ φῶς, εἰ δὲ τότε ἀσχημάτιστον ἦν, ὅπερ ὁ θεῖος ἔφη Μωϋσῆς, καὶ αὐτὴν ἐκείνην ὁρίσας τὴν πρώτην τῶν καθ' ἡμᾶς ἡμερῶν τριάδα: hoc est enim illud lumen, tametsi tunc erat informe, seu non erat figuratum, quod dixit diuinus Moyses distinxisse illud primum dierum nostrorum triduum.* S. Thomæ mentem sequuti Abulensis in c. 1. Genes. vers. 3. quæst. 6. Carthusianus ibidem art. 9. Lyra, Catharinus, Honcala, Pererius lib. 1. num. 76. Ystella, Marzilla, Leonardus Marius; Eugubinus in Cosmopœia, & lib. 7. de perenni Philosophia, cap. 8. Vielmius lectione 13 in cap. 1. Genesis. Naclantus in medulla sacræ Scripturæ, in explenatione sex dierum Mundi. Rosellus in Pymandrum Trimegisti lib. 4. commentatij tertij initio. Coquæus ad cap. 7. lib. 10. Augustini de ciuitate Dei. Merula 1. parte Cosmographiæ lib. 1. cap. 4. Torniellus 1. die mundi, num. 5. Spondanus 1. etiam mundi die, num. 3. Bañez in quæst. 67. 1. partis, art. 4. Valentia eadem 1. parte, disputat. 5. quæst. 3. puncto 1. Suarez lib. 2. de opere sex dierum, cap. 2. num. 21. Verùm cùm huic opinioni eius tot patroni ea causa plurimum tribuant, & meritò quidem, quod à sancto Areopagita haustum eredant, nequaquam arbitramur id eos rectè concepisse, quippè B. Dionysij diligens, & grauissimus Scholiastes S. Maximus, non aliam fuisse sententiam perspicuis testatur verbis, quàm postea declaratam, & traditam à Magno Basilio in Hexaëmeri opere, videlicet lucem illam primo Orbis triduo micantem, Solis splendorem fuisse, sed quæ independenter à subiecto, quia Sol toto illo tempore in rerum natura non existebat, à Deo conseruabatur, quem Soli quarta die condito restituit, nimitum ipsius natiuo vehiculo; itaque Dionysius nequaquam suggerit, vt cum citati authores declarant, Solem prima mundi luce efformatum, sed docet solùm Phœbi claritatem qualitatem consistentem tunc absque ipso efformatam, & quoniam Vectore suo carebat, idcircò *informem*, seu *non figuratum appellat*, ornamentum enim affert corpus solare, quo tanquam in throno sublimis fulget, quo viduata manca est, nec integræ perfectionis; hæc est informitas, non quidem Solis ipsius, qui nondum prodierat, sed lucis, quæ Solis inhæret substantiæ, accidens nimirum subiecto suo. *Nota*, (inquit S. Maximus in præfati 4. capitis de diuinis nominibus §. 4.) *illud triduum ipsum intelexisse vti etiam in Hexaemero Magnus Basilius disertè docet; denique non te fugiat illa, quæ antè dicta sunt, non de Sole, sed de luce ista primigenia, quæ in Solem transfigurata est, dici.* Porrò S. Basilium existimasse lucem Solis diuinitus absque subiecto

43. S. Thom.

Dionys. Ar.

Abulens. &c.

S. Maxim.

Basil.

cto conseruatam donec 4. Orbis die Phœbea creata lampade, vectari ab ea cœpit, manifestè colligitur ex Homil. 6. ipsius in Hexaëmeron, vbi in illud; *& dixit Deus, fiant luminaria*, disputationem mouet; *Si lucis ortus Solem anticipauit, cur nunc Sol vt luceat super terram exortus dicitur esse?* & respondet: *Non aduersantur hæc illis sanè, quæ de luce sunt dicta; tunc enim ipsa natura lucis producta est: nunc autem hoc Solis corpus eo conditum est, vt illi primogenitæ luci vehiculum esset.*

Io. Philopp. Basilius etiam quid intenderit à Ioanne Philoppono declaratur lib. 2. de mundi creatione, c. 10. *Magnus ille Basilius lumen solare ante corpus ipsum solare extitisse tradit diuina virtute id efficiente quod naturaliter fieri non poterat.* Si ergo B. Dionysij sententiam Basilius sectatus est, quemadmodum ex Basilij discursu colligere non licet Solem prima dierum omnium conditum fuisse, ita nec ex verbis Areopagitæ id legitimè deducendum est. Nec etiam facile captu est, Solem tantùm habuisse virtutem in communi vsque ad Mundi quartam lucem, si enim radios sparsit, & illuminauit, quamuis non tam pleno iubare, hæc actio certa, & determinata erat, claritatis nimirum productæ ab ipso, etsi minus fulgens ea claritas illuminationibus quarta mundi die per Hemisphærium diffusis: id verò maximè considerandum ab iis, qui Solem prima Orbis luce formatum meditantur, adstruendum esse, quarta creationis die, verba illa Genes. cap. 1. vers. 14. & 16. (Gen. 1. 14, 16.) *Dixit autem Deus, fiant luminaria in firmamento cæli*, &c. *fecitque Deus duo luminaria magna*, &c. eius diei nouam non denotare fabricam, sed repetitionem operis iam anteacti: hoc autem genus interpretandi sacram paginam, eius litteralem sensum non parum obscurat, & inuertit, non enim vt sonant verba, & propriè significant, ea exponit; & quorsum obsecro cùm dicitur, *germinet terra herbam virentem*; *producant aquæ reptile animæ viuentis*; *faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram?* ista omnia mandata non solùm probent effectiones rerum quoad accidentia, & ornatum ipsarum, sed etiam quoad substantiam, & primam absolutè mobitionem? Illud autem, *fiant luminaria in firmamento cæli*, &c. operis tantùm decoramentum referat? Quin si hoc præstet & liceat; quid prohibet asseruisse omnia, quæ sex diebus perpetrata memorantur quoad naturas, & substantiam prima mundi die laborata, cæteris diebus perfectiones aliquas superadditas, atque ita quoad substantiam vnam solùm fuisse lucem, in qua Deus totum opus absoluit, & simpliciter vno die conditum Orbem, cùm tamen Exodi cap. 20. vers. 11. (Exodi 20. 11.) scriptum sit; *sex enim diebus fecit Dominus cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt*; ait *fecisse*, quod absolutam productionem intimat, non autem *perfecisse*, quod pulmentum sonat, & formosiora reddita tantùm insinuat?

44. *Num tantùm qualitas, & accidens.*

Tertium placitum est, non interuentu substantiæ alicuius radiantis, aut corporis iubar, & splendorem emittentis Deum primo Orbis triduo illuxisse, sed per qualitatem lucis à sola causa prima effectam, qui eam vniformiter, difformiter per hemisphærium eo prorsus modo diffudit, quo Sol ipse diffunderet si extitisset, & Zodiacum percurreret. Ac quidem de hac qualitate ita senserunt veterum præsertim maxima pars ex his, qui eam commenti sunt, vt nulli inhærentem subiecto conciperent, verùm à Deo miraculosè conseruatam putarent independenter à quouis subiecto ad eam, quam de accidentibus Eucharistiæ Theologi statuunt, normam; sic D. Basilius Homil. 6. in Hexaëmeron, in illud, *fiant luminaria*, &c. Nazianzenus oratione 43. in Dominicam nonam num. 11. & Poëmate de Virginitatis encomio. Claudius Marius Victor lib. 1. Meteorum in Genesim. Theodoretus in Genesim quæst. 14. & 16. Dydimus & Apollinarius relati à catena Græca in Genes. cap. 1. vers. 3. ibidem Procopius Gazæus. Anastasius Sinaita lib. 4. in Hexaëmeron. Damascenus lib. 2. de fide Orthodoxa, cap. 7. Addunt, eam lucem triduo perstitisse, donec 4. die creato Sole, in eius globo tanquam in connaturali subiecto reposita est; subscribunt Burgensis additionibus in cap. 1. Genes. §. *notandum etiam*, &c. VValdensis lib. 1. de Sacramentis, cap. 77. Attamen Ioannes Philopponus quamuis ei mos sit, vix à S. Basilij discedere semitis; nihilominus super hac re in eo dissentit, quòd absque omni subiecto conseruatam lucis qualitatem arbitretur libro 2. de creatione mundi, cap. 11. (Basil. &c.) licèt enim miracula prorsus non sint ableganda respectu multorum operum sex dierum, in quibus mundus formatus est; sed cùm non implicet accidens illud primigeniæ lucis aquæ tanquam subiecto inhæsisse, non est recurrendum ad tam insigne miraculum; neque etiam consentaneum est, eandem numero lucis qualitatem semper perseuerasse donec Soli quarta die producto vnita est; cur enim non euanuerit quoties opponebatur corpus opacum, renataque sit alia qualitas similis, & intra eandem speciem? Deo nimirum, à quo regebatur lux illa, se gerente, ac si causa secunda connatiua luminis, Sol videlicet existeret, cùm Numen pro arbitratu Solis munia supplere valeret; opinionem his enarratam terminis libenter recipimus, quam amplexantur Molina de opere sex dierum, disput. 7. Becanus c. 3. de opere sex dierum. Tannerus in 1. p. disput. 6. quæst. 2. dub. 3. num. 7. ibidem Arriaga tom. 2. disput. 31. sect. 3. num. 14. Martinon in eandem 1. part. disput. 33. sect. 4. num. 23. Petrus Hurtado disput. 3. de cælo, sect. 3. §. 21. Bomfrerius & Gordonus ad c. 1. Genes. vers. 3. Salianus tom. 1. die 1. mundi n. 4. Ascanius Martinengus tom. 1. glossæ magnæ in cap. 1. Genes. vers. 3. pag. 491. Escalante in clypeo concionatorum lib. 8. cap. 5. Auersa in 1. part. quæst. 65. sect. 4. Ac sanè, cùm ostenderimus claritatem Orbi largitam tribus tribus mundi primis diebus, neque à Sole tum existente, neque ab alia substantia aut corpore ortum habuisse, quid superest nisi vt qualitatem, & accidens fuisse decernamus? non autem causa efficiens alia præter Deum ei assignari valeat; est quoque huius opinionis non leue meritum, per eam sacræ Scripturæ verba cum rigore, & proprietate explanari; saluat enim nulla textus violentia solem quarta mundi die productum; & cæteris diebus suos relinquit partus tum primùm generatos, quibus gloriari queant.

Quòd si nosse libet, quamdiu mundus attratus processit, & sub tenebris iacuit? qua diei periodo lux obfulsit? Equidem per duodecim horas caligine obtectum Orbem à primordio indicarunt Tostatus quæst. 6. in cap. 1. Genes. §. *sed fortè*, &c. Molina disput. 7. de opere sex dierum. (Tostat. &c.) 45. *Qua diei periodo lux illa sit Orbi visendum exhibuerit.*

Becanus

Becanus de eodem argumento, cap. 5. conclus. 8. Tannerus in 1. part. disputat. 6. quæst. 2. dub. 1. num. 15. Salianus 1. mundi die, num. 9. Bonfrerius in cap. 1. Genes. vers. 5. quibus substructis admonent lucem finito duodecim horarum intervallo, earum, quibus umbræ dominatæ sunt, in puncto Auroræ creatam, Orbi lætitiam, & colores attulisse; cæterùm, quoniam utroque Hemisphærio considerato, & totius mundi regionibus comprehensis, non eadem periodo Sol cunctis nascitur, sed aliis citiùs apparet, alios tardiori cursu visitat, eam de qua loquuntur lucis penitutam respectu Palæstinæ intelligendam, aut sanè climatis, sub quo Paradisus iacebat, comparatione; in has enim Orbis partes velut sacræ historiæ magis consentaneas, verosimile est ipsam direxisse scopum; quare tum cœpit esse manè, & diei inchoamentum, ut accidit Phœbo illucescente; cùm autem radiando lux alias horas duodecim expleuerit, conflatum quidem viginti quatuor horarum numerum, atque ita diem completum, & naturalem integratum, nocte sibi vindicante horas illas duodecim, quibus obscuritate consepultus est mundus: die autem artificiali alias duodecim claritatis horas ab Aurora in ultimom Solis occasum; ex quibus deducitur, qua norma illa Genes. cap. 1. vers. 5. interpretanda siot; *factúmque est vespere, & manè dies unus*; nam appellatione vesperæ tempus illud fuscitatis, & caliginis duodecim horarum subintellexit, ut observant Tostatus in cap. 12. Exodi, quæst. 10. Maldonatus in cap. 28. Matth. vers. 1. eò quòd nox à vespera, seu lucis defectu incipere consueuit, & in Auroram desinat; manè nuncupatione diem ordinatum, quem artificialium vocamus, & duodecim horis conflatum, complexus est, quod dies ille exordiatur simul ac radiis Phœbus splendescere incipit, & cum Solis occubitu terminetur; huius sententiæ membrum, quo adstruitur, lucem ab Oriente prosiliisse, & diei artificialis consummatum spatium exhibuisse, defensant Anastasius Sinaita lib. 4. Hexaëmet. Hugo à S. Victore 1. parte de Sacramentis fidei, lib. 1. cap 9. Magister in 2. distinct. 13. Bonauentura ibidem art. 1. quæst. 2. Hugo Carensis in cap. 1. Genes. vers. 5. eodem loco Caietanus. Pereira lib. 1. in Genes. num. 80. Martinengua parte 1. glossæ magnæ in Genesis cap 1. vers. 4. pag. 547. Torniellus die 1. mundi, num. 6. Suarez lib. 2. de opere sex dierum, cap. 5. num. 12. Verùm Cornelius Alapide, qui tenebris obrutum mundum per sex tantùm horas arbitratur, lucem in puncto meridiano, cùm Sol clarissimus, & ardentissimus resplendet, formatam autumat; ut & Basilius Legionensis 1. parte variarum, disput. de Agno typico, cap. 9. Sed opinor in his omnibus effatis esse quòd displiceat: caliginis, quæ toti Orbi incubuit moram breuem fuisse, & quidem ne unius horæ interuallum commonstrauit huius dissertationis sect. 5. nom. 22. esto diu perstitisse consentiamus, certè aut noctem, aut vesperam confecerint, ut diei naturalis aliquam fecisse partem statuimus, nam inter lucis viginti quatuor horarum integrantia membra, sola nox & vespera splendorem excludunt; at loquendi obseruata proprietate haudquaquam obscuritatem illam vesperam, aut noctem dicendam ostendimus allegatæ sectionis num. 19. & 20. Deferendi igitur qui tenebras illas vesperam, aut noctem definiunt. Porrò, cùm id præcipuè intendamus, ut sacri Oraculi verba sincere interpretemur, equidem Moyses Orbis talem aliquam respexit plagam, sub qua ad vesperam lux illa primùm se manifestauit, & ideo scribit Genes. cap. 1. vers. 5. *factúmque est vespere, & manè dies unus*; non igitur dies ille ab Oriente processit, non pomeridianas horas numerauit, sed nec à meridie initium duxit; ergo quando recensito nuper loco ostensum sit, vesperatum tempus inchoare ab hora nona, quæ nobis est tertia post meridiem, dicamus cum Catharino, & Oleastro in cap. 1. Genes. vers. 5. hac diei periodo, lucem multo fulgore splendentem enatam fuisse, à qua usque ad vesperam sequentis diei viginti quatuor effluxis horabus, diea integer naturalis emersit; atque ut res in hunc contingere potuerint modum, nulla implicantia est: si autem possibilis ex forma diei est, quæ à vespera in vesperam computat, profectò dici nequeat ut historicè, & litteraliter sonat phrasis sacra primo Geneseos capite, quin eiusmodi quidpiam denotet: hic igitur tenendos sensus est, nam reliqui textum aut figuratè, aut metaphoricè exponun.

Marginal notes: Gen. 1. 5. — Tostat. &c.

## Sectio VII.

*Diei initium ex variarum gentium ritu. Iudæi à vespera inchoarunt, Romani à media nocte, ex Matthæi cap. 28. vers. 1. explicatum:* vespere autem Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati, &c. *Diei antiqua distributio in tres periodos; in minuta horarum spatia debita Hebræis quasi inventoribus, quemadmodum & horologij sciotherici constructio. Horæ Ecclesiasticis deputatæ officiis quot? duodecim horæ diei, & noctis, an æquales omnibus anni temporibus? usus apud Romanos Horologiorum variæ formæ priscis, & quales? ignorata, quæ ex rotis, & campana fiunt; horum quando exorsus? Horologij, quod à Sole pendet, quæ forma, speciatim apud Iudæos? Horologij Achaz, de quo Reg. 4. cap. 20. vers. 11. diligens consideratio: Regij Tribunalis, aut solij ad instar num fabricatum? an in eo regressu umbra tantùm, an pariter retrouersus ipsemet Sol?*

PRimogeniæ lucis ortum, & formam indagauimus; sed quid est producta sequuntur? *& vidit Deus lucem, quòd esset bona, & diuisit lucem a tenebris, appellauitque lucem diem, & tenebras noctem,* 46.

*noctem, factúmque est vespere, & manè dies vnus*, Genes. cap... vers. 4. Diem autem in naturalem, & artificialem partiri vsus est. Dies naturalis, quem etiam *ciuilem* alij vocant, est conuersio, seu reuolutio Solis ab vno puncto fixo ad idem rursus punctum, velut à Meridiano finitore, seu circulo cum regressione ad eundem; dies verò artificialis, quæ *lux* appellatur, & cui diei nomen adpropriatur recensita Genesis clausula, est tempori illud spatium, quo Sol supra Horizontem moratur, seu quo Sol à finitore ortiuo per meridianum ad Occasum motu firmamenti rapitur, quemadmodum aduertunt Basilius Homil. 2. in Hexaemeron. Augustinus de Genesi in imperfecto, cap. 6. Procopius in cap. 1. Genes. vers. 4. Damascenus lib. 2. de fide Orthodoxa, cap. 7. Isidorus Hispal. originum lib. 5. cap. 30. Censorinus de die natali, cap. 23. Cæterùm in assignando diei, qui solidus & completus est, nempè ex diurno pariter spatio, nocturnóque emergens initio nationum varia fuere placita; quippè aliæ ab ortu Solis auspicantur, & profetunt in sequentem ortum radiorum eiusdem, aliæ meridiem initium diei faciunt, aliæ vesperam, & occubitum Phœbi; aliæ ab intempesta nocte, hoc est, à media inchoant nocte; Gentes, quibus hæc consuetudo tam discrepans, hauries ex Censorino de die natali, cap. 23. Macrobio lib. 1. Saturnal. cap. 3. Aulo Gellio lib. 3. cap. 2. Plinio lib. 2. cap. 77. Theodoro Gaza libro de mensibus, cap. 20. Isidoro Hispal. etymolog. lib. 5. cap. 30. Beda de ratione temporum, cap. 3. Seruio Grammatico in illud Æneæ. 5.

——— *torquet medios nox humida cursus*, &c. Rabano lib. 10. de Vniuerso, cap. 5. Authore operis de imagine Mundi, Anselmo adscripti, lib. 2. cap. 3. Honorio Augustudunensi libro etiam secundo de imagine Mundi, cap. 16. docebunt iidem, quas in partes tam lucis, quàm tenebrarum diuisa interualla: quicquid verò aliæ statuerint Prouinciæ circa dierum exortus, & terminos, verisimile est Iudæos Moysis descriptionem sequutos, qui diei primordium vesperam tradit, vigintiquatuor horarum circulum, quo dies integra clauditur ab eo tempore; quo declinare Sol incipit, & quod vesperarum initium est, auspicatos fuisse, vt obseruant Chrysostomus in cap. Matth. 26. Homilia 82. in principio. Paulus Burgensis additione ad c. Matth. 26. §. *primum præsupponendum est*, &c. Soto in 4. sentent. dist. 9. quæst. 1. art. 4. §. *tertium fundamentum est*, &c. in cap. 1. Genes. vers. 4. Catharinus, & Oleaster, Maldonatus in cap. 26. Matth. vers. 1. quæst. 2. & in cap. 13. Ioann. vers. 1. Petauius tom. 1. de doctrina tempor. lib. 7. cap. 1. Scaliger lib. 7. de emendatione temporum, in illud computi Iudaici; *ad sciendum nouilunium*, &c. Franciscus Picolomineus in Philosophia, libro de communibus affectionibus, cap. 21. Petrus Gregorius in præludiis optimi Iurisconsulti lib. 4. cap. 2. num. 12. Arias Montanus in cap. 28. Matth. vers. 1. ibidem Mariana; cæterùm qui idem sentiunt Toletus in cap. Ioann. 20. annotatione 1. §. *quinto loco*, &c. Salmeron tom. 11. in Euangelia, tract. 8. admonuere, hoc intelligendum de die naturali vigintiquatuor horarum, non autem de die artificiali; hic enim duodecim horis coalescens, eas à primo lucis exortu numerabat, & cum eiusdem lucis occasu terminabat; totum

*Gen. 1. 4. 5.* — *Diei partitio in naturalem, & artificialem.* — *Basilius. Augustin. Procop. Damascen. & alij.* — *Dierum initium ex variarum gentium ritu.* — *Censor. &c.* — *Iudæi diem à vespera inchoarunt.* — *Chrys. & alij.*

igitur tempus intra horas eas duodecim percurrens diei artificiali cooperabatur, sed intra illas horas duodecim, quas nox tenebrosa sequebatur, vespertinum computabatur interuallum, vespera enim nocti præludit; non igitur à vespera diei omne principium etiam secundùm Iudæorum calculum; verùm Romani quidem diem in horas duodecim, quas à diluculo numerabant, atque in totidem alias noctem, à cuius initio prima ducebatur hora, partiebantur; diem tamen absolutè à sexta noctis hora, quæ media nox erat, inchoabant, vt Authores suprà recensiti restantur; quamuis enim de vsu aliarum Gentium in auspicandis diebus varient, tamen quòd Romani eam à media nocte inciperent concordi affirmant stylo; quare Paulus Iurisconsultus lib. 2. Digestorum titulo 12. de feriis, l. 8. statuit: *More Romano dies à media nocte incipit, & sequentis noctis media parte finitur; itaque quicquid in his vigintiquatuor horis, (id est, duabus dimidiatis noctibus, & luce media,) actum est, perinde est quasi quauis hora lucis actum esset.* Porrò mediam noctem compleri sexta hora colligitur ex Digestorum lib. 28. titulo 1. l. 5. *aqua ætate*; & titolo 2. l. 25. *Titius testamento*, &c. item lib. 38. titulo 1. l. 3. *operas stipulatus*, &c. libro etiam 40. titulo 1. de manumissionibus l. 1. *placuit eum*, &c. libro denique 41. titulo 3. de vsurpationibus, l. 7. *ideoque, qui hora sexta diei*, &c. Hoc ipsum explicatum satis à Macrobio 1. Saturnaliorum cap. 3. & per Aulum Gellium lib. 3. cap. 2. Ergo, quemadmodum Romani etsi lucem, & tenebras artificialiter in horas duas cum decem bipartiti fuerant, diem cum hora sexta noctis finiebant, sequentem à principio septimæ nocturnæ horæ auspicantes; sic Hebræi quanquam in similes partes luminis, & caliginis diuiderent tempora, diem à vespera, hoc est, ab artificialis diei hora nona exordiri potuerunt.

*Romani à media nocte.*

Hac autem decreta forma computandæ diei apud Iudæos Matthæi obscuram sententiam claritate aliqua donabimus; cap. 28. vers. 1. *Vespere autem Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati, venit Maria Magdalena, & altera Maria videre sepulcrum.* Beatus autem Marcus hæc ipsa enarrans, ait, cap. 16. vers. 1. *& cum transisset Sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata vt venientes vngerent Iesum; & valdè manè vna Sabbatorum veniunt ad monumentum orto iam Sole*; en Matthæus disertis verbis profert sub vesperam Sabbati profectas sanctas fœminas: Marcus autem dicit iam Sabbato finem impositum; quónam igitur pacto vespera Sabbati si iam Sabbatum transierat? Sed eleganter, & subtiliter D. Matthæus, *Vespere*, (inquit,) *Sabbati, quæ lucescit in prima Sabbati*; hoc est, ea Sabbati vespera, quæ cum diluculo proximæ lucis diem sequentem perficit; nam, vt discimus Genes. cap. 1. vers. 5. Vesper diei inchoatio est, cui adiunctum manè integrat lucem, *factúmque est vespere, & manè dies vnus*; Vesperam quidem Sabbati appellat, quia antequam Sabbati emoreretur claritas hora nona, nempe tertia post meridiem hora initium sortita: vt autem indicaret ad Sabbati diem non spectare, admonuit vesperi huic respondere auroram sequuturæ lucis; præclarè itaque à B. Marco scriptum est, *cum transisset*; dies enim Sabbatum constans incœpit ab hora nona præcedentis lucis vespertino

48. *Matth. 28. 1.* — *Marc. 16. 1.*

tino nimirum spatio,& consummata est vigintiquatuot horarum elapsis cùm postridie rediret iterum hora nona,& Sole ad occasum tendente, vespera sequens nasceretur. Quare sicut Romanis,& nunc Ecclesiæ vsu,diem præcedentem noctis dimidia conflabat portio,eiusdem noctis reliqua tempora sequentem referebantur ad lucem, Hebræis quidem diei claritas vsque in vesperam præcedenti adscribebatur diei; quod superetat luminis ab incepta vespera sequenti tribuebant diei; atque hinc est, quòd cùm Sabbato ob festi honorem operari non liceret, tamen ab hora vespertina Sabbaticæ lucis id fas erat, nec religio violabatur, nempè quoniam iam Sabbatum plenè exactum erat; cùm enim à vespera præcedenti incepetit, vigintiquatuot horas exhausit sub exordio alterius sequentis vesperæ,ideóque solidum confecit diem; quare S.Marcus,qui has ob causas transactum Sabbatum intimauit,subnectit, pias Christi discipulas emisse aromata, vt venientes vngerent Iesum;& quidem vespertinum tempus, fortasse & noctis multam partem componendo vnguento insumpserunt; quoniam verò laboris scopus peregrinatio ad sepulchrum,scilicet vt venientes vngerét Iesum, iter rum quidem disponi cœptum est, cùm aromatica præparata est confectio: hoc autem sub vesperam actum est; fine autem maxima noctis in medicandis odoribus delapsa est pars, seu opus illud breui absoluerint, & reliquum spatium insomnes precibus dederint;domo egressæ sunt primo diluculo, hoc est, noctis extremo confinio,inter tenebras nimirum nondum fugatas, & prorumpentis claritatis obscura exordia, quemadmodum Hieronymus exponit in Marci cap. 16. In illud, *& valde*, &c. ob hoc Ioannes cap. 20. vers.1. *venit manè, cùm adhuc tenebræ essent*; nec repugnat Marcum affirmare cap. 16. vers. 2. venisse ad monumentum *orto iam Sole*, nam dum iter conficerent, Sol enatus est,fugatæ tenebræ.Rectè igitur Beda interpretatus est lib.4. in Marcum cap.28.in illud, *Vespere autem Sabbati*, &c. *Vespere quidem Sabbati*, (inquit,) *venire cœperunt, sed lucescente manè in prima Sabbati ad sepulchrum peruenerunt; id est, vespere aromata parauerunt, sed parata manè ad sepulchrum detulerunt*; à Beda nihil discrepant Rabanus in catena S. Thomæ ad cap. 28. Matthæi vers.1.ibidem Glossa ordinaria; vix etiam dissonant Dionysius Alexandrinus epistola ad Basilidem,quæ catar tom.3. Bibliothecæ PP.magnæ Coloniensis, Rupertus Abbas initio libri 14. in Ioannem ad cap.20. vers.1.& deosculantur Iansenius concordiæ,cap.145. Salmeron tom.11. in Euang.tract.8. sub principio. Franciscus Lucas, & Alapide in Matth. cap. 28. vers.1. Cordetius Catena in Lucam ad cap.14. §. *verùm Euangelistas*, &c. Sed inquias, Matthæum palàm testari cap.28. vers.1. venisse per vesperam,non autem primo manè: Respondeo, verba sacræ Scripturæ nonnunquam etsi principium operæ indicare videantur,tamen significare aut continuationem,aut incrementum,vel exitum illius; exemplis stabiliunt morem hunc diuinarum litterarum Salmeron tom. 1. Prolegom.15. regula 30. Ribera in Michææ cap. 1. num. 60. Sanchez in Oseæ cap. 11. num. 9. constat autem ex Marci cap.16.vers.1. pij huius erga Redemptorem obsequij exordium fuisse aromatum emptionem, constat ea eodem ad bustum non nisi orto iam Sole peruenisse; ergo Matthæi phrasis quanquam præferre videatur religiosæ exercitationis initium, nempè quicquid per vesperam gestum est,tamen ad finem operis referenda est, cùm ad sepulchrum deuota sanctarum, fœminarum cohors peruenit.

Beda.

Rab. & alij.

*Instantia.*

*Diluitur.*

At siue ab ortu Solis,seu ab occasu,vel altera 48.
periodo dies inciperet, nequaquam vetustioribus seculis In horas distributam,sed rudiori alia dimensam forma, contendit Serrarius lib. 4. in Iosue cap. 5. quæst. 31. §. *sciendum primò*, &c. & in cap.2.Ruth quæst.24.Tres igitur erant diei stationes, manè, meridies,vespera; Romæ quidem ignoratum horarum vocabulum tercentum annis, & diem tribus distinctum temporibus antemeridiano, meridiano, pomeridiano, Censorinus indicat cap.23. de die natali; id copiosiùs à Plinio expressum lib.7. cap. 60. *Serius etiam hoc Romæ contigit; duodecim tabulis ortus tantùm, & occasus nominantur; post aliquot annos adiectus est & meridies, accenso consulum id pronuntiante,cùm à curia inter rostra, & Græcostasim prospexisset Solem*; easdem quoque diei partitiones Varro tradit initio lib.5. de lingua Latina; subindicat pariter iocus parasiti in Plautina Comœdia, cui titulus Bœotia, cuius analecta quædam exhibet Gellius lib.3. Noctium Atticar.cap.3.est autem querela;

*Dies antiquo distributus in tres periodos.*

Censorinus.

Plinius.

Varro.

Gellius.

*Vt illum Dy perdant primus qui horas repperit,*
*Quique adeò primus statuit hic Solarium,*
*Qui mihi comminuit misero articulatim diem;*
*Nam me puero venter hic erat Solarium*
*Multum omnium istorū optimum, ac verissimum.*

velut innuens, antequam horæ adinuentæ essent, dies generales & laxas fuisse periodos, & fame stimulante licuisse meridiem anticipare, cùm nulla fixa lex posita esset, qualem postea horologia introduxere; verùm & Homerus 11. Iliados. *Ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν, καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ: Quamdiu quidem Aurora erat, & crescebat dies*, &c. non nisi per descriptiones principium & occasum, & medium diei explicat, vt eo loci Ioannes Spondanus aduertit; nox etiam haud minutatim in horas dissecta,sed in vigilias,seu excubias quatuor,de quibus fusè à nobis actum tom.3.in Canticum Canticorum, vestigatione 25. à n.6. quibus adde, si lubet, quæ congerunt Stevvecius in lib. 3. Vegetij cap. 8. ad illud, *in quatuor partes*, &c. Dorleans in lib. 2. Annalium Taciti in illud, *tertia ferè vigilia*, &c. pag.101. Stephanus Durantus lib. 3. de ritibus Ecclesiæ, cap.5. num.1. & 2. Nec in diei,& noctis comparandis temporibus subtiliori vsos methodo Hebræos existimes; quamobrem pius ille Rex Psalm.54. vers.18. *Vespere, manè, & meridie narrabo, & annunciabo, & exaudiet vocem meam*; precabatur quippè Numen tribus, quibus dies constabat, membris, cùm Sol nascebatur, cùm occideret, cùm medium cursum peregerat; Daniel etiam religiosissimus Vates. *fenestris apertis in cœnaculo suo contra Hierusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua,& adorabat, confitebatúrque coram Deo suo*, Daniel. cap.6. vers. 10. Noctem ab iisdem in quatuor distributam excubiarum vigilias satis probaui loco nuperè recensito tertij voluminis in Canticum Salomonis. Quamobrem Scaliger fidenter adstruit ignoratam prorsus Hebræis dierum,& noctium in horas duodecim enumera

Homer.

*Nox in vigilias, seu excubias dissecta.*

Stevvecc.

Dorleans.

Durantus.

Psal.54.18.

Dan. 6.10.

enumeratione: quod autem post Saluatoris natiuitatem earundem horarum crebra occurrat distinctio apud Euangelistas, causam fuisse, quoniam sub id temporis deuicta Iudæa à Romanis, vt alios victorum imitati sunt ritus, ita morem gerere voluisse in computandis diei particulis, quibus iam trito vsu horarum nomen impositum erat; sic ille lib. 2. de emendatione temporum, titulo, *De anno veterum Hebræorum amnuali*; & lib. 7. Annorationibus in Computum Iudaicum, in illud; *ad sciendum nouilunium*, &c. quod etiam Claudius Salmasius edocet tom. 1. Plinianarum exercitationum in Solini Polyhistora pag. 658. fortasse etiam & dicta superiùs eo stabilire titulo vtcumque quispiam velit, quod Poëta inter deorum fabulas cum horarum nomine tres solùm referant puellas sorores, quas ex Themide Cœli filia Iupiter procreauit, nempè Irenen, Eunomiam, Dicen, vt cantat Hesiodus Theogoniæ principio, & memorant Apollodorus lib. 1. Bibliothecæ, siue de Deorum origine. Phornutus speculatione de Deorum natura titulo de horis, & tangunt Orpheus in hymno horarum, Pyndarus Olympiade 13. Higinus fabularum cap. 183. id significare voluerunt diei tantùm tres habendas periodos, scilicet, Auroram, meridiem, vesperam; quomodo autem horæ soli temporum Domino ministrauerint, Olympi ingressum custodierunt, semper vernantes, semper floridæ conspicerentur, pangunt cum Orpheo, & Pyndaro locis deputatis Homerus Iliade 5. & 7. Statius 3. Thebaidos. Valerius Flaccus Argonaut. lib. 4. Nonnus Dionysiacor. lib. 2. Dio Chrysostomus oratione 30. quæ inscribitur, *Charidemus*. Vide alia apud Natalem Comitem Mythologiæ lib. 4. cap. 16. Bisciolam tom. 1. horar. subcessiuar. lib. 9. cap. 19. Martinum de Roa parte 1. singularium sacræ Scripturæ lib. 4. cap. 12.

Salmasius. Hesiod. Apollod. &c.

49. Ego autem conie ctor, gnomica instrumenta, & solaria, in quibus ad linearum certa interualla horæ describebantur, cum Astronomiæ scientia pariter nata fuisse; quamobrem hæc ars vt ab Adamo ad posteros deriuata est, sic & horologij conficiendi notitia; præclarè enim Clemens Alexandrinus de Ægyptiorum Philosophia pertractans, inquit, lib. 6. Stromarum cap. 2. *post cantorem verò procedit horoscopus, qui in manu habet horologium, & palmam, symbola Astrologiæ & signa.* ὁ ὡροσκόπος, ὡρολόγιον τε μετὰ χεῖρα ἐκ φοίνικα ἀστρολογίας ἔχων σύμβολα: vides Astrologiæ tesseram horologium esse? Mathematicis disciplinis eruditi Chaldæi, quidni & Palæstini à Patriarcha Abrahamo; iisdem imbuti facultatibus Iosepho Patriarcha Antecessore Ægyptij dum apud eos versatetur; equidem horologiorum inuentoribus Berosus Chaldæus à Vitruuio annumeratur lib. 9. cap. 9. & ab Herodoto traditum lib. 2. seu in Euterpe, num. 57. πόλον μὲν γὰρ καὶ γνώμονα καὶ τὰ δυώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρης παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον οἱ Ἕλληνες: *Nam polum, & gnomonem, & duodecim diei partes à Babylonijs Græci didicerunt.* Quæ autem duodecim partes diei nisi horas eiusdem totidem? quas cùm à Iosepho Patriarcha Ægyptij hauserint, eam tamen institutionem Trimegisto, quem Ægyptij Sapientiæ principem coluut, adscribere quibusdam visum; de quo Marius Victorinus Rhetor expositione in 1. Rhetoricorum Ciceronis, in illud, *tempus autem est*

Clem. Alex. *Astrologi scientiarii constructio.* *Horologium Astrologiæ tessera.* Marius Vict.

*P. Sherlogi Antiq. Hebr. Dioptra.*

*id*, &c. num. 75. inquit: *Horarum autem duodecim hæc esse origo memoratur; quodam tempore Hermes Trimegistus cùm esset in Ægypto sacrum quoddam animal Serapi dedicatum quod in toto die duodecies vrinam fecisset pari semper interposito tempore; per duodecim horas diem diuisum esse coniecit, & exinde horarum numerus custoditur*; huius Bruti appellatio Cynocephalus, de quo nonnihil Photius ex Ctesia. Bibliothecæ codice 72. pag. 154. latè Horus Apollo Hieroglyphicor. lib. 1. num. 16. qui micturare duodecies per æquinoctiorum tempora narrat; eámque horarum originem probant Pierius Valerianus lib. 6. iuxta principium, titulo de æquinoctiis. Lilius Giraldus tractatu de annis & mensibus. Polydorus Virgilius lib. 2. de inuentione rerum, c. 5. Causinus ad Hori Apollinis lib. 1. Hieroglyph. 16. Salmasius exercitationibus Plinianis in Solinum, pag. 644. incerta tamen esse, quæ de vrinante Cynocephalo iactantur, existimant Hieronymus Magius Miscellaneor. lib. 1. c. 15. & Stephanus Durantus de ritibus Ecclesiæ lib. 3. c. 1. n. 3. Siue autem veris adscribere narrationibus placuerit, seu vanis & confictis, antequam Mercurius ille Trimegistus floreret, iam horarum vigebat inter Ægyptios vsus, quem à Iosepho exceperant Patriarcha; quamdiu verò apud ipsos, vel apud Chaldæos ob astrorum contemplationem laudatos vmbratū horologij perstiterit notitia, quando ad Græcos, aliásve trāsierit nationes, fortasse nihil tradi valeat, quod firmum habeatur; nonnihil super ea re Plinius lib. 2. c. 76. & lib. 7. c. 60. Censorio. de die natali, c. 23. Laërtius initio lib. 2. in vita Anaximādri. Vitruuius de architectura lib. 9. c. 9. Athenæus lib. 4. c. 23. Nos id contendimus, apud Iudæos & antiquissimam computari originem, & lucem atque vestigia conseruata; equidem Matheseos facultate nulli comparādum Salomonē Regē quis credat horologiorum iucundissimam ignorasse artem? & cùm de eo Sapientiæ c. 7. v. 17. *Ipse enim dedit mihi horum, quæ sunt, scientiam verā, vt sciam dispositionē Orbis terrarum, & virtutes elementorum, initium, & consummationem, & medietatē temporum, vicissitudinum permutationes, & commutationes temporū, anni cursus, & stellarum dispositiones*; certè hic indicatur vt probè aduertit Salianus tom. 3. anoal. anno mundi 3022. n. 74. innotuisse ipsi quæ ad prophani, & sacri anni exactam dispositionem spectabat: ephemeridas, & Kalendaria, & Prognostica ordinabat, vt adnectunt Pineda lib. 3. de Salomone c. 18. Cetuaneres in hunc Sapientiæ locum, in illud, *& commutationes temporum*, &c. legit autem D. Ambros. *& diuisiones tēporum*, lib. 2. de Abrahā c. 7. & lib. 1. de Salomone c. 1. & recipiūt S. Bonauent. & Catthus. exponunt autē, vti & Hugo Cardinalis de mensibus, hebdomade, noctibus & diebus modò longis, modò breuioribus; hæc autem perfici nequeant absque diei in minutas particulas partitione, nimirum per horas? Sed cùm Salomon Academiam Ierosolymis erexerit, has ipsas rerum Astronomicorū theorias aliis communicauit, vt proinde apud Iudæos extiterint, quibus Mathematicarum studium curæ, & voluptati esset, vt Rabbi Salomon, cuius expositio in Canticum Canticorum Genebrardi annotationibus coniuncta est, edocet, in illud c. 7. *oculi tui piscina in Hesbon*, &c. id est, *Sapientes tui, qui sedent in portis Ierusalem, & occupantur in ratione reuolutionum, & syderum.* Chaldæus

*Horarum duodecim origo.* Sap. 7. 17.

X

dæus etiam Paraphrastes in eandem clausulam, *Scribæ tui pleni sunt sapientia sicut piscinæ aquarum, & sciunt constituere rationes embolismorum, & annos intercalant, & signant principia annorum, & mensium in porta domus Concilij magni*; ab his igitur professoribus sideralis contemplationis horologiorum architectura conseruata est; quare de horologio aulæ Regis Achaz mentio est Reg 4.cap.20.vers.11. & Isaiæ cap.38. vers.8. ac sane antiquissimis sub lege naturæ Patriarchis, deinde Hebræorum in schola peritioribus acceptam referendam horarum cognitionem per instrumenta idonea sentiunt Beda lib. de diuisione temporum. Clauius lib. 1. Gnomices pag.7.Ioannes Voëlus lib.1.de horologiis cap.11 in scholiis. A lapide in cap.38.Isaiæ vers.8.Ioannes Spondanus in vndecimum Iliados Homeri pag. 200. Bullingerus de vestibus & donariis Pontificum lib.3. cap.41.

50. Quamquam verò statuimus diem in breues horarum moras à Iudæis distinctam ad humanæ vitæ commodiores vsus, non tamen prohibemus, quin simul alteram iisdem coluerint normam partitionis maioris, luce nimirum in tres, aut quatuor nobiliores periodos distributa, nocte etiam per vigilias quatuor distincta; sed fortassè non ad ciuilia & externa negotia hæc excogitata est partitio, verùm ad preces Numini fundendas, nec ad qualescumque Dei laudes & inuocationem, cùm vbique & quauis necessitate exorandus, sed vel ad publica eius decantanda encomia in hymnis & Psalmis, vel ad priuatam orationem longam, & de rebus superioris momenti;

*Horæ Ecclesiasticis deputat officiis quot.* sic Tobias cum suis prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum, Tobiæ cap.12.vers.22. quoniam videlicet horæ solemnioribus diuini Officij ritibus consecratæ ex artificialibus diei horis tres sibi vindicabant, quare celebrantur præ aliis tertia, sexta, nona, in quibus orasse Danielem cap.6.vers.10. Ecclesiastica habet traditio, vt in eum locum B.Hieronymus adstruit; & morem eum fuisse Hebræis ante Saluatoris aduentum, quásque facerent ob causas

Comestor. declarat Petrus Comestor in historia scholastica cap. 9. de visionibus Danielis Prophetæ; *tribus horis orabant Iudæi in die, scilicet hora tertia, sexta, & nona: in tertia orabant, quia tunc eis datus est Decalogus in Syna; in eadem orat Ecclesia, quia tunc est datus Spiritus sanctus super Apostolos: in sexta orabant, quia tunc erectus est serpens æneus in deserto; in eadem orat Ecclesia, quia tunc est Christus suspensus in ligno; in nona orabant, quia tunc dedit petra aquam in Cades; in eadem orat Ecclesia, quia tunc de Christo lanceato exiuit sanguis, & aqua*; & quidem hæ diuinarum precationum famosæ stationes, vt expendit Tertullianus contra Physicos cap. 10. notántque in præfata Danielis verba Hector Pintus, Sanchez, & A lapide: at non solæ

2.Esdræ 9.3. ipsæ orandi etiam celebres horæ; nam Esdræ lib.2. cap.9. vers. 3. *& consurrexerunt ad standum, & legerunt in volumine legis Domini Dei sui quater in die, & quater confitebantur, & adorabant Dominum Deum suum*, ex quibus præter nominatas tres horas, quarta insuper stabilitur; scio antiquis quibusdam inserti Bibliis particulam, *quater in nocte*, sic vt octies solemnioribus vacasse precibus indicetur, eámque lectionem amplexatos Bedam lib.3.in Esdram cap.18. Amalarium Fortunatum lib. 3. de Ecclesiasticis officiis cap. 3. historiam scholasticam, cap. 9. in Iudith ad recensitum Esdræ locum Nicolaum, Dionysium, Cardinales Hugonem & Caietanum, Nauarrum in enchiridio de oratione cap. 3. num. 27. Sed eam cùm reiiciant sententiam Biblia correcta, & neque ex Hebræo eliciatur, neque ex translatione L X X. Interpretum, argumentum inde sumere respuimus ad horarum Canonicarum numerum roborandum; nec opus est cum Dauidis peregregium suppetat testimoniū Psalm.118. Ps.118. 164.
vers. 164. *Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ*, &c. ex quo 3. Decretalium de celebratione Missarum, tit.41.cap. 1. *Presbyter manè*, &c. *Qui septenarius numerus à nobis impletur, si matutini primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, Vesperæ, & completorij tempore nostra seruitutis officia persoluamus; nam de nocturnis vigiliis idem Propheta ait. Media nocte surgebam, &c. ergo his temporibus laudes creatori nostro super iudicia sua iustitiæ referamus*, &c. Nec moror an horæ Canonicæ octonum adimpleant numerum Matutino cum Laudibus binas conficiente; rectè præfert qui septem tantùm horas Canonicas recensent, Sua- Suarez.
rez tom.2. de Relig.lib.4. de oratione cap.6 n.6. quem numerum ex præallegata Dauidis authoritate inferunt Psalmi celati expositores Cassio- Cassiodor. & alij.
dorus, Alcuinus, Bruno Carthusianus pariter & Herbipolensis, Haimo, Remigius etsi fortè Chrysostomi sit interpretatio, neque enim græcè extat; item Lyra, Carthusianus, Hugo Carensis, Incognitus, Genebrardus, Bellarminus, & præter Psalmi enarratores S. Benedictus regulæ cap. 10. Cassianus lib. 3. de cœnobiorum institutis cap. 4. Innocentius tertius ad finem præfationis in Psalmos pœnitentiales; ergo generalior illa partitio diei, quatenus hæc lucem & tenebras inuoluit, qua in septem, vel octo membra dissecta est à Iudæis, non probat caruisse ipsos minutiis horarum renouationibus, sed præter duodecim horarum interpunctiones, destinasse insigniores quasdam periodos, in quibus Numini adprecandum esset, bis adumbrantes vicibus modum Ecclesiastici officij, quo nunc religio Christiana mirificè Deum colit, quemadmodum consideratè à Baronio obseruatum est tom.1.anno Christi 34. num.253. & à Francisco Turriano ad lib.8. Apostolicar. constitutionum cap. 34. atque à Suarez tom. 2. de Relig. lib.4. cap.2. num.8.

Quanquam diem naturalem Hebræi sub ho- 51.
ras viginti quatuor reduxerint, non tamen facilè est diuinare, quam antiquitus obseruauerint normam, posterioribus temporibus diurnam claritatem in horas duodecim partitos esse noui Instrumenti scriptura satis demonstrat; itidem & de nocte factum; *Duodecim horæ diei & noctis an æquales omnibus anni temporibus.* & quid manifestius Christi verbis Ioann.cap.11.vers.9. *Nónne duodecim sunt horæ diei?* Ioann.11.9. ex his legis Matth. cap.20. vers.3.& 6. de homine patrefamilias qui exiit conducere operarios in vineam suam hora 3. 6. 9. 11. septimæ mentio est Ioann. cap. 4. vers. 52. decimæ etiam cap. 1. vers. 39. frequenter similia occurrunt apud alios Euangelistas, & in Actibus Apostolorum, in quibus de tertia noctis hora sermo est c.23.vers.23. Rectè autem statuunt, cùm Ioan.cap.11. vers.9 Christus Dominus absolutè pronunciet: *Nónne duodecim sunt horæ diei?* omnem diem, siue hyemalem, seu æstiuum horas complexum duodecim, Iansen.concordiæ c.102.

Salmeron.

*Salmeron, Barradas, & alij.*

Salmeron tom. 7. tractat. 33. num. 7. Barradas tom. 3. in Euang. lib. 5. cap. 16. Franciscus Lucas in cap. 20. Mathæi vers. 3. & in cap. 11. Ioann. vers. 9. Tirinius in Chronico sacro cap. 5. Sed hæc facile credi posse dixeris si dies, & noctes paris essent longitudinis anni quibuscumque spatiis: cùm autem Palæstina sub æquatore non iaceat, sed ad tertium mundi clima, vel principium quarti pertineat, diem quidem per æstiua habet quatuordecim, aut aliquid amplius horarum, vt expendunt Abulensis Regum 4. cap. 20. qnæstione 25. & 25. Caietanus eodem loco. Barradas tom. 1. lib. 5. cap. 14. Magallanez in cap. 10. Iosue sectione 1. annotatione 4. num. 3. Cornelius Alapide in cap. 38. Isaiæ vers. 8. quæsito 4. Nox igitur tum decem solùm constabat horabus, lux enim duas eripuerat, claritate nimirum per decem, & quatuor enitente horas; sic etiam per brumam tenebræ longiores erant cum lucis diminutione; ergo dierum & noctium horæ pari incedere cursu non poterant. Respondeo, non esse intelligendum horas per æstatem, & hyemem astronomicè, aut physicè æquales fuisse, verùm quod naturæ dispositio concedere non potuit, artem vtcumque suppleuisse in commoditatem publicorum negotiorum; itaque vt horam ritè ordinatam, & iustè integram quindecim coalescere gradibus decernamus, hos quidem gradus completos dare licuit æquinoctiorum temporibus, verùm hia transactis si dies breuior efficiebatur, horæ quidem perstabant duodecim in horologiis, & quoad actionum humanarum definitas metas, cibum, forensia, contractus, Sacerdotum, & religionia munera, sed contractiores, nempè quatuordecim graduum; cùm tamen quod luci minuebatur, nocturnia accrescebat horis, quæ vltra quindecim gradus augebantur ex hominum institutione & diligentia, qui instrumenta horologica sic accommodabant, vt qualia horarum conuenire spatia indicassent, ea exhiberent, ex quibus fiebat, vt quamuis brumales horæ idem cum æstiuis nomen retinerent, & duodecimum explerent numerum priusquam nocturnæ irruerent tenebræ, duratione tamen, & lucis copia valdè impares essent; horarum qualem pinximus normam, agnoscunt ex Iudaico ritu Arias Montanus ad cap. 38. Isaiæ vers. 8. Maldonatus in cap. 1. Ioann. vers. 38. Barradas tom. 5. concord. lib. 2. cap. 18. Franciscus Lucas in cap. 20. Matth. vers. 3. C[?]ornelius in Ioann. cap. 11. vers. 9. Ioannes Voëlus lib. 1. de horologiis, cap. 1. §. *alia quadam sunt*, &c.

Sed quidem Doctor Angelicus ex Astronomiæ fundamentis causas deducit, quamobrem horæ brumales æstiuarum longitudinem non adæquarent. Nam in cap. 11. Ioann. lectione 2. versum nonum exponens; *Nónne duodecim sunt horæ diei*, &c. supponit, quouis anni die ex duodecim signis Zodiaci sex exoriri, sex etiam occumbere, atque hinc deduci tam die, quàm nocte quacumque decurrentis anni tempestate duodecim computandas horas, hora enim naturalis illud temporis spatium est, quo signi cuiusque medietas exoritur; quamobrem cùm sex die quouis etiam breuissimo signa ascendant, nulla dies est, quæ duodecim non inuoluat horas: cùm autem dempto æquinoctiali tempore, quod pares dies, & noctes reddit, similiter & horas, anni cæteris partibus medietas signorum non exsurgat æqualiter, sed quædam obliquè, quem rectè exoriantur, pro hac ascensus varietate, dies atque horæ vel longæ, vel contractæ apparent: horæ autem, quam hæc diuersitas parit, temporales, planetariæ, inæquales dicuntur; Astrologi igitur horologiis iuxta signorum ascensiones conformatis, diei quantumcumque breuis lucis duodecim assignabant horas, cùm in mora ascensus cuiusque signi binæ includantur horæ, signa autem sex enumerantur; concludit igitur B. Thomas inquiens: *& de istis horis inæqualibus quilibet dies artificialis habet duodecim horas, quia quolibet ascendunt sex signa de die, & sex de nocte; sed illa, quæ ascendunt in æstate, sunt tardioris motus, quàm illa, quæ ascendunt in hyeme: ascensus autem cuiuslibet signi facit duas horas*; comprobat Sacrobosci textus cap. 4. sphæræ; *ex his colligitur, quòd cùm hora naturalis sit spatium temporis, in quo medietas signi peroritur, in qualibet die artificiali; similiter & in nocte sunt duodecim horæ naturales*; quibus affinia in Arati Phœnomenis paraphrastica Musa Festi Auieni cap. 50. titulo circuli; sed quod B. Thomas statuit ascensum cuiuslibet signi duas conflare horas, declarat Manilius lib. 3. Astronomici. *S. Thom.* *Manilius.*

*Nec me vulgata rationis preterit ordo,*
*Qua binas tribuit signis surgentibus horas,*
*Et paribus spatiis æqualia digerit astra.*

Obseruat autem Iosephus Scaliger notis in secundum Isagogicum Manilij ad pag. 66. vers. 1. horam suis absolutam numeris, quales sub æquinoctiali tempore, cùm omnes vigintiquatuor horæ diei naturalis eadem prorsus spatia absumunt, quindecim gradus continere; quare cuiusque signi ascensionibus, cùm per binas morentur horas, triginta respondere gradus: hinc autem contingere, vt sex signa, quæ hyeme per diem exoriuntur, triginta gradus non percurrant, alioqui brumæ lux tantum protenderetur, quantum æquinoctiorum dies, vnde nec duas iustas horas complectuntur, quam ob causam Manilius loco indicato,

*Quo fit vt in binas non possent omnia nasci,*
*Cum spatium non sit tantum pugnantibus horis,*
*Si modò bissena seruantur luce sub omni.*

Dies igitur hyemales in duodecim horas excrescebant, at non solidas, & gradum, quibus hora propriè conflatur; fortasse ad normam horarum, qua binæ comparatæ cum signorum ascensionibus, vnam solùm conficiunt, modus loquendi respicit apud Sidonium Apollinarem lib. 4. epist. 8. Euodio; *iam duæ secundæ facilè processerant*; & carmine 23. Narbonis cum inscriptione vers. 460. *cùm manè exierat nouum, & calescens, horam Sol dabat alteram secundam*; nimirum duæ secundæ, hoc est, duæ horæ, quarum quælibet secundam includit, eò quòd binis horis ordinariis constet hora exortus, & ascensionis signi cuiuslibet; sanè iuxta hunc computum prima & secunda diei hora est tantùm hora prima; tertia & quarta hora est hora secunda; quinta & sexta hora est hora tertia, scilicet duæ horæ signi tertij, quod interdiu ascendit: quam duplicem horæ nuncupationem, & formam si Hebræis familiarem extitisse constaret, haud inuenusta tentari conciliatio posset *Sidonius.*

diſſidentis in ſpecie relationis de hora, qua Chriſtus Saluator ligno affixus eſt apud Marcum, & Ioannem, quippè Marcus cap. 15. verſ. 25. *erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum*; Ioannes verò cap. 19. verſ. 14. *Erat autem paraſceue Paſcha hora quaſi ſexta, & dicit Iudæis: Ecce Rex veſter*, &c. quare ſi hora quinta & ſexta ex horologiorum vmbris ſunt hora tertia comparatione aſcenſus ſignorum, rectè fit crucifixionem Domini Redemptoris peractam hora tertia pariter & ſexta; nimirum tertia hora cum reſpectu ad horas, quas ex aſcenſione ſignorum cæleſtium enumeramus: ſexta autem intelligendo de horabus vſualibus; hæc, quibus minùs ſolida viſa fuerint, explicationem alteram à Patribus traditam ſemper anteponendam vberiùs à nobis pertractatam, reperient volumine 3. in Cantic. Canticor. veſtigatione 25. num. 8.

53. *Vſus horarũ apud Romanos.* Cenſorin.

Quod obſeruatum ab Hebræis, vt dies quæque, nox etiam quælibet duodecim partiretur in horas, hoc ipſum Romanis in more poſitum; Cenſorinus de die natali, cap. 23. *in horas duodecim diuiſum eſſe diem, noctémque in totidem, vulgò notum eſt*; omnium diei horarum à prima vſque ad decimam, & quid exercendum quaque diei periodo, habet apud Martialem lib. 4. Epigrammate 8. ad Euphemum. Quamobrem Digeſtorum lib. 50. titul. 16. de verborum ſignificatione, l. 2. *cuiuſque diei maior pars eſt horarum ſeptem, primarum diei non ſupremarum*; ſermo eſt de die artificiali, non autem de naturali; hic quippe vigintiquatuor horabus locuples, quarum non vberior pars ſeptem horæ; ſed lucis ſolùm conſiderato interuallo, & nocte excluſa, cùm diurna claritas duodecim ſplendeat in horas, harum grandior portio ſeptem horæ, nec inſcitè adiunxit, primarum diei horarum, non ſupremarum; ſupremum enim diei, vt ex Varrone liquet lib. 5. de lingua Latina, tempus poſt meridiem, quæ ſexta hora eſt, computatur; poſt ſex verò horas præteritas iam non ſuperſunt niſi aliæ ſex horæ, atque ideo diei maior pars, nempe horæ ſeptem à diluculo enumeranda eſt, ſcilicet à primis diei horis; ſic & Iuuenalis de viro, cui tædio eſt thalami conſors, vt innueret murmurantem contra vxoris mores diei ampliorem diuaſtare partem, ſeptem deteſtari horis adſtruit ſatyra 6. verſ. 182.

Martial. Plinius.

*Horreat, inque diem ſeptenis oderit horis?*

Plinius nepos de ſecunda diei hora, lib. 3. epiſt. 1. ad Cluſium; *manè lectulo continetur, hora ſecunda calceos poſcit*; ibidem de Balnei hora; *eſt autem hyeme nona, æſtate octaua*; de ſeptima Lampridius in Alexandro Seuero; *& cùm dormiret poſt conuiuium hora diei ferè ſeptima*, &c. de hora tertia, ſextâ, octaua noctis, (quippè & hæc in duodecim tributa eſt horas,) Seneca epiſt. 122. ſub finem. Plinius lib. 3. epiſt. 5. ad Macrum; *ſurgebat æſtate à cœna luce; hyeme intra primam noctis*; de ſexta noctis hora Digeſtor. lib. 28. tit. 1. l. 5. *à qua ætate*, &c. & lib. 40 tit. 1. l. 1. *placuit eum*, &c. Porrò, cùm nihil eis antiquius eſſet, quàm vt omnium anni temporum dies, nec duodecim horarum numero carerent, neque hunc excederent, vt tradit Vitruuius lib. 9. cap. 8. neceſſum erat bruma

Vitruuius.

adoentante cùm luminis fieret non modicum detrimentum, hybernæ tempeſtatis horas contrahi, atque diminui, per æſtatem amplificari, ita vt inferior multò lucis vſura extiterit horis brumalibus. Sed tamen hæc quali modo ita diuidebatur, vt duodecim ſuppeditaret horas, ita de horabus illis cogitandum monent Beda libro de ratione temporum, cap. 2. Amalarius Fortunatus lib. 1. de Eccleſiaſticis officiis, cap. 1. Rhodiginius lib. 12. cap. 9. Giraldus Ferarienſis libro de menſibus & annis. Alciatus Parergor. lib. 1. cap. 48. & lib. 10. cap. 3. Aldus Manutius lib. 1. quæſitorum per epiſtolam, epiſt. 4. ad Nicolam Gaëram. Couartuuias lib. 4. variar. reſolut. c. 20. num. 14. Pancirolus parte 1. memorabilium, titul. 65. Petrus Gregorius in prælùdiis optimi Iuriſconſulti, lib. 4. cap. 2. num. 4. Petrus Viola de veteri, nouáque Romanorum temporum ratione, titulo de horis. Iuſtus Rycquus commentario de Capitolio Romano cap. 38. Ramirezius Pentacontarchi cap. 23. Alexander Genialium lib. 4. cap. 20. Antonius Auguſtinus lib. 4. emendationum cap. 13. Ioſephus Vicecomes lib. 1. de antiquis Baptiſmi ritibus, cap. 26. Achilles Statius obſeruationum cap. 9. Gaſpar Barthius aduerſariorum lib. 2. cap. 19.

Beda. &c.

Horarum vt certa lex, & notitia eſſet, variis id procuratum fabricis; incomptior horologiorum modus is fuiſſe videatur, qui pedibus vmbram admetiebatur, nempè horam ſextam putandam, cùm ad ſex pedum longitudinem vmbra protendebatur, habes ſchema tomo primo operum Venerabilis Bedæ ad finem, tractatu de menſura horologij: Lucianus in Gallo de cœnæ periudo loquutus; *dum ſubinde reſpicio quot pedum eſſet littera*, (quæ horam nimirum indicabat,) *& quando illos iam lauaſſe conſentaneum erat*; Suidas verb. δεκάπουν σκιά; hoc eſt, *decempes vmbra: olim*, (inquit,) *qui ad cœnam vel inuitabant, vel inuitabantur, obſeruabant vmbram, atque ſub id tempus, & conuiuiatores expectabant, & conuiuæ prodibant*. Menander Poëta in Cecryphalo allegatus per Athenæum lib. 6. cap. 10. *Is homo, quiſquis eſt, qui ad epulum vocatus aliquando vmbra cum decempes foret*, ſcilicet hora decima diei reſpondente horæ quartæ noſtræ pomeridianæ, quo tempore epularum à priſcis; in originali quidem eſt, δωδεκάπουν, qua dictione vmbra *pedum duodecim* exprimitur, quam retineodam lectionem Cauſabonus animaduerſionibus in dictum Athenæi locum contendit, quoniam & ſub ea cœnarum hora, quæ duodecima erat, memorat Heſychius in Lexico, vocem relatam explicans; equidem Iulius Pollux quamuis Onomaſtici lib. 6. cap. 8. tradat tempus ordinarium conuiuij vmbram fuiſſe, quam decem pedum vocabant, & id ſtabilire conetur Eraſmus Chiliade 3. centuria 4. Adagio, *Decempes vmbra*, &c. nihilominus idem Pollux Menandri fretus authoritate, inquit lib. 1. cap. 7. num. 8. *Hora verò, & ſeſquihora, ſignum, vt Menandrus ait, apud veteres erat Solis vmbra repræſentatum, vt decem pedum vmbra, aut vndecim pedum*; itaque cœnatum modò decima hora, nonunquam duabus ſequentibus, fortaſſe pro varietate temporum anni; æſtate namque alia eſt accumbendi hora, altera per hyemem & frigora. Ab hac rudiori horarum interpretatione, & lingua tranſitus factus ad horologia culti operis, quorum varia inuenta deſcribit Vitruuius lib. 9. cap. 8. & 9. in quibus Scaphia, *rotunda ex ære vaſa*, (inquit Martianus Capella lib. 6. ſeu de Geometria, iuxta principium,) *qua hora-*

54. *Horologiorũ varia formæ priſcis, & quales.*

Beda. Lucian. Menander. Iul. Pollux. Vitruuius.

*rum*

*rum ductus ſtyli in medio fundo ſui proceritate diſcriminant, qui ſtylus Gnomon appellatur*; penes

Macrob. hunc ſtylum, quem etiam Gnomona dici Macrobius adſtruit lib. 2. in ſomnium Scipionis cap. 7. horologiorum tota veritas; ab eo in ſobiectam tabulam ſeu æneam, ſeu marmoream lineæ ductæ quas litteræ terminabant horas à prima ad duodecimam oumerantes, lib. 4. Florilegij Græcorum cap. 34. Epigramm. 1. *Horarum innuere prudentem indicem aream ipſa ab vnitate vſque ad duodecimas*; de linea autem, quam vt tangebat vmbram, horam diuerſam inouebat Perſius ſatyra 3. verſ. 4. *Quinta dum linea tangitur vmbra*, id eſt, hora quinta antemeridiana, quæ vndecimæ noſtræ reſpondet cùm ad epulas pergeodum, ideò Auſonius in Ephemeride verſ. 95.

Auſon.

*Soſia prandendum eſt, quartam iam totus in horam*
*Sol calet, ad quintam flectitur vmbra notam.*

appellat *notam* litteras horarum numerales lineæ cuique adiunctas, de quibus lib... Florilegij Græcorum 1. cap. 91. Epigramm. 1. *Sex horæ laboribus conuenientiſſima, poſt illas verò, litteris demonſtratis, Viue dicunt mortalibus*, nempè vt ad menſam ſedeant, & vacationibus fruantur; ſed quoniam horologia Solis directa ad curſum ioidonea fueraot, Phœbo ſplendores retrahente, propterea vt nubiloſis diebus, atque per noctes omnes, quæ non minus in horarum duodecim particulas ſectæ indicio egebant, conſtaret de

*Clepſydræ vſus.* temporum partitionibus, clepſydræ vſus inuentus, vaſis nimirum, è quo iotrapoſitæ aquæ ſic diſtillabant, vt horarum incrementa doceteot; de vtroqoe horologij genere Cenſorinus de die natali, cap. 23. Cicero lib. 2. de oatura Deorum. Vitruuius lib. 9. cap. 8. Lucianos in Hippia, ſub finem, Paulus Silentiarius florilegij Græcorum lib. 4. cap. 34. Epigramm. 3.

*Hic ſecans in minutas partes curſum Solaris ſplendoris*
*Viri, horarum circa duodecimas.*
*Aqua verò Solis librant vias*
*Ad cælum ex terra filum fulcientes.*

Caſſiodor. Elegans deſcriptio eſt apud Caſſiodorum lib. 1. variar. formula 45. & 46. & libro de diuinis lectiooibus, cap. 30. *Quapropter horologium vobis vnum, quod Solis claritas indicet, præparare cognoſcor; alterum verò Aquatile, quod die, noctuque horarum iugiter indicat quantitatem, quia frequenter nonnullis diebus Solis claritas abeſſe cognoſcitur; miróque modo in terris aqua peragit quod Solis flammeus vigor deſuper modulatus excurrit*, &c. *Clepſydram* nuncupant Plinius lib. 6. epiſt. 2. ad Arrianum. Sidonius lib. 2. epiſt. 9. ad Donidium; qoa vſos Oratores cùm pro reo dicerent olim, Suidas tradit verb. διαμεμετρημένῃ ἡμέρᾳ; qua de cooſuetudine Dempſterus Paralipomenis ad lib. 9. Roſini, ſub finem. Henricus Salmuth in ſecundam partem memorabilium Panciroli tit. 10. de horologiis. Franciſcus Ferrarius de ritu ſacrarum Concionum lib. 1. cap. vltimo.

55. *Horologia, quæ ex rotis, & campana ſunt, ignorata; horum quando exorſus.* At num horologia rotata, quæ campanæ ſtrepitu ſonoro etiam diſtantes admoneret, quænam diei hora percorreret, veteribus cognita? tantæ artis gloria caruiſſe antiquitatem argumento eſt, quod ex ſeruorum gregibus potentiores deſignarent, qui horologia crebrò viſitarent, & quam vmbræ facereot horam, denunciarent.

Seneca. Seneca de vitæ breuitate, cap. 12. *Quando lauari debent, quando natare, quando cœnare alius admonet.*

Plinius. Plinios lib. 7. capite vltimo, ſcribit præcooem monere ſolitum de hora tertia, meridiana, nona.

Democrit. Democritus apud Athenæum lib. 9. cap. 17. *Ego verò qui non ſum mercenarius horarum nunciator, vt ille apud Timonem, qui horas ante cœnam obſeruas.*

Iuuenalis. Iouenalis ſatyr. 10. verſ. 216.

*Quem dicas veniſſe puer, quot nunciet horas?*

Martialis. Martialis lib. 8. Epigramm. 68. in Cæcilianum,

*Horas quinque puer nondum tibi nuncias, & tu*
*Iam conuiua mihi, Cæciliane, venis;*

Idem Poëta lib. 19. Epigramm. 48. Iſidis ſacrificulos ſolitos horæ notitiam ſuggerere, qna ſuperſtitioſæ peragebaotur ceremooiæ falſæ Diuæ io delubro;

*Nuncius octauam Pharia ſua turba iuuenca.*

Apuleius. qnod pariter ex Apuleio liquet vndecimo Metamorphoſeon, nam de boius Deæ impiis miniſtris, ait; *rebus iam ritè conſummatis, inchoatæ lucis ſalutationibus Religioſi primam nunciantes horam perſtrepunt*; de Artaxerae Ioſephus lib. 11. antiquit. cap. 6. *& quota noctis hora eſſet ſciſcitatus eſt ab eo, cuius hoc erat officium; & audito, quod eſſet iam diluculum, mandauit*, &c. Scilicet inter Regij Palatij miniſtros erat, quem de horis diei, & noctis referre oportebat; cùm igitur veteres vt de hora ſcirent, nuncios mitterent ea ad loca, in quibus horologia pendebant, inde ſanè colligimus ea horologiorum vocali induſtria caruiſſe, qua ounc paſſim ea, quæ libramentis cooſtant, excellunt, & remotas aures feriant, de lucis, aut tenebrarum quoque periodo admonentes; & quanquam ſanè priſcorum artificum ingenia in mechanicis ſic præcelluerint, vt ſtupori ſint eorum monumenta, tamen quòd loquacia noo facerent horologia, indulgendum eſt; nam ad Sinas cum noſtræ Societatis Mathematici egregij penetraſſent Chriſtum Ieſum eis annunciaturi, nonnollis in operibus Europæos ſuperaſſe iudicaruot, ſed horologiorum, quæ rotarum, & ponderum circumacto gubernaniur, & quæ clamores edunt campanæ tinoitibus, ignaros reperetunt, vt oarrant Trigautius lib. 2. Chriſtianæ expeditionis ad Sinas c. 10. & lib. 4. cap. 12. Aluarus Semedus de imperio Sinarum 2. part. cap. 1. & 3. parte, cap. 3. Machinæ horariæ, quæ pulſu campanæ excitat, primum inuentorem fuiſſe inclytum Martyrem, & ſummum Philoſophum

Biſciola. Seuerinum Boëthium tradit Lælius Biſciola tom. 1. horar. ſubceſſiuar. lib. 19. cap. 11. id mihi nonoihil difficile propterea viſum eſt, quoniam

Caſſiodor. Boëthio contemporaneus Aurelius Caſſiodorus cùm de modis horologiorum ſtudioſè pertractet variar. lib. 1. formula 45. & 46. & opuſcolo de dioinis lectionibus, cap. 30. nihil inſinuat; quin & Sidonij Apollinaris æuo, qui Theodorico Regi, ſub quo Boëthius floruit, admodum familiaris extitit, nondum receſſit vſus, vt de hora ſerui admonerent, videlicet, quooiam horologia muta erant, rotas & campanulam ignorabant; hinc ille lib. 2. epiſt. 9. ad Dooidium: *Ecce & ab Archimagiro aduentauit, qui tempus inſtare curandi corpora moneret, quem quidem nuncium per ſpatia clepſydra horarum incrementa ſeruantem, probabat competenter ingreſſum, quinta digrediens*; equidem ſub annum Dominicæ Incarnationis 8c8. iam iſtiuſmodi horologiorum nobilis proluſio, ea io fabrica, quam Aaron Perſarum Monarcha cum Abdella Legato ſuo inter pretioſa dooaria Carolo Magno remiſit, nimirum,

*Horologium ex aurichalco arte mechanica mirificè compositum, in quo duodecim horarum cursus ad clepsydram vertebatur, cum totidem areis pilulis, quæ ad completionem horarum decidebant, & casu suo subiectum sibi cymbalum tinnire faciebant; additis in eodem eiusdem numeri equitibus, qui per duodecim fenestras completis horis exibant, & impulsu egressionis suæ, totidem fenestras, quæ priùs erant apertæ, claudebant; nec non & alia multa erant in horologio, quæ enumerare longum est*; sic Author vitæ Caroli Magni, & incertus scriptor Annalium Francorum. Regino Monachus Chronici lib.2. Vincentius Bellouacensis in speculo historiali lib. 24. cap. 10. Addo Viennensis ætate sexta mundi, ad anni Christi 804. Aimoinus de gestis Francorum lib.4. cap.95. Naucleros tom.2. generatione 18. sub principio. Albertus Krantius Saxoniæ lib.2. cap. 19. itaque anno salutis octingentesimo tantæ industriæ præclara admodum exordia; posterioris æui singularia aliqua horologia commendat Petrasancta; quale illud à Carolo Imperatore quinto annulo gestatum lib.3. de Symbolis Heroicis cap.3.& singulare prorsus inuentum alterius in Leodiensi nostro Anglorum Collegio, de quo idem lib. 4. cap. 5.

56. Nunquid verò inter Hebræos, speciatim cùm regni habenas omnium disciplinarum laude excultissimus Rex Salomon moderaretur, horologiorum in quibus rotæ, & pondera mouent, aliqua sonos ediderint? incertum est sanè, vt ingeniosissimi Monarchæ studio reperta sint, posteritas tamen conseruare non laborauit: nam cùm progressu temporum Iudæi libertate amissa Romanorum sufferre iugum coacti sunt, profectò horologij tam exquisitam admirati normam, & quod noctem cum die regeret, in vrbem à ciuibus gratias magnas relaturi, transtulissent; verùm tali horarum indice propè rationali, certè tanquam si iudicio, eoque solerti tempora distribuat, vsos Romanos non est vnde coniectemur, quippè silent omninò Scriptores: sed quoniam Hebræos horologiorum, quæ Sciotherica dicuntur, videlicet, quæ Sole fulgente ex vmbræ proiectu horas innuunt, primos extitisse tradidimus inuentores, operæ pretium est nosse, cuius structuræ fuerint, nec enim cum vsuali horologiorum modo componere admodum facile est. Docuimus hactenus lucis diurnæ spatia in duodecim particulas, quarum singulæ horam vnam conficerent, distributa: hæ autem vt internoscerentur per vmbram, à gnomone, seu stylo totidem ductas lineas, seu gradus, litterásque numerales adpositas; quamobrem idem computabatur, vmbram scilicet quintam, vel octauam tangere lineam, ac quintam, vel octauam diei horam esse. Porrò Iudæorum horologia in eundem hunc compacta morem Tostatus opinatur, nam de horologio Achaz, quod Ezechiæ Regis palatio cernebatur, de quo Reg.4. cap.20. vers.11. atque Isaiæ cap. 38. vers. 8. Doctor ille sub finem quæstionis 22. in 4. Reg. cap 20. ait; *figura huius horologij erat ad modum Hemisphærij facti de ære, vel alia materia, & in centro illius erat quidem stylus surgens in altum, qui vocatur Gnomon, & à radice illius exibant lineæ facientes æquales angulos, & abscindentes æquales arcus de circumferentia illius Hemisphæry; erántque duodecim lineæ, quarum qualibet designabat vnam horam, & per illas cognoscebantur quot horæ diei essent; scilicet, quando vmbra Gnomonis ad lineam aliquam, designabat esse illum numerum horarum*; delineat eodem pacto Paulus Burgensis additione ad cap.20. lib.4. Regum 31. At non potuisse horologium illud duodecim horas repræsentare, nec per lineas eius talem horarum numerum præcisè indicatum ex memorato sæpè Regum 4. libro cap. 20. vers.9. deducimus. Nam Dei Propheta Isaias optionem Regi miraculum expetenti facit, *Vis vt ascendat vmbra decem lineis, an vt reuertatur totidem gradibus*; & ait Ezechias, *facile est vmbram crescere decem lineis, nec hoc volo vt fiat, sed vt reuertatur retrorsum decem gradibus*. Ecce, siue retrò habenas Sol flectat, siue pergat, & ad occasum magis, magísque nitatur, decem à tergo lineas relinquit, decem ante faciem eius, quas percurreret, si opus esset, supersunt; ergo saltem viginti lineæ in horologio illo descriptæ erant: sed quísnam vsus viginti linearum? quæ ratio? qualis vtilitas? bino namque modo diurnæ claritatis sectiones, & membra horologio exprimi poterant; primùm, si diem artificialem statuamus, id est, horis non ad astronomicam conformatis dispositionem, sed populorum aptatis voluntati, & sub hanc considerationem lux tota diei seu breuis esset, seu spatiosa & producta, duodecim horarum circumscribebatur termino, consequenter & lineis duodecim horas denotantibus. Secundò, vt quot diei horæ physicæ, & naturales essent, eas Solaria indicarent; quare per hyemem cùm istiusmodi horarum bruma præsertim iam adulta non nisi octo darentur, horologia octo solùm lineis constabant; æstate autem luce ad quatuordecim, vel quindecim horas aucta, quindecim lineæ horologiis describebantur. Concedamus igitur horologium Achaz huius normæ extitisse, tamen viginti protrahi ad lineas impossibile esset; nam, vt Sacroboscus sphæræ cap.3. edocet, quæcumque regiones ad tertium, vel quartum mundi clima pertinent, in iis longissima dies quindecim tantùm horarum est, vel potiùs quatuordecim, aut nonnihil amplius; quo etiam Ptolomæus supponit Almagesti dicto 2. cap.8. Porrò Iudæam ad tertium clima, vel quarti initium circiter 33. eleuationis poli graduum referandam satis indicant Plinius lib.2. cap.75. Sacroboscus memorato capite, vt obseruat ibi Franciscus Iunctinus, Paulus Merula parte 1. Cosmographiæ lib.3. c.23. Quamobrem diem ibi paululum horarum 14. superare interuallum tritus doctorum conceptus est, de quo Abulensis 4.Reg. cap.20. quæst.14. Caietanus, Maginus in Ptolomæum. Nonis Geographiæ tabulis, tabula trigesima de Palæstina, seu Terra Sancta; cùm igitur dies vltra horas quatuordecim lucem non præstaret, horologium quatuor lineas, seu gradus complectebatur; at si plures non exhibebat lineas, Prophetici eloquij veritas quo pacto saluanda? non enim concipi valeat ab ægroto Principe, eligi potuisse ex duobus signis, quorum vates copiam fecerat, quodcumque; si enim in medio statuatur vmbra, nec retrouerti, nec ascendere per decem lineas poterit, quia septem à tergo solùm, septem pariter ante faciem, cum Vniuersæ quatuordecim conficiant; si ad principium diei constituas, ascendere quidem & progredi valebit, non autem retro currere; si ad diei occasum figas, ad tergum

remeare

*Horologij quod à Sole pendet quæ forma, speciatim apud Iudæos.*

*Horologij Achaz, de quo 4. Regum 20. 11. diligens consideratio.*

Tostat.

Isai.38.8.

remeare impossibile non erit, verùm conscendere impedimento est, quia lineæ duæ, vel tres, quas percurrat, tantùm supersunt; arduum igitur est coniectari cuius figuræ, quantarum linearum horologium illud extiterit?

57. Areopagita. Planè, duodecim constasse horis linearum, seu graduum descriptiones in eo Solario S. Dionysius Areopagita tradit epist. 7. ad Polycarpum §. 2. inquit enim diem illum triplo ferè longiorem redditum ob viginti horarum auctarium, hoc est, vt exponunt eius interpretes B. Maximus, & Pachymeta in scholiis, & paraphrasi, triginta duarum horarum; constituunt Phœbum mergi properantem, decem enim horas confecerat, intra duas alias sub Horizontem descensurus erat, cùm decem retrogradiendo facere horas visus est; hæ cum peractis viginti coflant; à principio rursum itinere capto remeauit solito more diem integrum absoluens, quæ sunt duodecim horæ, & viginti horabus adnumeratæ triginta duas adimplent; Hippolytum in eodem sententia fuisse refert Glycas 2. parte Annalium; priscorum id reperiri in commentariis suggerit Elias Creteosis scholiis ad orationem 19. Nazianzeni num. 32. sequuntur Dionysius Carthusianus art. 65. in cap. 38. Isaiæ. Iacobus de Valentia in Canticum Isaiæ sub initio. Barradas tom. 1. concord. lib. 5. cap. 14. Magallanez in cap. 10. Iosue sect. 1. annotatione 6. num. 5. Quiros in cap. 38. Isaiæ vers. 9. num. 104. Salianus tom. 4. anno mundi 3322. num. 94.

Glycas, & alij.

At si Phœbo duæ tantùm restabant horæ, ne occumberet, diémque clauderet, totidem pariter lineæ, seu gradus in horologio supererant, ad quas vmbra non peruenerat, lineas enim, seu gradus Chaldæus Paraphrastes horas exprimit; 4. Reg. 20. 9. cur igitur vates pollicetur Reg. 4. cap. 20. vers. 9. *Vis, vt ascendat vmbra decem lineis?* qua namque forma ascendere poterat cùm duæ solùm lineæ, nec plures in horologio, quas vmbra tangere valeret? Respondet Barradas loco nuperrimè citato, §. *si dicamus in horologio*, &c. cui Salianus Comes recensito etiam suo volumine, dicto mundi anno, num. 95. cùm Sol decem lineas transisset, quo tempore Regem Propheta alloquutus est, non quidem cogitandum oblatum ab eo, vt tunc Sol vlteriùs progredi, & decem lineas obumbrare possit, sed hanc miraculi rationem in crastinam reseruari lucem; ea autem ipsa hora vt placeret Solem retro vultum flectere, hoc exequi promptum esse, cùm à tergo decem lineæ relictæ essent; sanè illis verbis Isaiæ Regum 4. Isai. 20. 5. cap. 20. vers. 5. *Ecce sanaui te, die tertio ascendes templum Domini*, significatum intra dies tres perfectam consequuturam valetudinem, sic vt lux tertia sanitati finem allatura esset; vt exponunt Tostatus quæst. 15. Caietanus ad memorata verba: Rex autem perquam auidus executiendæ infirmitatis, miraculo Propheticam confirmari sponsionem optat, & impetrat; cùm autem Ezechiæ nihil gratius esse possit, quàm statim edi miraculum, hoc enim patrato recuperandas iri vires certum haberet, quis opinetur vatem signum proposuisse, Solis videlicet ascensionem per decem lineas, quod non nisi crastina luce ostendi queat? certè vt minus Sol vlteriùs progredi potuerit, quoniam vergebat in occasum, sed stare potuit, sed verti in sanguinem, atque aliis configurari modis, qui Orbem obstupescerent; cùm ergo vates id exhibiturus esset, quo Principis animus continuò recreandus esset, illud quidem obtulit, quod statim fieri possit; non ergo ascensum Solis, modò hunc Rex eligeret, in sequentem protrahere diem, opus erat. Deinde, si intra dies tres post incolumitatem à vate pollicitam vtcomque de miraculi specie, & forma statuamus, Templum Ezechias, gratias Deo habiturus, ingressurus fuerat, quales dies hos fuisse adstruemus? Nam, cùm Sol non interrupta claritate per horas triginta duas micuerit, totum hoc temporis spatium vnus an computabitur dies, an plures? artificialis, an naturalis? verba sacri textus propriè accepta diem vsualem, nempè vigintiquatuor horarum denotant, & quæ noctem atque lucem imbibit; quomodo autem post tres dies huius normæ Rex templum adiit si dierum talis non erat compositio? dierum verò ordinarios abfuisse vultus liquet, quoniam per triginta duas horas Nox sublata est.

Notandum cum Clauio lib. 1. Gnomices, titulo, de Horologiis sciothericis, id est, quæ per vmbram horas designant, quædam appellari diurna, quod tantùm fulgente Sole, horas proclamant; quædam nocturna, quæ vel splendente Luna, vel aliis micantibus astris horas noctu indicant; quædam postremò diurna simul, ac nocturna, quia tam interdiu, quàm noctu ex ipsis horæ cognoscuntur, qualia Astrolabia, vel Planisphæria, Annuli astronomici, &c. Ponamus igitur in horologio tam diurnas, quàm nocturnas horarum efformatas lineas, sic vt cùm Phœbus duodecimam attingeret lineam horarum diei, & lucem clauderet, statim in eadem tabula sequerentur aliæ duodecim lineæ nocturnarum indices horarum: eo his admissis colligitur horologium Achaz, quo Ezechias vtebatur, moris communis fuisse, videlicet duodecim radiis, seu lineis distinctum, quibus totidem respondebant horæ; colligitur insuper potuisse Solem decem per lineas ascendere, quia emensis duabus lineis, quas nondum superauerat horologij diurni, transire licuit ad nocturni horologij lineas, istarúmque octo percurrere: quod autem maius portentum, quàm Lunæ regnum à Sole occupari, eius counteri semitas, claritatem durare per octo caliginis horas? Sed ad hanc finiendam litem id maximè placet, horologium Achaz non solùm horas integras, & solidas demonstrasse per lineas maiores, verùm & sesquihoras, fortasse etiam horarum quadrantes, minorioribus aliis radiis, seu per lineas inter horam, & horam positas indicasse; credidere istis formatum distinctionibus viri quidam docti apud Lyram, & Hugonem Cardinalem Reg. 4. cap. 20. vers. 10. Tostatus Iosue cap. 10. quæst. 88. & 89. & in dictum ex quarto Regum locum, vbi Caietanus, Tirinus, & Menochius. Porrò in cap. 38. Isaiæ vers. 8. Sanchez num. 21. Alapide quæsito 2. Gabriel Aluarez num. 78. in caput verò Ecclesiastici 48. vers. 26. Bonartius; probabile reputant Barradas tom. 1. concord. lib. 5. cap. 14. Magallanez in cap. 10. Iosue sectione 1. annotatione 6. num. 5. Hoc autem linearum amplexato incremento, vigintiquatuor dimidiæ resultant horæ; ponamus igitur Phœbum in meridie, sex à tergo relictis horis, sex aliis nondum peragratis statuatur idem vel sub finem horæ quintæ, aut se- 58. Notandum.

ptimæ; his collocatis terminis quocumque dirigat metam, lineæ quæ vincantur restaut decem,000 quidem horæ completæ, sed sesquihorarum: vt autem, seu lineas, seu gradus horarum perfectarum meditemur, textus non cogit, tantùm suggerit miraculum Regis gratia factum, ostenti autem huius rationem fuisse, vt Phœbus seu recto pergeret cursu, seu retrogradum instituerit, qualemcumque partem versùs, decem propetare per lineas valeret; vtrumque stat iis receptis lineis, quæ sesquihoras formant, tertio enim Sol conuersus est quinque horis iustæ mensuræ, has namque perficiunt decem sesquihoræ; quanta autem admiratio Solem vel per vnam horam à tergo relicta iterum calcare? Constat ergo sciothericum horarum instrumentum, quod Ezechiæ palatio fixum erat; eiusdem fuisse normæ cum horologiis, quæ diem in partes duodecim partiebantur, quas radiis, seu lineis totidem exprimebant; num verò aliorum horologiorum curiosa subtilitas eò progressa est, vt non tantùm horas integras repræsentauerit, verùm & horarum dimidia tempora, imò & quartam earundem partem, inexploratum est; Ezechiæ pendens in aula horologium ad hoc artis peruenisse enimen, probabile admodum est.

59 *Horologij gradus, horarum indices.* Ac sanè Beatus Hieronymus, vt horologij singularem extitisse figuram concipiamus, viam aperit; docet quippè in Isaiæ cap. 38. in, *& factum est verbum Domini*, &c. gradus appellari horarum indices, quo nomine appellantur à Septuaginta: *Nos iuxta Symmachum*, (inquit,) *in lineas & horologium vertimus, qui gradus intellexit in lineas, vt manifestiorem sensum legentibus faceret; siue ita extructi erant gradus arte mechanica, vt per singulos vmbra descendens horarum spatia terminaret*;

*Caietan.* veros elaboratos gradus Caietanus deonrat 4. Reg cap 20. vers. 10. *Gradus autem intellige*, (ait,) *pictos, seu fabrefactos, sic, vt per modum ascendentis vmbra progrederetur vsque ad meridiem, & per modum descendentis vmbra progrederetur à meridie vs-*

*Arias Mont.* *que in noctem*; Arias verò Montanus in cap. 38. in illud, *hoc autem erit tibi signum*, &c. illi Achaz horologio singuli gradus vicem styli, siue gnomonis præbebant; tota verò machina dimidij Orbis, vel dimidij cylindri instar habuit; ob

*Mariana.* hanc graduum dispositionem Mariana in 4. Reg. *Solarium regij Tribunalis, aut solij ad instar fabricatum.* cap. 20. vers. 11. decernit, Solarium hoc instar tribunalis ea arte fabricatum, vt singulis horis vmbra singulos gradus ascenderet ante meridiem, post meridiem descenderet; equidem Tribunalia & regij solij eadem fabrica; in thronum deseruierat tribunal; & maiestati, & causis decidendis eadem cathedra; quamobrem Reg. 3. cap. 7. vers. 7. porticum quoque solij, in qua Tribunal est, fecit; certè Tribunal hoc non fuisse alterum, & distinctum opus ab eburneo throno,

3. Reg. 10. 20. de quo prædicatur Reg. 3. cap. 10. vers. 20. *Non est factum tale opus in vniuersis regnis*, pethibent Lyra, Tostatus quæst. 7. Carthusianus, Sanchez vers. 18. Pineda lib. 6. de rebus Salomonis cap. 7.

*Iosephus.* num. 1. vnde Iosephus lib. 8. antiquit. cap. 2. *Quin & ex ebore factum erat pragrande solium celatum, specie Tribunalis, quod sex gradibus ascendebatur, in quorum singulis extremitatibus leonum effigies erant posita*, &c. Rectè omninò de gradibus, consonat historia sacra 3. Reg. cap. 10. vers. 19. *Qui habebat sex gradus; & duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc, atque inde*; ergo solium, & Tribunal horologij imitabatur fabrica, gradibus horæ indicabantur, sex à læua positis, sex ad dexteram iacentibus; & quidem Reg. 4. c. 9. vers. 13. de inauguratione Iehu; *festinauerunt itaque, & vnusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus eius in similitudinem Tribunalis*; ex Hebræo, *in osse graduum*, quod Caietanus refert ad materiam, ex qua gradus efformati, puta dente elephantis: L X X. Romanæ editionis habent, super *parem graduum*, quod Complutensis versio exprimit *super ascensum graduum*; Pagninus & Vatablus, *super fastigium graduum*. Hæ omnes translationes solium, & Tribunal indicant per gradus; at Paraphrastes Chaldæus inquit; *& acceperunt quisque vestimentum suum, & posuerunt subter eum in gradu horarum*; nempè, cùm horarum gradus Tribunalis, & solij modum referrent, idem in horarum gradu, ac in solij, vel Tribunalis gradibus; aut si verum, quod Mariana cogitat, his, qui properabant Iehu Regem declarare, horologium occurrisse, quo viso libenter substiterunt, rati nihil distare inaugurationem factam in gradibus horologij ab ea, quæ fieri possit in gradibus solij, & Tribunalis, eo quòd horologia, & solia prorsus consimilia essent, fabrica eadem vtrobique eniteate, cùm solium horologia adamussim repræsentarent. 4. Reg. 9. 13.

60. *An in regressu vmbra tantùm, an pariter retrorsum sui ipsemet Sol.* Sed radiorum, seu linearum horologij esto vices gradus, & scalæ obiuerint; esto, cùm à Propheta miraculi duplex oblata est forma promptum Soli fuerit aut retorquere ad decem peragratas lineas, aut per alias decem intactas vltrà proficisci, verùm quo pacto Phœbo ad occasum tendente prodigium euotiugeret, hæc enim viæ naturalis semita est ab ortu in occiduum festinare? Quamobrem Rex vmbræ ascensum repudiauit: *facile est*, (ait Reg. 4. cap. 20. vers. 10.) *vmbram crescere decem lineis, nec hoc volo vt fiat, sed vt reuertatur retrorsum decem gradibus*. Respondeo, Solem iuxta naturæ leges non potuisse decem lineas, quæ totidem sciquihoras complectebantur, nisi quinque integrarum horarum interuallo percurrere, supernaturali autem virtute momento eas transcurrere valebat, quo pacto miraculum ederetur; neque Ezechiam hoc ignorasse putauerim, sed, vt acutè obseruatum à Caietano in 4. Reg. cap. 27. vers. 10 ascensus vmbræ quoad modum tantùm miraculosus computabatur, Sol quippe naturaliter ascendit, verùm non tali modo vt instantaneè lineas multas superet: at Sol naturæ spectatis viibus retroúoluere haudquaquam potest, regressus itaque, & quoad substantiam, & quoad modum indebitus est, sub qua significatione minoris velut difficultatis à Rege pronunciatum est, facile vmbram crescere decem lineis; & quidem Solem in eo, quod patratum est miraculo retrocessus, voluctri & breuissimo cursu delatum, nempe in momento per decem rediisse lineas, & lucis initia rursum salutasse edocent Procopius Gazæus in cap. 38. Isaiæ. Glycas 2. Annalium parte, quid Eustathius Patriarcha Antiochenus, opinatus sit, referens, inquit; *Videtur enim ista sensisse, quasi Solis retrofacta regressio non horis decem, sed oculi vno momento acciderit*; Author de mirabilibus sacræ Scripturæ lib. 2. cap. 28. *vt multi æstimant, celeri cursu de occasu in ortum reuertitur*; historia scholastica Reg. 4. cap. 30. Caietanus in 4. Reg. cap. 20. vers. 10. Quanquam verò

4. Reg. 20. 10.

Glycas.

verò allegati Scriptores causas non edant; quamobrem Sol in retrogressu moram non consumpserit, coniectari valeamus, fortasse ad Regis solatium ita perpetratum, terminus ei redintegrandæ salutis præstitutus trium dierum interuallum, hos quamprimùm transire, verosimile est, satis optasse; vt quid igitur miraculo superaddi plurimas horas cuperet diebus illis cunctationem allaturas? trium enim illorum dierum vnus futurus, quem miraculum vendicabat? hunc nimium excrescere Princeps desiderasset, cùm tædium omne in sanitatis procrastinationem verteretur? paucis igitur horis absolutum prodigium; vix quinque integrarum horarum fuisse spatium à Caietano iudicatum loco nuper demonstrato, ad miraculi granditatem & stuporem satis id temporis.

61. Ecce verò Petrus Nonnius Salaciensis libro secundo de arte, atque ratione nauigandi, cap. 11. *§. praterea annotatione dignum*, &c. probat, naturaliter contingere sole fulgente vmbram retrocedere; hoc ipsum latè confirmat Clauius in antiqua, seu priori horologiorum descriptione, cap. 21. igitur, quod Ezechias prætulit, nempè vmbræ retrogressu antepositto, miraculum non erat. Respondet Nonnius, quòd ab ipso traditum sit vmbræ ad tergum conuersionem non repugnare, intelligendum de regionibus sub torrida constitutis zona; Iudæa autem eiúsque Metropolis Ierosolyma, qua sub plaga miraculum editum est, ad temperatam zonam spectant, quibus locis vmbræ retrocedere non possunt. Respondet Clauius, quanquam retrogradas vmbras etiam sub zonia temperie prædiris quispiam admittat, supponendum tamen, vmbram ante meridiem diminui, post meridiem crescere, nec aliter cursu naturali accidere; quamobrem in horologio Achaz cùm optio data sit, vt quacumque diei periodo vmbra vel minueretur, vel longior fieret, hoc non nisi ex miraculo contingere posse. Respondeo denique, ea si qui doctrina turbati valeant, Authores illos fore, qui statuunt, nullam in sole factam mutationem, sed tantùm in horologij vmbra,

Burgens. Vatablus. quæ sola retrogressa est, vt decernunt Burgensis additionibus ad cap. 20. lib. 4. Reg. cap. 20 Vatablus ibidem, Montanus in cap. 38. Isaiæ vers. 8.

Hect. Pint. Gaspar Sanctius, &c. quo loco probabilem sententiam reputant Hector Pintus, & Gaspar Sanctius. Gordonus etiam Reg. 4. cap. 20. vers. 10. Nobis verò tenendum non tantùm vmbram retroflexam, verùm & solem ipsum; nam certè Berodach, siue Merodach Babyloniorum Monarcha salutatum misit Ezechiam Regem Nunciis munera deferentibus, postquam ægritudine liberatum nouerat Reg. 4. cap. 20. vers. 12. & cap. 39. Isaiæ vers. 2. Huius autem legationis inter causas memorabiles illa

2. Paral. 32. 31. fuit, quam Paralipomenorum secundus indicat liber cap. 32. vers. 31. vt *interrogarent de portento, quod acciderat super terram*; Chaldæi namque astrorum indagationibus assuefacti, cùm mutari vmbras horologiorum aduerterent, cùm diem protrahi, cùm solem aliter vectari, quàm vt in more haberet, ex disciplinæ suæ naturalibus principiis fundamenta haurire non valentes, perlata ad eos fama de incolumitate Ezechiæ, verisimile est eodem cum rumore prodigij notitiam sparsam, de quo vt certa extaret relatio, legatis veritatem explorare commendatum; nisi autem Sol ipse moueretur, & anteactū repeteret iter, ex vmbræ tantùm regressu aliarum Prouinciatum mortalibus stuporis nulla daretur occasio, potuit enim in solo Ezechiæ horologio vmbræ contingere reuersio: Phœbo autem ipso retrorsum gradiente, vbicumque lucis dispositio, quæ Solis retroambulationem pateretur, ibi retrouoluerunt horologiorum vmbræ, & admiratio ingens Mathematicos perculit; quem esse legitimum, & perspicuum Scripturarum sensum Hieronymus edocet in cap. 39. Isaiæ vers. 1. *&* Hieron.
*quia apud Chaldaos astrorum obseruantia est, stellarúmque cursus longo vsu, & exercitatione cognitus, intellexerunt solem reuersum, diei spatia duplicata; cúmque causas huius miraculi, rationémque perquirerent, fama per omnes gentes volitante, didicerunt propter agrotationem Regis Iuda etiam cursum signi clarissimi commutatum; quod non esse opinionem meam, sed Scriptura sancta fidem, dierum verba testantur; attamen in legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, vt interrogarent de portento quod acciderat super terram*, &c. Hieronymo adhærent, & ipsius fermè verbis loquuntur Rabanus, & Angelomus in 4. Reg. cap. 20. vers. 12. Rab. & alij.
historia scholastica ibidem cap. 31. Tostatus quæst. 36. in fine; & in cap. 39. Isaiæ vers. 1. Strabus, Haymo, S. Thomas, Lyra, Hugo Cardinalis, Carthusianus; tradunt S. Dionysius Areopagita epistola 7. ad Polycarpum §. 2. Theodoretus in Psalmum vigesimum, in illud, *magna est gloria eius*, &c. Elias Cretensis scholiis in orationem 19. Nazianzeni num. 32. Cyrillus Alexandrinus, & Procopius Gazæus ad cap. 39. Isaiæ principium; ex recentioribus Iacobus Perez de Valentia ad cap. 38. Isaiæ in Canticum Ezechiæ, in illud; *Ego dixi in dimidio dierum*, &c. Caietanus in 4. Reg. cap. 20. vers. 12. Genebrardus Chronolog. lib. 2. pag. 230. Serrarius 4. Reg. cap. 20. Barradas tom. 1. concord. lib. 5. cap. 14. Torniellus tom. 2. Sacrorum Annalium, mundi anno 3324. num. x. Salianus tom. 4. anno mundi eodem, num. x8. Spondanus anno mundi 3322. num. 7. & in cap. 39. Isaiæ vers. 1. Adamus, Pintus, Osorius, Sanchez, Alapide, Gabriel Aluarez; itaque Patrum & interpretum commune iudicium est Chaldæos non latuisse solem retro conuersum, & legatione causas expostulasse; ac concedamus quidem ad miraculi testimonium satis fuisse vmbræ solius retrogressum, verùm non ita reipsa contigisse, sed adiunctum præstantius signum, nempè, auricomum ipsum Phœbum retractum Isaias haud obscurè perhibet cap. 38. Isai. 38. 8.
vers. 8. *& reuersus est Sol decem lineis per gradus, quos descenderat*; quæ tam clara verba non aliter intellecta Patrum, & interpretum trita expositione, quam de ipso Solis regressu respuunt litteræ aliam genuinam interpretationem. Quanquam autem, num ob Solis repedationem à Babyloniensibus legatio facta sit, alij taceant Doctores, solem nihilominus retro agitasse bigas suas, & diei restaurasse infantiam, volunt Ori- Origenes.
genes tract. 30. In Matth. in illud, *à ficu autem*, &c.
Chrysostom. Homil. 27. in cap. 11. epistola ad Chrysost.
Hebræos. August. lib. 21. de ciuitate Dei, cap. 8. August. &c.
Prudentius in Euchiridio, titulo de Ezechia. Author de mirabilibus sacræ Scripturæ lib. 2. cap. 28. Beda ex quæstionibus 30. in libros Regum quæst. 25. Isidor. Hispal. in 4. Reg. cap. 6. Chronicon Alexandrinum. Olympiade 12. Bellouac.

Iouac. tom. 4. speculi lib. 2. cap. 103. S. Antonius 3. parte, summ. histor. tit. 3. cap. 5. §. 1. Fasciculus temporum anno mundi 4472.

---

## Sectio VIII.

*Vespera, à qua diei periodo auspicetur? ieiunia Christianorum an soluerentur hora nona? Preces lucernariæ quæ? Officium vespertinum quando cantabitur? veterum temporibus num prandiorum vsus? abstinentia Paganorum, & Christianorum discrimen. Ientaculum, qualis refectio? an à Iudæis vsurpata? vinum ieiunantes Christiani olim non probabant; cibus ad horam nonam sumptus cœnæ nomen obtinuit: ieiunia alia fracta ad horam nonam, alia ad lucis occasum: duæ vesperæ; Agnum Paschalem qua hora immolabant Iudæi?*

62. DIei minutis sectionibus, horarum nempe partitione considerat, de maioribus eiusdem periodis omninò tacere æquum non est; licèt enim de exortu lucis, & de eiusdem medio puncto nihil occurrit, quod disputationem exigit, vesperarum tamen discussio nobilis est, nec paucarum quæstionum altrix; quantum igitur diei spatium vesperæ assignandum? Nicolaus ad cap. 12. Exodi vers. 6. *immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam*, affirmat, ex Hebræorum interpretum sententia, hora septima diei exacta, hoc est, nostro more, prima post transactum meridiem vesperam incipere, atque ab eo diei articulo licere Agni Paschalis victimationem inchoare; hanc tamen cogitationem pauci recipiunt, vesperi enim nimiam lucis portionem donat, nam cùm ea vox diei partem denotet, qua Sol declinare, & ad occasum tendere incipit, hoc non nisi sub horam nonam, videlicet tertia nostra pomeridiana contingit; qua de causa Prudentius in Cathemerino Hymno 8. post ieiunium; *Nona summissum rotat hora Solem, partibus vix dum tribus euolutis; quarta deuexo superest in axe, portio lucis*; loquitur de vespertino diei articulo, sub quo ieiunium soluebatur: tribuit autem vesperæ, quod reliquum est ab hora nona transacta ad horam duodecimam finitam, nimirum tres horas, & quartam totius diei, scilicet duodecim horarum, è quibus conflatur, partem; itaque ab hora nona, seu à tertia pomeridiana Sol ignes, & splendorem remittit, inde succedit vesper vsque ad clausum Olympum, & noctem regnantem; qua de scribunt sub norma Tostatus quæst. 10. in cap. 12. Exodi vers. 6. ibidem Caietanus. Pererius disputat. 2. num. 16. Serrarius in cap. 5. Iosue quæst. 31. Suarez tom. 2. in 3. part. disput. 40. sect. 2. §. *& ideò satis probabile*, &c. fauet Iosephus originum Iudaicar. lib. 14. cap. 8. docens, sollennia peragi sacrificia

*Vespera à qua diei periodo auspicanda.*
Nicolaus.
Exodi 12. 16.
Prudent.
Tostat.
Caietan.
Pererius.
Serrarius.
Suarez.
Iosephus.

bis per singulos dies, manè & circa nonam horam, nimirum tempore vespertino & matutino: libro autem 16. cap. 10. Cæsar Augustus edicto pro Iudæorum gente lato, præcipit, *non cogendos ad præstanda vadimonia Sabbatis, aut pridie Sabbatorum post horam nonam in Parasceue*: ἐγγύας τε μὴ ὁμολογεῖν αὐτοὺς ἐν σάββασιν, ἢ τῇ πρὸ αὐτῆς παρασκευῇ, ἀπὸ ὥρας ἐνάτης; quippe Sabbati festiuitas exordium habet à vespera diei antecedentis, vesperarum autem initium ab hora nona; rectè igitur, quod ab ea hora, ne Sabbati religionem inceptam cum vesperi violarent, à præstandis vadimoniis liberantur; denique de tempore idoneo immolationis Agni in Paschate, lib. 7. de bello, cap. 17. *illi autem, cùm dies festus adesset, qui Pascha vocatur, quando à nona quidem hora vsque ad vndecimam hostias cædunt*, &c. mactatur verò Agnus ad vesperam, igitur ab hora nona ad vesperascere incipit dies.

Cæsar Aug.

Porrò Exodi cap. 12. vers. 6. quanquam Latina habeant, *immolabitque eam vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam*; Hebræa transferunt, *inter duas vesperas*. Leuitici autem cap. 23. vers. 5. *Mense primo, quartadecima die mensis ad vesperam Phase Domini est*, Romana editio LXX. interpretum transfert, *inter medium vesperarum Pascha Domino*; Complutenses, *inter vespertina*; Hebraicè autem *inter duas vesperas*. At quænam hæ duæ vesperæ? prima quidem censeri potest, illud interuallum, ex quo Sol deferuescere, vmbræ crescere incipiunt; altera, cum submerso Solis disco, crepusculi titubans fulgor lucis etiamnum vestigia conseruat, quod Hierosolymis, vbi altitudo poli triginta duos gradus attingit, per æquinoctium, horam vnam excedit, vt obseruant Pererius disput. 2. in cap. 12. Exodi num. 10. Serrarius in cap. 5. Iosue quæst. 31. n. 5. Scaliger lib. 6. de emendatione temporum, titulo, *Residua passionis Dominicæ*; vesperarum hanc partitionem innuunt Masius in cap. 5. Iosue vers. 10. Iansenius concordiæ cap. 129. sub finem, Toletus annotatione 4. in cap. 13. Ioannis. Vasquez tom. 3. in 3. part. disput. 172. cap. 9. num. 99. Fortasse his simile, quod ex duodecim Tabularum rescriptis Censorinus expendit de die natali, cap. 24. *Sol, occasus, suprema*, videlicet, occasus sit prima vespera, cum Phœbus declinat, & alterum properat ad Horizontem; suprema, tempus concipiatur post occumbentem Solem, quemadmodum & Censorinus exponit: secundam autem dicere vesperam possimus; ita & apud eundem præfato capite binum diluculum est; alterum, cùm Sole nondum orto iam lucet: secundum, cùm lux videtur Solis; hac vesperarum partitione amplexata, de veterum Christianorum ieiuniis, & horarum Canonicarum vespertino officio quædam faciliùs capi posse videantur: soluebatur ieiunium antiquitùs hora nona, S. Epiphanius post hæresim octuagesimam in compendio doctrinæ fidei Catholicæ, *& per totum quidem annum ieiunium hoc seruatur in eadem sancta Catholica Ecclesia, quarta, inquam, & pro Sabbato vsque ad horam nonam.* B. Athanasius tractatu de virginitate: *Ieiuna vniuersum annum sine necessitate hora nona in hymnis, & orationibus perdurans.* Cassianus collatione 2. cap. 26. seu vltimo: *idcòque commodum satis, & vtile hora nona refectionis tempus indultum est.* Simila idem collatione 21. cap. 25. & S. Benedictus 63.

Pererius.
Serrarius.
Scaliger, & alij.
*Ieiunia Christianorum an soluerentur hora nona.*
Epiphan.
Athanas.
Cassian.
S. Benedict.

dictus regulæ cap.41. Prudentius in Peristephano hymno 6. de B. Fructuoso & sociis: Ieiunamus, ait;

*——recuse potum,*
*Nondum nona diem resignat hora.*

& in Cathemerino, hymno octauo post ieiunium, pangit.

*Nona summissum rotat hora solem,*
*P artibus vix dum tribus euolutis,*
*Quarta deuexo superest in axe*
*Portio lucis.*
*Nos breuis voti dape vindicata,*
*Soluimus festum, fruimurque mensis*
*Affatim plenis, quibus imbuatur*
*Prona voluptas.*

quibus declarat ad horam nonam sacris clausis officiis prandere licitum fuisse; idem tradit de
de S. Victor. refectionis tempore diebus ieiuniorum Hugo
de S. Victore tom. 5. in cap. 3. regulæ S. Augustini
S. Thom. ad finem; Angelicus Doctor 2. 2. quæst. 147. art. 7.
Couarr. in corpore, & ex iunioribus Couarruuias variarum
Bellarm. resolut. lib. 4. cap. 20. num. 14. Bellarminus
de bonis operibus in particulari, lib. 5. cap. 2.
Azor. Azor tom. 1. institut. moriali lib. 7. cap. 11. quæsito
Filesacc. 1. Ioannes Filesaccus de Quadragesima Chri-
Gratian. stiana cap. 5. Sed ecce Gratianus ex Concilio Cabilonensi 3. p. Decreti distinct. 1. cap. 50. *Solent plures, qui se ieiunare putant in Quadragesima, mox vt signum audierunt ad horam nonam, comedere; qui nullatenus ieiunare credendi sunt si ante manducauerint, quàm vespertinum celebretur Officium; concurrendum est enim ad Missas, & auditis Missarum solemnibus, & vespertinis Officiis, & largitis eleemosynis ad cibum accedendum est*; habentur eadem hæc in epistola Theodulphi Aureolanensis Episcopi scripta ad Parochos cap. 39. extat part. 1. tom. 9. Bibliothecæ Magnæ PP. Coloniensis; & apud Burchardum lib. 13. cap. 12. apudque Iuonem Panormiæ lib. 5. cap. 184. iam verò si non nisi vespertino decantato Officio manducandum erat, & ieiuniorum soluenda abstinentia, vespertina Psalmodia non ad horam nonam
Isidor. Hisp. fiebat, sed vltimo lucis & diei termino; Isidorus Hispalens. Originum lib. 6. cap. 19. *Vespertinum officium est in noctis initio, vocatum à stella Vespere, qua surgit oriente nocte*; quæ idem pariter lib. 1. de officiis Ecclesiasticis cap. 10. quem imitantur Rabanus lib. 2. de institutione clericor. cap. 7. Alcuinus lib. de diuinis Officiis cap. 43. Amalarius Fortunatus de Ecclesiast. officiis lib. 3. cap. 7.
*Lucernæ cur ad vespertinum Officium accensa.* Hinc quispiam ad vespertinum Officium accensas lucernas suspicetur, sub noctem enim cùm perageretur, cereorum, aut lampadum splendor
Hieron. necessarius erat, Hieronymus epist. 7. ad Lætam post medium; *manè hymnos canere, tertia, sexta, nona hora stare in acie quasi bellatricem Christi, accensáque lucerna reddere sacrificium vespertinum*; hinc priscorum Ecclesiæ Doctorum encomiis celebratæ preces lucernariæ, Epiphanij speciatim in compendio doctrinæ Catholicæ fidei post octoginta hæresum tractationem, Basilij Magni tractatu de Spiritu sancto ad Amphilochium, aliique, quos commemorant Garsias
*Preces lucernaria quæ.* Loaysa ad cap. 9. Concilij primi Toletani, nam ibi de Lucernario. Stephanum Durantum lib. 1. de ritibus Ecclesiæ cap. 11. num. 6. Ego quidem coniector luminum adhibitas faces non ad pellendas tenebras, sed ad pompam, & festiuitatem; nam Theodoretus propè initium historiæ sanctorum Patrum in Iuliani vita testatur ante occasum Solis Monachos in antro Domino vespertinos hymnos offerre, idipsum B. Chrysostomus indicat hom. 14. in c. 5. epist. 1. ad Timotheum in morali exhortatione, ait enim Religiosos eorum temporum diuinis consummatis Officiis ad vesperam inclinante die cibis refectos; Cassianus lib. 3. de institutis cœnobiorum cap. 3. ad calcem asserit lucernalem horam fuisse vndecimam diei, nempe duabus horis antequam diurna claritas abiret, & Amalarius For- Fortunatus.
tunatus lib. de ordine Antiphonarij cap. 6. inquit: *Nos verò sæpissimè solemus vespertinale Officium celebrare ante Solis occubitum*; rursúmque idem cap. 16. atquin liquet ex Concilij Emeritensis cap. 2. prius oblatum lumen, quam vespertinum incœpisset Officium: Sole autem nondum emortuo inchoatio est huius Officij; non ergo propter noctis caliginem faces incendebantur. *Officium vespertinum quando cantabatur.* Quanquam autem hæc vera sint, sed tamen non nisi sub extremam diei periodum, puta ad exitum horæ vndecimæ vespertinum terminabatur Officium, frequentur enim Missarum celebritas hora nona peragebatur, cui vespertina succedebat hymnodia priusquam ieiunia soluerentur, vt suggerit Micrologus de obseruationibus Ecclesiasticis cap. 49. & Ordo Romanus de officio Missæ, tractans de vigilia natalis Domini, ait: *Prima vigilia natalis Domini hora nona canunt Missam ad Sanctam Mariam, qua expleta canunt vespertinalem, dehinc vadunt ad cibum*; quamobrem, cùm serò decantarentur vesperariæ preces, & non nisi his absolutis nutrimentum sumeretur, fiebat vt ieiuniis vltima diei lux finem imponeret. Prudentius in Cathemerino, Prudentius.
Hymno tertio ante cibum:

*Te quoque luce sub occidua,*
*Sumere cùm monet hora cibum,*
*Nostra Deus canet harmonia:*
*Luce occidua,*

hoc est, die iam moriente; & S. Paulinus nata- Paulin.
li 7. B. Fœlicis de more ieiunij suæ ætatis.

*& serò libatis vespere sacris*
*Quisque suas remeate domos; tunc ergo solutis*
*Cœtibus à templo Domini, postquam data fessis*
*Corporibus requies sumpta dape, &c.*

Idémque epistola 25. quæ est sexta ad Amandum, sub fine; *& nemo illi vel siliquam dabat, donec ad vesperam declinaret*; atque hanc ob causam S. Benedictus regulæ cap. 41. admonet, sic dispo- S. Benedict.
nenda vesperarum Officia, vt lucis aliqua supersit portio dum manducandum est; *ipsa tamen Vespera sic agatur, vt lumine lucernæ non indigeant reficientes, sed luce adhuc diei omnia consummentur.*

Agnosco ieiuniorum metam sæpè fuisse ho- 64.
ram nonam, aliis verò temporibus, & quibus celebriores abstinentiæ vltimam totius diurnæ *Ieiuniorum meta hora nona.*
lucis clausulam; Gabriel Alba Spinæus lib. 1. Alba Spin.
obseruationum ad Optati Mileuitani lucubrationes, obseruat. 14. separat ieiunia dimidiata ab integris; & temperatam illam abstinentiam adstruit, qua feria 4. & sexta ad nonam ciborum refocillatio est; aliis verò diebus completa extitisse ieiunia, nocte quippe ingruente edulia sumebantur; his cognata tradunt etiam Baro- Baronius.
nius tom. 1. anno Christi 57. num. 201. Pamelius Pamelius.
ad c. 10. lib. Tertulliani contra Psychicos n. 59. Cæterùm dissimulare non iuuat, ab aliquo obiectari posse, conuiuia sub horam nonam iusta

ieiunij

ieiunij veram rationem habere non potuisse; quippè Ethnici ipsi non antea cibis vescebantur, quàm hora aduentasset nona, id quod more Gentium obseruatum ætate Martialis Poëtæ, quo tempore Christiana amplificata est religio; suggerit Raderus ad lib. 4. Epigramm. 8.

*Imperat extructos frangere nona thoros.*

Cœnæ eam fuisse periodum latiùs ibidem comprobat Ramiresius. Non est autem omittendum

Isidor. Hisp. S. Isidori Hispalensis dictum lib. 20. originum cap. 2. *Annona tractum est à tempore, quo Romani veteres ad cibos aduocabantur*, sicut Martialis,

*Imperat excelsos frangere nona thoros.*

Horat. Horatius lib. 1. epist. 7. versu 70.

*—— sic ignouisse putato*
*Me tibi, si cœnas hodie mecum, vt libet; ergo*
*Post nonam venies*, &c.

Cicero. Cicero autem familiarium epistolar. lib. 9. epistola 26. & vltima ad Pœtum: *Accubueram hora nona, cùm ad te harum exemplum in codicillis exaraui*, &c. Respondet Bellarminus lib. 2. de bonis operibus in particulari, cap. 2. propè finem; quando veteres definiebant horam nonam pro solutione jeiunij, tempus ordinarium cibum sumendi erat meridies; satis enim esse putauerunt ad carnis afflictionem, & castigationem si ad spatium trium horarum, id est, ab hora sexta vsque ad nonam refectio differretur. Admitto priscos consueuisse prandere ad meridiem, nempè horam sextam diei, vt edocet Artimidorus

Veteris temporibus usus prandiorum vsus. lib. 3. ONeirocritici cap. 67. stabilium tom. 2. iu Canticum Canticorum, vestigatione 8. num. 16. Sed hoc nos diximus, non quòd Prandiorum communem fuisse morem intelligeremus, sed quòd festa quauis occasione refectionem plenam diei ea anticipatent norma, & qui ventri plus indulgerent, quotidianas epulas ita disponerent; verùm vsus eum horæ nonæ adstrictus fuerit æuo Martialis Poëtæ accumbendi mensis, hic quidem vixit vsque ad finem primi seculi Christianæ Religionis: at ieiunium dissoluete hora nona diebus Mercurij, & Veneris credentes cœperunt non diu post Saluatoris ascensionem, tum namque ab Apostolis ea commendata est abstinentia simul cum Quadragesimali ieiunio, vt ex vetustissimorum Patrum scriptis commonstrant Turrianus lib. 1. pro Canonibus Apostolorum cap. 3. & cap. 21. Baronius tom. 1. anno Christi 57. num. 199. Canisius lib. 2. de corruptelis Verbi Dei cap. 5. §. *at verò quid*, &c. Bin-

Abstinentia Paganorum, & Christianorum discrimen. nius tom. 1. Conciliorum, ad Canonem 86. ergo per eadem tempora, quibus Pagani ad horam nonam cibis reficiebantur, Christiani sub eadem hora ieiunia tollebant. Quænam igitur suggeras, laus fuerit abstinentiæ Christianorum, cùm enim diei horas cœnam Ethnici quoque differebant, tum longa eis inedia? Respondeo, conspicuum esse discrimen: nam Gentiles, si vellent, prandere possent, id ieiunantibus Christianis vetitum; Gentiles insuper nullo ciborum delectu vtebantur, Christianis dum ieiunarent carnes prohibitæ fuerant omni tempore, vt ostendunt Bellarminus dicto lib. 1. de bonis operibus, cap. 5. Valentia tom. 3. in S. Thomam dispur. 9. quæst. 2. puncto 2. §. 2. Postremò, inter ipsos, quibus etiam temperantiæ maior ratio, tamen ad sustinendos labores, quibus ab aurora in vesperam exercebantur, sub lucis penè exortum ciborum aliquid degustabant, certè potu refocillabantur, vt obseruant Muretus variarum

Ientaculum, quale reficitur. lib. 4. cap. 12. Mercurialis de arte Gymnastica lib. 4. cap. 11. refectio hæc *ientaculum* dicebatur; *Primus*, (inquit Isidorus lib. 20. originum cap. 2.)

Isidor. Nigid. *cibus, quo ieiunium soluitur, vnde & nuncupatum.* Nigidius: *Nos ipsi ieiunia ientaculis leuibus pollùimus*; ergo hac comestione ieiunium frangebatur, nec mirum, cùm prandij quasi vicem obiret, ac sanè prandium matutinum computa-

Plutarch. &c. tur à Plutarcho lib. Symposiorum 8. quæst. 6. de eo prolixè Fuluius Vrsinus Appendice ad Triclinium Romanum Ciaconij pag. 80. Lælius Bisciola tom. 1. borar. subcessiuar. lib. 9. cap. 10. & 15. Bullingerus lib. 2. de conuiuiis, cap. 3. & 4. rectè apud Homerum seruis ad operas ituris, quo vires non deficerent inter laborandum, di-

Homer. luculo ientaculum præparatur, libri 16. Odysseæ principio.

*Hi autem in stabulis Vlysses, & diuinus subulcus*
*Parabant ientaculum simul cum Aurora incendentes ignem,*
*Emiseruntque pastores cum congregatis suibus.*

Nobilissimæ quoque matrisfamiliæ, quam Salomon vltimo Parabolarum capite delineat, encomium est, quod stratum summo manè reliquerit, famulorum, ancillarúmque gregibus ientaculum distribuerit; hæc enim legitima versus decimiquinti interpretatio est; *& de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis*, vt cum ad locum, obseruant Ludouicus Legionensis, Salazar, & Alapide. Porrò ientabant panem mero tinctum, vt suggerunt Plutarchus lib. 8. de conuiuiis, quæst. 6. & fusiùs probat Athenæus lib. 1. Dypnosophi-

Ientaculo, antiquus prandiola dicta. star. cap. 8. Festus Pompeius cùm edocuisset ientacula ab antiquis prandiola nuncupata, tum quale esset vinum quod tum bibebatur, indicat,

Festus l emp. pretiosum nempè & aromaticum: *Silatum*, (ait)

Silatum, pro ientaculo. *antiqui pro eo, quod nunc ientaculum dicimus, appellabant, quia ieiuni vinum sibi conditum ante meridiem absorbebant*; quare Theophilus Alexan-

Ieiuniorum simulatores, & hypocrita qui. drinus Episcopus epistola 3. Paschali, ieiuniorum simulatores, & hypocritas vocat, qui vinum clam bibere, & auidis faucibus arbitros declinantes in cubiculis mulsa potare non erubescerent; igitur Christiani ieiunantes vsque ad horam nonam nihil sub auroram degustabant, nihil quouis diei tempore quoad diuina perficerentur ministeria dicta hora, tertiæ pomeridianæ ostiæ, aut circiter, respondente: eràtque tanta huius abstinentiæ seueritas, vt non tantùm ciborum quorumcumque interdictus esset vsus, sed vini potum abhorrerent;

Rom. 14. 21. id, quod Apostolus ad Romanos subinnuit cap. 14. vers. 21. *Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur*; testatur clarè Concilium IV. Prouinciale Carthaginense cap. 85. Basilius homilia 1. de ieiunio. Gregorius Nyssenus oratione de pauperibus amandis. Theophilus Alexandrinus epistola 3. Paschali. Theodoretus in epitome diuinorum decretorum, titulo vltimo de abstinentia. Fulgentius de fide ad Petrum Diaconum cap. 3. sub finem. Timotheus Alexandrinus Episcopus in responsis Canonicis, ad interrogationem 8. & 10. & ibi Theodori Balsamonis scholium;

Chrysost. vnde Chrysostomus homil. 6. ad Populum Antiochenum. *Sed tamen consuetudo res est tam facilis,*

*lis, & expedita, quòd adueniente ieiunio, etsi millies quis exhortetur, & infinita crucient, & cogant vinum delibare, vel aliud quid ieiunij lege non concessum gustare, omnia quis malles pati, quam prohibitum tangere nutrimentum*; idipsum constat ex Fructuosi Martyris actis, de quo Prudentius in Peristephano, hymno 6.

65. Ergo licèt Pagani, & sacrosancti Christiani nominis professores sub eadem hora largiùs reficerentur, videlicet hora nona diei Sole iam prono ad Occasum, tamen multas ob causas Christianorum abstinentiam veri, & rigidi ieiunij momentum habuisse demonstrauimus; sed indagandum, num eiusmodi refectio, quæ ad horam nonam fiebat, vespertina iustè dicenda sit? eò nimirum, quòd ab hora præfata diei vespera incipiebat? Nam dissertationis hic scopus est, vt stabiliamus ab hora nona vesperæ computandum exordium. At profectò rectè manducatio sub horam nonam vesperi adscribitur; nam Persas ea hora vesci suo æuo S. Isidor. Hispaliensis memorat lib. 20. originum cap. 2. quos Procopius lib. 2. de bello Persico ad medium, non nisi sub vesperam escas sumere refert; deinde quia comessatio illa cœnæ vocabulo intitulata est; ita Cicero lib. 9. epistolarum familiarium epistola 26. ad Pætum ad cœnam inuitatus hora nona accubuisse se narrat; quamobrem Martialis lib. 7. epigramm. 50. excusat se, quòd propter occupationes ante horam decimam ad cœnam venire non poterit, scilicet hora nona aduentasset si per curas, & negotia liceret.

*Refectio vespertina an rectè dicenda quæ hora nona.*

*Comessatio cœna vocabulo intitulata.*

*Hunc licèt à decima, (nec enim satis antè vacabas,)*
*Sollicitos; capiet cœnula parua duos.*

Horatius. & Horatius lib. 1. epist. . vers. 70.

*Si cœnas hodie mecum vt libet; ergo*
*Post nonam venies, &c.*

Cœna igitur sub horam nonam; sed quia tum vesperæ initium, vespertinus cibus, & vesperna nuncupata est, Isidorus loco paulo antea animaduerso; *est autem cœna vespertinus cibus, quam vespernam antiqui dicebant*; & Festus Pompeius littera V. *vesperna apud Plautum cœna intelligitur*; Plautus quidem in Rudens Actu 1, scena 2. in fine: *Si tu de illarum cœnaturus vesperi es.* Festus autem ipsemet quanquam adstruat verbo *prandium*, cœnæ nuncupationem meridiano adhibitam cibo, tamen in dictione *cœna* monet vesperam non appellatam nisi cœnam propriè acceptam, de comestione horis aliquot post meridiem; Gellius Attic. noctium lib. 17. cap. 7. initio; *Philosophus Taurus accipiebat nos Athenis cœna plerumque ad id diei, vbi iam vesperauerat; id enim est tempus istbic cœnandi frequenter.* Varro lib. 2. de re rustica, cap. 8. *Cibus eorum,* (pastorum scilicet,) *debet esse interdiu separatim vniuscuiusque gregis; vespertinus in cœna, qui sic sub vno Magistro communis.* Saluianus lib. 1. de gubernatione; *cùm viles, ac rusticos cibos ante ipsos, quibus coxerant focos, sumerent, eósque ipsos capere nisi ad vesperam non liceret?* igitur refectio Christianorum, quæ ad horam nonam sumebatur, omisso prandio, cœna erat. Hieronymus epistola 22. ad Eustochium de custodia virginitatis cap. 15.

Isidor. Pompeius. Gellius. Varro. Saluian. Hieron.

*Cœna in prandia mutata.*

*à Pascha ad Pentecosten cœna mutantur in prandia*, videlicet cibus, qui hora nona per ieiunium manducabatur nominato tempore hora sexta ad meridiem, nimirum ob festi honorem subministrabatur, quemadmodum, tradunt S. Benedictus regulæ cap. 41. Cassianus collatione 21. cap. 23. at cœna, vt perhibuimus, ad vesperam præparanda erat; ergo ab hora nona vesperæ ortus intelligendus est. Obiicias S. Benedictum regula modò producto cap. 41. *Ab Idibus autem Septembris vsque ad caput Quadragesima ad nonam semper reficiant; in Quadragesima verò vsque ad Pascha, ad vesperam reficiant.* Bernardus principio sermonis tertij de ieiunio Quadragesimæ: *Hactenus vsque ad nonam ieiunauimus soli, nunc*, (Quadragesimæ videlicet diebus,) *vsque ad vesperam ieiunabunt nobiscum vniuersi Reges, & Principes, Clerus, & populus, nobiles & ignobiles*, &c. Micrologus cap. 49. libri de Ecclesiasticis obseruationibus; *In hoc Quadragesimale ieiunium ab alijs differt, quod in alijs post nonam, in hac autem post vesperam reficere debemus. Nec iuxta canones quadragesimaliter ieiunare censemur, si ante vesperam reficiamur.* Ecce disertè separant horam nonam à vespera, nempè vesperam intelligentes de fine lucis, hora nempè duodecima diei artificialis à primo manè incipientis: atque distinctionem Quadragesimalis ieiunij in eo statuunt, quod tum refici nisi propè noctem, quando vespera propriè est, concessum non fuerit cùm moderatioribus alijs ieiunijs ad horam nonam permissum esset. Omitto, an aliquibus Prouinciis Quadragesimæ ieiunium sub horam nonam appositæ dapes finirent, qua de propositione Bellarminus lib. 2. de bonis operibus in particulari, cap. 2. §. *Deinde addimus*, &c. Stephanus Fagundez lib. 1. de quarto Ecclesiæ præcepto, capite 3. numer. 2. Certè Hieronymus epistola 22. ad Eustochium de custodia virginitatis, cap. 15. in fine: *Ieiunium*, (inquit,) *totius anni æquale est, excepta Quadragesima, in qua sola conceditur districtius viuere.* Quamobrem vniuersalior consuetudo olim fuit per Quadragesimam ieionium non nisi ad diei serum, duabus post nonam horis dissoluere; hoc autem non vetat, quin ieiunium ad horam nonam productum ad vesperam propriè finiretur; diximus quippè huius capitis initio duas esse vesperas, seu vnius vesperæ duplicem considerationem; alteram, quæ incipit, vt primùm Sol declinare communi mortalium iudicio intelligitur, quod ab hora nona contingit, vnde Ioann. cap. 1. vers. 39. cùm dicitur, *Hora autem erat quasi decima*, hoc est, propè decimam, de vespertino tempore exponunt Chrysostomus homilia 17. Theophylactus, Euthymius, S. Thomas, Lyra, Caietanus, Maldonatus, Iansenius, Toletus, Ribera, Barradas, Franciscus Lucas, Alapide, nempè, quia lux iam decliuior ab hora nona properabat in occasum; alteram, quæ computatur ab extrema fermè horæ vndecimæ parte, & duodecimam inuoluit, scilicet postquam Phœbus occubuit, & vespertinum illuxerit crepusculum, & hic diei articulus absolutè *Vespera* nuncupatur, eò quòd tum nullum dubium sit lucem emori, qua significatione Iudic. ca-

Obiectio. Bernard. Microlog. Bellarm. Fagundez. Hieron. Ioan. c. 39. Chrysost. Theophyl. Euthym. & alij. Iudic. 20. 26.

pite 20. verſ. 26. *Ieiunaueruntque die illo vſque* 1.Reg. 1.12. *ad veſperam*; & Regum lib. 2. cap. 1. verſ. 12. *& ieiunauerunt vſque ad veſperam ſuper Saul.* Quid autem ſit ad veſperam vſque ieiunare, ſignificatur Regum 2. cap. 3. verſ. 35. *Cúmque veniſſet vniuerſa multitudo cibum capere cum David clara adhuc die, iurauit David, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, ſi ante occaſum Solis guſtauero panem, vel aliud quidquam*; nimirum, cùm veſperæ rigidiſſima acceptio poſtquam Sol diſceſſit, concipienda ſit, ad eam periodum produci abſtinentiam voluit; conſtat igitur, quamuis ſeuerior ieiunij ratio ea fuerit, quæ per Quadrageſimam obſeruabatur ventre non confortato vſque ad occaſum Solis, & veſperæ hæc diſtrictior nuncupatio fuerit; tamen cum reipſa veſpertinum tempus cum proprietate expreſſum ab hora nona auſpicetur, ieiunij clauſam tum abſtinentiam ad veſperam rigorosè acceptam finiri. Quòd autem in Quadrageſima non niſi poſt Solis fugam à noſtro Horizonte perfracta ieiunia dixerimus, id haud intelligendum eſt in Iudaicam incidere ſuperſtitionem, quibus religio cibos quoſque ſumere ante veſperuginis, ſtellæ nimirum, cui veſperi nomen, exortum, quam famelici expectant, vt edocent

Tertull. Tertullianus contra Pſychicos cap. 16. in fine.
Hieron. Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum cap. 4.
Athenæ. Athenæus lib. 4. Dipnoſophiſtarum cap. 14.
Sueton. Suetonius in Octauio cap. 76. tum quia Chriſtiani ſtellæ conſpectum non attendebant, hora enim lucis vltima, nimirum duodecima reficiebantur: ſtellæ autem apparitio primam noctis horam conſtituit; tum, ſi aliquando tardiùs cœnabant, ideo fiebat, quòd Eccleſiaſtica officia longiora eſſent, & ſerò finirentur, quibus abſolutis mos erat ieiunia pariter finem accipere.

66. *Officium veſpertinum quando cantabatur.* Veſperarum etiam tradita regula animaduerſá, concipimus veſpertinale officium aliquando tribui horæ nonæ, frequenter etiam diei extremis horis, puta vndecimæ potiſſimùm: at ſignificatio eſt, veſpertinam ipſam Hymnodiam, aut prælndiales ad hanc ſupplicationes, precúmque quædam genera ſub horam nonam inchoari, &

Conc. Laod. vndecima finiri; Canon quidem 18. eſt Concilij Laodiceni antiquitate celebris: *Quod idipſum officium precum, & nona & veſpera ſemper debeat exhiberi*; ſeu iuxta aliam tranſlationem, *de eo, quòd ſemper eaſdem ſupplicationes orationum, & ad horam nonam, & veſperam, oportet celebrari*; refert hunc Canonem Amalarius Fortunatus lib. 3. de eccleſiaſt. officijs cap. 4. Nam, cùm hora nona veſperam induceret, hac autem aduentante eccleſiaſticarum precum veſpertinum inciperet officium, breuè ſupplicationes, orationéſque veſperarum Pſalmodiæ deputatæ, in nonam pariter referuntur; quare ad nonam Hymnus implorat, *largire clarum veſpere*, ſeu vt correctum

Toſtat. eſt, *largire lumen veſpere*, *veſpera*, (inquit Toſtatus quæſtione 10. in cap 12. Exodi,) *diei pars vocatur poſtquam Sol incipit declinare à puncto meridiani verſus occaſum, & hoc modo hora nona vocatur Veſpera, quia eſt poſtquam Sol incipit declinare a meridiano ad occaſum, ſic enim dicitur in Hymno horæ nonæ, qui loquitur de tempore illo, Largire clarum veſpere, id eſt, da nobis bonam horam nonæ.* Amalarius lib. 3. de Eccleſiaſticis officijs, cap. 6. docet Nonæ referendas tres vltimas diei horas, quæ ſunt lucis extremæ periodi, ac proinde ſerum & veſpera diei, quod etiam libro de ordine Antiphonarij cap. 6. tradit. Sic igitur dum viguit vſus partitionis horarum in duodecim, quæ ab exordio lucis numerabantur, & quas anni quique dies ſibi vindicabant, ab hora nona veſpertini ducebatur temporis initium; ieiuniúmque aliquorum dierum ſoluebatur ad nonam, hoc eſt, ſub veſperam; & ad nonam quoque veſpertinale decantari officium incipiebat; nullibi verò clariùs elucet ab hora nona veſperam inchoandam, quam ex ſacro Inſtrumento; præcipitur namque Agni immolatio *Agnum Paſchalem qua horâ immolabant Iudæi.* ad veſperam Exodi cap. 12. verſ. 6. & alibi frequenter. At non vbicumque Paſchalis Agni victimatio, ſed vbi Tabernaculum, metropoli nimirum, qua Numini Templum fabricatum eſt; itaque ex omni Iudæa, & Palæſtina Ieroſolymam innumera confluebat multitudo, eò quod ſcriptum ſit Deuteron. cap. 16. verſ. 5. Deut. 16.5.
*Non poteris immolare Phaſe in qualibet vrbium tuarum, quas Dominus Deus daturus eſt tibi; ſed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus vt habitet nomen eius ibi*; equidem Ceſtio, qui Syriæ præſidebat, inſtante ſollemnitate azymorum, ex his, qui Ieroſolymam feſti cauſa proficiſcebantur, occurriſſe tricies centenorum millium turbam, hominum videlicet tres milliones, ſcribit Ioſephus lib. 2. de bello, cap. 13. idémque Ioſeph.
lib. 7. de excidio cap. 17. teſtatur, hoſtiarum quidem ducenta, & quinquaginta ſex millia, & quingentas, ſeu vt alij transferunt, ſexcentas numeratas. Quomodo autem ſi ad veſperam Agnus immolandus eſſet, non ad mactandum vltra ducenta, & quinquaginta millia Agnorum duarum, aut trium horarum ſpatio opus ſit? ergo ſaltem ab hora nona veſperæ exortus, à qua ſanè hoſtias cædere conſueuiſſe Iudæos loco iamiam memorato Ioſephus affirmat; ac quidem Ioſiæ Regis temporibus, cùm Phaſe celeberrimum indictum fuiſſet, Sacerdotes & Leuitas propter hoſtiarum multitudinem in his, quæ ad immolationem ſpectabant, vſque ad noctem occupatos fuiſſe, liquet ex Paralipomenorum 2. cap. 35. verſ. 14. Verùm cùm Iudæa Romani iugum impoſuere, auctior fuiſſe videatur numerus, quam ſub Ioſiæ imperio; cùm enim illos propter multitudinem Iudææ ambitus non caperet, per exteras Prouincias magna eorum diffuſa ſunt examina Auctoribus Philone in legatione ad Caium, Ioſepho antiquit. lib. 17. cap. 11. & lib. 18. cap. 5. Tacito annal. lib. 2. cap. 85. igitur ſi Ioſiæ ſub regnatu tota veſpera ad noctem laborandum fuit, id etiam poſterioribus ſeculis contingebat, ac proinde vt ad tantam ſarcinam temporis idoneam aliquam periodum adaptemus, veſperam tres horas complexam fuiſſe, nimirum ab hora nona in duodecimam, oporteat ſupponamus. Sin autem aduertas Deuteronomij cap. 16. Deut. 16.6.
verſ. 6. præſcribi; *Immolabis Phaſe veſpere ad Solis occaſum, quando egreſſus es de Ægypto*; & rectè quidem ad Solis occubitum, quoniam hæc abſolutè veſpera eſt. Auguſtinus enarratione 2. in Pſalm. 29. in illud, *veſpere demorabitur fletus*, &c. *Quid eſt veſpere? veſpera fit quando Sol occidit.* at Solis occaſus ſub finem huius vndecimæ contingit, nempe, aliquid Auguſtin.

amplius

amplius supra vnam lucis, quam vespertinum suttipit crepusculum, horam; ergo vesperæ auspicatio iu horam nonam referenda non est. Respondeo ex præfatis colligi satis diei extremam horam non potuisse sufficere ad victimarum ingentem illam copiam, quam Ierosolymis factam communiter Paschate ingruente ostendimus, quare alteras duas horas annectamus propè necessarium videatur; ac duas computandas vesperas stabilinimus suprà num. 63. alteram ex hora nona donec Sol occumberet; aliam post Solis occasum quoad vespertinum crepusculum abiret. Immolatio etiam Agni duo exposcebat; primum iugulationem ipsius, atque vt pellis detraheretur, & alia, quæ ad munditiem conferebant. Secundò, vt ignibus applicatus assaretur; *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantùm assum igni,*
Exodi 12. 9. Exod. cap. 12. vers. 9. Hostiarum autem mactatum ab hora nona vsque ad vndecimam durare
Ioseph. consueuisse Iosephum tradit lib. 7. de bello, cap. 17. nimirum vsque ad Solem consepultum & emortuum; duodecima hora post Phœbi discessum quoad nox superuenisset, Agnus ad fo-
Deut. 16.6. cum assatur, cœna disponitur; quare rectè Deuteronomij cap. 16. vers. 6. *Immolabitis Phase vespere ad Solis occasum*; nam immolatio vti perhibuimus, nempè iugulatio victimarum ab hora noua, quæ vesperi initium est, ad vndecimam, sub cuius fine Sol occidit, perseuerabat; rectè etiam, cùm iuxta translationem LXX. & ex Hebraico textu idipsum duas inter vesperas perfici narratur; quippè alia est vespera Phœbo cælum occupante, & fulgidos spargente radios quoad sub alterum transeat Horizontem, cuius interuallum est ab hora noua ad crepusculi vesperalis initium; altera, tempus illius crepusculi, quo per horam vnam, & nonnihil amplius lucis, & claritatis adhuc vsura est; in prima vespera occiditur Agnus, in secunda igni assant, in ambabus, quæ vnam completam perficiunt vesperam, Agnus sic disponitur, vt statim superaduentante nocte epulari valeant; in hunc penè modum Masius Iosue cap. 5. vers. 10. Serrarius eodem capite quæstione 31. §. 3.

## Sectio IX.

*Iudæi festorum exordium ducunt à vespera præcedentis lucis. Azymorum prima dies quænam censenda? Paschatis dies, quo Agnus immolabatur, festus non erat. Azymorum dies an septem tantùm numerandi? Apud Iudæos diei naturalis vigintiquatuor horarum vespera principium; finis tamen eadem diei artificialis duodecim horarum.*

67. *Festorum initium à vespera lucis præcedentis.* QVor horas diei artificialis secum vespera traheret, & à qua lucis periodo natiuitatem auspicaretur, declaratum est; nunc admonemus imprimis festorum initia Iudæos ducere consueuisse à vespera diei præcedentis, Sabbati nimirum celebritas ordiebatur à feriæ sextæ vespertinalibus horis; id trita Doctorum sententia testatum perhibet Leuit. cap. 23. vers. 32. Leuit. 23. 32.
*A vespera vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra*; hinc fœderatio dissidentium locorum,
Exod. cap. 12. vers. 18. *Primo mense, quartadecima die mensis ad vesperam, comedetis azyma vsque ad diem vigesimamprimam eiusdem mensis ad vesperam: septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus vestris*, &c. Leuitici autem cap. 23. Exodi 12. 18. Leuit. 23. 5.
vers. 5. *Mense primo, quartadecima die mensis ad vesperam Phase Domini est; & quintadecima die mensis huius sollemnitas azymorum Domini est; septem diebus azyma comedetis; dies primus erit vobis celeberrimus, omne opus seruile non facietis in eo*; quod repetitum dabit Numerorum caput 28. Num. 28. 16
vers. 16. En azyma secundùm relata Exodi verba comedunrur à vespera quartædecimæ lucis, ductóque azymorum ab hoc tempore initio durant vsque ad diem vigesimamprimam eiusdem mensis ad vesperam; at iuxta Leuitici & Numerorum indicata loca azymorum principium in diem decimumquintum cadit, & præcedens lux Pascha est, videlicet, cùm Agni fit immolatio; rursum Matthæi cap. 26. vers. 17. *Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha?* *Azymorum prima dies quæ.* Matth. 26. 17
Marci cap. 14. vers. 12. *& primo die azymorum quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli*, &c. Marc. 14. 12
Luc. cap. 22. vers. 7. *Venit autem dies azymorum in qua necesse erat occidi Pascha, & misit Petrum*, &c. Sed Agnus occidebatur Luna 14. Luc. 22. 7.
Exodi cap. 12. vers. 6. Azymorum verò celebritas oriebatur simul cum decimaquinta luce, vt ex Leuitico, & Numeris perspeximus; non ergo dies immolationis Agni dies prima azymorum; est igitur huius dissensus conspiratio, quòd Iudæi festa sua à præcedentis lucis vespera inchoarent, eam verò ob causam licèt azymorum septiduum à quintadecima Luna auspicaretur, isque dies sanctus esset, & seruilium operum exterminator; quoniam tamen prioris diei vesperam includebat, ideo præcedens etiam lux azymorum censebatur, appellabatúrque dies. Chrysostomus homilia 82. in Matthæum Chrysost.
sub initio, *Primam azymorum eam diem vocat, quæ ante azyma erat, consueuerant enim à vespera semper dies numerare; & eius mentionem facit in vespere, cuius Pascha erat immolandum.* Victor Victor. Ant.
Antiochenus in cap. 14. Lucæ, in illud, *& prima die azymorum*, &c. *primum azymorum diem eum vocat, qui primum azymorum proximè antecedebat; consueuerunt enim Iudæi à vespera diei festi exordium facere*; de illo ergo die hîc est sermo, in quo Hebræi ad vesperam Pascha immolabant, azymísque panibus vescebantur; Euthymius in Euthym.
cap. 26. Matth. in illud, *primo autem azymorum*, &c. *verùm si ad vesperam Pascha immolabant, quomodo diem appellant Pascha, & azyma? quia vesperam diei præcedenti coniungere solent Iudæi; itaque à vespera Pascha, & azymorum, diem quoque ipsius vespera vocant azyma.* S. Thomas 3. parte, quæstione 46. articul. 9. ad 1. S. Thom.
*& sic eundem diem, quem Ioannes nominat ante diem festum Paschæ propter distinctionem naturalem dierum, Matthæus nominat primam diem azymorum; quia secundum ritum Iudaica festiuitatis sollemnitas incipiebat a vespera præcedentis diei*; quæ eadem tradit commentario in capite 26.

Matth. in illud, *prima autem die azymorum*, &c.
Augustin.
Theophyl.
fauent non obscurè Augustinus epist. 86. ad Casulanum, propè finem. Theophylactus in cap. 26. Matth. in illud, *prima autem die azymorum*, &c.
Nicolaus.
in quæ verba Nicolaus, *illa erat dies festiuitatis paschalis, qua tamen festiuitas incipiebat à vespere diei præcedentis, & propter hoc illa eadem die incipiebant comedere azymos panes in vespere.* Similiter
Caietan.
Tolet.
Alapide.
Maldonat.
Baron.
Caietanus in cap. 13. Ioann. vers. 1. ibidem Toletus annotatione 4. Alapide in cap. 26. Matth. vers. 17. Maldonatus ibidem, versu 5. quæst. 1. Baronius tom. 1. anno Christi 34. num. 26. Colligitur idem Hebræorum mos in computandis
Leuit. 23. 27.
festorum exordiis ex cap. Leuit. 23. vers. 27. *decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus, affligetisque animas vestras in eo*; mox autem versu 32. *Sabbatum requietionis est, & affligetis animas vestras die nono mensis*, &c. Si autem decima lux principium est festi expiationum, cur intimatur vt etiam die nono affligant animas suas? nimirum ob causas hactenus præfatas, quòd celebritatis auspicium notatur à vespera diei præcedentis, tribuitúrque ideo ambabus diebus idem nomen, idémque ministerium, vt exponunt Tosta-
Tostat.
Lyra.
Caietan.
tus in Leuitici citata verba, quæst. 23. Lyra, Caietanus, éstque interpretum ordinatia constructio.

68 Liquet ex Doctorum trita declaratione Anteazyma, seu primam diem azymorum computati lucem, quæ præambularis est festo axymorum, quemadmodum & Marci cap. 14. vers. 42. Antesabbatum nominatur Parasceue, seu peruigilium ipsius Sabbati, pridie nimirum Sabbati. Sed quærendum, dies istiusmodi quota lucis portione constabant? equidem tradita hactenus expositorum effata non nisi id solum spatij concedere videantur, quo diei vespera componitur, scilicet quartam diei partem, ab hora siquidem nona, vnde vesperarum progreditur ortus, ad finem horæ duodecimæ luci terminum afferentis; statuunt namque consonis votis, festum azymorum, quod decimaquinta honoratur die a vespera decimæquartæ lucis inchoare, festum expiationum quod in decimam labitur diem à noni vespera exordiri; hanc verò ob rationem præcedentem diem annumerari inter azymorum ferias, atque expiationum: si igitur solius vesperæ gratia hæc diebus quæ antecedunt, nomina assignuntur, solum illud tempus quod vespera complectitur, ad eiusmodi spectabit dies; verius tamen apparet, totum lucis beneficium hausisse, videlicet omnes illius horas à
Matth. 26 18
primo manè vsque ad noctem; nam Matthæus cap. 26. vers. 17. *Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha?* hoc est, cùm iam obortus esset primus azymorum dies, quod Lucæ indicat textus cap. 22. vers. 7. *Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha*; Syriaca translatio, *aduenit dies azymorum*, &c. id est, iam natus erat, iam illuxit, iam eo fruebantur: post igitur incœptam primam azymorum diem mittit Christus Dominus Petrum, & Ioannem, qui Paschati præpararent hospitium, & victimam: cùm autem id Ierosolymis perficiendum esset, & Christum Bethania teneret quindecim stadiis à metropoli, Ioann. cap. 11. vers. 18. duobus nimirum milliariis, interprete S. Hieronymo in locis Hebraicis, discipulos quidem Saluator abire in ciuitatem iussit cum tempore, quo nimirum destinata hora omnia prompta essent, atque id cum subitò exequi non posset, sed moram aliquam exposceret, credibile est diluculo missos ab eo, aut propè meridiem; quod visum Theophylacto in cap. 22. Theophyl.
Lucæ, in illud: *venit autem dies azymorum* &c. *igitur Dominus fortè quinto manè mittit discipulos Petrum, & Ioannem*, &c. Expressiùs autem affirmant Dominicus Soto in 4. sentent. distinct. 9. Soto.
quæst. 1. artic. 4. §. *secundus locus*, &c. Salmeron Salmeron.
tom. 9. tractat. 3. §. *considera etiam*, &c. Ribera Ribera.
in cap. 13. Ioann. vers. 1. §. *at nihilo minorem*, &c. Barradas tom. 4. concord. lib. 5. cap. 14. in illud, Barradas.
*Ite in ciuitatem*, &c. Alapide Matth. cap. 26. Alapide.
vers. 17. Cùm ergo sub auroram missi discipuli qui Paschati conuenientia disponerent, & antequam in viam se darent, azymorum prima luceret dies, sequitur totam diei claritatem ei adiudicandam: quod probatur etiam altero argumento; nam dies ille anteazymorum festus non erat, nec seruilium operum fatigationem vetabat; quare Ioannes cap. 13. vers. 1. & 2. memorat cœnam legalem Agni peractam à Redemptore ante diem festum Paschæ; cœnauit autem Luna 14. quæ prima azymorum dies censetur: sequens autem lux, quæ rigorosè primam azymorum constituit, festa & sollemnis est, Exod. Exodi 12. 16.
cap. 12. vers. 16. *Dies prima erit sancta atque sollemnis*, &c. At si dies anteazymorum temporis non aliàs vindicaret horas, quàm vespertinam constantes periodum, sollemnis etiam fuisset laboriosa excludens opera, festa enim, vt supponimus, à diei, quæ antecessit, vespera inchoant; cæterùm cùm vespertina periodus quarta sit diei artificialis pars, si reliquis tribus partibus seruilia exerceri poterant ministeria, dies absolutè ex non festis erat, diei enim æstimatio ab eius maiori portione desumenda est. Quamobrem etsi cùm Dominus Christus cœnæ præerat iam sub vesperam, diei illud membrum festum erat, nempè exordium sequentis diei, quæ sancta erat, quoniam tamen maxima diei pars, videlicet à primo manè vsque in horam nonam, cum vespera incipit, mechanicas functiones non prohibebat, dies simpliciter festus erat, de quo eam ob causam Beatus Ioannes, ante *diem festum Pascha*, seu *ante festum Pascha*; quanquam enim lux illa 14. Paschæ dies erat, Agni nempe victimationi deputata, eadémque azymorum prima dies extiterit: verùm festa & religiosa lux non erat, sed proxima lux diei decimæquintæ, à qua azymorum celebritas computatur;
*Paschalis dies, quo Agnus immolabatur, non festus erat.*
ob hoc Innocentius Papa III. lib. 4. Innoc. PP.
mysteriorum Missæ cap. 4. *Dies autem festus paschalis erat quintadecima Luna; nam quartadecima non erat sollemnis, nisi tantùm ad vesperam.* Tosta- Tostat.
tus defensorij 2. parte cap. 8. *Nunc autem sciendum est, quòd dies decimusquartus mensis quanquam esset Pascha; tamen non erat dies festus, quia non vacabatur à laboribus, sed fiebant illa die opera seruilia sicut cæteris diebus; & nihil aliud erat, quod specialiter pertineret ad illum diem, nisi quòd immolabatur Agnus ante Solis occasum, & comedebatur*; quæ sæpè iterat eodem capite; disertè Suarez tom. 2. in 3. parte, disputat. 40. sect. 3. Suarez.
§. *ad fundamenta*, &c. dies enim Paschæ erat ille, in quo immolabatur Agnus, de quo verè

dicitur

dicitur fuisse 14. Luna, sed idem ipse dies Paschæ erat ante diem festum Paschæ: nam dies festus indicat illum diem, in quo a seruilibus operibus vocatur, & omninò diuino cultui dicatus est; & hoc modo dies immolationis Paschæ non erat dies festus, quia in eo non erant seruilia opera prohibita: sequens autem primus dies azymorum erat propriè dies festus Paschæ, &c.

Azor. Azor tom. 1. institut. moral. lib. 6. cap. 34 quare decimaquarta dies erat prophana, non sacra: at decimaquinta dies erat festa, & sacra: in 14. ad vesperam mactabatur Agnus typicus, & edebatur; die verò 15. sollennitas azymorum colebatur, his affinia Vasquez tom. 3. in 3. parte, disput. 172. cap. 9. num. 98. Tertiò hactenus asseuerata exemplo Parasceues firmantur; quanquam enim nomen hoc, quod præparationem denotat, cuiusque festiuitatis peruigilio optimè quadrat, strictiùs tamen conceptum feriæ sextæ Sabbatum antecedenti apponitur, quo titulo Antesabbatum nuncupatur Marci c. 15. vers. 42. quia erat Parasceue, quod est Antesabbatum; sed Parasceuæ lux Solis vesperarum horis non coarctabatur, reliquas namque diei horas complectebatur, quemadmodum ostendit Serrarius in cap. 8. Iudith quæstiuncula 10. & Ioannis indicant verba cap. 19. vers. 14. *Erat autem Parasceue Paschæ hora quasi sexta*; cùm igitur tempus quod meridiem facit, Parasceue adscribatur, hora nimirum sexta, non incipiebat tantùm ab hora nona, cùm vespera vt celerrimè nascatur, exoritur: sicut ergo Parasceue, quod est Antesabbatum dies tota est feriæ sextæ præcedentis; ita Anteazyma dies completæ lucis est azymorum celebritati præcurrens.

(Margin: Vasquez.)

69. Cæterùm, quicquid sit de horarum numero, quem dies prima azymorum includebat, id satis exploratum est, Lunam 14. vocari absolutè azymorum primam lucem ab Euangelistis, quem loquendi modum idoneum, & proprium esse Patrum, & expositorum iudicio huius sectionis vestibulo demonstrauimus; vnde Hieronymus in Matth. cap. 26. in illud, *prima autem die*, &c. *Prima azymorum, quartadecima dies mensis primi est, quando Agnus immolatur, & Luna plenissima est, & fermentum abiicitur.* Beda ad eadem Matthæi verba; *primùm diem azymorum quartumdecimum, quo Agnum occidere solebant, appellant.* Rabanus lib. 8. in Matthæum, eadem interpretans; primum diem azymorum quartumdecimum primi mensis appellat, quando fermento abiecto immolare, id est, Agnum occidere solebant ad vesperam. Quoniam itaque eo die azymi ad comedendum Agnum sub vesperam panes adhibentur, dies ille Paschæ, hoc est, immolationis Agni, azymorum quoque dies appellatur; Victor Antiochenus in cap. 14. Marci, in illud, *& prima die azymorum*, &c. *De illo ergo die hìc est sermo, in quo Hebræi Pascha ad vesperam immolabant, azymisque panibus vescebantur, quem quidem nonnulli primam azymorum diem vocant: Lucas autem azymorum diem simpliciter appellat*; & paucis interiectis; *quamobrem vterque Euangelista, Matthæus, inquam, & Marcus, verum dicit, dum Christum prima azymorum die Pascha celebrasse asserit; siquidem Pascha, in quo azymo pane vescebantur, ad vesperam inchoabant; ea propter Marcus postea quam dixerat, prima die azymorum, statim subiungit, quando Pascha immolabant*; denique Re-

(Margins: Hieron. — Beda. — Rabanus. — Victor. Ant.)

migius apud S. Thomam catena in c. 26. Matth. *& notandum, quòd apud Iudæos primo die Pascha celebratur, reliqui verò septem sequentes dies azymorum vocabantur; sed nunc dies azymorum dicitur pro die Paschæ.* Quando igitur receptum sit, diem Lunæ 14. non ex metaphora, sed propriè, hoc est, ob graue fundamentum, (videlicet, aut quia vespera est Lunæ decimæquintæ, quæ sine controuersia dies azymorum est: aut quia Agnus, qui immolatur sub vesperam Lunæ 14. manducatur cum azymis,) azymorum intitulari diem, legitimè inde Rupertus deducit azymorum octo numerandos esse dies; lib. 2. in Exodum cap. 15. *Nam deinceps ait*, (scilicet Exod. cap. 12. vers. 18. sacer textus,) *Primo mense, quartadecima die mensis ad vesperam, comedetis azyma vsque ad diem vigesimamprimam eiusdem mensis ad vesperam*; planè *hoc dicto dies octo complexus est*; ritè quidem argumentatus. Nam siquidem azymorum vera ratio Lunæ 14. adscribatur, eámque imbibat, vt tribui, atque includere comprobauimus, à decima 14. inclusiuè vsque ad vigesimamprimam inclusam pariter, octo Lunares feriæ inueniuntur, octo azymorum dies; qua etiam fuisse in sententia videtur Humbertus Syluæ Candidæ Episcopus S. R. E. Cardinalis, qui sexcentis ab hinc annis Constantinopolim Legatus missus disputauit aduersùs Schismaticos de Azymo & fermentato; extat Dialogus ille Romani cum Constantinopolitano apud Henricum Canisium tom. 6. antiquar. lectionum, apud Baronium fine tomi vndecimi. Tomo item vndecimo Bibliothecæ Magnæ PP. Coloniensis §. *in hac vestra disputatione*, &c. ad calcem: *Nec repugnat verò, quòd Pascha sollennitas azymorum dicitur, quandoquidem ipsum Pascha cum azymis edebatur, nec per totum diem illum sicut scriptum est, apparebat fermentatum, in finibus videlicet illis vsque ad vesperum octauæ diei quam habebant celeberrimam*; porrò diem Paschæ, qui azymorum vocitatur dies, affirmat ibidem Lunam decimamquartam fuisse, ex cuius associatione equidem octo azymorum dies integrantur. Probè igitur asseuerauit, vsque ad vesperam octauæ diei azymorum; Leo etiam Nonus, à quo Humbertus Constantinopolim destinatus est, epist. 6. ad Michaelem Patriarcham Constantinopolitanum, quam dabunt Baronius tom. 11. anno Christi 1054. num. 10. Binnius tom. 3. Conciliorum parte 2. in Leone IX. §. *illud autem*, &c. ait: *Neque enim totis octo diebus illis fermentatum apparebat in omnibus finibus Israël, & apud quemcunque inueniebatur, peribat anima eius de populo suo*; expressè satis octo adiudicat dies festiuitati azymorum. Nec minus clarè Iosephus lib. 2. antiquitatum c. 5. ad finem; ὅθεν εἰς μνήμην τῆς τότε ἐνδείας ἑορτὴν ἄγομεν ἐφ' ἡμέρας ὀκτὼ, τὴν τῶν ἀζύμων λεγομένην; *quapropter in memoriam eius inopiæ festa per octo dies celebramus, quos vocamus azymorum*; ex recentioribus non malè in hunc scopum Azor tom. 1. lib. 6. cap. 33. quæsito 5. & cap. 34. adstruit ducto computo à decimaquarta Luna, quam Euangelistæ diem primam azymorum dicunt, octo assignandos azymorum dies; ex iisdem calculis Ribera lib. 5. de festis Hebræorum cap. 3. num. 40. subinfert: hinc intelligimus reuera octo fuisse dies azymorum, tradit latè Basilius Legionensis 1. parte variarum, disputatione de Agno typico, cap. 33.

(Margins: *Azymorum dies, pro Paschate.* — Rupert. — *Azymorum dies an septẽ tantùm numerandi.* — Humbert. Cand. — Baron. — Iosephus. — Azor. — Ribera. — Basil.)

70. Ergo feſtos, & ſacros dies à veſpera exorſos Hebræos præter quæſtionem dixeris, magno enim Scriptorum conſenſu id traditum; verùm naturalis diei quatuor & viginti horarum curriculo deuolutæ quódnam principium? Statuimus nec paucis cumulatis teſtibus ſectione 7. num. 46. vt aliarum gentium mortalibus placuit, diem auſpicari vel à media nocte, vel à diluculo, & aurora, vel à meridiano puncto, ſic viſum Iudæis caput diei veſperam aſſignare; itaque eis veſpera non dierum terminus, & vltima meta, ſed natiuitas, & ortus. Hoc tamen comparatione diei ſubintelligendum quatenus lucem, & noctem complectitur; ſed eodem conſiderato vt artificialis veſperam concluſionem ſui habet; nuncupamus verò artificialem charitatis, & lucis ſpatium, à primo radiorum iubare ad fugatum omnem ſplendorem tenebris regno relicto; qui enim operarios conducit aut vt ſegetes metant, aut vt vineam effodiant, ipſos non diſſoluit, nec vacationem facit ad horam nonam quando veſpertinus incipit diei articulus, ſed ad occaſum Solis diei extremo interuallo. Conductio itaque laboris illius veſperam quoque oppignerat; quare Digeſtorum lib. 38. titulo 1. de operis libertorum, leg. 3. *operas ſtipulatas ante peractum diem operam eius diei petere non poteſt; benè ante peractum diem*, hoc eſt, luce diſcedente, quod ad finem veſperæ contingit, nam dum fulgor, & lux eſt, nondum peracta dies eſt; pulchrum autem illud eſt exemplum de ſedulo Patrefamilias, qui narratur cap. 20. Matth. verſ. 1. exiſſe primo manè conducere operarios in vineam ſuam: at quotum laborauerunt? certè ad horam vndecimam expletam, nam & tum deſtinati per vnam horam ſe exercuerunt, verſ. 12. *Hi nouiſſimi vna hora fecerunt*, &c. duodecima autem Phœbi ſub occaſu, & veſpertino crepuſculo vtcumque micante merces reddita eſt. Nam verſ. 8. *cum ſerò factum eſſet*, (ad finem puta veſperæ die iam intermoriente,) *dicit Dominus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedem*, &c. Leuitici cap. 19. verſ. 13. mandatum eſt. *Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque manè*; nimirum, cum labori tardè finis imponeretur, quidam otium non habentes, in craſtinum differre ſoliti non abſque operariorum detrimento, quibus ad cœnam frequenter nihil ſubtracto diurni ſudoris præmio; quam reſpiciens inopiam ordinat Creator Deuteron. cap. 24. verſ. 14. *eadem die reddes ei pretium laboris ſui ante Solis occaſum, quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam ſuam*, extrema ſcilicet diei hora antequam omnis lux fugaretur ſtipulatum perſoluendum erat. Iudæi Romanorum ferre dominatum coacti priuilegio Cæſaris, Ioſepho teſte lib. 16. antiquit. cap. 10. obtinent, ne adigantur ad vadimonia præſtanda Sabbatis, aut pridiè Sabbatorum poſt horam nonam in Paraſceue; nempè ab hora, quod veſpertini initium eſt temporis, feſtum ſequentis lucis auſpicabatur; volunt igitur tum à ciuilibus, & profanis abſtinere negociis, hoc ipſo ſignificantes aliis diebus profeſtis etiam poſt veſperam negotia quælibet tractari dum lucis aliquid ſupereſt; ſic & iudicia à Magiſtratibus per diem totam exercentur, vt ex duodecim tabularum decretis infertur; nam Prætor vrbanus ciuibus ius dicere præcipitur vſque ad ſupremam, vt perhibent Varro lib. 5. de lingua Latina ad principium; Aulus Gellius lib. 17. cap. 2. Cenſorinus de die natali, cap. 24. qui plurimos ſentire refert, *ſupremam diei periodum eſſe, quæ Phœbi occaſum ſequitur.* Suetonius de Auguſto, c. 33. *ipſe ius dixit aſſiduè, & in noctem nonnunquam*; & Digeſtor. lib. 49. tit. 4. *quando appellandum ſit*, &c. leg. 8. *Si fortè dicta ſit ſententia iam ſuprema hora?* Sanè & cùm iudiciorum moderatio facta eſt, tamen vſque ad horam vndecimam patuiſſe Curiam, Seneca memorat libro de tranquillitate animi, cap. 15. ſeu vltimo; atque hunc modum de legiſlatore Moyſe Exodi cap. 18. verſ. 13. *altera autem die ſedit Moyſes vt iudicaret populum, qui aſſiſtebat Moyſi à manè vſque in veſperam.* Ex his igitur & ſimilibus exemplis, quæ congeri valeant, facilè demonſtratur, diem artificialem veſperam imbibere, cuius ratio haud ineuidens eſt; nam apud Romanos, & Hebræos, claritas diurna in duodecim particulas horarum diuiſa erat: horum autem tres poſtremæ excurrentes ab hora nona ad clauſam duodecimam, veſperam conficiunt. Quando igitur duodecim abſque tribus vltimis non conſiſtant horæ, nec ſine eis dies artificialis concipitur: illæ autem veſpera ſunt; dies ergo artificialis veſperam rigoroſè habet. Quod etiam conficitur argumentum ex alia diei partione, nempè quatuor inſignium horarum, quarum vnicuique vulgarium tres aſſignantur, nam duodecim in communes in illas quatuor diſpertiuntur. Cenſorinus de die natali, cap. 23. *Alij diem quadripartito, ſed & noctem ſimiliter diuidebant*; horum quarta pars, quæ nonam ſequebatur horam, & in qua Sol mouebatur ad occaſum, veſperam conſtituebant. Prudentius in Cathemerino Hymno 8. poſt ieiunium; *Nona ſummiſſum rotat hora Solem; partibus vix dum tribus euolutis, quarta deuexo ſupereſt in axe portio lucis.* Diei igitur claritas integra lucis quatuor dimenſionibus perficitur, quarum poſtrema Solem deuexum, & occumbere feſtinantem portans, veſperam ſtatuit. Sit igitur Canon quantum noſtra valuerint fundamenta, diem, ſi vt naturalis ſpectetur, & viginti quatuor horarum, à veſperam exordium facere, & ab hora nona poſt meridiem reſpondente horæ propè tertiæ noſtræ cum renaſcatur, ſeneſcere & finiri hora pariter nona ſequentis lucis; ſin verò diem artificialem intelligamus, à primo manè eius numerari infantiam, diluculi radios caput habere; terminari autem veſpera, nam durat toto lucis interuallo, quam cùm veſperæ finis interrumpat, cum veſpera etiam dies artificialis emoritur, veſperam fati comitem ſortitur.

*Apud Iudaeos diei naturalis viginti-quatuor horarum veſpera principiũ.*

Matth. 20. 1, 12.

Ibid. v. 8.

Leuit. 19. 13.

Deut. 24. 14.

Ioſephus.

Varro.

Gellius.

Cenſorin.

Sueton.

Exodi 18. 13.

*Finis tamen diei artificialis horarum duodecim.*

Cenſorin.

Sectio

## Sectio X.

*Agnus legalis num decimæquartæ Lunæ ad finem, & secundis vesperis immolari consueuerit? Christus Dominus sub Passionem, an eadem die, eodémque tempore, quo vulgus Iudæorum, Pascha concelebrarit? festis diebus nec etiam apud Ethnicos supplicia in reos exercebantur: Israëlitæ Ægyptum relinquentes, qua die mensis agnum sacrificarint? Iudæis an mos extiterit duplici concurrente simul festo, alterum in alium transferre diem?*

71\. *Agnus typicus, & legalis qua Luna immolari cõsueuerit.*

IAm, vt quæ hactenus à nobis elaborata, & præiacta sunt, in malus commodum cedant, grauis admodum illa controuersia est, quónam die mensis ad immolationem Agni typici, & legalis deputati, qua Luna, nam hoc idem modò supponimos, Christus Dominus vltimum cum discipulis Pascha celebrauerit? Multorum opinio est, eaque communis sententiæ famam vendicat, Seruatorem Luna decimaquarta, ad finem eius diei cùm vespera & serum esset, & proximi diluculi claritas decimumquintum afferret diem, Ierosolymis cœnam peregisse legalem, tempore vtique quo Moysaica instituta Agnum occidi, & comedi præcipiebant, & quò iuxta sollennem consuetudinem, eum Iudæi omnes ex legis præscripto mactabant, & epulabantur; pro quo effato decertant fusè Abulensis defensorij secunda parte cap. 7. Sotus in 4. sentent. dist. 9. quæst. 1. art. 4. Bellarminus lib. 4. de Eucharistia, cap 8. Vasquez tom. 3. in 3. part. disputat. 172. cap. 6. Suarez tom. 2. in 3. part. disputatione 40. sect. 3. & 4. Azor tom. 1. institut. moral. lib. 6. cap. 33. & tom. 2. lib. 1. cap. 6. Henriquez lib. 8. de Eucharistia cap. 10. & 11. Barradas tom. 4. concord. lib. 1. cap. 4. Serrarius in cap. 5. Iosue quæst. 29. quæstione 29. Baronius tom. 1. anno Christi 34. num. 24. Toletus in cap. 13. Ioann. annotatione 5. Ribera lib. 5. de festis Hebræorum cap. 3. à num. 7. Pereira in cap. 12. Exodi disputat. 3. Magallanez in cap. 5. Iosue sectione 2. annotatione 19. Gordonus tom. 2. Chronologiæ Apparatus cap. 4. num. 6. Tannerus tom. 4. in S. Thomam disput. 5. quæst. 1. dub. 3. assert. 3. num. 53. Alapide in cap. 26. Matth. vers. 17. ibidem Adam Contzenus quæst. 1. & 2. Iacobus Pintus de Christo crucifixo, lib. 5. tit. 5. loco 2. num. 4. Ioannes VValterus de triplici cœna Christi, cap. 3.

Abulensis. Sotus. Bellarm. Vasquez. Suarez, & alij.

Hoc tamen pronunciatum considerabiles habet difficultates; nam supponit omninò Christum Redemptorem ad finem decimæquartæ diei, seu Lunæ, nempè sub vesperam Pascha cum Apostolis concelebrasse; sed quæro ad diem 14. quomodo ex vespera pertinuerit? quo titulo? Nam decimaquarta dies, quatenus temporis pars est, initium ducit ab hora nona, & vespertino articulo lucis præcedentis, vt statuimus, finémque ei ponit nona sequentis pomeridiani, tum enim vigintiquatuor horæ transieruot, quæ diem naturalem integrant; quare natus post horam nonam luce 13. non dicendus est vitales hausisse auras die decimatertia, sed decimaquarta; igitur si ad vesperam Dominus agnum manducauerat Luna 14. non ad finem diei quartædecimæ epulatus est, sed in principio, quippè dies ex Hebræorum statuto non in vesperam terminantur, sed ab ea originem trahunt; nec ea etiam ratione vespera claudebatur, quoniam festa lux, quam à vespera in aliam quoque protrahi vesperam docuimus; ostendimus quippè num. 68. elapsæ sectionis, Lunam 14. seruilia permisisse opera, ac proinde inter prophanos, & non sanctos computatam dies; quare vesperam meram sui non habuit, ab ea tamen exordium sumpsit: si quid itaque vesperæ adscribendum est Lunæ, seu diei quartædecimæ, ad eius initium, non ad exitum, illud quale quale referendum est.

*Christus sub passionem, an eodem die, eodémque tempore, quo vulgus Iudæorũ, Pascha concelebrarit.*

Id etiam Scriptores, quos citauimus, omnes definiunt, Christum Dei filium, & Iudæorum multitudinem, vna, eadémque mensis die, & diei eodemmet tempore, ad vesperam nimirum Agni vacasse immolatione, deinde & cœnam instruxisse; sed hæc assertio cum decimæquartæ Lunæ, seu diei occasu combinari nequeat, igitur præfixus victimationi Agni articulus non erat vespera, & finis quartædecimæ Lunæ. Porrò eiusdem diei periodo extrema non perfecisse Christum, simul & Iudæos quas Pascha ceremonias inducebat, non pauca subinnuunt; Ioannis c. 18. vers. 28. *Erat autem manè, & ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha*; explicat manè Nonni Panopolitani Paraphrasis in Ioannis Euangelium, inquiens; *tunc verò immensa lux Auroræ roseas vlnas habens dissipauerat tenebrosam diuinæ noctis caliginem*, scilicet clara iam dies erat, vtpotè cum strato exsurrexisse Pilatum crederent, sed quæ illuxerat dies vesperam, atque noctem sequuta, in qua finita cœna legali, & sacrosancta instituta Eucharistia, (hanc enim pridie quàm pateretur, vt Missæ antiquissimus recitat Canon, ordinauit,) Iesus comprehensus est, plurimo ludibrio affectus, pluribus contusus pugnis; igitur si nondum Iudæi Pascha fecerunt, haudquaquam eodem tempore, quo Christus, illud manducauerunt. 72.

Ioann. 18. 28.

Respondent ad præfatum Ioannis locum Alcuinus, Beda, Strabus, Lyra, Caietanus, Paschæ vocabulo Azymos intelligendos panes; iam ergo illi præcedente luce Agnum immolauerant, quando & Christus, & schola eius epulati fuere: sequens autem dies Azymorum primus erat; ne igitur atria prophana ingressi per immunditiem azymis vesci panibus interdicerentur, foras steterunt; hanc solutionem Tostatus non inualidè quassat defensorij parte 2. cap. 8. quoniam lex de tali contaminatione nihil statuit, & cum azymis panibus abstinendum fuisset, fermentato autem vesci non liceret, omni panis genere carere necessum fuisset, quod graue onus esset; cæterùm, licèt immunditiem azymis refoueri panibus non tolleret; Paschæ tamen dictione significari autumat sacrificia, quæ per dies Azymorum fiebant distincta ab Agni occisione, nempè boum, & ouium, de quibus Deuteronomium interpretatur cap. 16. vers. 2. *Immolabisque Phase Domino Deo tuo de ouibus, & de bobus in*

*Pascha, de Azymis.*

*Pascha, pro sacrificiis, quæ fiebant per dies Azymorum.*

Deut. 16. 2.

*loco, quem elegerit Dominus Deus tuus*, &c. fauet Augustinus quæst. 24. in Deuteronomium. Sed quanquam Paschæ appellatio ad alia quàm sit Agni sacrificatio, fuerit translata, ac proinde Deuteronomij adaptari verbis queat, vt communiter interpretes faciunt: at cùm nomen absolutè ponitur, de famosiori significato construendum est: Paschæ autem vocabulum citato Ioannis capite sine addito legitur, igitur ad Agnum Paschalem, & non ad alia sacrificia, quibus secundariò conuenit, referendum est, de quo exposuere Græci Patres Ioannis enarratores ad memoratam cap. 18. sententiam, Chrysostomus homil. 83. in Ioannem. Cyrillus Alexandrinus libro duodecimo in eundem; Theophylactus in commentario, Amonius in catena Græca Corderij Si ergo manè illius diei quo Saluator ligno affixus, Pascha ne dum celebrauerant, nequaquam simul ipsi & Christus immolauerant, cùm præcedentis noctis exordio Iesus cum Apostolis illud manducauerint; nec minùs efficax illud ex cap. 19. Ioann. vers. 14 *Erat autem Parasceue Paschæ hora quasi sexta, & dicit Iudæis: Ecce Rex vester*, &c. est autem sermo de die crucifixionis Iesu Christi; hanc Parasceuen Paschæ dicit. Est autem Parasceue lux festum antegrediens, vt quæ vigiliæ dicuntur. Si igitur dies crucifixionis Domini Iudæis sequuturi Paschatis erat Parasceue, nondum affulserat Paschæ ipsius dies, eo autem non aduentante, Iudæi nondum Agnum immolauerant, sed hunc Christus occiderat, & comederat, missis, qui procurarent, Apostolis; ergo immolationis Agni diuersus fuit dies Christo cum discipulis, ac reliquo Iudæorum vulgo. At ingenuè fatendum est, quicquid nonnulli viri docti contrà sentiant, hoc argumentum non tanti esse roboris; nam vt eo quidquam stabiliatur, vox Paschæ diem significare debuit, quo Agnus excoriandus esset, hanc enim diem si minus denotet, conuinci nequeat Iudæos haud celebrasse Pascha; sed nomen illud diem immolationi typici illius Agni præscriptum non indicat; statuimus quippe sectione præcedenti, n. 68. diem Paschæ ad religiosos, & festos non spectasse, sed inter ferias numerandum, quibus seruiles exercentur operæ; verùm Parasceue nunquam antecedit nisi festam, & Dei cultibus mancipatam lucem, est enim præparatio ad festum insequens; ergo Paschæ diei propriè intellectæ non præcurrit lux Parasceue habens rationem. Nec iuuat insinuasse, eo anno, quo Redemptor morte affectus est, Paschatis diem in Sabbatum, quod præcipuæ festiuitatis erat, incidisse, ac proinde meritò Parasceue honoratum; demus enim hoc verum fuisse, quod Authorum maior pars negat, sed tum Sabbati Parasceue dicenda esset, non autem Paschæ, quoniam non ideo pridiana lux Parasceue nuncupatur, quia sequens dies Pascha est, sed quia Sabbatum, Sabbati enim associatio vt defuisset, nulla extaret Parasceue: vt si B. Virginis Assumptio cum Dominica intercurrente copuletur, ieiunium præcedentis lucis non ob Dominicam fieri diceretur, sed propter assumptionem, & triumphale intemeratæ Dei genitricis festum.

Augustin. | Chrysost. | Cyrill. Alex. | Theophyl. | Amonius. | Ioann. 19. 14. | Parasceue quid.

73\. Quamobrem ex hoc colligi loco minimè teor à Iudæis alio tempore, & die mactatum Agnum Paschæ agitatos ritus, quàm quo Christus peregerit; quid igitur Pascha ibi positum denotat? Azymorum diebus eam coaptatam vocem obseruant Alcuinus in cap. 18. Ioann. vers. 28. Beda in cap. 14 Marci in illud, *erat autem Pascha*, &c. homil. in feriam 3. post Dominicam Palmarum. Humbertus Syluæ Candidæ Episcopus & Cardinalis tractatu contra Græcos schismaticos de pane Azymo, & fermentato; & Actorum sententia comprobat cap. 12. vers. 4. *volens post Pascha producere eum populo*, nempè B. Petrum, quem carceri damnauerat Herodes: quale autem esset Pascha, quo transacto, educendus ad necem fuisset, significauit paulò antea, dicens, *erant autem dies azymorum*, quibus nimirum Paschæ nuncupatio quadrat; igitur Pascha quod Parasceue antecedit, dies aliquis festus & sanctus est: talis autem cùm non fuerit dies immolationi Agni præfixus, de azymorum die aliquo sancto, & ab operibus seruorum vacuo, oporteat constituamus; erant autem inter septem azymorum dies lux prima, & septima Sanctæ, & festiuitate venerabiles, Exod. cap. 12. vers. 16. Harum igitur altera extiterit Pascha, de quo sermocinamur; non autem septimæ azymorum diei adscribere æquum est, hic enim cùm sit vigesimus primus dies mensis, in eo Saluator crucifixus non est, verùm die quintodecimo, vt vulgata Doctorum perhibet opinio, qui Luna 14. ad vesperam cœna facta cum discipulis, ea captus nocte, & multis derisus modis, Luna decimaquinta mortem perpessus est; sed verò locus iste, quem expendimus, nobis indicat Saluatorem non Luna decimaquinta mensis, sed quattadecima patibulo suffixum. Quis enim dubitet illum feria sexta, seu Veneris die letho affectum? At dies, in quo passus est, Parasceue erat Paschæ, hoc est, festi priuilegium, cui Paschæ nomen ritè congrueret; istiusmodi autem celebritas alia cogitari nequeat præter diem primum azymorum: hic autem qui sanctus, & religiosus est, in Lunam decimamquintam mensis incidit, Leuit. cap. 23. vers. 5. *Mense primo, quartadecima die mensis ad vesperam Phase Domini est; & quintadecima die mensis huius solemnitas azymorum Domini est; septem diebus azyma comedetis, dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusque; omne opus seruile non facietis in eo*, &c. Quòd si semel statuamus, diem obitus Saluatoris fuisse Lunam decimamquartam; sentiendum profectò est typicum ab eo manducatum Agnum non in fine Lunæ 14. & posteriori diei illius vespera, vt placet nonnullis diei eius, vltimam dicere partem, sed in principio Lunæ 14. post horam nonam diei decimætertiæ vespertino ingruente tempore, à quo natiuitatem Luna, seu dies auspicabatur decimaquarta. Nam hora nona expirauit Iesus, Marc. cap. 15. vers. 34. Spiritum autem emisit in die Parasceue, erat quippe hora sexta Parasceue cùm traditus est à Pilato vt crucifigeretur. Ioann. cap 19. vers. 14. Cùm igitur dies ille Parasceue Luna 14. esset, Christus quidem in fine illius, videlicet ad horam nonam pertulit in cruce necem; sed Agni legalis obseruantiæ vespera diei antecedentis & nocte, qua comprehensus est, satisfecit: vespera autem ea, qua artificialis dies 13. claudebatur, initium tribuebat Lunæ, seu diei decimæquartæ, eò quòd dies naturalis à vespera inchoaret; ergo sub principio Lunæ 14. non ad finem ipsius Christus, & discipuli Agnum comederunt, Paschatis vacarunt festo.

Pascha hic quid. | Alcuin. | Beda. | Humbert. | Leuit. 23. 5.

Quòd.

74. Quòd si recipiamus Christum Dominum ad finem Lunæ decimætertiæ, hoc est, ab hora nona post meridiem, nimirum inceptante ium Luna decimaquarta, ac proinde sub initio diei mensis decimiquarti vespera enata, & caligine ingruente noctis Paschati operam dedisse, grauium controuersiarum scrupulos tollemus. Nam quod in hac materia imprimis desideratum est, id sanè fit, vt vno eodémque die, & temporis periodo Christus, cæterique Iudæi Agnum sacrificauerint, cùm non legitimo celebrasse articulo Seruatorem credendum non sit; nec patriarum legum tenacissimi Iudæi, vt colligere est ex Philone legatione ad Caium, & Iosepho lib. 14. antiquit. cap. 8. alia, quàm à legibus præstituta die, eundem immolassent Agnum; vtrique igitur eademmet Luna: at non sub finem 14. Lunæ, quoniam si ita factum, sequens dies, iu quo Redemptor sustinuit mortem, decimusquintus mensis primi extitisset dies, atque adeò festus & sanctus, esset enim dies primus azymorum, qui cultu venerabilis est, & seruilia abhorret ministeria: festa autem luce haudquaquam Iudæi aut lites, & integra tractassent, aut quempiam supplicio affecissent; hoc enim religiosis diebus etiam inter Paganos concessum; ac de vacatione à litibus, & forensi strepitu inter Paganos multa Brissonius de formulis lib. 1. non longè à fine §. *planè in feriis imperandis*, &c. Sibrandus Siccama lib. 1. Calendarij fastorum c. 3. vnde commentariorum Author inter S. Ambrosij opera in 1. ad Corinth. cap. 6. in illud, *sic non est inter vos*, &c. *manifestum est, quia infideles aut arbitrio, vt assolet fieri, postulatos significat, aut iudicem publicum; cui dici solet: Hodie dies sacrorum est, ius dici non potest*; vt mirum non sit à Constantino Magno post Christi fidem ab eo susceptam, ordinatum esse, sicuti referunt Eusebius vitæ ipsius lib. 4. cap. 18. & Sozomenus lib. 1. histor. Ecclesiast. cap. 8. vt tum die Dominico, tum die Veneris omnes à iudiciis dandis, & aliis obeundis negotiis vacarent, precibúsque & obtestationibus Deum colerent; quod ab aliis confirmatum Imperatoribus ex Codicis lib. 3. titulo duodecimo, de feriis, leg. 7. *omnes dies iubemus*, &c. & leg. 11. *dies festos maiestati*, &c. colligitur; nec pauca in Codice Theodosiano. Conciliorum etiam adnectit sanctiones Basilius Legionensis disputatione de Agno typico cap. 11. Venio ad homicidium & neces, pœnarúmque genera; hæc quidem à festis ablegata inter Romanos Philo Hebræus disertè testatur libro contra Flaccum, post medium: *Omitto dicere, quòd etiamsi peccassent grauissimè, debuerat habere temporis rationem, atque reuerentiam, & differre mulctationem in aliud; nam bonis Præsidibus, & rectè, non insolenter administrantibus Rempublicam, mos est, in neminem damnatum animaduertere, donec sollennes celebritates, natalitiaque Augustorum festa prætereant. At ille per eos ipsos dies iniustis pœnis affligebat homines innoxios*, &c. Seneca in excerptis controuersiarum lib. 5. controuersiæ quartæ lege, statuit; *diebus festis intercedentibus pœna ex lege dilata est*. Sabinus Kalendis Ianuariis pati coactus, exclamat apud Tacitum lib. 4. annalium cap. 70. *Quem enim diem vacuum pœna, vbi inter sacra & vota, quo tempore etiam verbis profanis abstineri mos est, vincla, & laqueus inducantur?* de Græcis autem Xenophon lib. 4. iuxta medium historiar. Græcarum. *Nam cæteri homines neminem ne legitimè quidem damnatum, feriis periment; quod à Corinthiis obseruatum latè refert*; & opusculo de Athenarum Republica, ad finem; *præterea cogitandum est, necessarium esse Atheniensibus, vt festos dies agant, quibus exerceri iudicia non possint*. Denique memorabilium lib. 4. de Socrate in necem condemnato. *Nam cogebatur à condemnatione dies adhuc XXX. viuere, quod in illum mensem Delia, ac lex vetaret quempiam publicè prius interfici, quàm Theororum cœtus ex insula Delo rediisset*; probat & ex Platonis Phœdone Petrus Castellanus syntagmate de festis Græcorum, titulo Δήλια, ostendit & ad leges Atticas Samuel Petitus, in illud primæ legis membrum. *Deliorum festos dies, dum Delum itur, reditur, damnatorum supplicium ne funestato*. Consule & Petrum Fabrum semestrium lib. 2. cap. 9. ad finem. Hac ipsa constrictos religione Iudæos denotant Ioannis verba illa cap. 18. vers. 31. cum Pilato offerente, *Accipite eum vos, & secundùm legem vestram iudicate eum*, responderunt. *Nobis non licet interficere quenquam?* nullo autem eos interdicto prohibitos, quo minus sceleratos, & maleficos, præsertim legum Moysaicarum violatores trucidarent, variis exemplis comprobant Ribera ad nominatam Euangelij clausulam, Bellarminus lib. 4. de Eucharist. cap. 8. vt quid ergo inficiantur? Verùm non absoluta loquutio est sed propter tempus, festi scilicet eo causam prohibebantur. Augustinus tractat 114. in Ioann. *Sed intelligendum est eos dixisse non sibi licere interficere quenquam, propter diei festi sanctitatem, quem celebrare iam cœperant; propter quem de ingressu etiam Prætorij contaminari metuebant*. Augustinum sectati commentarij in Ioannem Beda, Alcuinus, Strabus, Hugo Cardinalis; exponuntque simili norma Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Ioannem, Chrysostomus homil 82. in Ioannem. Iudæi igitur cum festa luce Christi necem procuraturi non essent, sequitur diem crucifixionis Domini Iesu non fuisse Lunam decimamquintam, sed decimamquartam, & cùm in huius fine iam Saluator Patri Spiritum tradiderit, Pascha quidem non feriæ 14. exitu & secunda vespera, sed illius exordio cum luce decimatertia in occasum tenderet, celebrasse.

Hoc præiacto fundamento explicatur initium cap. 13. Ioann. vers. 1. *Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo*, &c. Non alius Paschæ festus dies, quàm decimusquintus, primus nempè azymorum sacer & venerandus, quæ hunc præcedebat, lux Paschæ dies erat, cùm in eo sacrificaretur Agnus, sed non dies festus, verùm negotiosus, & mechanicis datus laboribus: at si Christus cœnam cum discipulis non instituit, nisi in secundis vesperis Lunæ 14 & cùm nox decimæquintæ allatura claritatem adpropetabat, nequaquam ante diem festum Paschæ Agni ceremoniis per functus esset, quippè Lunæ decimæquartæ secundæ vesperæ initium erant festi diei sequentis, auspicantur enim festa à præcedentis lucis fine atque vespera; spectabant igitur ad insequentem celebritatem, cuius pars erant. Vt ergo ante diem festum concipiamus à Redemptore Agnum immolatum, oporteat dicamus non sub finem 14. Lunæ, sed in principio illius quando splendor lucis decimætertiæ languebat, & declinabat vesperæ

Brisson.
Sibrandus.
Philo Hebr. Festis diebus nec etiā apud Ethnicos supplicia in reos exercebātur.
Tacitus.
Castel
Sam
Ioa
Ribe
Bellar
Au
Be
Alcuin. & alij.
Io

vesperæ aduentu cum Apostolis accubuisse Agnum comesturis, ita enim dies intelligitur, qui festum Paschæ anteuertit, videlicet Lunæ decimæquartæ spatium vigintiquatuor horarum. Exponuntur quoque illa Ioann. cap. 19. vers. 31. *Vt non remanerent in cruce corpora Sabbato, (erat enim magnus dies ille Sabbati.)* At qua de causa præ aliis Sabbatorum diebus peculiariter magnum Sabbatum, quod Christi obitum sequutum est? nimirum, cùm pridiana lux decimaquarta, illa, inquam, qua patibulo suffixus est Iesus, à vesperis diem pateret decimumquintum, pateretque simul septimam lucem hebdomadæ, videlicet Sabbatum. Nam Luna 14. qua Christus necem tolerauit, erat feria sexta, & Veneris dies, conduplicabantur in vnum duæ festiuitates; altera consueta Sabbati, altera coincidens dies quintusdecimus, qui cum primus azymorum esset, sacer & festiuus erat; ergo quia Sabbatum illud bino titulo colendum erat, & geminabatur celebritas, propterea dictum; *erat enim magnus dies ille Sabbati.* Quòd si decimaquinta Luna, quæ sacra & venerabilis supponatur dies, in qua Saluator mortem oppetiit, sic eius à Sabbato festiuitas separatur, atque ideò satis expeditum non erit, quamobrem magnus vocaretur dies Sabbati, ostendisse. Postremò conciliantur quæ de primo traduntur Paschate, cùm Israëlitæ Ægyptum deseruerunt; ac factam immolationem Agni Luna decimaquarta ad vesperam palàm est Exod. cap. 12. vers. 6. Leuit. 23. vers. 5. Deuteronomij cap. 16. vers. 6. At non in fine Lunæ decimæquartæ, seu, vt dicitur, in secunda vespera illius; quippe Numerorum c. 33. vers. 3. *Profecti igitur de Ramesse mense primo, quintadecima die mensis primi, altera die Phase filij Israël in manu excelsa videntibus cunctis Ægyptiis, & sepelientibus primogenitos, quos percusserat Dominus*; ergò viæ accincti sunt altera die, & superueniente luci, qua Pascha celebrarunt, denique victimationis Luna decimaquarta, itineris verò decimaquinta; sed vespera posterior diei quartædecimæ, seu tempus eiusdem diei ab hora nona pomeridiana defluens, non est altera dies à luce decimaquinta, sed tantùm pars ipsius; si enim consideretur provt dies naturalis est horarum vigintiquatuor, à decimæquartæ posteriori orditur curriculo, nempe ab hora nona, cum vespera lucem minuit; si etiam concipiatur, vt sacer & religiosus dies, ab eadem vespera originem trahit; portio igitur vltima diei decimæquartæ cùm sit natiuitas, & exordium decimæquintæ diei, nihil separatum à die quintadecima conficit: si ergo dies decimaquinta altera est, atque à diuersa à Luna decimaquarta, hoc vt intelligatur, Agni sacrificatus non adscribendus est secundæ vesperæ diei decimæquartæ, sed primæ, vtique ab hora nona diei decimætertiæ; quod eò magis adstruendum est, cùm ex Deuteronomij cap. 16. vers. 6. *Immolabis Phase vespere ad Solis occasum, quando egressus es de Ægypto*; sed non sunt de Ægypto profecti in secunda vespera Lunæ decimæquartæ, vt liquet ex c. 12. Exodi vers. 22. vbi præceptum, vt nemo egrediatur ostium domus suæ vsque manè; prima quidem vespera diei quartædecimæ, quæ fuit initium eius, Agnum occidunt, comedunt sub noctem, diluculo surgente peregrinationem festinant, sed cùm multitudo plurima esset, rebus

Ioan. 19. 31.

*Israëlitæ Ægyptum relinquentes, qua die mensis Agnum sacrificarint.*

Num. 33. 3.

Deut. 16. 6.

quanquam properè dispositis consumunt ad vesperam Lunæ decimæ; tum verò iam Sole ad occasum labente, & decimaquinta enascente luce Ægyptum relinquentes pergunt ex Ramesse; quo pacto Iosephus Flauius intellexisse visus lib. 2. antiquit. cap. 5. propè finem; *Deus iussit Moysem edicere populo vt paratum habeant sacrificium præparatum tertiadecima Xantici mensis in quartamdecimam*; nam cùm ab hora nona lucis decimætertiæ inciperet dies quartadecima, dum asserit, decimatertia die disposita quæ in sacrificium necessaria videbantur, innuit Pascha sub prima vespera diei quartædecimæ celebratum, quando primæ vesperæ illius ducunt principium à fine lucis decimætertiæ; deinde subnectit illucenscente claritate decimæquartæ diei iunctos ad exitum sacrificiis, & lustrationibus præmissis, se disposuisse; pertinebat ergo lux noctem illam sequuta, qua Paschate sancti sunt, ad diem decimamquartam, vnde infertur diei illius principio, vesperis haud dubio primis, Agnum oblatum, ac tandem finiente luce decimaquarta sub ingressu decimæquintæ Ægypto excessere, vnde cap. 6. initio ait; *reliquerunt autem Ægyptum mense Xantico, Luna decimaquinta*; eam contigisse profectionem cùm Sol occumbere tentat, & Luna exerit faciem vtique ad finem diei quartædecimæ, & natiuitatem decimæquintæ Zonaras subindicat, inquiens; *egressi sunt mense Xantico, die decimoquinto, oriente Luna*; rectè igitur suprà ex Numerorum c. 33. perhibuimus Ramesse quintadecima mensis profectos; rectè ex Deuteronomij cap. 16. id non nisi ad Phœbi occasum quando, vt insinuaui, Luna aliquantum prodit, factum suggessimus.

Flauius.

76. Nec verò his qui obstet difficilior aliquis nodus restat; Scripturæ enim tantùm ingerunt quartadecima Luna ad vesperam Phase peragendum, atque eadem cum generalitate Patribus loqui mos est. Num verò inchoante die quarto supra decimum, an sub exitu illius Agni ritus obseruarentur, atque de eo epulandum fuisset, ad controuersiam, & opiniones temissum; nobis eorum magis probantur argumenta, qui typici Agni immolationem initio, & primæ vesperæ Lunæ quartædecimæ adiudicant, hoc est, ab hora nona pomeridiana diei decimætertiæ; sub hac namque emoritur hora dies ipsa naturalis tertiadecima, & pullulat insequens lux decimaquarta; quamobrem & in ipsorum factionem transimus, quòd probabiliora amplexatos existimemus; docuere Oleaster expositione litterali cap. 23. Leuitici, non longè à fine, in illud, *affligetis animas vestras*, &c. inquiens; asserendum est Christum celebrasse cœnam Luna 13. noctu, quando iam incipiebat 14. & in die quando durabat adhuc Luna 14. mortuus est; iisdem penè verbis exprimit Didacus Stella in cap. 22. Lucæ, in illud; *venit autem dies azymorum*, &c. Mag. Frat. Ludouicus Legionensis fusè propugnat opusculo eum in finem vulgato, quod parte 1. variarum inseruit Mag. Frar. Basilius Legionensis, atque ipse ibidem multa corroborat authoritate, disputatione de Agno typico, cap. 12. & sequentibus; Azor quidem quæstione non segniter discussa etsi alteram præfert sententiam, hanc tamen probabilem statuit, nec leuibus ædificatam fundamentis, tom. 1. institut. moralium lib. 6. cap. 33. §. *Mihi in hac re*, &c.

Stella, & alij.

&

& tom. 2. lib. 1. cap. 6. cùm eadem rursum affirmet; insuper §. *Hæ duæ opiniones*, &c. addit eandem opinionem vt iam probabilem D. Bonauenturæ, Alexandro Alensi, & Ioanni Maiori; sed

Ioan. 18.28. tamen obiicias ex Ioann. cap. 18. vers. 28. *Erat autem manè, & ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha.* Hæc quidem intelligenda sunt de Aurora, quæ noctem Lunæ decimæquartæ fugauit, & dispulit; elapsa igitur iam erat prima vespera, cui ortum debebat Luna 14. sed per id temporis nondum Paschate Iudæi refecti erant, contaminari enim metuebant, ne Paschatis esu ob immunditiam prohiberentur, ergo Agni victimatio ad principium Lunæ decimæquartæ celebrata non est. Respondeo solutionem traditam in superioribus, num. 72. idoneam esse, quatenus adstruit Phase, seu Paschatis voce intelligendam non tantùm legitimam & strictam hostiam, videlicet Agnum, sed etiam huic ob maiorem pompam, & vt haberent, quibus pleniùs epulari possent, adiunctas ouium & boum victimas;

Deut. 16. 2. *Immolabísque Phase*, (ait Deuteronomij textus cap. 16. vers. 2.) *Domino Deo tuo de ouibus, & de bobus in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus*; versio Septuaginta, καὶ θύσεις τὸ πάσχα κυρίῳ τῷ θεῷ σου, πρόβατα καὶ βόας ἐν τῷ τόπῳ, ὃν ἂν ἐκλέξηται κύριος ὁ θεός σου, &c. *& immolabis Pascha Domino Deo tuo, oues, & boues in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus*, &c. Pascha igitur ouium, & boum occisio & sacrificatus: simul autem oblata quando Agnus in die Paschatis immolandus erat, vt liquet ex Paralipom. lib. 2. cap. 35. versu enim primo narratur fecisse Iosiam Phase Domino, quod immolatum est quartadecima die mensis primi; & vers. 7. de victimis referens, *Dedit præterea Iosias omni populo, qui ibi fuerat inuentus, in sollemnitate Phase agnos, & hœdos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia, boum quoque tria millia.* Duces quoque populi Regem imitati ex omni commixtim pecore multa largiuntur capita, boum speciatim non paucos; probè igitur sug-

Vasquez. gerit P. Vasquez tom. 3. in 3. part. disput. 172. cap. 7. num. 69. cùm hoc ipsum Christi obseruaretur temporibus, certè tum hostiarum propè incredibilem fuisse copiam expendimus sect. 8. num. 66. cùm tanta esset animalium multitudo, quæ decimaquarta Luna ad vesperam pro Phase præter Agnum immolari consueuerat, verisimile fuisse in posterum non parum ex illis manere consueuisse; cúmque ex residuo comederent omnes, noluerunt pollui, ideo Prætorium Ethnici Præsidis non introeunt. Quamobrem Agnum quidem vespera antecedentis lucis cùm immolassent, comederunt sub noctem; sed boum, & ouium victimas cùm epulari immolationis eadem nocte nullum constringeret præceptum, conuiuio sequentis diei reseruabant; mundos autem & impollutos ad vescendum accedere necessum erat, vt colligitur ex Leuitici cap. 7. vers. 20. Paralipom. 2. cap. 30. vers. 18. Esdræ lib. 1. cap. 6. vers. 20. Cùm igitur Luna 14. per diem de huiuscemodi sacrificiis reficiendi essent, diluculo aulam Pilati vitant, ne eius contaminati ingressu Pascha manducare non possent, boum scilicet, & ouium præparatas hostias: atque hæc quidem interpretatio omnes vniuersim Iudæos complectitur, tam Sacerdotalis & Leuitici generis homines, quàm prophanos, & sacris nullis dicatos ministeriis. Sed Cardinalis Bellarmini altera expositio ad Sacerdotes tantùm restringit cum Leuitarum ordine lib. 4. de Eucharistia, cap. 9. §. 4. testimonium, &c. Certè ex 2. Paralip. cap. 35. vers. 14. deducitur, victimatum in Paschate adeò ingentem extitisse multitudinem, vt ad satisfaciendum populo Sacerdotibus & Leuitis vsque in noctem laborandum fuerit; quamobrem sibiipsis postea præparare opus fuit. *Sibi autem & Sacerdotibus postea parauerunt; nam in oblatione holocaustorum, & adipum vsque ad noctem Sacerdotes fuerunt occupati, vnde Leuitæ sibi, & Sacerdotibus filiis Aaron parauerunt nouissimis.* Quando autem parauerunt? nocténe eadem? Sed graue onus fuisset lassatos nimium diurna exercitatione cogi nouam ad fatigationem tum cùm somnus præteritis laboribus requiem, & medicinam allaturus esset; quare postero die celebratum ab ipsis Pascha, Ægidius Buscherius coniectatur tractatu de paschali Iudæorum cyclo cap. 6. §. *sextò denique Sacerdotes*, &c. ergo qui prætorium intrare noluerunt vt Pascha manducare possint, luce sequuta ad vesperam, in qua immolabatur, potuerunt ex Sacerdotum & Leuitarum ordine fuisse, quibus permittebatur die postera ob causas præfatas Agnum occidere, & Paschate fungi.

Alter etiam scrupulus facilè dilui poterit; ob- 77.
iectant, si Dominus Agnum cum discipulis manducauit decimæquartæ Lunæ initio, seu prima vespera, hanc partem fuisse diei decimætertiæ, quatenus hæc artificialis dies est, atque horis constans duodecim, nam à talis diei naturalis vespera, nimirum ab hora nona, incipit dies naturalis proximè succedens vigintiquatuor horarum: inde igitur natiuitas diei, seu Lunæ decimæquartæ; sed his concessis necessum est præbere, diem decimumtertium esse primam diem azymorum, nam qua die Saluator ad vesperam epulatus est cum schola sua typicum Agnum, ea azymorum tempus instabat, vt suggerunt Euangelistæ, Matthæus cap. 26. vers. 17. *Prima autem* Matth. 26. 17
*die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha?* loco autem præfinito conuiuij, statim subnectit; *vespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis suis*; similem in modum cap. 14. Marci Marc. 14. 12
vers. 12. & cap. 22. Lucæ vers. 7. Ergo cùm ad Luc. 22. 7.
vesperam lucis decimætertiæ, quæ est ortus Lunæ decimæquartæ, Paschæ legibus satisfactum esset, tota dies decimatertia azymorum computatur, manè enim eius lucis, sanè ante meridiem vt à nobis in superioribus statutum est, accesserunt discipuli Christum interrogantes de hospitio paschali festiuitati idoneo; sed eo diei matutino articulo azymorum splendebat lux, Beato attestante Luca cap. 22. vers. 7. *Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha*, igitur decimatertia Luna ad azyma spectat. Verùm ista supponere absurdum defert, neque vnum tantùm; primò enim fit azymorum dies non solùm octauum facere numerum, sed nouenum quoque, nam à decimotertio die vsque ad vigesimumprimum vtroque inclusiuè considerato, nouem excurrunt feriæ: tot autem dies nemo hucusque admisit. Secundò, fermentum non prohibetur, nisi per septem azymorum dies, Exod. cap. 12. vers. 19. *Septem diebus fermen-* Exod. 12. 19.
*tum non inuenietur in domibus vestris, qui comederit*

*fermenta*

*fermentatum, peribit anima eius de cœtu Israel*, &c. Si ergo Pascha celebratum est ante hos septem axymorum dies, licebat tunc fermentati vsus; atque vt in comedendo Agno opus fuerit azymos adhiberi panes, sed in altera cœna, quæ huic successit, commonium eduliorum fermentatam adhiberi offam, qoid vetabat? In ea autem Eucharistiæ magnificum Sacramentum cùm sit institutum, vndénam constat consecrationis materiam panem fuisse azymum, non autem fermentatum, vt Græcorum contendit schisma? At his respondemus, axymorum diem propriè, & intrinsecè auspicari à vespera decimætertiæ mensis diei, ab hac enim cunabula ducit Luna decimaquarta; est enim vespera decimæquartæ Lunæ periodus immolationis Agni: huius autem conuiuium axymos exposcit panes Exodi cap. 12. vers. 8. & 18. & proinde ab initio decimæquartæ Lunæ omni cum rigore azymorum tempus incohasse censendum est. Quòd verò totam claritatem lucis 13. à Phœbi primis radiis axymorum vocari posse diem, concessimus sectione præcedenti, num. 68. id per figuram dictum est, non autem loquutionis cum rigore; vel quia per synecdochen pars pro toto ponetur, & sic quod vesperæ proprium est, diei toti tribuatur pro more Scripturarum, vt suggerunt

Augustin. Augustinus principio tractatus 105. in Ioannem;
Damascen. Damascenus lib. 4. de fide Orthodoxa, cap. 18.
Augustin. aut quoniam ex linguæ sanctæ vsu Augustino obseruatore epistola 57. ad Dardanum quæst. 2. *Multa dicuntur in Scripturis tanquam facta sint, cùm in spe adhuc esse intelligantur*; quam ob rationem præsens tempus pro futuro substituitur, vt exemplis comprobat Martinez Hypotyposeon lib. 5. cap. 3. quod tum speciatim fit, cùm id de quo asseritur factum esse, non longè abest vt

Philopon. fiat; Ioannes Philoponus disputatione de Paschate 5. *Lucas autem*, &c. *Sic tempus partui vicinum, vocamus tempus partus; non omninò rigidè ipsum diem, aut horam partus intelligemus, sed propinquam: sic vtique appropinquante Paschate dixit: Venit festum Pascha, & azymorum, id est, appropinquauit; sic venit messis, venit tempus plantandi, nauigandi, & in omnibus similibus haud omninò rigidè significamus illud ipsum tempus iam adesse, sed ipsi vicinum, quod expectatur*; igitur licèt dies axymorum strictè non inciperet, nisi ab hora nona Lunæ 13. quoniam tunc nascebatur Luna 14. qua Pascha celebratur, & Agnus cum axymis manducatur; tamen antequam Vespera exoriretur, quia non longè aberat, diei antecedens claritas axymorum lux nuncupatur; quamobrem cùm pressè, & in rigore axymorum tempus exordium sumat à Vespera, Lunæ 13. hoc est, ab initio & ortu diei decimæquartæ, sola hæc dies annumeranda erit septem aliis diebus azymorum, vnde azymorum dies octo ad summum computabuntur, non esse autem absurdam numerationem talem, demonstrauimus elapsi capitis num. 69. An verò quamuis in epulis Agni typici obligatio esset comedendi panis axymi, postea in altera cœna vulgari fermentato vesci potuerint Iudæi, quæstio est, cui omnes satisfacere debent; dicent meritò ab eo tempore, quo Agni immolatio peragi consueuit, fermentum interdici, nam eum azymis manducandus fuerat; refert autem ex traditione Rabbinica Tostatus defensorij 2. parte, cap. 9. & quæst. 19. in cap. 12. Exodi, solitos Iudæos, antequam inciperet festum, scilicet, ante meridiem diei quartadecimi, eiicere omne fermentum de domibus suis, dando illud bestiis ad comedendom. Suggerit Olea-

Oleaster. ster eadem ad cap. 12. Exod. in expositione litterali, in illud, *die primo cessare facietis*, &c. con-

Iansen. firmat Iansenius ex principio libri Thalmudici, qui *Pesachim* inscribitur, concordiæ cap. 144. in illud; *erat autem ibi Maria*, &c. Sed his, nisi meliora quàm Thalmud oracula habeant, omissis, affirmamus nos Agni victimationem decimæquartæ Lunæ ad vesperam adscribere, quod tantum sacræ litteræ exigunt; eo autem articulo

Exod. 12. 18. axyma obligant Exodi cap. 12. vers. 18. *Primo mense, quartadecima die mensis ad vesperam comedetis azyma vsque ad diem vigesimamprimam eiusdem mensis ad vesperam*, nec obstat quod statim subnectitur: *septem diebus fermentum non inuenietur in domibus vestris*; non enim hinc inferendum restringi prohibitionem fermenti ad eos taurùm dies, qui decimamquartam Lunam sequuntur, cùm septem illi dies à Luna decima-

Deut. 16. 8. quinta incipiant; quippè Deuteronomij cap. 16. vers. 8. præscribitur, *sex diebus comedes azyma*; at non idcirco prima dies excluditur, cùm alias traditum sit azyma septem diebus comedenda; quare ab eo tempore, quo iuxta nostram interpretationem Pascha orditur, nempè à decimæquartæ Lunæ principio, quod in vesperam incidit, azymis vesci illicitum erat.

Scio viros doctos non paucos, cùm ab ea discedere sententia æquum non haberent, quæ tenet 78.
Christum Seruatorem Paschali refectum Agno sub finem decimæquartæ Lunæ, seu in posteriori vespera eius, vt ipsis dicere mos est, (nos enim Paschatis luci cùm festa, & religiosa non esset primas, & secundas vesperas non largimur,) alia autem ex parte combinare non valerent, quemadmodum eodem tempore cæteri Iudæi Paschæ festiuitati indulserint, meditatos esse, licuisse Iudæis festorum translationem; speciatim verò post Babylonicæ captiuitatis remissionem decretum per eos quoties Pascha in feriam sextam collaberetur, transferendam celebritatem in proximam Sabbati lucem, & duo festa in vnum coaceruanda, ne si per duos continuos dies agenda fuissent, cum nullis penè fungi ministeriis paterentur, sed plenum otium esset, id populo nimis graue extitisset; Christus igitur legitimo tempore, nimirum ad finem decimæquartæ Lunæ, Agnum cum discipulis Ierosolyma epulatus est; quoniam autem lux ad finem diei quartædecimæ nocte elapsa consequens mensis decimusquintus erat dies, qui sacer & venerabilis, hunc in Sabbatum Iudæi transcripserunt, eius

*Duplici concurrente festo, an moris fuerit apud Iudæos, alterum in alium transferre diem.*

autem ad vesperam postquam Redemptor crucifixus est, Pascha instituerunt tempore etiam concesso, quoniam fas erat occisionis Agni vesperam mutare quoties duo festi dies alter alterum immediatè excipiebat; contigit ergo quanquam diuersis Christus atque Iudæi Pascha concelebrauerint diebus, vtrisque legem propitiabilem fuisse: Iesu quidem Agnum immolanti præfixo à Moyse, statuto & rigido articulo, Iudæis autem ex Maiorum ordinatione, & Concilij Magni decreto antiquitus deputatam lucem, in aliam commodiorem transferentibus; hac autem via sine studij fatigatione primo aspectu opposita Euangelistarum loca conciliari.

Porrò

Porrò Iudæos hunc in modum festorum suorum disponere consueuisse rationem, siue quidem ob memoratam causam, quòd duorum vacatiu onerosa putaretur, vt contendit Rupertus Abbas lib. 2. in Leuiticum c. 36. & initio commentariorum libri decimi in Matthæum; seu propterea facerent vt anni cursum, qui aliquando in diem vnum, aut alterum excrescebat, nec fixis legibus pũcti vnius stabilis adstringi valebat, cum Noëmeniis, & toto Calendario festorum maritarent, vt Paulus Burgensis declarat additione ad c. 26. Matth. credidere post nominatum Paulum à sancta Maria alter Paulus Episcopus Forosemproniensis Paulinæ lib. 3. p. 2. Ioannes Lucidus de emendatione temporum, tract. de vero die passionis Christi c. 9. Onuphrius Panuinus commẽtario in lib. 2. fastorum, anno D C C X X C V I. propè finem, Ioannes Staferinus in Calendario suo Romano propositione 41. & vltima. Petrus Pitatus tractatu super Passionis Dominicæ diẽ, sub fine, Gerardus Mercator Chronologiæ c. 3. non longè à principio. Ioannes Hentenius præfatione ad Euthymij commentaria in Euangelistas à se Latina reddita, Ambrosius Catharinus lib. 2. in Caietan. ad c. 14. Marci §. ait Marcus, &c. Iosephus Scaliger Prolegomenis ad libros de emendatione temporum ante medium pag. 27. & lib. 6. de emendatione, titulo, Residuæ passionis Dominicæ. Iansenius concordiæ in Euangelia, cap. 128. in illud, *appropinquabat autem dies*, &c. Salmeron tom. 9. in Euangelia tract. 4. Mariana opusculo de die mortis Christi, cap. 18. Albertus Pighius de ratione Paschalis celebrationis, propositione 3. Hilarion Genuensis Monachus Benedictinus in Ioannis cap. 18. in illud, *vt manducarent Pascha*, &c. Maldonatus in c. 26. Matth. vers. 2. q. 4. Petauius tom. 2. de doctrina temporum lib. 12. cap. 16. Bullingerus Diatribe 3. in Causabonum, exercitatione 16. ad c. 13. Hanc opinionem eo titulo plerique despiciunt, quòd Rabinorum falsas venditare cogitationes arbitrentur, nec ab antiqua Synagoga eam festorum trãslationem sancitam autument. Nec mihi displicet cautela vigilans, ne impij Iudæi pro priscis, & veris traditionibus nouè confictas obtrudant, sed vt non omnia recipienda, ita nec cuncta ea solùm fama, quòd ab Hebræorum magistris prodierint, reiectanda; quoties aliquid talis naturæ est, vt fidei & moribus non dissonet, insuper nobilium multorum è schola Catholica Doctorum suffragiis comprobatum exultet, probabilẽ admodum est tale dogma ex adulteratis nequaquam esse; ergo cùm vetus Synagoga idoneis stimulari rationibus potuerit ne binæ festiuitates proximè succedentes duos occuparent dies, tot illustribus Scriptoribus ex Orthodoxa professione id astruentibus iusta obseruantia habenda est, nec diiudicãdum Thalmudicis illudi fabulis; itaque verisimilitudine gaudeat hic sententiæ articulus; verùm si ad Calendarij meliorem normam, si ad diuini cultus certam, & inuariabilem regulam, si ad fouendam pietatem, vt æquum est, præsumere solemniter decretum est ex congeminata festiuitate vnam conficiendam, eaque certum periodo Pascha transferri posse, equidem rationi consentaneum videatur, vt eo anno, quo Pascha domicilium antiquum relinquit, & alias migrat in sedes, non priscæ lucis die celebretur quoquomodo, sed ea qua recenter donata est

Rupert.

Onuphrius.

Staferin.

Pitatus.

Gerard. &c.

Luna; religionem enim plurimùm commendat vt vna eius sit facies in cultoribus. Quale enim est vt alij vno die, alij altero Pascha perfecerint, & quisque suo libito sacris operetur? ita enim festi solemnitas minuitur dum in partes distrahitur, ita factionibus ansa præbetur dum nonnulli vnum præferunt diem, alterum cæteri; ergo vt memoratam viguisse festorum translationem publicas deductam in tabulas ecclesiasticas sentiamus, iuxta eam quidem Christus Agnum immolauit, nec enim à publico vsu Saluator discedebat. Non igitur Christus & Iudæi, (quod tamen huius opinionis totus scopus est,) diuerso tempore, distinctis diebus Pascha concelebrarunt; contra hanc etiam dimicant cogitationem ea singula, quibus generatim impugnabamus, asseuerantes Lunæ decimæquartæ finem, siue secundam vesperam typici Agni destinatam epulis; monuimus enim Lunam decimamquartam nullas secundas vesperas habere. Nam si consideretur mathematicè, atque vt diei naturalis circulum vigintiquatuor horarum imbibit, vespera non est illi terminus, sed principiũ, dies enim apud Hebræos à vespera, & Solis propè occasu inchoant; sin verò ecclesiasticè spectetur, hoc est, festi sub nomine, concedimus festiuitatibus binam tribui vesperam, sed ostendimus Paschatis ceremonias die festo non peragi: vesperam autem secundam, siue postremas horas lucis quartædecimæ propriè ad quintãdecimam mensis diem pertinere. Hęc fusiùs in antecedentibus tractata sunt. Denique, quanquam id quod supponitur de festorum duorum in vnum copulatione, de Paschatis alteram in diem nonnunquam transcriptione, implicãtiam non redoleat, & recentiorum ex Catholicis interpretum authoritas fidem tali dicto probabilem conciliauerit; cùm tamen relata iidem non ex Patrũ scriniis hauriunt, nec ex Rabinorum, qui ante Christum floruerint, lucubrationibus, sed ex posteriori Hebræorum officina, vacillat sanè traditio, nec eo pollet firmitate, & robore, quantum materiæ, quæ grauissima censetur, dignitas exposcebat.

---

## SECTIO XI.

*Hebdomadæ quare Planetarum nominibus insigniti dies? Feriæ per Christianos dictæ, & à quo tempore? Diei Dominicæ, qui Solis nuncupatur dies, antiquitas, & nominis ratio. Septimanæ dies qua de causa Feriæ vocatæ? Resurrectionis festum celeberrimum; hebdomade præcedente & sequenti vacatum ab operibus mechanicis; Sacerdotalis Officij scopus Deo vacare. Dierum in Hebdomadas partitio vsus Iudæis vetustissimus. Septimana tota Sabbati voce denotata, verùm significatione largiori. Sabbati vera etymologia requiem indicans.*

EXplicata diei suis cum partibus norma, succedit hebdomadas, de qua Beda libro de ra- 79.

Beda.

tione temporum cap. 6. *Hebdomas Græcè à septenario nomen accepit, humana quidem consuetudine septenis solùm acta diebus, sed Scriptura sacra authoritate multis speciebus insignis*; mox ostendit septiduum ab Ethnicis Planetarum nominibus, quibus superstitiosè diuinitatem tribuebant, expressum; primam videlicet diem Soli, secundam Lunæ, tertiam Marti, quartam Mercurio, quintam Ioui, sextam Veneri, septimam Saturno dicantes; existimabant enim se habere à Sole spiritum, à Luna corpus, à Marte feruorem, à Mercurio sapientiam & verbum, à Ioue temperantiam, à Venere voluptatem, à Saturno tarditatem; lusit super iisdem nominibus eleganti Musa Edylio 15. Ausonius Burdigalensis, inquiens;

*Hebdomada Planetarum nominibus insignita dies.*

*Auson.*

*Nomina, quæ septem vertentibus apta diebus*
*Annus habet, totidem errantes fecere planeta,*
*Quos indefesso voluens vertigine Mundus,*
*Signorum obliqua iubet in statione vagari;*
*Primum, supremúmque diem radiatus habet Sol,*
*Proxima fraterna succedit Luna corona;*
*Tertius assequitur Titania lumina Mauors,*
*Mercurius quarti sibi vendicat astra diei,*
*Illustrant quintam Iouis aurea sydera Zonam,*
*Sexta salutigerum sequitur Venus alma parentem,*
*Cuncta supergrediens Saturni septima lux est.*

Porrò ab antiquissimo Hermete Trimegisto, qui ab Ægyptiis Sapientiæ Coryphæus reputatus est, Septimanæ diebus eiusmodi imposita vocabula subindicat Philastrius de hæresibus post Christum, hæresi 55. quem *vanum & Paganum* ob similes causas appellat hæresi decima exortarum ante Christum; Ægyptios quoque primos Authores significat Dio Cassius in Pompeio lib. 37. aiens; *quod autem dies ad septem sydera illa, quos Planetas appellarunt, referantur, id ab Ægyptiis haud ita dudum, vt paucis dicam, institutum, ad omnes homines deriuatum est; nam priscis Græcis quantum mihi constat, notus is mos non fuit.* Potuisset quidem alicui in suspicionem venire, quemadmodum Solis & Lunæ cursibus anni, mensésque ordinantur, sic à Planetis hebdomadam gubernari, quale nonnihil probare tentarunt Baptista Egnatius in Tacemationibus ad varios Authores, cap. 21. & Ianus Parrhasius epistola 63. Sed ambo nihil solidum ex Philosophiæ, aut Mathematicarum principiis conferunt; nec verò possunt, vt rectè obseruatum à Ioanne Philoppono libro 7. de creatione mundi cap. 14. dicit ibi: *Etsi autem septem Planetis septem hebdomadæ dies adscribant Græci, nempè primam Soli, secundam Lunæ, tertiam Marti, quartam Mercurio, quintam Ioui, sextam Veneri, septimam Saturno; cæterùm nullam dare possunt rationem, cur dicti dies Planetis attributi sint, vel cur omninò septem dies sint, qui reuoluuntur; ad quid enim non potius duodecim propter duodecim Zodiaci sectiones, per quas Sol delatus annum perficit? Sed neque ex inerrantium motu ratio dari potest, cur alia dies alteri cuipiam horum dedicata sit; verosimile itaque est Gentiles, quemadmodum inerrantes stellas aliis, atque aliis Deorum, Dæmonúmve, aut Heroum, (vt ipsi appellabunt,) nominibus citra rationem, causámque dedicarunt; sic etiam cùm ab omnibus septem dies esse crederentur, & Planetas hisce numero suppares esse contingeret, pro liberâ sua potestate, iisdem dies hosce, vel è contra pro libito illos diebus numero æqualibus dedicasse.* Beda etiam de ratione temporum cap. 6. *Hæc igitur erat stultitia Gentilium falsa ratiocinatione subnexa*, &c. *Porrò Ethnicos in falsorum Numinum commendationum hebdomadæ eis dies adscripsisse*, suggerunt Gaudentius Brixiensis tractatu 1. de obseruatione Paschæ. Isidorus Hispalensis lib. 5. originum capite 30. Rabanus Maurus lib. 10. de vniuerso, cap. 9. Eusebius Gallianus, aliàs cum titulo Emisseni homilia 11. de Pascha, cuius sunt verba; *in tantum homines veritatis obliuio, ignorantiæ confusio occæcauerat, vt Solis, Lunæ, Martis, atque Mercurij, Iouis, Veneris, vel Saturni, & diuersis elementorum, ac Dæmonum appellationibus dies vocitarent, & luci tenebrarum nomen imponerent; vt sub assidua diei commemoratione honor falsorum Deorum nunquam ab eorum ore discederet*; paria Honorius Augustudunensis lib. 2. de imagine Mundi, cap. 18.

*Philoppon.*

*Beda.*

*Eusebius.*

*Cassius.*

Postquam verò debellatis superstitionibus 80.
de Ethnicismo triumphauit Christiana Religio, sicuti curæ fuit vanorum Numinum abolere memoriam quoad licuit ritibus sublatis detestandi cultus; ita nec omissum nominibus dierum per hebdomadam, castigationem adhibere, quamobrem feriarum vocabulo nuncupari cœpti sunt; eius moris primum conditorem B. extitisse Syluestrum innuit Beda libro de ratione temporum, cap. 6. Constantino Imperatori, qui sub id temporis floruit, adscripsit Politianus Miscellaneorum capite 8. Sed feriarum vocabulum, præsertim quartæ, & sextæ, inuenitur Patrum scriptis, qui Syluestro antiquiores sunt, nempe S. Ignatium Martyrem epistola 8. ad Philippenses, sub finem, Tertullianum contra Psychicos cap. 10. & 14. Clementem Alexandrinum stromat. lib. 7. quare subodorantur ob hoc, & quoniam vberior adhuc mentio earundem feriarum apud Clementem Romanum Apostolicarum constitutionum lib. 7. cap. 24. ante Pontificatum Syluestri ea Christianis in more fuisse nomina Baronius tom. anno Christi 58. num. 87. Brissonius commentatio in legem *Dominico, de spectaculis*, &c. §. *harum verò appellationum*, &c. Halloix tom. 2. in vita S. Iustini Martyris capite 16. §. 3. equidem diem Solis Dominicæ insignitum appellatione per sacros Christi Apostolos copiosè ostendunt, & lucis tantæ nobilissimos alios titulos comprobant Bellarminus de cultu Sanctorum libro 3. capite 11. Suarez tom. 1. de Religione, libro 2. de festis diebus, capite 4. Baronius tom. 1. anno 58. numero 88. Thomas VValdensis de Sacramentalibus, titulo 16. capite 140. Couarruuias tom. 2. lib. 4. variarum resolutionum, capite 19. numero 7. Brissonius in l. Dominico, &c. propè initium. Ribera in cap. 1.

*Feriæ per Christianos dictæ, & à quo tempore.*

*Dies Dominica, qui Solis nuncupatur dies, antiquitas, & nominis ratio.*

Apoc. 1. 10.

cap. 1. Apocalypf. verf. 10. Viegas ibidem comment. 1. fectione 22. num. 2. qui eo potiffimùm nituntur fulcro, quòd Ioannes reuelationum cap. 1. verf. 10. Dominicam clarè exprimit lucem : *ἐγενόμην ἐν πνεύματι ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ; fui in Spiritu in Dominica die*, &c. Neque obftat Eufebium lib. 4. vitæ Conftantini cap. 18. Sozomenum lib. 1. hiftor. ecclefiaft. cap. 8. Nicephorum hiftor. item ecclefiafticæ lib. 7. c. 46. *quem diem Iudæi primum numerant, & Græci Soli dicarunt, hunc à Conftantino Magno Dominicum appellatum, atque vt feftus, & feriatus haberetur, lege lata conftituiffe*; interpretandi enim funt, vt rectè aduertit Gretferus lib. 1. de Cruce, cap. 68. Conftantinum Imperatorem non fuiffe nominis fundatorem, fed voluiffe tam confpicuam appellationem minùs cognitam hominibus, quòd in id temporis Chriftiana religio ob perfequutiones externam maieftatem, & pompam confequuta non effet, Orbi vniuerfo cognitam effe, & Imperatorio condecorari edicto. Nec obftat infuper poft Apoftolorum ætatem diem Solis legi apud Iuftinum Martyrem fine fecundæ pro Chriftianis Apologiæ. Tertullianum Apologet. cap. 16. quafi inde quifpiam fubinferat deductam à fole Ethnicam appellationem non fuiffe fublatam à principio nafcentis Ecclefiæ; verùm ita nuncuparunt, non ignorantes conuerfam olim diei Solis appellationem in Dominicam, fed quo ab Ethnicis faciliùs percipi valerent, quam hebdomadæ lucem fignificarent, alioqui nec per Conftantini Magni refcriptum Dominicæ fancitam nuncupationem affentiremur, cùm eo multò pofteriores alij Imperatores Solis diem vocauerint, vti liquet Codic. lib. 3. titulo 12. de feriis leg. 7. *omnes dies iubemus*, &c. & Codic. Theodofiani lib. 2. titulo 8. lege eadem. Vocata eft igitur ab Apoftolis dies Dominica ex Phœbo nuncupata lux, quo falfi Numinis memoria tolleretur: cùm autem par ratio effet aliorum Deorum Martis, Iouis, Mercurij, Veneris, Lunæ, Saturni extingui cultum, quorfum non opinemur hunc in fcopum per eofdem feriæ fecundæ, tertiæ, quartæ & fubftitutas appellationes? Noui tradere S. Maximum principio homiliæ 3. in Pentecoften, qui idem fermo B. Ambrofio adiudicatur, & fexagefimus eft; fauere etiam Hieronymum in cap. 16. Marci, in illud, *Valdè*, &c. Athanafium in illud; *omnia mihi tradita funt*, &c. à Chriftianis Refurrectionis feftum Solis vocari diem; fed hoc illi myftica, & fpiritali affirmabant ex fignificatione, quoniam per Metaphoram Saluator nuncupatur Sol; nos autem de propria tractamus Planetæ nuncupatione.

Niceph.

Gretfer.

81. At quare dies hebdomadæ ferias dici placuit? *Feria*, (inquit Feftus Pompeius,) *à feriendis victimis appellata*; & ftatim, *ferias antiqui feftas vocabant*. Ifidorus lib. 5. originum cap. 30. *à fando autem feriæ nuncupatæ funt, quod in eis fit tempus dictionis, id eft, in diuino, vel humano officio fari; fed ex iis fefti dies hominum caufa inftituti funt, feriati caufa diuinorum facrorum.* Feftus rurfum Pompeius, *Præclamitatores, feu præclamitatores dicuntur, qui flaminibus Diali, Quirinali, Martiali antecedentes exclamant feriis publicis, vt homines abftineant fe opere; quia his opus facientem videre irreligiofum eft*; plura in hunc fcopum Briffonius lib. 1. de formulis §. *quin etiam*

*Septimana dies qua de caufa feria dicta.*

Feft. Pomp.
Ifidor.

Briff. & alij.

*P. Sherlogi Antiq. Hebr. Dioptra.*

*feriis*, &c. Annæus Robertus lib. 4. rerum iudicatarum cap. 14. Sibrandus Siccama in faftis Kalendaribus lib. 1. cap. 3. & 4. Si igitur feriati dies ij funt, in quibus à labore, & moleftis operibus vacatio eft, cùm fex hebdomadæ dies negotiis deftinatæ fint, & in quibus fudore, & artium mechanicarum induftria homines victum adquirant, qua analogia ferias eas quifpiam Intitulauerit? Notabis olim in honorem triumphalis Iefu Chrifti Refurrectionis, hebdomadam præcedentem, & fequentem imprimis feruilium minifteriorum liberatas onere, & religiofis, feftiuifque adnumeratas diebus; Id Apoftolorum ducibus Petro atque Paulo adfcribitur Apoftolicarum conftitutionum Clementis Romani lib. 8. cap. 33. decernunt hunc in morem; *Tota magna hebdomada, & proxima fequenti vacent ferui; quia illa paffionis eft, hæc refurrectionis; & opus eft docere, quis ille fit, qui mortuus eft, & qui refurrexit*; vides, quam ob caufam ad Templa confluerent operibus neglectis? nempè vt de facratiffimis edocerentur myfteriis, quem in finem quoque die Euangelici præcones concionabantur. Chryfoftomus tom. 5. ex Græcolationis fermone 34. de Refurrectione, ad finem; *Idcircò feptem confequentibus his diebus concionum doctrina fruimini, vt in luctarum palæftra diligenter inftituamini.* Gaudentius Brixienfis præfatione in tractatu de Pafcha; *exegifti, vt fcriberem quid vnaquaque die illius facratiffimæ Hebdomadis fanctæ fraternitati à me expofitum meminiffem*, &c. Sic autem potiffimùm edocebantur, qui ex Gentilitate ad Chriftianam tranfibant profeffionem, qui Pafchæ hebdomadæ Baptifmi tingebantur aquis, & quorum gratia omnes illi dies lætitiæ fpiritali, & facris functionibus feculi amotis curis dicabantur, vt non obfcurè fubindicat Auguftinus lib. 1. de fermone Domini in monte, cap. 4. & clarè repræfentat lib. 2. de inftitutione Clericorum Rabanus Maurus in fine cap. 39. *ac deinde alios feptem dies in memoriam eiufdem Dominicæ Refurrectionis congrua feftiuitate fubiungens, quas feptem dies albas vocitamus propter eos, qui in fancta nocte baptizati, albis per totam hebdomadam vtuntur veftibus*; quare nuncupata eft à Græcis eleganter hebdomas *διακαινήσιμος*, id eft, *feptiduum renouationis*, ficuti comprobat Gretferus lib. 3. commentariorum in Codinum cap. 9. num. 19. Quæ enim potior renouatio quàm regeneratorum per Baptifmum; iuffere & Imperatores memoratos dies feruilium operum immunes effe laboribus Alexander Monachus apud Gretferum toties tom. 2. de Cruce, tractatu de inuentione S. Crucis, loquens de Magno Conftantino, ait; *tertiam infuper edidit legem, ne quid operis in hebdomade paffionis falutaris, neque in hebdomade renouationis exercere liceret*; id ex Codicis lib. 3. titulo 12. de feriis patet leg. 7. *omnes dies*, &c. & leg. 8. *Actus omnes feu publici fint, feu priuati, diebus quindecim pafchalibus conquiefcant*; & Codicis Theodofiani titulo 8. de feriis leg. 2. Valentinianus, Theodofius, Arcadius, *Sanctos quoque Pafchæ dies, qui fepteno vel præcedunt numero, vel fequuntur, in eadem obferuatione numeramus.* Photij Nomocanon titul. 7. cap. 1. de iifdem refcriptis cap. 1. & fexta conftitutio, quòd dies fefti funt feptem dies ante Pafcha,

*Refurrectionis feftum celeberrimum; hebdomada præcedente & fequenti vacatum ab operibus mechanicis.*

Chryfoft.

Gaudent.

Auguft.

Rabanus.

Alex. Mon.

& septem post Pascha, quæ fusiùs declarat in scholiis Theodorus Balsamon; dierum eorundem prærogatiuam suggerit Concilium Lugdunense apud Gratianum 3. parte Decreti de consecratione, distinctione 3. cap. 1. pronuntiandum, &c. Concilium etiam Moguntinum sub Leone III. cap. 36. de festiuitatibus anni; Synodus quoque Meldensis cap. 77. Quare licèt aliàs repudianda Synodus in Trullo, Canon tamen sexagesimus sextus nequaquam spernendus: *A sancta Christi Dei nostri Resurrectionis die vsque ad nouum Dominicum, tota septimana in Ecclesiis vacare fideles iugiter oportet, psalmis, & hymnis, & spiritualibus Canticis in Christo gaudentes, festúmque celebrantes, & diuinarum Scripturarum lectioni mentem adhibentes, & sanctis mysteriis iucundè, & lautè fruentes*, &c.

82. Ergo, quemadmodum à Paschatis, & Resurrectionis incomparabili luce, quoniam Domini singulariter dies habita est, recurrentium cæterarum hebdomadum primus dies, Dominica nuncupata est; nam quia per excellentiam Christo adscribitur, propterea vates de ea quasi speciatim ipsa à Numine condita sit Psalm. 117. vers. 24. *Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea*, vt exponunt Synodus Palæstina sub Theophilo Cæsariensi Antistite, & S. Ambrosius epistola 83. ad Episcopos per Æmiliam constitutos; quare *omnium in Ecclesia festiuitatum caput* vocat S. Leo Papa sermone 10. de Quadragesima; *reginam & principem omnium* dierum S. Ignatius appellat epistola 6. ad Magnesianos; denique quod à nobis spectatur, clarè Rabanus lib. 2. de institutione Clericorum, cap. 42. *Dominicum diem Apostoli ideò religiosa sollemnitate sanxerunt, quia in eodem Redemptor noster à mortuis resurrexit*; id, quod etiam ab Isidoro Hispalens. traditum est lib. 6. originum cap. 18. Venustè autem Innocentius I. epistola 1. ad Decennium Eugubinum Episcopum cap. 4. in cæteris anni Dominicis diebus imaginem repræsentati Dominicæ Resurrectionis adstruit; igitur, sicut à Dominica Resurrectionis cæteris nomen impertitum, parem in modum ab hebdomoda Paschatis, cuius dies omnes feriati erant, deriuatum est in septimanas anni reliquas, earum vt exprimerentur dies feriarum cum titulo; quæ placuit coniectatio Baronio tom. 1. anno Christi 58. num. 87. Iacobo Cuiacio, ad titulum 12. de feriis lib. 3. Codicis. Scaligero libro 7. de emendatione temporum, titulo in computum Romanum Anni Iuliani, &c. pag. 775. Filesaco tractatu de Quadragesima Christiana, cap. 16. §. *Nolo ritus*, &c. Sed necdum pacatus scrupulus; ritè quidem, si hebdomadæ prima, secunda, tertia audiatur dies, &c. dies enim propriè existunt, at feriarum incongrua est appellatio, nimirum feriæ, vt ostendimus, negotia ciuilia, fori strepitum, mercenariorum laborem dimouet, otium pium, & festa Deo sacrificia inducit; verùm hebdomadæ sex dies sunt, in quibus mortales operari conuenit, & variarum artium industria familiam alere oportet, quod feriarum vacationibus, & quieti repugnat. Num igitur putandum, haud vulgi Christianorum, & inter eos mechanicorum opificum respectu appellationem inditam, sed nobilissimæ portionis fidelium, quæ Clerum, & religiosæ professioni mancipatos homines complectitur, comparatione? Equidem Clericalis muneris est seculi tumultuosas curas deflectere, Deo, Hymnodiæ, templis, altaribus vacare, feriari à laboribus mundiali turbæ; Isidorus lib. 2. de officiis ecclesiast. cap. 1. *Nam Cleros sors interpretatur, vnde & hæreditas; proinde ergo Clericos vocari aiunt, eo quòd in sortem hæreditatis Domini dentur; vel pro eo, quòd ipse Dominus sors illorum est, sicut de eis scriptum est loquente Domino: Ego hæreditas eorum; vnde oportet vt qui Deum hæreditate possident, absque vllo impedimento seculi Deo seruire studeant*; & cap. 2. *His igitur lege Patrum cauetur, vt à vulgi vita seclusi, à mundi voluptatibus sese abstineant, neque turpium occupatione lucrorum fraudisque cuiusquam appetant, secularia officia, negotiaque abiiciant; in doctrina, lectionibus, Psalmis, Hymnis, Canticis exercitio iugi incumbant; talis Sacerdotum functio*, quam luculentè depingunt S. Dionysius cælestis Hierarchiæ cap. 3. §. 2. Cyprianus epistola 66. ad Clerum, & plebem Furnitanorum. Hieronymus epistola 2. ad Nepotianum, iuxta principium. Synesius epistola 57. aduersùs Andronicum non longè à fine; *illi in negotiis, nos in oratione collocati; simul enim à rerum terrenarum fæce Sacerdos auertitur, & ad Deum conuertitur; contemplatio Sacerdoti finis est, si non falsò id sibi nomen vsurpet*. Rabanus Maurus lib. 1. de institutione Clericor. cap. 2. Philippus Abbas de continentia Clericorum, cap. 101. Iustinianus Imperator Codicis lib. 1. titulo 3. de Episcopis & Clericis, leg. 42. §. 10. *præterea sancimus*, &c. & leg. 52. §. 1. *eos tamen Clericos*, &c. Cùm igitur sacros Numen ministros habiturus esset, qui perseueranti studio per omnem anni circulum id operaturi fuissent, quod hebdomadis, quæ Resurrectionem altera præcedit, alia subsequitur à tota multitudine Orthodoxorum fiebat, nimirum, vt seculi parumper negotiis vale remisso, liturgiæ, cantibus hymnorum, concionibus in Ecclesiis auscultarent, ac propterea dies illi feriales haberentur; idcircò ab exemplo hebdomadæ Paschalis in gratiam clericalis functionis reliquarum hebdomadum dies feriarum vocabula sortitæ; qua de causa Beda libro de ratione temporum, cap. 6. *ferias verò habere Clerum primus Papa Syluester edocuit, cui Deo soli vacanti nunquam militiam, vel negotiationem liceat exercere mundanam, dicente Psalmographo: Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus; itémque Apostolo, nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus*, &c. adsentiuntur Bedæ Thomas VValdensis de sacramentalibus, titulo 16. cap. 140. num. 4. & Cardinalis Baronius tom. 1. anno Christi quadragesimo-quarto, num. 88.

Psal. 117. 24. — Rabanus. — Isidor. — Synesius. — Beda.

Sed verum hebdomadarum initium vt ritè perquiratur, non à Chaldæis, Ægyptiis, aut Græcis petendum, sed à Iudaicarum historiarum monumentis; his enim sacro præeunte textu liquet Orbem sex dierum interuallo conditum, septima luce vacasse creatorem ab operibus, eúmque quieti, & feriationibus signasse diem; à primordio mundi septimanæ exorsus 83.

*Dierum in hebdomadas partitio vsus Iudæis vetustissimus.*

ſus eſt vſus, quem ſancti Patriarchæ obſeruarunt, & Hebræi coluerunt donec lege promulgata Sabbati intimata eſt religio; ab Hebræis ad circumuicinas Prouincias notitia tranſlata eſt, per has exteræ didicerunt nationes, vt Philo Iudæus libro 2. vitæ Moyſis teſtatur, & adnotatum eſt à Beda libro de ratione temporum, cap. 6. & à Rabano lib. 10. de vniuerſo, cap. 9. id qood ex Heſiodi carminibus, Homeri, & aliorum Poëtarum Ariſtobulus commonſtrat relatus per Euſebium lib. 13. de præparatione Euangelij, cap. 12. aliàs 7. Clemens Alexandrinus lib. 5. ſtromatum, ad medium, & inter neotericos Eugubinus in Coſmopœia Geneſ. cap. 2. verſ. 2. Quamobrem Cenſorinus de die natali, cap. 11. Iudæis ſpecialiter tribuit, quòd per ſeptenarium numerum dies computent. Naſo lib. 1. de arte,

Ouid.

*Nec te prætereat Veneri ploratus Adonis,*
*Cultaque Iudæo ſeptima ſacra viro.*

Atque eodem rurſum libro,

*Culta Palæſtino ſeptima feſta viro.*

*Septimana tota Sabbati voce denotata.* Porrò Sabbati vocabulo totam hebdomadam nonnunquam ſacræ denotant litteræ, B. Hieronymo peritiſſimo teſte epiſtola 150. ad Hedibiam quæſtione 4. *Vna Sabbati dies Dominica*
Hieron. *intelligenda eſt, quia omnis hebdomada in Sabbatum, & in primam, & in ſecundam, & tertiam, & quartam, & quintam, & ſextam Sabbati diuiditur*; eadem Beda libro de ratione temporum, cap. 6. & Iſidorus Hiſpalenſ. lib. 5. originum cap. 30. quin & rectè aduertit Ianſenius concord. cap. 37. in illud, *& factum eſt iterum*, &c. Nomen Hebraicum *Sabbath* à vul-
Leuit. 23. 15. gato interprete hebdomadam verti, Leuit. capite 23. verſ. 15. *Numerabitis ergo ab altero die Sabbati, in quo obtuliſtis manipulum primitiarum, ſeptem hebdomadas plenas*; pro ſeptimanis, quas etiam Septuaginta transferunt
*Sabbati vera etymologia, requiem denotans.* in originalibus ſunt שבתורת *Sciabathoth*, Sabbata ſuggerit idem Ribera lib. 5. de feſtis Hebræorum, cap. 1. num. 5. hine communiſſima
Luc. 18. 12. expoſitio Lucæ cap. 18. verſ. 12. *Ieiuno bis in Sabbato*; hoc eſt, duabus hebdomadæ feriis;
Lactant. fortè in hæc intentus Lactantius lib. 7. diuinar. inſtitut. cap. 14. dum inquiebat; *diémque ſeptimum, quo ab operibus ſuis requieuerat, ſanxit, hic eſt autem dies Sabbati, qui lingua Hebræorum a numero nomen accepit, vnde ſeptenarius numerus legitimus, ac plenus eſt*; Sabbatum quidem pro ſeptem dies ſuccedente collectione accipitur, ſed large hoc, preſsè autem, & rigure adhibitu vltimam ſeptidui lucem tantùm ſignificat, & quietem, vocis etymologia indicat; Philo Hebræus libro de Abraham non longè à principio; *& hoc eſt, quod à ſeipſo non diſſentiens vates Sabbatum Hebræorum ſeptimum quemque diem, quietem nomi-*
Ariſtobul. *nat.* Ariſtobulus apud Euſebium hoc ipſum docet lib. 13. de præparatione Euang. cap. 12.
Ioſephus. Ioſephus lib. 1. antiquit. cap. 2. *Septima autem requieuiſſe Deum, & ab operibus ceſſauiſſe; quamobrem etiam nos vacationem à laboribus per hanc diem celebramus, appellantes eam Sabbatum, qua vox requiem Hebræorum lingua ſignificat*, con-
Nazianzen. & alij. ſentiunt Nazianzenus oratione 43. in nouam Dominicam, num. 13. Nyſſenus oratione 2. de hominis creatione. Auguſtinus exponens titulum Pſalmi octuageſimi, Hieronymus in cap. 66. Iſaiæ in illud; *quomodo ſi inferant*, &c. Damaſcenus lib. 4. de fide Orthodoxa, cap. 24 Iſidorus Hiſpalenſ. originum lib. 5. cap. 30. & lib. 6. cap. 18. Suidas verb. *Sabbatum*. Zonaras principio Annalium. Scitè obſeruatum à Beda Venerabili tractatu de ratione temporum, cap. 6. licèt hebdomadas ipſa cum ſingulis dierum Sabbati nuncupatione donata ſit; vacationem tamen & quietem à ſeruilibus operibus, & à ſeculi negotiis extremæ ſolùm luci conuenire, cui tantùm propriè quadrat Sabbatum, & requiem eſſe. Nec Iudæorum in ſeptima die feriatio Ethnicos fugit ſcriptores, Dion Caſ- Dio. Caſſ.
ſius lib. 37. in Pompeio; *diem, quæ Saturni vocatur, religioni habent, eámque ab omni opere, actioneque feria vacantes ducunt*; alij verò Authores Paganorum ignorantes veri Creatoris in honorem Iudæos ſeptimam hebdomadæ lucem vni piarum materiarum cultui dicere, & à vitæ curis in tantum abſtrahi, vt ne cibos quidem præpararent, tam plenum otium ſummæ cuidam inertiæ adſcribebant. Tacitus lib. 5. hiſtoriæ cap. 4. *Septimo die otium* Tacitus.
*placuiſſe ferunt, dein blandiente inertia ſeptimum quoque annum ignauia datum.* Iuuenalis ſatyra 14. Iuuenalis.

*Sed Pater in cauſa, cui ſeptima quæque*
*fiat lux*
*Ignaua, & partem vitæ non attigit vllam.*

Operas quoque reſpuere eum diem, & quòd curas grauiores afferre valeret, Ouidius ſigni- Ouid.
ficat lib. 1. de arte.

*Quaque die redeunt rebus minùs apta gerendis.*
*Culta Palæſtino ſeptima ſacra viro.*

& de Seneca quidem memorat S. Auguſtinus lib. 6. de ciuitate, cap. 11. dicere ſolitum diſſipare Iudæos vacando ſeptimam vitæ partem; Rutilius Numatianus lib. 1. Itinerarij. Rutil.

*Septima quæque dies turpi damnata veterno*
*Tanquam laſſati mollis imago Dei.*

Sed hi quanquam Sabbati requiem deteſtati, vacationem tamen inducere nouerunt, quam nomen ipſum repræſentat; vnde Leuitici ca- Leuit. 25. 2.
pite 25. verſ. 2. *Quando ingreſſi fueritis terram, quam ego dabo, ſabbatizes Sabbatum Domino*, hoc eſt, facite vt terra ſabbatizet, nimirum requieſcat, vti ſignificat tranſlatio L X X. Romana, *Cùm introieritis in terram, quam ego do vobis, requieſcet terra, quam ego do vobis, Sabbata Domino*; nec diſcrepat verſio Complutenſium; & Chaldaica Paraphraſis: *dimittetur terra quieſcere coram Domino.* Quamobrem hallucinatur Plutarchus dum conuiuialium quæſt. 5. lib. 4. opinatur *Sabbatum* deduci à Sabbos Bacchi temulentorum Dei quodam nomine; eiuſdem dictionis fabuloſam originem narrant Tacitus lib. 5. hiſtor. cap. 4. Iuſtinus lib. 36. hiſtoriarum.

***

## Sectio XII.

*Sabbati festum seruilia excludens à mundi exordio; id an ex præcepto? Septenarius in honore numerus quibus vacare operibus Sabbato permissum? iter Sabbati à Ierosolyma ad montem Oliuarum quot passuum,* Actor. cap. 1. vers. 12. *Cur Sabbato exspatiari concessum? Synagogæ plurima in Iudæa: vbi? quem in finem? quantæ vetustatis origo? Iudæi num Sabbato ieiunarent? Orientales primitiui Christiani Sabbato non ieiunabant, qua de causa? in Occidentali Ecclesia ieiunatum, & quorsum? Sabbatum secundoprimum quódnam; & cur sic vocatum? Sabbati celebritas ob mundi natalitium; trium Sabbatorum nobilior festiuitas Iudæis: quænam hæc essent?*

84. Gen. 2. 2. Sabbati institutio mundani opificij extremas lineas proximè sequuta est Genes. c.2.vers.2. *Compleuitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat; & benedixit diei septimo, & sanctificauit illum,* &c. quem in locum interpretatio Caietani: (Caietan.) *Benedictio, dicationem septimi diei ad diuinum cultum; sanctificatio verò exemptionem, seu munditiam eiusdem diei ab operibus seruilibus denotat;* itaque festa & venerabilis lux ordinata est, decens quippè fuerat, vt ab exordio conditæ molis, & primigeniis rerum auspiciis cuiusque septimanæ portionem Numen vindicaret, hominibus quoque internallum daretur, quo animi culturæ diligentiùs vacarent, & hymnis atque sacrificiis supremum laudarent Monarcham. Num verò etiam statim ab initio præcepto obstrinxit Deus Sabbatum religiosè obseruari interdictis seruilium laborum negotiis? (*Sabbati festum seruilia excludens à mundi exordio.*) Affirmant Catharinus in cap.2. Genes. vers.2. & 3. ibidem Alapide, & Leonardus Marius. Pradus in cap. 20. Ezechielis, vers. 12. Negant Tostatus in Genes. cap.2. quæst.4. Peretius & Bomfrerius ibidem. Suarez lib.2. de opere sex dierum, cap. 11. num.91. (*Id an ex præcepto.*) Si Deo placuisset præceptum de Sabbato festiuè colendo intimare etiam in statu innocentiæ, nullam talis mundari assequor implicantiam, nec enim status ille præceptorum multiplicium impositioni contradicit, quæ ne onerosa essent, & status illius fœlicis, plenam lætitiam minuerent, Numen prouideret. Nec dicas si præceptum latum esset a principio mundanæ fabricæ, non esse iterandum cùm lex per Moysem post secula multa transacta, publicata est? fortè enim penes maiores, & sapientiores Iudæorum notitia solùm extitit, aut in desuetudinem abiit religio antiqua de putè obseruando tanto die, & seruilibus ministeriis reiectandis; itaque præcepti renouatio vtiliter facta est. Sed quemadmodum his adducimur, vt præcepti impositionem absurdo vacare sentiamus, ita quoque fatemur nihil occurrere, quo moueamur credere de facto eiusmodi latum fuisse præceptum; id igitur præter dubium esse videatur, Protoplastum filios adhortatum vt Numen hymnodia, victimationibus, templo & altaribus venerarentur; hos inter ritus festam signasse lucem, qua non tantùm à Sacerdotibus & Mystis, sed etiam ab omni veræ religionis professorum multitudine Numinis inuocaretur beneficentia, cur admittere quispiam renitatur? certam autem cùm oporteret diem præscribi, quo mens exercitaretur, laudes creatori maiori cum pompa decantarentur, vulgus à mechanicatum artium lucro cessaret, nulla lux totius hebdomadæ opportunior ea, quam conditor Orbis terrarum benedixit, & sanctificauit, Sabbato nimirū; itaque Sabbatum Adam coluit, & quæ sequuta est deinceps veri Creatoris imbuta cognitione, & amore posteritas. Neque istud ij inficiantur, qui respuunt præcepto ligatam Sabbati obseruantiam; ergo festorum dierum sacra origo cum mundi infantia cœpit in Sabbati cultibus. Suarez tom. 1. lib. 2. (Suarez.) de diebus festis, cap. 1. num. 2. Pereira præfatione (Pereira.) ad commentarios in Genesim num. 13. Genebrardus (Genebrard. & alij.) Chronolog. lib. 1. pag. 22. Steuchus in Cosmopœia ad cap. 2. Genes. vers. 2. ibidem Fonseca Caietani scholiastes. Lorinus in cap. 1. Actor. vers. 12. Magallañez in c. 5. Iosue vers. 10. sect. 2. annotatione 1. num. 5. Sà ad cap. 2. Genes. vers. 2. Ribera in cap. 4. ad Hebræos vers. 3. Boulduc lib. 1. de Ecclesia ante legem, cap. 1. Torniellus anno mundi 236. num. 4. Salianus tom. 1. die mundi 7. num. 4. Quoniam verò in Sabbatum desinens lux sub mundi natalitio septenarium (*Septenarius in honore numerus.*) coronat numerum, hic etiam numerus arcanus, & religiosus haberi cœpit, quemadmodum expendunt Eugubinus in Cosmopœia ad cap. Genes. 2. vers. 2. *& requieuit die septimo,* &c. & subtiliter Andreas Masius in cap. 6. Iosue vers. 15. Quamobrem eo de numero pulchra contemplantur, & deprædicant Philo Hebræus de opificio mundano ad medium. Basilius homilia 11. in Hexaëmeron. Nazianzenus oratione 44. in Sanctam Pentecosten, iuxta principium. Ambrosius tractatu, seu epistola ad Horantianum. Cyprianus de exhortatione ad Martyrium, cap. 11. & de cardinalibus Christi operibus, sermone de Spiritu sancto; Hieronymus in cap. 5. Amos, in illud, *quia hæc dixit Dominus,* &c. Augustinus lib. 11. de ciuitate Dei, cap. 31. Iustinus Martyr in expositione quæstionis 69. à Gentibus propositarum. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 5. cap. 6. Chrysologus sermone 139. de remittendo fratri delicto. Beda lib. de temporum ratione, cap. 62. Rupertus in cap. 1. Habacuc, in illud, *& congregabat quasi arenam,* &c. Bernardus serm. 15. in Cantica. Remigius Rhemensis in cap. 11. epistola ad Roman. Elias Cretensis in 3. Nazianzeni orationem num. 23. Ioannes Philoponus lib. 7. de mundi creatione, cap. 14. ad hæc Tullius in somnium Scipionis, quem allegat Hieronymus in cap. 5. Amos. Macrobius lib. 1. in idem somnium cap. 6. Gellius lib. 3. cap. 10. ex Neotericis Rhodiginus lib. 4. cap. 24. & lib. 22 cap. 12. Serrarius in cap. 6. Iosue, quæst. 28.

&

& in cap. 12. Tobiæ quæst. 7. Salmeron tom. 1. Prologom. 20.

85. *Quibus vacare operibus Sabbato permissum.* Qualis ob honorem Sabbati esset feriatio, declaratum cap. 5. Deuteronomij vers. 14. *Septimus dies Sabbati est, id est, requies Domini Dei tui; non facies in eo quidquam operis tu, & filius tuus, & filia, seruus, & ancilla, & bos, & asinus, & omne iumentum tuum, & peregrinus, qui est intra portas tuas; vt requiescat seruus tuus, & ancilla tua sicut & tu*; ad quæ alludens Philo Hebræus lib. 2. de vita Moysis non longè ab initio, inquit: *Quis enim sacrum illum diem per singulas hebdomadas recurrentem non honorat, remissionem laborum, feriásque afferentem patrifamilias cum domesticis, non ingenuis tantùm, verum etiam mancipiis, & iumentis insuper? Nam hic inducias laboris affert omnibus mansuetis animantibus creatis in ministerium hominum, & à natura addictis eorum seruituti; affert etiam arboribus, & stirpibus omnibus; nec ramum enim, nec frondem, nec folium demere fas est, ne fructum quidem vllum decerpere, immunitate in vnum diem concessa his omnibus, velut publico præconio interdictum esset hæc attingere.*

Deut. 5. 14.

*Num licuerit emere, aut vendere.* Non licuisse in Sabbato emere, aut vendere, colligitur ex lib. 2. Esdræ cap. 10. vers. 31. & cap. 13. vers. 15. de quo

Philo. Philo idem legatione ad Caium admonet, dicens: *quando nostris nec dare licet, nec accipere, nec operis quidquam facere, præsertim quæstus gratia*,

Ioseph. Cæsaris edicto cautú memorat Iosephus lib. 16. antiquit. cap. 10. *ne cogerentur Iudæi ad præstanda vadimonia Sabbatis*; & quidem aliis festis, quales erant dies prima, & septima azymorum, quod impendebatur operis in ciborum præparatione, licebat, vt constat Exodi cap. 12. vers. 16. Sabbatum vacationem etiam culinæ afferebat; quare

Exod. 16. 23. iubentur disponi cibaria luce antecedenti Exod. cap. 16. vers. 23. *Requies Sabbati sanctificata est Domino eras; quodcumque operandum est facite, & quæ coquenda sunt coquite*; atque in eundem scopum ignem accendi prohibetur Exod. cap. 35.

Ibid. 35. 3. vers. 3. *Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem Sabbati.* Posteriores Iudæi nunquam superstitiosis, & ineptis satiari interpretationibus, Sabbati obseruantiam modò non abolita esset, ridiculam fecere; qualis Dositheus

Origenes. ille Samaritanus & alij, de quibus narrat Origenes lib. 4. Periachon cap. 2. statuisse, *quo vnusquisque habitu, quo loco, qua positione in die Sabbati fuerit inuentus, ita vsque ad vesperam debeat permanere; id est, vel si sedens, vt sedeat tota die; vel si iacens, vt tota die iaceat*; iuxta quam traditio-

Synesius. nem refert Synesius epist. 4. ad Nicandrum de Iudæo puppis gubernatore, qui tempestate oborta cum maximè nauem tegere oporteret, Sabbato incipiente, clauum statim abiecit, ne quid per eum diem operis exerceret. Nonnihil pariter Iustinus suggerit Martyr huius generis Dialogo cum Tryphone. Vera igitur declaratio est, seruilia tum ablegata ministeria, non autem spiritualia exercitamenta, Religionis actus, miracu-

Philo. la, & agenda ad vitæ conseruationem necessaria; Philo Iudæus lib. 3. de vita Moysis; *hanc ob rem ille maximus Moyses æquum censuit, vt omnes adscripti eius ciuitati ius naturæ sequentes, celebrarent hunc diem otio, festísque hilaritatibus, intermissis laboribus, & opificiis quæstuariis, negotiisque victum pa-*

Irenæus. *rantibus.* Venustè S. Irenæus lib. 4. contra hæreses cap. 19. *Non enim prohibebat lex curare homines Sabbatis, quæ & circumcidebat eos in hac die, & pro populo iubebat ministeria Sacerdotibus perficere, sed & mutorum animalium curationem non prohibebat; & Siloa etiam Sabbatis curauit, & propter hoc assidebant ei multi die Sabbatorum; continere enim se videbat eos lex ab omni opere seruili, id est, ab omni auaritia, quæ per negotiationem, & reliquo terreno actu agitatur: animæ autem opera, quæ sunt per sententiam, & sermones bonos in auxilium eorum, qui proximi sunt, adhortabatur fieri, & propter hoc Dominus arguebat eos, qui iniustè exprobrabant ei, quia Sabbatis curabat; non enim soluebat, sed adimplebat legem summi Sacerdotis operam faciens, propitians pro hominibus Deum, & emundans leprosos, infirmos curans.* Similia Epiphanius hæresi 66. dum

Manichæi errores dinumerat; at nec semel Tertullianus, libro nempè contra Iudæos cap. 4 & lib. 4. contra Marcionem cap. 12. *Nam cùm de die Sabbati dicit: Omne opus tuum non facies in ea; dicenda* tuum, *de humano opere definit, quod quisque ex artificio, vel negotio suo exequitur; non de diuino: opus autem salutis, & incolumitatis non est hominis, sed Dei proprium*; consule Tolerum in cap. 5. Ioannis annotatione 11. Serratium in cap. 6. Iosue quæst. 29. Bomfrerium in cap. 20. Exod. vers. 8. §. *petes, quænam*, &c. & fusè discutientem Tostatum in cap. 12. Exodi à quæst. 20. Tertullian.

Illud specialiter de Sabbato inquiri consueuit, 86.

num in viam se dare, & iter conficere saltem *Cur Sabbato exspatiari cōcessum.*

oblectamenti, & recreationis gratia Hebræis liceret? Deambulationes etiam laxandæ mentis causa interdictas fuisse non paucis visum indicari Exodi cap. 16. vers. 29. *Maneat vnusquisque apud semetipsum, nullus egrediatur de loco suo die septimo.* L X X. *Sedete vnusquisque in domibus vestris; nemo egrediatur de loco die septimo*; verùm hoc mandatum vt ex capitis illius narratione infertur, de Manna solùm fuit, quod die septimo ob Sabbati reuerentiam colligi prohibebatur; quare generalis præceptio non est Hebræos omnium ætatum ligans; efficacior probatio ex Matth. cap. 24. vers. 20. *Orate autem, vt non fiat fuga vestra in hyeme, vel Sabbato*; nempè, vt communis profert expositio, Brumæ horrida tempestas ob pluuiam, ventos, fluminum non permeabiles alueos, glebæ cœnosum pauimentum fugæ minus apta est: Sabbatum autem propter festiuitatis magnitudinem, cui debitum, ne peregrinatio aliqua suscipiatur. Neque asseras, qui tum itineri & cursibus se dedissent, vitæ seruandæ necessitate obstrictos; capitis verò salutem excusare transgressionem mandati profectionem Sabbato vetantis; hoc enim verum est, sed Iudæis Sabbati tanta erat Religio, vt vitæ etiam manifesto cum discrimine otium eius seruarent, cùm tamen si aliter fecissent, violati Sabbati rei non haberentur. Exemplum est, quod sæpè adorti ab hostibus in die Sabbatorum, trucidari magis elegerint, quàm pugnando, & agendo Sabbati requiem confregisse, liquet Machab. 1. cap. 2. vers. 34. & Machab. 2. cap. 5. vers. 25. & cap. 15. vers. 1. Quanquam postea visum id quod æquissimum erat, festi celebritatem non impedire, quo minus Reipublicæ hostes deleantur, vt à Mathathia duce eorum edoctum est 1. Machab. cap. 2. vers. 41. & approbant Hegesippus lib. 1. de excidio Ierosolymitano c. 1. sub initio. B. Ambrosius lib. 1. officiorum cap. 40. S. Thomas 2. 2. quæst. 40. art. 4. in corpore, Tostatus quæst. 35. in cap. 20 Exodi sub finem; ad eos igitur Iudæos

Exod. 16. 29.

L X X.

Math. 24. 20

alludens, è quibus vulgus, & maior copia, qui
ob imperitiam cogitabant Sabbati obseruan-
tiam temerari si quauis de causa profugerent, &
longo ambularent itinere, dicebat Christus iux-
ta gentis morem, vt non fiat fuga vestra Sabbato.
Nihilominus tenendum est, quanquam Hebræis
non erat permissum Sabbato in remota progre-
di loca, non omnem tamen sublatam fuisse de-
ambulationem, ita vt sedere, aut stare fixos opor-
teret tota ea festiuitate; nam legitur de Serua-
Matth. 12.1. tore Matth. cap. 12. vers. 1. *In illo tempore abiit Ie-*
*sus per sata Sabbato; Discipuli autem eius esurientes*
*cœperunt vellere spicas, & manducare.* Porrò statim
æmuli Pharisæi exprobrant de minori erga Sab-
batum reuerentia, quòd spicæ euellerentur, qua-
si hoc sit opus facere, à quo vacare Sabbato
oportebat; non autem suggillant, quod per agros,
& sata cum Apostolis exspatiaretur, videlicet,
quoniam fas erat etiam in Sabbato campo pau-
*Iter Sabbati à Ierosolyma ad montem Oliuarum.* lulum deambulando recreari. Hoc quoque om-
nium interpretum consensu denotat B. Lucas
Actor. cap. 1. vers. 12. *Tunc reuersi sunt Ierosoly-*
*mam à monte, qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Ie-*
*rusalem, Sabbati habens iter*; hoc est, ea à Metro-
poli distantia, quantam peragrare Sabbato Iu-
dæis licitum erat; sed quotæ longitudinis spa-
tium hoc? breue fuisse, & quo iter confici exi-
stimari non possit, operæ pretium est suppona-
mus, itinera enim suscipi vetitum fuerat; quippe
Iosephus Flauius lib. 13. antiquit. cap. 16. sub fi-
Damascen. nem, testem citat Nicolaum Damascenum, (id
quod etiam præstat Iosephus filius Gorionis
lib. 4. historiarum Iudaicarum cap. 4.) Antio-
chum bella prosequentem socio Hyrcano Iu-
dæo, ad eius preces biduum substitisse immotis
exercitibus; *quòd in id tempus fortè quadam Iu-*
*dæorum festiuitas incurrerat, per quam non licebat*
Flauius. *eis iter facere*; subnectit autem statim Flauius
Iosephus; *& verum est, quod ille scripsit, nam Pen-*
*tecoste instabat post Sabbatum; quo tempore nostris*
*iter facere nefas habetur.*

87. Hieron. De Sabbati illa profectione, quæ iter laxiori
significatione nominatur, auscultandus B. Hie-
ronymus epist. 151. ad Algasiam, quæst. 10. *Præ-*
*terea quia iussum est, vt diebus Sabbatorum sedeat*
*vnusquisque in domo sua, & non egrediatur, neque*
*ambulet de loco, in quo habitat; si quando eos iuxta*
*litteram cœperimus arctare, vt non iaceant, non stent,*
*sed tantùm sedeant si velint præcepta seruare; solent*
*respondere, & dicere: Rabakiba, & Simeon, & Hille*
*Magistri nostri tradiderunt nobis, vt bis mille pedes*
*ambulemus in Sabbato.* Pedis autem vocabulum si
strictè accipiamus, milliarij vnius dimidium bis
mille non explent pedes, nam mille passibus
constant milliaria, passus autem quisque pedes
rigorosè sumptos quinque continet, proinde bis
mille pedes nondum milliarij pertingunt ad di-
midium; hæc autem concessio cum auara nimis
quibusdam visa sit, pedes intelligunt passus, &
subinferunt ad duo mille passus, id est, duorum
milliariorum interuallo licuisse deambulare, quæ
est opinio Ariæ Montani in cap. 1. Actor. vers. 12.
ibidem Vatabli, & Marianæ, Salmeronis tract. 8.
in Acta. M[illegible]ldo[illegible] in cap. 21. Matth. vers. 1.
Prob[illegible] censend[illegible], non nisi ad mille, aut
prope mille passus hoc expansum iter, hoc est,
vno ferè milliario, quippe terminus eius mons
Oliuarum, hunc à Ierosolymis separatum quin-
Iosephus. que stadiis decernit Iosephus lib. 20. antiquit.
cap. 6. tamen lib. 6. de bello, cap. 3. inquit, *castra*
*Romanorum posita sexto ab Hierosolymis stadio, qua*
*in parte, qui appellatur Elæon contra ciuitatem ab*
*Oriente situs est*; videtur montem Oliuarum iux-
ta quasdam suas partes longiùs distare à Ierusa-
lem, vt brachium aliquod remotum sit ad quin-
que stadia, alterum sex stadiis; fortasse & in
septem stadia, sic enim Syriaca translatio deno-
tat Actor. cap. 1. vers. 12. *& distat ab ea circiter* Act. 1. 12.
*septem stadiis*, id est, milliario ferme; stadium
enim centum & vigintiquinque passibus exten-
ditur, authore Plinio lib. 2. histor. natur. cap. 23.
milliarium, cùm passus mille requirat, octo sta-
dia exposcit; quamobrem de Bethania, quam
S. Ioannes cap. 11. vers. 18. refert quasi stadiis
quindecim à Ierosolymis semoueri, Eusebius &
S. Hieronymus in nominibus Hebræis adstruunt
secundo ab Ælia milliario distare; equidem Be-
da Oliuarum collem ad mille passus, scilicet mil-
liario vno à Ierosolymis abesse tradit libro de
locis Terræ sanctæ cap. 7. & in cap. 1. Actor.
vers. 12. VVilielmus Tyri Archiepiscopus, qui
Iudæam perlustrauit, & intuitus est lib 8. histo-
riæ de bello sacro, cap. 11. disertè attestatur; *est* Tyri.
*autem mons Oliueti vrbi ab Oriente oppositus, ab*
*vrbe quasi milliario distans valle Iosaphat interiecta;*
vnde est, quod à B. Luca dicitur, *ab Ierosolymis*
*iter habens Sabbati*; qua de causa Tostatus in Tostat.
cap. 11. Exodi quæst. 24. sub finem ad mille pas-
sus separari cùm docuisset, addit; *& sic dicitur*
*ab eis, qui viderunt terram illam*; mille interponi
passus statuunt Eucherius instructionum lib. 1.
quæstionibus in nouum Testamentum interro-
gatione 1. in Acta Apostolorum; Arator lib. 1. Arator.
metricæ expositionis in Acta Apost. sub initio.

*Liquit oliniferi veneranda cacumina montis*
*Ad messem prælecta manus, qui calle citato*
*Mœnia nota petunt, quo per sua Sabbata mille*
*Passibus ire licet.*

Historia Scholastica in Acta Apostolorum c. 6.
in eorundem cap. 1. vers. 12. OEcumenius Ori-
genis firmans testimonio ex libro 5. Stromatum;
ibidem Glossa interlinearis, Nicolaus de Lyra,
Hugo Cardinalis, Carthusianus, Sà, Tolerus in
cap. 7. Ioann. annuratione 2. titulo de Sabbato.
Quæ autem supra ex B. Hieronymo Rabinorum
traditio de bis mille pedibus, quæ ad dimidium
milliarij non pertingunt, prolata est, non impe-
dit, cùm S. Doctor eam non defendat, potiùs
eum referat in scopum, vt edoceat Hebræorum
præceptorum similes expositiones futiles, &
absurdas esse, quemadmodum obseruat Agobar-
dus Episcopus titulo de Iudaicis superstitioni-
bus: rectè autem Eucherius Lugdunensis Anti-
stes paulò antea memoratus in Actor. cap. 1.
vers. 12. suggerit facultatem mille deambulandi
passus in Sabbato non restringi, vt solum à Iero-
solymis in montem Olìueti itaretur à Iudæis,
sed vbicumque residerent, potuisse vno millia-
rio exspatiari; inquit, *Sabbati habent iter, id est,* S. Thom.
*mille passus; Sabbato enim vsque ad montem Olive-*
*ti ire Iudæis licitum erat, vel certè Siculi fuissent,*
*tanto spatio deambulandi licentiam præsumebant.*

Quæ autem causæ præstitæ indulgentiæ eun- 88.
di in Sabbato ad mille passus? Lyra honestæ la- Lyra.
xationis gratia concessum innuit in cap. 1. Actor.
vers. 12. *Distans à Ierusalem per mille passus, & di-*
*citur iter Sabbati, quia licebat Iudæis in Sabbato a*
*sua ciuitate, vel loco tantum elongari; talis enim*
*ambulatio*

*ambulatio magis erat ad recreationem, quàm ad laborem, propter quod non erat contra Sabbati quie-*
Dion.Carth. *tem*; adhæret Nicolao Dionysius Carthusianus; approbat Tostatus,& insuper addit,pietatis,aut religionis ergò datam concessionem eam: *&* *poterant Hebræi*, (ait in 4. Reg. cap.4. quæst.32.) *in diebus Sabbatorum ambulare per mille passus eundo, & per mille redeundo, causâ solatij, vel ad aliquam causam piam.* Vt autem teneamus quis stimulus deuotionis vrgeret,notare iuuat cum eodem Abulensi citati capitis quæst. 30. cùm Israëlitis non esset nisi templum vnum solenne & destinatum,quo sacrificabatur Numini, & legis ceremoniæ exercebantur, ad supplementum erecta per vniuersam Palæstinam, quin & in aliis Prouinciis,in quibus multitudo Iudæorum fixerant habitationem,minora fana, quæ Synagogæ, hoc est,oratoria dicebantur; vocis Synagogæ aliæ sunt interpretationes, quas exhibet Toletus annotatione 2. in cap.16. Ioannis,modò hac vtamur significatione, quæ vera & propria est; istorum sacellorum,seu minorum ædiculatum tanta extitit copia, vt intra Ierosolymam numerarentur ad quadringentas & octoginta, quemadmodum ex R. Manahem Geoebrardus attestatur lib. 2. Chronologiæ anno mundi 3640. Sigonius etiam lib. 2. de Republ. Hebræorum cap.8. Hæc autem oratoria Sabbato adire mos erat; si interroges quem in finem? Sanè, precationis gratia, Deum oraturi pro necessitatibus. Quamobrem Iudicum c.20. vers.1. dicitur, cunctas Tribus Israël conuenisse in Masphа in Ecclesiam populi Dei; cùm autem ibi non esset Tabernaculum fœderis, & Arca Domini,verùm in Sylo,vt liquet ex eiusdem capitis versu 18. & Reg. lib.1. cap.1. vers.3. Interpretum vulgata cogitatio est,de particulari templo explanandum esse, nimirum de Synagoga, quæ quidem orationis fuisse Sacrarium docetur
1.Mach.3.46 lib.1. Machab. cap.3. vers. 46. *Venerunt in Maspha contra Ierusalem, quia locus orationis erat in Maspha antè in Israël*; eodem construunt modo illud ex cap.6. Iudith vers.21. *Postea verò conuocatus est omnis populus, & per totam noctem intra Ecclesiam orauerunt petentes auxilium à Deo Israel.*
Act.16.13. Actorum cap.16. idem insinuatum vers.13. *Die autem Sabbatorum egressi sumus foras portam iuxta flumen, vbi videbatur oratio esse*; Syriaca habet translatio; *quoniam ibi conspiciebatur domus precationis*, Synagoga videlicet,vt communior sententia statuit; pro oratione, quam noster habet textus, Græcè est *προσευχὴ*; hoc autem nomine Iudæorum Synagæ appellantur,eam sanè ob ra-
Ioseph. tionem, quòd ad precandum ædificarentur; Iosephus in vita sua post medium; *sequente igitur die populus conuenit in Proseucham, quam vocant precationis domum, amplum, & capacem tantæ multitudinis.* Philo Iudæus lib.3. de vita Moysis non
Philo. longè à fine: *Nam destinata oppidatim sacris precationibus loca, quæ Proseuchas vulgus nominat; quid aliud sunt quam scholæ, in quibus prudentia, fortitudo, temperantia, iustitia, pietas, sanctitas, omnisque virtus discitur, quæcumque ad humana, diuinaque negotia requiritur?* libro contra Flaccum *sacra loca* nuncupat, in quibus oratio fundebatur pro iis, à quibus beneficia accepta sint; & legatione ad Caium. *Hos sciebat*, (Iudæos subintelligit,) *habere suas Proseuchas,in quibus cœtus facerent, præsertim Sabbatis iuxta religionem pa-*

*triam.* Iam & in versum 296. satyræ 3. Iuue- Iouenal.
nalis,

*Ede, vbi consistas, in qua te quæro Proseucha*,&c. Verus Scholiastes habet in Glossario; *προσεύχεσθαι enim Græcè orare dicitur, & Proseucha locus Iudæorum, vbi orant*; quæ etymologia Proseuchæ Adriano Turnebo arridet lib. 1. aduersariorum cap. 19. Verùm non precationis amore tantùm constructæ passim Synagogæ, sed insuper, quo legis interpretationem confluens multitudo disceret, & per sacras conciones hauriret quid operari conueniret æternam allaturum beatitatem; de Christo Seruatore Marc. cap.1.vers.21. Marc.1.21.
*& statim Sabbatis ingressus in Synagogam, docebat eos.* Lucæ cap.4.vers.16. *& intrauit secundum con-* Luc.4.16.
*suetudinem suam die Sabbati in Synagogam, & surrexit legere; & traditus est illi liber Isaiæ Prophetæ*, &c. de verbo etiam Dei ad populum habes Actor. cap.13. vers. 14. *& ingressi Synagogam die* Act.13.14.
*Sabbatorum, sederunt*, (Paulus nempè & Barnabas,) *post lectionem autem legis, & Prophetarum, miserunt Principes Synagogæ ad eos, dicentes: Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite: Surgens autem Paulus, & manu silentium indicens, ait: Viri Israëlitæ, & qui timetis Deum,audite*,&c. Denique de generali vsu Actor. Act.15.21.
cap.15. vers.21. *Moyses enim à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum prædicent in Synagogis, vbi per omne Sabbatum legitur.* Ab his non discrepat Philo lib. 3. de vita Moysis, post Philo.
medium; *Mos enim erat certis temporibus, præcipuè Sabbatis, operam dare studio sapientiæ, principe Doctoris vice fungente, præmonstranteque officia; subditis autem in honestate proficientibus, & mores, vitamque corrigentibus*; & legatione ad Caium, *nec circa Proseuchas quidquam innouauit,nec cœtus, in quibus leges discerentur, fieri vetuit*; libro autem de vita contemplatiua monet intra Synagogas mulierum separata fuisse loca, ex quibus à virorum contubernio distinctæ auscultarent:quanta autem grauitate eius professionis cultores vniuersa peragerent, describit; *Septima verò conueniunt in cœtum communem, & iuxta ætatis ordinem consident decenti habitu, manus continentes sub pallio, dextram inter pectus, barbàmque, sinistram applicatam lateri; tum progressus in medium natu maximus, & dogmatum eius sectæ peritissimus, disserit vultu ad grauitatem composito, voce moderata non sine magna prudentia, secus quam oratores, aut ætatis nostræ sophistæ, ostentatores eloquentiæ; reliqui omnes auscultant per summum silentium, annutantes oculis tantùm, aut capite; id commune Semneum, in quod septimo quoque die conueniunt, septo clauditur duplici, separatis virorum, ac mulierum cœtibus, nam mulieres quoque simul auscultant ex more, duntaxat, quæ instituunt idem sectantur.*

89. *Synagoga plurima in Iudæa; vbi?*
Hos igitur præcipuè ob fines Synagogæ in ciuitatibus,& villis ædificatæ, at non intra muratа solùm loca,sed extra vrbes interdum, quanquam non procul ab oppidis: verisimile autem est montis alicuius frondosi, & viridantis parte amœniori constructas; vel aquarum propè cursus ad fluminum gramineas ripas; Sabbatis enim cùm longam suscipere peregrinationem Hebræis interdictum esset, nec vltra mille passus exspatiari concessum fuerit, voluerunt quidem Synagogas iis fabricari terminis, quibus à loci iucunditate ob glebæ fœlicitatem & delicias, oblectamentum,& recreatio esset; huius moris testimonium

Act. 16.13. Quem in fi-num. testimonium cap. 16. Actor. vers. 13. *Die autem Sabbatorum egressi sumus foras portam iuxta flumen, vbi videbatur oratio esse*; Prosencha nimirum & Synagoga, in qua precandum erat, sed oppidorom à muro distans, & fluuij sita ad marginem honesti laxamenti causa; quo de vsu egregiè tractar, simúlque Actorum memorata

Epiphan. exponit verba S. Epiphanius hæresi octogesima contra Massilianos, in principio; *& fuerunt quidam antiquitus orationum loci, tum inter Iudaeos extra ciuitatem, tum inter Samaritas, velut etiam in Actibus Apostolorum inuenimus, vbi purpurarum venditrix Lidya Paulo occurrit, & sic quoque diuina Scriptura narrat, quod videbatur locus orationis esse, & accesserunt, & docuerunt Apostoli mulieres, quæ illo tempore conuenerunt; sed & orationis locus est in Scicimus, quæ nunc appellatur Neapolis, extra vrbem in campestri regione duorum fermè signorum distantia, speciem theatri præ se ferens; in aere, & sub dio, constructus a Samaritis, qui omnia Iudaeorum imitantur.* Quanquam igitur mille passuum absentiam, quam in Sabbato Iudæis facere licuit, non oportebat vni alicui stationi deputare, sed liberum esset quocumqoe vellent pergere; tamen, cùm in his oratoriis, quæ per agros, in montibus, iuxta fluuius constructa erant, & valetudini consultum esset ob soli benignitatem, fontium hilares clamores, florum & plantarum lætos vultus, auium modulosè syluæ ramis, simulque pietas aleretur, qua preces, & vota fundendo, qua audiendo legis interpretationem; hæc sacra adire in Sabbatis domicilia, ibi festæ lucis otium consumere maior voluptas erat, ac generalis fermè Iudæorum consuetudo; quamobrem Regum 4. cap. 4. cum Sunamitis profesto hebdomadæ die ad Elisæum vatem pergere tentaret,

4. Reg. 4.23. maritus interrogat vers. 23. *Quam ob causam vadis ad eum? hodie non sunt Kalendæ, neque Sabbatum?* nempè, quamquam intra Sunæ vrbem Synagogæ ædificatæ essent, Sabbatis tamen magis placebat ciuitatem relinquere, & ea visitare Sacella, quæ in campestribus fabricatæ erant, Prophetas adire, benedictionem exposcere, quod vsitatum Hebræis aduertunt hunc in locum Lyra, Tostatus quæst. 30. Hugo Cardinalis, Vatablus, Serrarius, Sanchez, Alapide. Hoc igitur tam frequens Iudæis peregrinatio ad Sacella ab oppidis milliario vno semota, Sabbati speciali adpropriatione, iter vocabatur, licèt in rigore quocumque pergendum esset, dummodo per mille tantùm passus, Sabbati quoque iter fuisset.

90. Quoniam verò Synagogæ, quales eas delineauimus, cum singulariter excogitatæ in finem videantur, Sabbati vt magnificarent cultum, Sabbato namque perspeximus cœtus imprimis congregari Proseuchas illas adeuntium, iuuat inquirere quando Sabbato celebritatis tantum acces-

Quanta vetustatis origo. Sigon. sit ornamentum? & quo tempore talia institui cœperunt domicilia? Sigonius lib. 2. de Repub. Hebræorum, capite vltimo, omninò putat Babylonicæ captiuitatis occasione primùm erectas plas has ædiculas; cùm enim Templo exules Hebræi caterent, his suppleuisse minoribus fanis. Quis tamen credat Salomonem, à quo Ierosolymitanum conditum est templum, præ mortalibus alij sapientem, & prouidum, cùm eius sub imperio ob pacem diuitiarum maxima cum affluentia coniunctam, Hebræorum infinita numeraretur multitudo per omnem Iudæam dispersa, committere voluisse vt nulla haberent Sacella, vel Oratoria in ciuitatibus & oppidis, in quibus & Numen inuocarent, eidem laudes referrent, legis ad explicationem, & moralem per conciones instructionem, conuocarentur? Exscribamus pulchram Optati Mileuitani attesta- Optatus.
tionem lib. 3. contra Parmen. initio ferè; *Non in illo monte Sion, quem in Syria Palæstina à muris Hierusalem paruus disterminat riuus, in cuius vertice est non magna planicies, in qua fuerant septem Synagogæ, vbi Iudaeorum populus conueniens, legem per Moysem datam discere potuisset; vbi nulla lis audita est, nec ab aliquo celebratum iudicium, nec aliqua est illic ab vllo iudice lata sententia, quia locus erat doctrinæ, non controuersiæ: post doctrinam si quid agendum erat, intra muros Ierusalem agebatur; inde scriptum est in Isaia Propheta: Ex Sion prodiet lex, & verbum Domini de Ierusalem.* Quanquam verò Optatus non exprimat, quo tempore exædificatæ sint nominatæ Synagogæ, coniectatur tamen non malè per Salomonem extructas Pineda Pineda.
lib. 3 de rebus Salomonis cap. 28. num. 5. fortassè voluit grauissimos, & peritissimos totius ditionis Magistros ibi stipendia promereri, qui interdum excurrerent per vrbium reliquarum Synagogas, (vt factum à religiosissimo Principe Iosaphat discimus 2. Paralipom. cap. 17. vers. 9.) vt Archysynagogi, & alij Doctores legis eam traderent explicationem, quæ Ierosolymis tradebatur, vtpote à consummatissimis Præceptoribus; & hinc sensu aliquo non spernendo apud Isaiam cap. 2. vers. 3. *Quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem.* At Synagogarum Isai. 2.3.
origo etiam Salomonis æuo vetustior; ex quo enim sub Iudicibus Hebræi à præliis respirare cœperunt, cùm Tabernaculum, & Arcam non nisi ratò vniuersi adirent, temporibus nimirum à lege præscriptis, oportebat ad solatium proximè habere loca sacris dicata muneribus, quare Proseuchæ in vrbibus, per villas, & oppida erectæ sunt; hanc Rabinorum ipsorum de initiis Synagogarum relationem exosculantur Toletus annotatione 2. in cap. 16. Ioann. § *origo, & antiquitas*, &c. & cum eo Torniellus anno mundi 2594. num. 13. Becanus Analogiæ cap. 13. num. 39. Spondanus in Annalibus sacris, anno mundi 2601. num. 10. Assentior, Hebræos, quemadmodum non nisi post adeptam terram repromissionis Reipublicæ fixas habuere sedes, & sacra atque prophana modis ordinare perfectis voluerunt, ita nec Synagogis normam absolutam, stabilésque fabricas vsque in id temporis datam; cæterùm, quòd nulla eiuscemodi precationum delubra ante subiugatos Chananæos Hebræis familiaria extiterint, non facilè admisero; nam sanè, cùm adhuc desertum, & longum ad regiones lacte, & melle abundantes iter eos à diligentiori sacrarum rerum prouidentia vtcumque excusaret, tamen præter Tabernaculum magnum fœderis, Moysi particulare aliud Tabernaculum fuerat, quo contemplationibus vacabat, & vnde concionabatur populo, dubiaque religionis interpretabatur; hoc indicari
cap. 33. Exodi vers. 7. *Moyses quoque tollens Tabernaculum, tetendit extra castra procul*, &c. iudi- Exod. 33.7.
cant ibi Tostatus quæst. 9. Fonseca scholiis ad Caietanum, Alapide, Bomfrerius, Tirinus, Menochius. Serrarius lib. 1. in Iosue cap. 6. quæst. 5. Salianus tom. 3. anno Mundi 2544. num. 668.

Boulduc de Ecclesia ante legem, lib. 3. cap. 6. Hic ad eos deriuatus mos à vetustissimis Patri-
Gen. 25. 22. bus veri Numinis cultoribus; quippè Genes. cap. 25. vers. 22. cùm de Rebecca dicitur; *perrexitque, vt consuleret Dominum*; alij ad Sacellum referunt, & Oratorium, quales Diodorus Tarsensis in catena Græca, Theodoretus quæst. 75. in Genes. Procopius Gazæus in cap. 25. Genes. vers. 22. ibidem Pereira, Delrius, Cornelius, Bomfretius, Leonardus Marius, Tirinus. Salianus tom. 1. anno mundi 2198. num. 6. alij subindicant in monte Moria solemnem aliquam constructam Ecclesiam, quam administrabat vel Melchisedech, vel Heber, vel Patriarcharum insignior alius, vbi prophetica fundebantur Oracula: Chrysostomus homilia 50. in Genesim. Augustinus in eandem quæst. 72. apertiùs Eusebius & Gennadius in catena Lippomani. Comestor cap. 66. Genes. & in eiusdem cap. 25. vers. 22. Lyra, Tostatus quæst. 4. Carthusianus, Guilielmus Pepinus clausula 4. quæst. 6. Genebrardus Chronolog. lib. 1. ad finem 2. ætatis pag. 39. qui pag. 41. docet, profectum Abraham in Chanaam ad locum religionis, vbi præerat Melchisedech; atque ibi repleuisse omnia Sacellis, & altaribus, eam quasi totam regionem Deo consecrans; verùm rudimenta, & prima fundamina in ipsum Adamum transcribenda sunt, qui sicut primus Sabbati festum, atque otium religiosè obseruauit, ita sacras ædes fabricauit, in quibus fideles Sabbato speciatim conuenirent, Deo gratias persoluerent, tutelam animæ, corporis, & fortunatam commendarent, exhortationibus diuinis, & mysteriorum fidei declaratione mens ad omnium virtutum amorem stimularetur; hæc ipsa Enos sanctitudine nobilis, & religionis studio feruens perpoliuit, & increuit, de quo propterea
Gen. 4. 26. illud perclarum Genes. cap. 4. vers. 26. encomium, *iste cœpit inuocare nomen Domini*; nimirum, (vt
Torniell. autumat Torniellus anno mundi 236. num. 4.) per spirituales quosdam conuentus, & quasdam deuotas preces, hymnos videlicet, atque Psalmos piis locis hunc fabricatis in scopum decantandos Creatoris ob honorem diebus, Sabbati præcipuè, in quo à seruilibus abstinebant operibus, Oratoria frequentabant, corpore à quæstuosis laboribus emancipato, mens exercebatur;
Bened. Fern. Spondan. Torniellio adsentiuntur Benedictus Fernandez in Genes. cap. 4. versu vltimo. Spondanus anno mundi 236. num. 3. Sic igitur pariter cùm festa Sabbati requie à mundi incunabilis Templa, & Oratoria construi cœpta sunt, ex quibus Synagogarum forma deriuata est; quibus etsi victimas offerre ad sacrificandum liceret, aliósque absoluere ritus in lege naturæ; tamen id non permissum post Tabernaculi structionem, & Templum Ierosolymis exædificatum; in his enim Hostiæ offerebantur, iis Pontifex cum Sacerdotum & Leuitarum numerosa caterua grauiores quosque ceremonias tractabant, vt Deuteronomij cap. 12. vers. 4. & cap. 14. vers. 23. Leuit. cap. 17. vers. 3. indicatum; obseruántque Tostatus in 4. Reg. cap. 40. quæst. 30. Franciscus de Mendoça tom. 1. in lib. 1. Reg. cap. 1. vers. 3. annotat 6. circa litteram, sect. 1. num. 2.

91. *Iudæi num Sabbato ieiunarent.* Sabbato Iudæos consueuisse precibus vacare, Prophetarum & legis interpretationem auscultare, conciones obaudire monstrauimus; num insuper & ieiunare mos fuerit? Ethnici crediderе Scriptores Sabbato à cibis abstinuisse Hebræos, & quidem austero ieiunio; rigidum enim denotat Augustus Cæsar, qui apud Suetonium Aug. Cæs. in Octauio cap. 76. *Ne Iudæus quidem in Tiberi, tam diligenter Sabbatis ieiunium seruat, quàm ego hodie seruaui, qui in balineo demum post horam primam noctis duas buccas manducaui*, &c. hinc illis pallor si Persio credendum satyra 5. vers. 184. Pers.

*Labra moues tacitus, recutitaque Sabbata palles.*

Martialis lib. 4. epigramm. 4. in Bassam, *Sabbatariorum ieiunia* memorat; de iisdem in fragmentis Petronij ad finem satyrici;

*Et non ieiunia Sabbata lege premet.*

Vocat fortasse eandem ob causam, frigida Sabbata Rutilius Numatianus lib. 1. Itinerarij, de Ratil. Iudæis loquutus;

*Radix tristitiæ, cui frigida Sabbata cordi.*

Audet Iustin. lib. 36. Historiarum asserere, septimum diem more gentis Sabbatum appellatum, in omne æuum ieiunio sacrauisse. Denique Strabo lib. 16. Geograph. Ierosolymæ expugnatio- Strabo. nem à Pompeio tentatam dicit, obseruato ieiunij die, quo ab omni operé Iudæi abstinent; feriantur autem Hebræi plenè in Sabbato. Hæc igitur ieiuniorum lux; verùm monent Causabonus, & Torrentius ad Suetonij data verba, Raderus in Martialis allegatum carmen, non loqui eos de Sabbato strictè concepto, & die hebdomadam claudente, festóque & religioso Hebræis, sed de quibusque diebus, cùm omnes Sabbati voce exprimerentur. Nullus autem repugnat Iudæos ieiunia habuisse destinatis temporibus, & quidem, vt loquitur Philo lib. 2. de Philo. vita Moysis propè initium, *iuxta disciplinam austeram, & tetricam, tantùm decernimus, relegatam à Sabbato purè sumpto talem abstinentiam.* Quod si de hebdomadæ septimo die sacris dicato exercitamentis Paganos intelligendos Authores quispiam contendat, Iudæorum non satis perspectos habuisse ritus, proinde falsa, & inania, cùm de eorum moribus, & consuetudine narrationem instituunt, annectere, quale hoc de Sabbati ieiunio commentum suggerunt Baronius tom. 1. anno Christi 34. num. 157. Serrarius quæstiuncula 7. in cap. 8. Iudith. Sanchez ibid. num. 6. & quidem Pompeium die Sabbati Ierosolymam capere aggressum esse Iosephus consentit lib. 1. de bello, cap. 5. & lib. 2. cap. 16. nihil verò tradit de ieiunio Sabbati, vt Arabo loco superiùs præmonstrato agit, sed Pompei iniquitatem subindicat, qui ad oppugnandum diem illum elegerit, quo sciebat ob festi cultum Iudæos otio incumbere; nec velle laboribus implicari vllis, arma non tractare nisi quantum ad capitis discrimen repellendum, apertè necessarium sit. Portò Hebræos non consueuisse Sabbato ieiunare argumento est imprimis, quòd festa quæcumque vsus esset cum lætitia, & hilaritatibus celebrare, quas pocula & epulæ iucundabant, sobria nimirum atque ex temperantiæ regulis; ob] hoc suadebat Nehemias Esdræ lib. 2. 2. Esd. 8. 10. cap. 8. vers. 10. *Ite, comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes his, qui non præparauerunt sibi; quia Sanctus dies Domini est, & nolite contristari;* festi ratione ita adhortatum sententia ipsamet sufficienter exprimit, & Iosephus declarat lib. 11. antiquit. cap. 5. inquiens; *esse enim festum, nec licere ex die flere; quin potiùs hortabatur, vt ad epulas versi, ita vt festo die decet, hilariter agerent;*

non

Lyra. non inscite Lyra ad præfata textus Esdræ ver-
ba; *ex hoc patet, quòd in diebus festiuis possunt fide-*
*les, & debent lautius viuere; cum moderamine ta-*
Philo. *men.* Philo libro contra Flaccum; *tunc enim gra-*
*uius feruntur molestia, quando per eas non datur fe-*
*stos dies celebrare, fruique tranquillitate, ac remissio-*
*ne animi, qualem id tempus requirit*; sed præter
causas generales quorumcumque festorum, de
Iudith 8.6. Sabbato speciatim Iudith cap.8.vers.6. Laudata
religiosissimæ fœminæ abstinentia, Sabbata ex-
cipiuntur, quòd in his ob magnam solemnita-
tem ieiunia amouerentur; *ieiunabat omnibus die-*
*bus vitæ suæ, præter Sabbata, & Neomenias, & festa*
*domus Israel*; Sabbatum vocat Philo lib.2. de vi-
ta Moysis, diem lætum, remissionem laborum,
feriasque afferentem patrifamilias cum dome-
sticis, non ingenuis tantùm, verùm etiam man-
cipiis, & iumentis insuper; & lib.3. vitæ eius-
dem, diem otio, festisque hilaritatibus cele-
brandum intermissis laboribus, & opificiis quæ-
stuariis, negotiisque victum parantibus; quare
Sabbato prandebatur strato triclinio ad horam
sextam, meridiem videlicet, quòd nullo modo
Flauius. fiebat temporibus ieiuniorum. Iosephus Flauius
in vitæ suæ historia post medium; *& dubio pro-*
*cul exorta fuisset seditio nisi concionem soluisset hora*
*sexta, quæ nostros ad prandium vocare solet Sabbatis*;
& quidem ita obseruatum à primæua Sabbati
Tertull. institutione Tertullianus velit lib.4. contra Mar-
cionem cap. 12. *Meminerat enim & ille hoc priui-*
*legium donatum Sabbato à primordio, quo dies ipse*
*compertus est; veniam ieiunij dico; cùm enim prohi-*
*buisset Creator in biduum legi Manna, solummodo*
*permisit in Parasceue, vt Sabbati sequentis ferias pri-*
*diana pabuli paratura ieiunio liberaret*; legis Mo-
saicæ interdicto prohibitum ne Sabbato quis-
Damascen. piam ieiunaret, adstruit Damascenus lib. 4. de
fide Orthodoxa, cap.14. credo, intendit fortassè
ex nonnullis id colligi posse, nam textus expres-
Humb. à Syl-ua. sus non occurrit; Humbertus à Sylua candida
sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, tractatu
aduersùs Græcos schismaticos de azymo, & fer-
mentato propè initium: *Vos verò si non iudaiza-*
*tis, dicite: Cur Iudæis in simili obseruantia Sabbati*
*communicatis? epulantur ipsi, & soluunt semper in*
*Sabbato ieiunium; & vos epulamini, & soluitis sem-*
*per in Sabbato ieiunium*; ac fortassè dum flore-
rent res Hebræorum ante Seruatoris apparitio-
nem in terris, Deúmque sincerè plures colerent,
Sabbata cum gaudio quidem agebant per con-
uiuia, & recreationes alias: piè autem, & timo-
ratè viuentes, modum ponebant oblectamentis,
& honesta esse faciebant; postea verò otio Sab-
bati abutentes, epulationes sobrias in luxum at-
que ebrietatem, saltationes, & theatralia con-
Ignatius. uerterunt spectacula. S. Ignatius epistola 6. ad
Magnesianos. *Non igitur sabbatizemus more Iu-*
*daico, velut otio gaudentes, sed vnusquisque nostrùm*
*sabbatizet spiritualiter meditatione legis gaudens;*
*non corporis refocillatione, & remissione, non pridiana*
*comedens, & tepida bibens, & ad præscripta spatia*
*obambulans, & saltationibus, plausibúsque stupidis*
Tertull. *gaudens.* Tertullianus Apologet. cap.16. seu lo-
quatur, vt plerisque visum est, de Iudæis, seu, vt
nonnulli autumant, de Persis, qui more Iudaico
Sabbatum celebrabant; *diem Saturni otio, & vi-*
Augustin. *ctui decernunt.* Augustinus explicans titulum
Psalmi 91. *Psalmus Cantici in die Sabbati*, &c.
*ecce & hodiernus dies Sabbati est; hunc in præsenti*
*tempore otio quodam corporaliter languido, & fluxo,*
*& luxuriose celebrant Iudæi.* Nicephor. lib. 14. Niceph.
histor. ecclesiast. cap.14. *relictis scilicet rebus om-*
*nibus, studium omne in saltatorum spectaculis pone-*
*bant; Sabbati die in theatro ad saltatoris spectandos*
*frequentiores conuenerant homines, Iudæis nimirum*
*otio non ad legem audiendam ab vtentibus, sed ad*
*spectacula potius incumbentibus*; quæ etiam habet
Socrates Ecclesi. histor. lib. 7. cap.13. Denique
eousque conuiuiorum intemperantia progressa
est, vt Sabbatiorum luxus pro nimiis symposio-
rum voluptatibus in parœmiam abierit; sic enim
Auernum Sidonium non pauci intelligunt, dum Sidon.
lib.1. epist. 2. ad Agricolam, inquit: *Videas ibi*
*elegantiam Græcam, abundantiam Gallicanam*, &c.
*de luxu autem illo Sabbatario narrationi meæ super-*
*sedendum est, qui nec latentes potest latere personas*;
liquet igitur Iudæos Sabbato ieiuniis non va-
casse, imò lautiores eius diei epulas fuisse.

At quidem Iudæi, qui docerent Sabbati san- 92.
ctificationem quanti facerent, ad festi pompam *De Orientalibus primitiuis Christianis quid.*
ieiunia ablegauerint; sed quorsom idem perpe-
tratum à primis Ecclesiæ credentibus apud
Orientem? qui mos apud Græcos perseuerauit.
Porrò, ab initiis Christianæ religionis vetita
fuisse ieiunia Sabbato, locuples testis est, qui
tum vixerat, B. Ignatius Martyr epistola 8. ad Ignat. Mart.
Philippenses sub finem, inquit: *Si quis Domini-*
*cum diem, aut Sabbatum, vno excepto, ieiunarit, hic*
*Christi interfector est*; reperitur & inter Canones
Apostolorum sexagesimusquintus eadem stabi-
liens, dum præcipit: *Si quis Clericus inuentus fue-*
*rit die Dominico ieiunare, vel Sabbato, præterquam*
*vno solo, deponatur; sint autem laicus, segregetur.*
Non latet hunc Canonem suppositititium iudi-
cari à Cardinali Baronio tom. 2. anno Chri-
sti 102. num.15. itidem & Bellarminus subindi-
cat lib. 2. de Roman. Pontif. cap.27. §. *At Ca-*
*non*, &c. verùm, cùm huius Canonis doctrinæ
tam nobile accedat suffragium, quale ex S. Igna-
tio Martyre deprompsimus; & Clemens Roma- Clem. Rom.
nus, qui Canones Apostolorum dedit, idipsum
confirmat constitutionum Apostolicarum lib.5.
cap.19 & lib.7. cap.24. non oportet adiectitium
reputare, vt censent Turrianus lib.1. pro Cano-
nibus Apostolor. cap. 21. Alba Spinæus lib. 1.
obseruationum ad scripta Optati Mileuitani,
obseruat. 13. §. *certè si quis*, &c. Sed recipiatur
Canon ille, necne, morem Orientalis Ecclesiæ
fuisse, vt non ieiunaretur, ostendit Baronius Baron.
tom.1. anno Christi 57. num.202. qui citat Gre-
gorium Nyssenum oratione aduersùs eos, qui
reprehensiones ægrè ferunt, dum Sabbato Do-
minicæ diei æqualem ferè honorem tribuit; sed
à ieiuniis abstinentiam Orientalium firmatum
reperies Concilio Laodiceno canone 51. apud
Cassianum lib.3. Institutionum cap.10. & lib.5.
cap. 26. Humbertum à Sylua Candida tractatu
de azymo & fermentato, non procul ab initio,
Theodorum Balsamonem ad canonem 52.
Pseudo-synodi Trullanæ, Gregorium Hiero-Mo-
nachum magni Protosyncelli in Apologia pro
Concilio Florentino §. *nescit ergo, vt planè*, &c.
tom. 4. Concilior. parte 1. pag.700. Colonien-
sis editionis. Cur autem in Oriente factum est
vt à Christi cultoribus Sabbato is delatus sit
honor, ne in illo ieiunia obseruarentur, causa
fuit à Simonis Magi sectatoribus sparsum nefa-
rium dogma, vt perhibent Irenæus lib. 1. cap.27. Irenæus.
Epiphanius

Epiphan. &c. Epiphanius hæresi 21. & 41. videlicet Mundi creatorem, qui res corporatas produxit, & septima requieuit luce, non fuisse verum Deum: cùm autem Hebræi ob illius reuerentiam septimam hebdomadæ diem tanto colerent studio, Simoniani hæretici, nempè Saturninus, Basilides, Menander, Cerinthus, & huius cloacæ alij, quos postea Cerdon & Marcion imitati fuere, inuidia honoris, quem Sabbato exhiberi vident malo, vt illi blasphemabant Deo, ipsi è conuerso ieiunia constituere, significaturi luctu potius, quàm conuiuiorum hilaritate Sabbatum peragendum, eo denotantes indicio non bonum creatorem fuisse Authorem quietis Sabbati. Hoc igitur pestifero ab errore declinare quàm maximè volentes Catholici Orientales, inter quos dogmatum horum inuentores vigebant, Sabbatum in tantum extollebant, vt non maiorem Dominicæ penè luci gratiam exhiberent, imprimis verò curabant ne tum sicut hæretici illi faciebant, ieiunare; hoc putant vsus illius fundamentum Franciscus Torrensis in lib. 5. Apostolicarum constitutionum cap. 19. & lib. 1. pro Canonibus Apostolorum cap. 21. Bellarminus lib. 2. de bonis operibus in particulari, c. 18. Baronius tom. 1. anno Christi 57. num. 202. Seuerinus Binnius tom. 1. Conciliorum, ad sexagesimumquintum ex Canonibus Apostolorum. Alteram meditatur rationem, nec ignauam profectò, Gabriel Albaspinæus lib. 1. obseruationum, obseruatione 13. §. *Sed ad Sabbata*, &c. Nam quidem legales ceremoniæ etsi à Redemptoris obitu mortuæ esse cœperunt, non tamen mortiferæ, ita vt ad Christianismum transeuntibus ex Hebræorum populo iis aliquantum vel permissum sit ob causas, quas Augustinus expendit epist. 9. ad Hieronymum, atque epist. 19. ad eundem; cùm igitur Iudæis Sabbati festiua celebritate non aliud charius esset; in eo autem ad gaudij, & obseruantiæ demonstrationem ferculis solemnioribus vterentur, & ieiunia ablegarent, hoc ab eis statim tolli molestum fuisset: epulas igitur Sabbatorum etiam post Baptismum susceptum, prosequuti sunt; cùm autem ex eo, quòd Sabbato ieiunia non obseruarentur, Christianæ legis decreta non violarentur, cœpere idipsum alij ex fidelibus, qui de Circumcisione non fuerant, amplecti, ac tandem in consuetudinem Orientalis Ecclesiæ abiit.

93. *In Occidentali Ecclesia quorsum ieiunatum.* Verùm, si Orientis Ecclesiæ rectum duxerunt Sabbatorum diebus ieiunia exterminare, quamobrem Occidentalis Ecclesia non eundem amplexata est morem? in Occidente enim Sabbato ieiunatum esse constat ex Concilio Eliberitano cap. 26. Augustino epistola 19. ad Hieronymum quæ est 97. inter Hieronymi epistolas; atque epist. 86. ad Casulanum Presbyterum. Hieronymo epist. 28. ad Lucinium Bæticum. Cassiano lib. 3. institutionis cœnobiorum cap. 10. Amalario Fortunato lib. 4. de ecclesiasticis officiis, c. 37. Nicephoro lib. 12. Eccles. histor. cap. 34. Speciatim verò ex Innocentij I. epist. 1. cap. 4. quam allegant Gratianus Decreti 3. part. distinct. 3. de consecrat. cap. 13. Sabbato verò, &c. Iuo Panormiæ lib. 2. cap. 177. Berno Augiensis tractatu de spectantibus ad Missam, c. 7. Quàm autem hæc consuetudo antiqua fuerit, Romæ præsertim, non satis exploratum est; equidem Concilium Eliberitanum anno trecentesimo aggregatum comprobat Viuarius in Flauium Dextrum anno Christi 300. commentario 1. num. 5. huius Synodi cap. 26. intermissus vsus ieiunandi Sabbato, redintegratur; quamobrem in more quidem erat apud Hispaniæ Catholicos ante illius Synodi conuocationem: Hispanæ autem Ecclesiæ proculdubio ea in re imitatæ sunt Romanam temporibus Augustini & Hieronymi, quibus & Innocentius Papa nominis primus Ecclesiam rexit, constat Romæ, aliisque Occidentis partibus vicinis, & remotioribus, nec non apud Africæ fideles ieiunatum esse Sabbato, quanquam non vbique id factum, nam Mediolani, & Africæ aliquibus Ecclesiis Sabbato prandebant; sed tandem in omni Occidentali præualuisse Ecclesia statuit Bellarminus lib. 2. de bonis operibus in particulari, cap. 18. Bellarm. Profectò celebris illa ratio, quam Innocentius tradit, ob quam in Saluatoris memoriam Sabbato ieiunandum sit, non leuiter indicat praxim satis vetustam existimandam; *ac feria sexta,* (inquit,) *propter passionem Domini ieiunamus; Sabbatum prætermittere non debemus, quod inter tristitiam atque lætitiam temporis illius videtur inclusum; nam vtique constat Apostolos biduo isto, & in mœrore fuisse, & propter metum Iudæorum se occuluisse.* At si ob hanc rationem ieiunandum, cur in post Saluatoris mortem statim id fieri cœptum? differendi enim occasio quænam simul ac Romæ fidelium cœtus cum Pastore emersit? & quidem Orientalis Ecclesia, quæ à temporibus Apostolorum à Sabbato ieiunia depulit, vnum nihilominus Sabbatum rigida abstinentia ieiunabat, nempè Sabbatum sanctum, quod illi magnum Sabbatum vocabant; denotant authoritates Canonum Apostolicorum, & S. Ignatij Martyris numero præcedenti exhibitæ; rationem eius inediæ Theodorus Balsamon suppeditat ad Canonem nonagesimum Conciliabuli in Trullo: Balsamon. *mihi autem videtur esse eximium magni Sabbati ieiunium, aliisque Christi passionis diebus præstantius; quoniam tunc in sepulchro iacebat, quod visum erat, eius corpus: oportet ergo in aliis quoque diebus ieiunare cum compunctione propter passionem Christi, & Dei nostri; multò autem magis magno Sabbato.* Sed Augustinus ad finem epistolæ 86. ad Casulanum, Augustin. ideo ieiunatum Sabbato Sancto testatur, quoniam discipuli humanitus mortem Domini doluerunt, vtique eorum ob luctus memoriam; si igitur hæc laudanda causa est ieiunij in Sabbato magno, seu peruigilio Resurrectionis, cur non etiam vt in reliquis hebdomadarum per annum Sabbatis idipsum peragatur? Quemadmodum quia Parasceues die, in qua Saluator crucifixus est, austerè ieiunatur, mortem vt plangamus, omni etiam feria sexta similis obseruabatur abstinentia, cùm non vnius diei funesto habitu tantæ cladis absolui mœrorem deceret. Sicut ergo Orientalis Ecclesia non diu post Redemptoris ascensionem Apostolis suasoribus cœpit ieiunare Sabbato Sancto, quamuis aliis Sabbatis ieiunium reiecerit ob exortas hæreses, & alias, quas tradidimus rationes; ita & à Romanis, & Occidentalibus Ecclesiis factum mox vt Religio Christiana plantata est; & quoniam in Occidentis partibus ea non vigebant incommoda, quæ Orientales ad prandendum in Sabbato stimulabant; ideo regionum Occidentalium fideles plerique, non tantùm Sabbato Christi triumphalem Anastasim præcedente ieiunabant, sed insuper

insuper totius anni curriculo ieiunium in Sabbato obseruabant.

94. *Sabbatum secundoprimū quod? & cur sic vocatum.*

Tandem, nec illud de Sabbato omittendum est, quod à B. Luca vocatur cap. 6. vers. 1. *δευτερόπρωτον*, hoc est, *secundoprimum*, inquit, *factum est autem in Sabbato secundoprimo, cùm transiret per sata, vellebant Discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus; quidam autem Pharisæorum dicebant illis: Quid facitis, quod non licet in Sabbatis?* ac quidem Sabbati hæc nuncupatio propter obscuritatem interpretum varias distraxit in sententias ingenia, quas proferunt Toletus in c. 6. Lucæ annot. 1. Ribera de diebus festis Hebræorum, lib. 5. cap. 1. num. 13. Barradas concordiæ tom. 2. lib. 6. cap. 9. Maldonatus in cap. 12. Matth. vers. 1. Baronius tom. 1. anno Christi 32. num. 2. Vasquez in 3. p. disp. 173. cap. 1. Aduertunt autem rectè expositores illi, qui monent Sabbati vocabulum non hic largè esse concipiendum de quocumque festo, omnia enim Sabbata dici consueuere, verùm de hebdomadis septima luce; imputant enim Sabbato opus fieri, nempè euelli spicas, cùm eo die ab omni vacare oporteat opere, etiam ab ipsa ciborum paratura. Quid enim aliud cauillare intelligamus, liquet namque ex Deuter. c. 23. vers. 25. intrantem segetem amici, frangere spicas, ac manu conterere potuisse, non autem falce metere; spicas ergo euellere piaculū non erat: reprehenditur itaque solum quod id quantulumque laboris Sabbato peragatur; *Sabbato enim*, (inquit Philo lib. 2. de vita Moysis,) *nec ramum, nec frondem, nec folium demere fas est, ne fructum quidem vllum decerpere, immunitate in vnum diem concessa his omnibus.* At D. Irenæus perspicuè tradit lib. 4. contra hęreses, c. 20. esurientes etiam Sabbato spicas ad pellendam famem euellere, quin legem violarent, posse, non autem metere, & colligere in horreum; benè statuit. Nam si media vsque ad necessitatem premantur, indigentia ipsa excusabit Sabbato fecisse; vt Dauidis à Christo Domino prolatum exemplum aduersùs Pharisæos comprobat: qui autem Seruatoris discipulos accusabant, aut eorum penuriam ignorabāt, nec indigentia, sed voluntate grana probare existimabant, aut si necessitatis conscij erant, dissimulabant ardore obtrectandi. Nec etiam sufficit adstruere, Sabbati nomine diem expiationis subintelligi posse, quippè & in hoc festo ab omni opere etiam ab eo, quòd cibis impenditur, cessatio est, eadē, qua in Sabbato, immunitate Leuit. c. 23. vers. 28. esto enim hoc verum sit, quod fatemur; sed dies expositionis septimo mense, vt ex Leuitici dicto c. v. 26. constat nempè per autumnum Septembri videlicet; per id verò temporis omne frumentorum genus in horrea collectum est; spicæ igitur nullæ tunc, è quibus confricata decidant grana. Sabbati igitur vox de Sabbato rigidè concepto accipienda. Sabbato igitur stricta cum significatione admisso, quamobrem intitulatur Sabbatum secundoprimum? equidem Sabbatum à Iudæis tantopere cultum, quod in eo Creator, dum feriatur, & quiescit, Mundi natalitium tanquā visus concelebrasse. Philo lib. 3. vita Moysis: *Denique intellexit hunc esse mundi natalem, cælo, terræque festam; hunc ob rem ille Maximus Moyses æquum censuit, vt omnes adscripti eius ciuitati sua natura sequentes, celebrarent hunc diem otio, festisque hilaritatibus, intermissis laboribus, & opificiis quæstuariis*, &c. Quin etiam Christi Saluatoris religione fundata per Orbem, Orientalis Ecclesia, quæ Sabbato peculiarem deferebat honorem, & in eo non ieiunabat, id faciebat ob recordationem fabricationis Vniuersi, quemadmodum attestatur Clemens lib. 7. Apostol. constit. c. 24. *Sabbatum tamen, & Dominicum, festos dies agitate, quòd ille quidem dies recordatio sit fabricationis mundi, hic verò resurrectionis*: quo autem pacto Sabbatum nihilominùs dispari colerent modo, & alieno à ceremoniis Iudæorum, Catholici; iidémque, quam probè facerent Sabbatum honorantes ob memoriam conditi Orbis, luculentè declarat Franciscus Turrianus explicationibus defensoriis ad libros Apostolicarum constitutionum, nominatim ad cap. 24. lib. 7. pag. 101. Sed cùm, vti perhibuimus, Iudæis de Sabbati religione officiosum admodum studium esset, verisimile est, vnum aliquod obseruasse Sabbatum, & speciale, quo credebant opificem mundi requieuisse, & à quo reliquarum hebdomadum septima lux nomen, atque vacationes acceperit; (erat igitur hoc Sabbatum primum reliquorum Sabbatorum caput, origo, prototypum; de quo sanè ob hanc rationem non inconcinnè exponunt illud Ioann. cap. 19. vers. 31. *Erat enim magnus dies ille Sabbati*, &c. Sanchez in Acta Apostolor. cap. 2. num. 5. Alapide in c. 6. Lucæ vers. 1. §. *quartò ergo*, &c. Sabbatum nimirum magnum, quia nobilissimum, & cæterorum agminis dux. Huic igitur Sabbato alterum quod succedebat, vocatur secundoprimum. Nam vt in acie signifer turmas sæpè regit, & ducit, atque eam ob causam est militum primus, at non absolutè, seu primoprimus, hoc enim capitaneo quadrat, verùm secundoprimus, id est, post ductorem anteponendus; ita Sabbatum absque addito primum est illud, quo Orbe architectato Numen velut requieuerit. Quod autem istud proximè subsequitur, est Sabbatum secundoprimum; & quidem de Sabbato primo explanatio Epiphanij authoritate solidari queat; hæresi 51. non longe à fine inquit; *factum est in Sabbato secundoprimo, vt ostendat Sabbatum primum esse, quod ab initio decretum est ad dictum à Domino in mundi creatione, quod per circuitum ab eo tempore vsque huc iuxta septem dies reuoluitur, hoc scilicet primum esse.*

95. *Sabbati celebritas ob mūdi natalitias.*

Duo obstant traditæ sententiæ; primò, incertum est, qua anni periodo mundi iacta sunt fundamina, num per autumnum, aut Veris ingressu? Quòd si autumno adscribamus, huic etiam tempori Sabbatum illud primum adiudicandum est pariter cum Sabbato secundoprimo; hunc autem in morem definientes, spicas à Discipulis Christi auulsas Sabbato *δευτεροπρώτῳ* statuere repugnat. Nam post autumni ortum segetum nulla in campis vestigia, omnibus granis domum reductis speciatim in Iudæo, vbi spica citò falcem exposcit. Secundò, vt concedamus, delectam ad mundum construendum vernam tempestatem, vtique sub initio iucundi temporis conditus est; sed per Veris placidos dies, (inquit Maldonatus in cap. 12. Matth. vers. 1.) spicæ nondum consequutæ robur, vt grano tumescant, quoniam Phœbi adhuc lentus calor; non igitur Sabbato aliquo circa Veris ingressus Iesus per sata deambulabat, vel Apostoli spicas confricabant. Respondemus, sub controuersia quidem positum esse, num mundus autumno, an Vere fabricatus sit. Nos

Marginal references: Tolet. Ribera. Barrad, &c. Aduertendū. Philo. Irenæus. Philo. Clemens. Ioan. 19. 31.

Nos autem lib. 1. dissertatione 3. sect. 8. stabiliuimus densa, & graui authoritate, coniecturis etiam, quibus valuimus, Orbis natalem, Veris hilaritati deputandum; qua igitur probabilitate hanc assertionem defendimus, parem si huic pronunciato, quo Sabbatum secundo primum declaramus, conciliauerimus, contenti erimus. Iam, quod vernalibus diebus, Phœbo scilicet nondum ardentiores eiaculante flammas, segetes proceræ non essent, nec spicam cum grano ferrent, id minimè P. Vasquez consentiat; probat ille tom. 3. in 3. part. disputat. 173. cap. 3. num. 17. non solùm in Palæstina, nimitum feruidioris climatis regione ante Veris finem, triticeam, quæ hordaceam subsequitur, Messem fieri, sed etiam in agro Carthaginensi, & Murcitano, apud Hispanos, idem contingere: verissimum autem esse, procumbere segetes falce admota Iudææ in campis priusquam ver elabatur, latè à nobis tractatum est volumine primo in Canticum Canticorum, Anteloquio 5. sect. 4. num. 52. Hinc igitur nullum sententiæ impedimentum. Quanquam verò, vt spicæ maturæ fuisse concipiantur, non sit necesse ad eam recurrere anni periodum, in qua festum Pentecostes celebratur; non tamen eorum displicet cogitatio, qui ibi Sabbatum secundo primum inuenerunt; ac statuunt sanè inter Hebræorum festa, quæ non pauca erant, tria nobiliora extitisse, cæterorum quidem respectu primaria singula, inter se autem comparata palmam referebat festum Paschæ, quo Agnus immolabatur, & azyma comedebantur: secundum occupabat locum Pentecoste; tertiæ dignitatis erat festiuitas Tabernaculorum. Sabbatum ergo post Pentecosten vocatur secundoprimum, hoc est, secundi festi, quale erat Pentecostes primum; nam & modò etiam quanquam Dominicæ præcesserint, nimirum paschales Resurrectionis victorialem subsequutæ diem, tamen Dominicam primam post Pentecosten vocamus, & maior ab inde numerus deducitur. Non ergo dissonat Sabbatum secundoprimum intelligi, quod primum sit secundi festi, videlicet post Pentecosten; qua notma interpretantur Maldonatus ad c. 12. Matth. & Cornelius Alapide ad cap. 6. Lucæ, vterque primum exponentes versum; dabimus vetustiorem patronum, nempè Eusebium Gallicanum, qui concione in Dominicam quintam post Pentecosten sub finem, ait: *Hoc solùm restat, vt quid significet in Sabbato secundoprimo, dicamus; tria enim prima, id est, principalia, & maxima Sabbata habebant Iudæi, quia tres in anno festiuitates primas, & maximas celebrabant; primum enim principale Sabbatum in Martio, id est, Pascha; secundum verò, quando spicarum manipulos offerebant; tertium autem in mense septimo colebant.*

*Trium Sabbatorum nobilior festiuitas Iudæis, quænam hæc esset.*

*Eusebius.*

*Secundum igitur primum, id est, principale,*
*& maximum Sabbatum illud erat,*
*in quo spicarum manipulos*
*offerebant.*

P. Sherlogi Antiq. Hebr. Dioptra.

# DISSERTATIO II.

## *De iis, quæ secunda Mundi dies exhibuit.*



NARRAT Moyses quid secunda Mundi luce peractum sit Genes. cap. 1. vers. 6. *Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis; & fecit Deus firmamentum, diuisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum. Et factum est ita; vocauitque Deus firmamentum cælum; & factum est vespere, & manè dies secundus, omnis in firmamento labor; disquiramus hoc qualis natura sit? quas separet aquas? qua norma? quem in finem?*

## SECTIO I.

### *Firmamentum, & sydera num ex igne compacta? ex aqua elemento firmamentum compositum; firmamenti vocabulo cælum astriferum concipiendum. Num & pro aëris supponat regione? Aquæ naturales & veri elementi, an supra cælum sydereum iaceant?*

I. Firmamenti molem ignis compactam ex elemento fuisse qui statuerent, D. subindicat Augustinus lib. 2. de Genesi ad litteram cap. 3. idem testatur Hugo de S. Victore de Sacramentis lib. 1. parte 1. cap. 18. opinionem sanè nequaquam spreuit Gregorius Nyssenus in Hexaëmeto, vt nec ex Gentilitatis schola Philosophorum pars referente Eugubino lib. 7. de perenni Philosophia, cap. 4. Profectò, qui cælos, Empyreo dempto propter nobilitatis excellentiam, elementari conditas ex materia definuerit, specialis implicantiæ nihil telucet, firmamentum, hoc est, cælum æthereum, vt ex ignibus compositum dicat, horum natura summi artificis dextera virtute cælorum functionibus accommodata. Duo autem sequuntur eo ex pronunciato commoda. Primò, veterum Ecclesiæ Doctorum non pauci autumant, Solem cum planetis, & infinita astrorum multitudine ignis ex thesauro conflatos, igneis præditos qualitatibus contemperatis bono Vniuersi; cuius assertionis patroni, Tertullianus de anima, cap. 8. Cyrillus Ierosolymitanus Catech. 9. Cæsarius Nazianzeni frater dialogo 1. 5. *sed quare sunt*, &c. Arnobius lib. 2. pariter & octauo contra Gentes. Nyssenus in Hexaëmeto. Chrysostomus in Psalmum 134. Theodoretus quæst. 11. in Genes. & sermone 1. de prouidentia, & in Psalm. 148. Anastasius Sinaita lib. 2. contemplationum in Hexaëmeton. Procopius Gazæus in cap. 1. Genes. Dracontius Hexaëmeri lib. 1. Iuuencus Presbyter Prologo in historiam Euangelicam, & lib. 1. initio. Alcuinus interrogatione 23. in Genesim

*Firmamentum & sydera vnde compacta.*

*Augustin. Hugo de S. Victor. Nyssen. Eugubin.*

*Tertull. Cyrillus, & alij.*

Author Anſelmi nomine de imagine mundi lib. 1. cap. 25. nec abſque fundamento eadem adſcribuntur Magno Baſilio homil. 3. in Hexaëmeron, & S. Ambroſio Hexaëm. lib. 2. cap. 3. Hæc igitur cogitatio, quæ abſurditate caret, licèt enim de elemento ignis nata omnia ſydera, Phœbo tamen conceſſum, vt ſolus mundum æſtibus torreat, & quam ob inclytos defenſores debita proſequi reuerentia æquum eſt, vt piè ſuggerunt Martinengus tom. 2. gloſſæ magnæ in Geneſim, in illud cap. 1. *fiant luminaria*, &c. pag. 875. Salianus tom. 1. die mundi 4. num. 7. licèt etiam ſaluari queat, etſi firmamentum ex diuerſa materia ſupponatur fabricatum; tamen faciliùs percipitur ſi cælum, & aſtra ei infixa eiuſdem eſſe rationis, ſcilicet ignea omnia, tribuamus. Secundò, ſi quis ex hac opinione inferat, non poſſe non omnibus aſtris vim calefaciendi congenitam eſſe, à tantis autem vaporibus, quando ſtellarum copia numerum excedat, non tantùm Orbem ſub Luna, verùm & cælos ipſoſmet comburendos, ni ad miracula confugiamus, quæ continua eſſe, quando ſuauiùs res componi valeant, quiſnam adſtruat? Reſpondent Eccleſiæ priſci Magiſtri, propterea aquarum abundantiſſimos riuos ſupra ſtelliferum axem relictos, vt tantam incendij vim cohiberent; quod viſum ex recenſitis Cæſario, Cyrillo Ieroſolymitano, Theodoreto, Baſilio, Ambroſio, Dracontio, Procopio; itidem & Iuſtino Martyri. quæſt. 93. ex propoſitis à Gentilibus, Euſtathio Antiocheno in Hexaëmeron iuxta principium. Hilario in Pſalm. 135. in illud: *qui fecit cælos in intellectu*, &c. Damaſceno lib. 2. de fide Orthodoxa. Thoma Anglico in cap. 1. Geneſ. in illud; *& diuidat aquas*, &c. Incognito in Pſalm. 148. verſ. 4. *& aquæ, quæ ſuper cælos ſunt*, &c.

2. *Firmamentū ex aqua elemento compoſitum.* Nobis tamen firmamentum de igneo compingere elemento non licet; arbitramur quippe ſpatia vniuerſa à terræ ſuperficie ad cælum vſque Empyreum aquis repleta fuiſſe, nec tantæ inundationis vllam vacuitatem, aut ſeparationem factam vſque in ſecundam mundi diem; tunc enim primùm auditur, *fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis*. Quòd ſi elementa ignis, & aëris iam producta eſſent, eaque poſſiderent loca in ſupernis, quæ Aſtrologi communiter deſignant, illa quidem diuiſiſſent aquas ab aquis, ſiquidem in cælis quæ permanſerunt aquæ, ſupra vtrumque elementum reſident, quando & ſupra firmamentum, quæ altior ſphæra eſt, exiſtunt. Patribus igitur familiarem magis amplectamur ſententiam, nempè, quæ edocet, *Firmamentum ex aquis coagmentatum*, has ei condendo materiam opifici ſubminiſtraſſe; concionè Guilielmus Pariſienſis 1. partis de vniuerſo parte 1. cap. 34. *Narratio autem Prophetica, totum inſinuat fuiſſe aquam à terra vſque ad cælum Empyreum, & totum vocat abyſſum, quæ eſt propria nominatio aquarum multarum, & in medio hoc aquæ, quam præ multitudine ſua vocauit abyſſum, dicit factum fuiſſe cælum, quod & vocat firmamentum*, minoratum deſcribit Hippolytus Portuenſis Epiſcopus in catena Lippomani; *cùm enim aquarum abundantia ſuper faciem terræ diffunderetur, propter quod terra erat inuiſibilis, & incompoſita, Deus omnium Dominus cùm voluit inuiſibilem viſibilem facere; tunc tertiam aquarum partem potentia ſua in medio fixit; tertiam verò ſupra firmamentum eleuauit; tertiam demum infra eſſe voluit, ad hominum ſcilicet vſum, atque vtilitatem.*

Guil. Pariſ.

Hippolyt.

Alij quanquam tanta diſtinctione non exprimant, plenè nihilominus tradunt, ex aquæ elemento firmamentum originem traherè, Clemens Romanus recognitionum lib. 1. Cyrillus Ieroſolymitanus Catecheſi 9. Cæſarius dialogo 1. Acacius Lippomani catena productus Geneſ. cap. 1. verſ. 6. ibidem Seuerianus catena Græca in Pentateuchum. Ioſephus Flauius antiquitate lib. 1. cap. 1. Claudius Marius Victor lib. 1. in Geneſ. metricæ explanationis; Nouatianus de Trinitate, cap. 8. Chryſoſtomus catena Græca in Iob cap. 37. in illud, *ſoliditatem*, &c. Theodoretus quæſtione 11. in Geneſ. capite 1. OEcumenius in 2. B. Petri epiſtolam cap. 4. ſuper verbis: nam illud volentes, &c. Beda in Hexaëmero, Rabanus Bedæ verbis. Author quæſtionum de vtroque Teſtamento operum Auguſtini tom. 4. quæſtione 106. Hugo de S. Victore in litterali Geneſis commentario capite 6. Author de imagine mundi apud Anſelmum lib. 1. cap. 25. Honorius Auguſtudunenſis libro etiam primo de imagine mundi, cap. 87. hiſtoria Scholaſtica Geneſ. cap. 4. Vincentius Bellouac tomo 4. ſeu ſpeculi hiſtorialis lib. 1. cap. 50. Glycas, Lucas Tudenſis, Ioannes Zonaras Annalium, ſeu Chronicorum principio. Hugo Carenſis in cap. 1. Geneſ. verſ. 6. ac quidem D. Baſilius homil. 3. in Hexaëmeron affirmat communem ac vulgatam conceptionem fuiſſe dicentium, firmamentum ex aqua ortum ducere; Procopius Gazæus in cap. 1. Geneſ. verſ. 6. *Fiat firmamentum*, &c. ſcribit, via peruulgata omnium Theologorum tradi ex aqua compactum eſſe; de Ethnicorum ſapientioribus prodit Eugubinus lib. 7. de perenni Philoſophia, cap. 4. Omnes vnanimiter proclamare ex aqua corruptibili creatum; verùm de Eccleſiæ ſacris præceptoribus inquit Carthuſianus in 2. ſententiarum diſtinct. 4. quæſt. 5. ad finem; *certum eſt autem excellentiores ſanctos Doctores tam Latinos, quàm Græcos, Hieronymum, Auguſtinum, Ambroſium, Gregorium, poſterioreſque multos, videlicet Bedam, Strabum, Rabanum, Alcuinum, & inter Græcos, Baſilium, Chryſoſtomum, Gregorium Nyſſenum, Ioannem Damaſcenum, & alios plures ſenſiſſe, ſcripſiſſe, faſſos eſſe, corpora cæleſtia elementaris eſſe naturæ; opinionem quoque illam, quod ſint altioris ſpeciei, & quintæ eſſentiæ ex intentione redarguiſſe*, &c. Denique B. Hieronymus ab aquis firmamenti etymologiam haurit epiſtola 83. ad Oceanum, cap. 3. *inter cælum, & terram medium extruitur firmamentum, & iuxta Hebraici ſermonis ἐτυμολογίαν, cælum, id eſt, Samaim* שמים *ex aquis ſortitur vocabulum; & aquæ, quæ ſuper cælos ſunt, in laudes Dei ſeparantur*; eandem eſſe dictionis *Samaim* interpretationem meminit Procopius Gazenſis in cap. 1. Geneſ. *fiat firmamentum*, &c. prætulere hanc ſententiam ex recentioribus Molina in 1. p. tractato de opere ſex dierum, diſput. 2. & 5. Leſſius lib. 13. de diuinis perfectionibus, cap. 20. Becanus de opere ſex dierum, cap. 3. in operibus ſecundæ diei. Martinon in 1. p. diſp. 33. ſect. 4. n. 26. Hurtado de Mendoça de cælo, diſp. 3. ſect. 3. §. 57. Salmer. tom. 1. Prolog. 10. quinquagena 5. Canone 6. §. *neque mireris*, &c. Serrarius in 5. B. Petri c. 3. §. *tertiò videntur*, &c. ad c. 1. Gen. verſ. 6. Honcala, Oleaſter,

Clem. Rom. &c.

Carthuſ.

D. Hieron.

Molina, & alij.

Oleaster, Delrio, Alapide, Bomfrerius, Titinus, Gordonus, Menochius, Leonardus Marius num. 16. Adrichomius initio Chronologiæ, Escalante lib. 8. clypei concionator. cap. 4. Resta lib. 2. de meteoris, tract. 1. cap. 3. Salianus tom. 1. in Apparatu cap. 11. num. 9. & secunda mundi die, num. 4 Perauius in rationali temporum p. 1. lib. 1. cap. 1. Nierembergius in historia naturæ lib. 4. cap. 6.

3. *Firmamenti vocabulo cælum astriferum concipiendum.* Per firmamentum autem quod mundani opificij secunda productum est die, quodque Numen vocitauit cælum, polorum quidem æthe-rea atque stellifera concipienda est sphæra, vbi sydera discurrunt, & splendores eiaculantur; Nazianzen. sic intellexere Nazianzenus Poëmate de laudi-Cæsar. bus virginitatis, & huius frater Cæsarius Dia-Cyrill. &c. logo 1. quæstione 63. Cyrillus Ierosolymitanus Catechesi 9. Nyssenus Gregorius in Hexaëmero. Claudius Marius Victor Poëmatis in Genesim, libro 1. Augustinus lib. 11. de ciuitate, cap. 9. Anastasius Sinaita lib. 2. in Hexaëmeron. Theodoretus sermone 1. de prouidentia. Procopius Gazæus in cap. 1. Genes. vers. 6. Beda in Hexaëmero. Alcuinus interrogatione 28. in Genesim. Nicetas scholiis in orationem 43. Nazianzeni. Claudianus Mamercus lib. 2. de statu animæ, cap. 12. Bruno Carthusiæ Patriarcha libro de Nouis, cap. 2. Richardus Victorinus exceptionum lib. 2. cap. 7. Glossa ordinaria in Genes. cap. 1. vers. 6. ibidem artic. 10. Dionysius Rikelius. Burgensis additionibus ad cap. 1. Genes. Anselmus non verus lib. 1. de imagine mundi, cap. 25. Magister sententiarum in secundo, distinctione 14. Ado Viennensis, Hermannus Contractus, Marianus Scotus, Fasciculus temporum, omnes Chronologiæ prin-Gen. 1. 14. cipio. Denique cap. 1. Genes. vers. 14. *Fiant luminaria in firmamento cæli, vt luceant in firma-*Philopon. *mento cæli, & illuminent terram*, vnde Philoponus lib. 3. de creatione mundi, cap. 12. subinfert; *neque enim extra firmamentum vel moueri stellæ, vel omninò esse possunt, cùm in eo constituta sint à Deo; posuit enim, inquit, eas Deus in firmamento cæli, vt lucerent super terram.* Si autem cum Patre Suarez lib. 1. de opere sex dierum, cap. 4. num. 19. omninò supponas cælos omnes, multò autem magis octauum globum ætherem faciens, & stellis exornatum, primo Mundi die creationem sortitos, ideirco non posse inter secundæ diei productiones de cælo sydereo mentionem fieri; respondemus, à nobis commonstratum 1. dissertatione sectione 1. num. 1. inter cælos vniuersos Empyreum solùm à Deo opifice prima die factum; quòd si tum quidem firmamentum ortum babuisset, opus fuisset statuere, modò non de absoluta firmamenti existentia sermonem ingeri, sed de extrinseca aliqua eius perfectione, nempè quali-Lyra. tate aliqua superaddita, vt Nicolaus de Lyra cap. 1. Genes. vers. 6. decernit; hoc autem est vim sacri Oraculi verbis intulisse, quæ dilucidè significant primam firmamenti productionem; qnid enim aliud repræsentant illa, *fiat firmamentum in medio aquarum, & fecit Deus firmamentum*, &c. Alia expendimus inconuenientia, quæ præsenti instituto facilè adaptari valeant suprà dissertatione 1. sectione 6. num. 43. contra illos, qui de primæua mundi luce cogitabant, Solem ipsum fuisse prima quidem

die conditum, die autem quarta quando creatus fuisse memoratur, ex informi solùm speciosum redditum.

Verùm, si recipiamus, firmamentum octauam sphæram esse altiorem Planetarum orbi-bus, ibi necessarium est iudicemus fluentia illa magnarum dilabi aquarum, quæ firmamentum diuisit, & supra cælos manserunt; quam ob causam Psalm. 148. vers. 4. *Laudate eum cæli cælorum, & aquæ, quæ super cælos sunt, laudent nomen Domini*, scilicet vndæ, de quibus idemmet Vates Psalm. 103. vers. 3. *Extendens cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius*; inuitantur ad Creatoris encomium Danielis capite 3. vers. 60. *Benedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt Domino*, &c. Alia autem ex parte si aquæ naturales firmamenti propriè concepti dorso vehuntur, quem illuc in finem transportatæ? & siue stant congelatæ, & pellucidam crystalli duritiem æmulantur, seu lento, seu agitato & veloci interlabuntur cursu; quale officium? Quis vsus? Non quod præcipuè afferri consueuit, aquarum earum munus esse nimias ignes temperare, quos cæli nutriunt, & cohibere ne à votacibus flammis aut cælestis regio, aut inferior patiatur Orbis; incertum quidem est tanta in supernis existere incendia, cùm ignis materiam ad fabricationem cælorum non contulerit, & quoniam cæli talibus qualitatibus donatæ sunt ad perenuem sui conseruationem, vt lædi à contrariis agentibus, vel bellum pati à dispositionibus quorumcumque accidentium nequeant; Dracontius initio Hexaëmeri,

4. *Aquæ naturales & veri elementi, an supra cælum syderum iaceant.*

Ps. 148. 4.

Ps. 103. 3.

Dan. 3. 60.

Dracontius.

*Limitibus contenta suis elementa morantur,*
*Nec flammas restinguit aqua, glaciémve teporat*
*Flammeus ignis; aqua seruant sub lege tumorem*
*Incorrupta suum, non impugnata vicissim,*
*Non discreta quidem, sed nec permixta morantur.*

Aptè, *non impugnata vicissim*, quoniam non habent qualitates diametras, & mutuò pugnaces, vt perpendit Molina disputat. 5. de opere sex Molina. dierum; ob hanc causam imprimis viri eruditi, & graues non pauci protsùs denegarunt aquas aliquas veras octauum premere cælum; firmamentum igitur, quòd aquas ab aquis diuisit, elementum aëris intelligunt; quamobrem aquæ supra cælos locatæ, non supra æthereum iacent, vel interlabuntur Orbem, sed supra aëreum cælum morantur, hoc est, in superiori aliqua aëris regione, videlicet aquæ nubibus emissæ, & quas aliæ impressiones gignant; quem in finem secunda die creationis mundi, magna pars aquarum terrestium vsque ad mediam, seu secundam aëris regionem subuecta est, & ita aquæ separatæ fuere, manstque aër interiectus tanquam limes sequestrans aquas piuuiales à terrestribus; & quidem aër cæli nomine multoties in Scripturis intitulatur; quare etiam de aëre rectè queant interpretari aquæ, quæ super cælos esse referuntur. Augustinus lib. 2. de Genesi ad litteram capite 4. *Ostendit & hunc aerem cælum appellari, non solùm sermone communi, secundum quem dicimus serenum, vel nubilum cælum, sed etiam nostrarum ipsarum consuetudine Scripturarum,*

*Firmamentum an supponat pro regione aëris.*

*Aer cæli nomine multoties intitulatus in Scriptura.*

Augustin.

*P. Sherlogi Antiq. Hebr. Dioptra.*

*cùm dicuntur volatilia cæli, cùm aues in hoc aëre manifestum sit volare.* Porrò hunc dicendi characterem de aëris regione firmamentum exponentem, nuncupatus modò Augustinus dicti lib. 2. de Genesi ad litteram c.1. testatur suo æuo multorum fuisse, eúmque probabilem, & laudis non indignam reputat cap. 4. Verisimilem quoque S. Thom. iudicauit B. Thomas 1. parte, quæst. 68. art. 1. in corpore; ex iunioribus præferunt Augustinus Eugub. &c. Eugubinus in Cosmopœia ad illud; *fiat firmamentum,* &c. Naclantius in Medulla sacræ Scripturæ, tractatu de opere sex dierum, in die secundo. Bañez in 1. part. ad quæst. 68. art. 1. Suarez lib. 2. de opere sex dierum, cap. 5. num. 8. Valentia tom. 1. disput. 5. quæst. 3. puncto 2. Arriaga tom. 2. in 1. part. disput. 32. sect. 1. subsect. 4. §. *tertia difficultas,* &c. Conimbricenses lib. 1. de cælo, cap. 2. quæst. 5. art. 3. Rubio lib. 2. de cælo & mundo, cap. 5. quæst. 7. Auersa quæst. 65. in 1. part. sect. 5. Antonius Zara in anatomia ingeniorum sect. 11. membr. 12. §. *quod autem,* &c. Franciscus Fernandez de Corduba in Didascalia multiplici cap. 5. Paulus Merula Cosmographiæ parte 1. lib. 1. cap. 4. Matthæus Beroaldus Chronici lib. 2. cap. 5. ad Genes. cap. 1. vers. 6. Vatablus, Estius, Ystella, Marzilla, Pererius lib. 1. num. 87. Leonardus Marius num. 50. Folengius & Agellius in Psalm. 103. vers. 3. & Psalm. 148. vers. 4. Lorinus in Psalmum 18. vers. 2. Boulduc in cap. 9. Iob. vers. 8. Villalpandus in cap. 1. Ezechielis vers. 22. Sanchez in c. 3. Danielis vers. 60. num. 114. probabilem autumant Granado 1. p. controuers. 8. tract. 2. disput. 3. sect. 3. Tornicllus die mundi 2. num. 5.

5. Quanquam verò ex nuperioribus tot, nec spernenda classis hanc adamarint sententiam, veterum tamen Christianæ scholæ Antistitum multò ditiorem suffragiis opinionem, quæ aquas elementares supra æthereum cælum disponit, nec ipsi abnuunt; Patrum autem splendidum, & numerosum agmen formarunt Martinengus tom. 1. glossæ magnæ in cap. 1. Genes. vers. 7. in medio aquarum, &c. à pag. 637. Delrio in cap. 1. Genes. vers. 7. in opere secundæ diei, num. 39 Porrò tam densos cumulant testes, tamque Martineng. conspicuos, vt Martinengus subinserat pag. 652. *Mihi certè OEcumenici ferè cuiusdam Concilij speciem ac maiestatem præ se ferre videntur; & quidem si Ecclesia ea Patrum tempestate adhanc litem decidendam Concilium iussu Papæ coegisset;* Delrius *nec aliud profectò ipsi definissent.* Delrius autem relato num. 39. *Nam has aquas veras esse, & homogeneas cum inferioribus tam multi, tam graues prodiderunt, vt OEcumenici cuiusdam Concilij decretum, & consensum mihi referre videantur.* Hæc illi exaggeratè nonnihil; docent tamen quòd Patrum scripta lectitantibus occurret, vniuersos fermè non aliud tradidisse; illi aquas elementares, quarum nostras sororculas dicunt, supra firmamentum agnoscunt; illi, quemadmodum numero tertio comprobauimus firmamentum sphæram octauam stellis coronatam, cui ætheris strictum nomen est, definiunt; ergo supra syderum Orbes aquæ longa occupant spatia. Iam ergo præbeamus aëris regiones propriè cælos nuncupari, licèt sciamus velle Nyssenum in Hexaëmero, & Philopponum lib. 3. de creatione Mundi, cap. 14. non nisi abusiuè, & æquiuocè cælum reputandas; quin & firmamenti eis vocabulum adscribatur; hinc sequetur, diuinæ paginæ verbis, quæ aquas super cælos, aut super firmamentum esse, prædicant, secundùm se spectatis, ambiguum fore supra quales cælos existant? Sermonis enim germana constructio emicat, seu referas ad aërem, seu ad Orbem sydera circumuoluentem, quandoquidem vtrique concessum est, firmamenti, & cæli appellationem vera conuenire significatione; sed quidem obseruandum, cùm sacræ paginæ sensus indifferens apparet, tum ex Patrum interpretamine hauriendum, quid ex pluribus significatis determinatim repræsentet, obscuritas enim diuini Oraculi sanctorum Doctorum, quibus ad hoc Numen lucem subministrat, declaratione patescit; igitur, cùm prisci Ecclesiæ Magistri agminatim conspirent suprà firmamentum rigidè descriptum, hoc est, suprà ætherem, & stellas aquarum diffusum gurgitem, & flumina currere ingentia, ídque prophetalia sacræ paginæ verba indicare, hæc quidem anteponenda est explanatio cæteris quibuscumque Patrum interpretamento destitutis, quale est de aëris exponens regione, quod vix vnus aliquis veteri ex senatu coluit. Augustinus quidem & B. Aquinas verisimile censuerunt, quod non inficiamur, sed asserimus minimè comparandum altero cum genere interpretandi constituente aquas elementares supra axem sydera portantem, quando in hoc Patrum eruditissimi, grauissimíque consenserint. Taceo cogitationem de aëris elemento non ita firmam apparere; nam si creatum est secunda mundi die, quorsum non tunc firmamentum pariter conditum est? Si autem ea productum fuit luce, cur non aquas ab aquis separasse arbitremur? Sin verò primo Orbis initio cum reliquis cælis aër prodiit, vt supponunt, qui aquas ab eo diuisas contendunt, igitur secunda mundi die nihil primigeniè ortum est, nihil absolutè & simpliciter factum. Hoc autem minimè asseuerandum esse intimant S. Basilius homil. 3. de opificio mundi, D. Am- Basil. brosius lib. 1. in Hexaëm. cap. 2. Eustathius An- Ambros. Eustath. tiochenus Hexaëmeri principio, quo enim tenore verborum prima Orbis die Creator loquitur apud Moysen Genes. cap. 1. vers. 2. *Fiat lux,* Gen. 1. 2. *& facta est lux,* eodem pronunciat secunda die, *fiat firmamentum, & fecit Deus firmamentum;* ergo quemadmodum de operibus primæ diei statuimus non extensionem, aut perfectionem aliquam accepisse, sed tunc primùm nata, atque edita, hoc & de secunda die recipiamus. Adde firmamentum propterea interiectum, ne aquæ supercælestes inferioribus, & terrenis commiscerentur; quare parieti comparat S. Chryso- Chrysost. stomus homil. 4. in Genes. & aquas remotas à sensibus firmamento quæ sunt altiores, nuncupant Augustinus, & Prosper in Psalm. 103. vers. 3. Prosper. *qui tegis aquis superiora eius,* &c. verùm aër nullum obicem ponit, quo minus superiores aquæ descendant, & videantur, terrestribúsque iungantur.

Asseras, proculdubio opinionem hanc in di- 6.
uinis voluminibus non leue fundamentum ha- *Obiectio.*
bere, Patrum autem suffragiis egregiè corroboratam esse; sed molestus semper est ille scrupulus viris doctioribus, quem in finem Numen illuc aquas transmigrare fecerit? asserere enim factum aliquid eo præcisè, quia vt fiat, implicantia non relucet, voluntariè nimis profertur. Respon- *Responsio.*
deo,

deo, cùm Scripturæ verba non segniter faueant, & Patrum maxima pars adiuuet, bis persuaderi nos oportere, Deum, qui ita decernere potuit, reipsa voluisse copiam aquarum supra octauum cælum vel induratas, vel, quod certius est, liquidas & interfluas manere; in crystallum etenim transmutatæ, vt post S. Thomam 1. p. quæst. 68. art. 2. Bonauentur. in secundo, dist. 14. 1. parte, art. 1. quæst. 1. Ægidium Romanum 2. Hexaëmeri parte, cap. 14. Lyranum & Thomam Anglicum in Genes. cap. 1. vers. 6. ibidem Tostatum quæst. 15. & 16. Genebrardo visum est Psalm. 103. vers. 3. & Psalm. 148. vers. 4. item & Francisco Valesio sacræ Philosophiæ cap. 1. Aquarum naturalem, & genuinam appellationem retinere nequeant, crystallus namque propriè aqua non est, aquas autem ibi veras consimilis naturæ, & speciei cum sublunaribus iudicamus, quare interlabentes, & fluidas ritè cogitarunt

Antioch. Ambros. &c.

Theophilus Antiochenus lib. 2. ad Autolycum. S. Ambrosius lib. 2. Hexaëm. cap. 3. Claudius Marius Victor. 1. in Genesim libro. Dracontius in Hexaëmero. Cassiodorus in Psalm. 148. vers. 4. *Laudate eum cæli cælorum*, &c. Bruno Herbipolens. ibidem. Euthymius in Psalm. 103. vers. 3. Beda initio Hexaëmeri. Rabanus lib. 1. in Genes. cap. 3. Hugo de S. Victore cap. 7. elucidationum Genesis. Anselmus, seu alius lib. 1. de imagine mundi, cap. 18. Quod autem illarum aquarum exercitamentum? cui deseruiunt ministerio quanquam nesciatur, ibi nihilominus consistere tenendum est propter Scripturæ, & Ecclesiasticorum Doctorum authoritatem, vt ex iisdem Doctoribus seriò monent Ambrosius Hexaëm. lib. 2. cap. 3. Claudius Marius Victor lib. 1. in Genesim. Cæsarius Dialogo 1. §. *ego verò*, &c. Augustinus in Psalm. 103. vers. 3. ibidem Prosper Aquitanus, Bruno Carthusianus in Psalm. 148. historia scholastica, cap. 4. in Genesim. Magister in secundo sentent. distinct. 14. §. 1. Quamobrem Augustinus, (cuius verbis idipsum

Bedi.

Beda fatetur cap. 1. expositionis in Genesim,) lib. 2. de Genesi ad litteram, cap. 5. *Quoquo autem modo, & qualeslibet, atque ibi sint, esse eas ibi minimè dubitemus; maior est quippè Scripturæ huius authoritas, quàm omnis humani ingenij capacitas.* Nec insolens hoc est, in magnis & abstrusis quæstionibus summos Theologos nescientiam publicare; certum est ab igne corporeo verè, & sensibiliter animas torqueri, Dæmones qui omnino spirituales sunt, grauissimè pati; quo autem pacto id contingat fieri, qua norma quod corporeum est, spiritum affligere valeat? Augustinus à se non comprehensum testatur lib. 21. de ciui-

De S. Victor.

tate, cap. 20. & Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacramentis fidei, parte 16. cap. 3. *Sed quomodo, inquiunt, animæ sine corporibus à rebus corporalibus pati possunt? Ecce dicamus; nescimus quomodo hoc fieri possit; nunquid ideò verum non est, quia nos nescimus quomodo est?*

Durand.

Durandus in 4. distinct. 43. dist. 11. num. 7. *Tenendum est sine vlla dubitatione, quod tam Dæmones, quàm animæ separatæ puniemur in igne inferni, sed modum totalem punitionis puto*

Bellarm. &c.

*latere omnem hominem, cui Deus non reuelauit.* Bellarminus lib. 2. de Purgatorio, cap. 11. verissima sententia est, non posse in hac vita sciri, quomodo ignis corporeus agat in animam incorpoream; Vasquez tom. 2. in 1. part. disputat. 243. cap. 6. num. 16. & ita satius erit, nostram in hac re fateri ignorantiam, quàm absque firmo fundamento aliquid affirmare; hunc igitur in modum, aquas esse supra firmamentum non repugnat, etsi lateat, quem ibi in finem repositæ fuerint? Quidem nos huius secundi libri dissertatione 1. sect. 1. num. 7. statuimus, Empyrei beatissimos incolas virorum pratorum, & fluminum aspectu recreari; hunc ergo in scopum aquæ supra firmamentum relictæ. Quid si æthereum cælum non penitus solidum existat, sed tubos & canales habeat; cur in cauitates illas vt vacuo locus non sit, partim aquæ, partim aër adimpleat, & resarciat? verùm, quoniam hæ caussæ ab opinionibus, quæ tritæ non sunt, dependent, valeat doctrina illa, quæ supponit aquas ibi proprias atque elementares inueniri; sed arcanum & ignorabile esse cui designatæ functioni sint?

---

## SECTIO II.

*Cæli sub mundi finem cum elementis an solùm quoad accidentia ab ignibus immutandi? Num iidem ab intrinseco, atque ex natura incorruptibiles? Mundi pulchritudo post conflagrationem ipsiusmet; Cælos verisimile est noua, & præstantiori donandos forma post Orbis conflagrationem.*

7. CÆlos quando ex elementari aquarum compactos materia à nobis defixum sit, necessarium est concedamus materiæ, ex qua originem traxerint, naturam sapere; quamobrem sicut hæc corruptibilis est, & pugnam vt intereat, sustinet, de cælis quoque putandum, corruptelæ obnoxios esse; hoc ex præfata consequi opinione Suarez aduertit lib. 2. de opere

Suarez.

sex dierum, cap. 4. num. 19. Porrò de cælis adstruere, quòd dissolubiles sint, & corruptionem pati valeant, & à Scholasticorum, & Philosophicæ palæstræ communiori recedere disciplina, quos post Aristotelem ductat S. Thomas 1. p.

S. Thom.

quæst. 66. art. 2. & alij quàm multi recensiti per Suarez tom. 1. Metaphysicæ disput. 13. sect. 10. num. 6. & per Conimbricenses lib. 1. de cælo,

Conimbr.

*Cæli, cum elementis, an in mundi fine solùm quoad accidentia ab ignibus immutandi.*

cap. 2. quæst. 7. art. 2. Tum idem effatum sacræ Scripturæ variis commatis, quemadmodum à Patribus, & aliis Doctoribus communiter explanari consueuere, aduersatur; ex sacræ enim paginæ monumentis reuelatum est nouissimis temporibus igne conflagratorio cælos, atque elementa comburendos, quanquam inflammatio perfectiores deinde reddet; Iob cap. 14. vers. 12.

Iob 14. 12.

*Sic homo, cùm dormierit, non resurget donec atteratur cælum.* Psalmo 101. vers. 26. *Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli; ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur; tu autem idem ipse es*, &c.

Ps. 101. 26.

Ecclesiastici cap. 17. vers. 30. *Quid lucidius Sole? & hic deficiet.* Isaiæ cap. 51. vers. 6. *Quia cæli sicut fumus liquescent, & terra sicut vestimentum atteretur*; & cap. 65. vers. 17. *Ecce enim ego creo cælos*

Eccli. 17. 30. Isai. 51. 6 & 65. 17 & 66. 22.

*nouos*, *& terram nouam*, *& non erunt in memoria priora*; repetit cap. 66. verſ.25. quod ex Apocal. cap.21. verſ.1. *& vidi cælum nouum, & terram nouam*; *primum enim cælum, & prima terra abiit*; eſt autem nobile teſtimonium B.Petri 2.c.3.verſ.10. *Adueniet autem dies Domini vt fur, in quo cæli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur, terra autem, & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur*; & ſtatim; *properantes in aduentum diei Domini, per quem cæli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent*; *nouos verò cælos, & nouam terram ſecundum promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat*. Quanquam verò flammæ cælos, & elementa magnis incendiis crudeli bello inundent, non tamen funditùs delebunt, verùm ſalua manente ſubſtantia, qualitatibus purgabunt, itaque accidentibus ſublatis, & abolitis, natura atque ſpecies indemnis perſtitura eſt; hinc Eccleſiaſtæ cap.1. verſ. 4. *Terra autem in æternum ſtat*; & cap.3. verſ.14. *Didici, quòd omnia opera, quæ fecit Deus, perſeuerent in perpetuum*. Pſalm.148. verſ.6. *Statuit ea in æternum, & in ſeculum ſeculi*. Cùm igitur cæli, terra & alia elementa ſempiternùm duratura ſint, quod afferet nocumentum vorax ignis ſub mundi exitum, niſi vt accidentibus deſpoliet ſuperſtite natura? quâ pro expoſitione Suarez Auguſtinum, Hieronymum, Gregorium Papam, Epiphanium, Irenæum, Bedam & alios nonnullos ex Patrum cœtu adcumulat tom. 2. in 3. part. diſput. 58. ſect. 2. concluſ.3. quibus iungere licet Cyrillum Alexandr. in cap. 51. Iſaiæ verſ. 6. quia cæli ſicut fumus, &c. Linum Pontificem lib.2. de paſſione S. Pauli. Andream Cæſarienſem ad cap.6. Apocal. in illud, *& cælum receſſit*, &c. Salonium in cap.1. Eccleſiaſtæ verſ.4. *terra autem*, &c. Damaſcenum lib.2. de fide Orthodoxa, cap.6. Philaſtrium hæreſi 32. de mundo. Rupertum in cap.21. Apocalypſ. Remigium Rhemenſem in cap.1. epiſtolæ ad Hebræos. Cæſarium Græcum dialog. 1. Hugonem Ætherianum de regreſſu animarum ab inferis, Gennadium Maſſilienſem de eccleſiaſticis dogmatibus cap.69. Ambroſium Ariſbertum lib.9. in Apocal. Haymonem ad cap. 7. epiſt. 1. ad Corinthios. Rabanum lib.4. de vniuerſo, cap.20. Othonem Frigenſem lib. 8. Chronicorum cap. 9. Bernardinum Senenſem ſermone 11. de iudicio generali. Magiſtrum in 4. diſt.47. ibidem S.Thomam quæſt.2. art.2. Bonauenturam quæſt.3. Franciſcum Maronium in 4. diſt. 44. quæſt.4. Argentinam diſt.47. quæſt. 1. art. 4. Innocentium III. in Pſalm.101. verſ.26. Lyram in cap.1. epiſtolæ ad Hebræos. Philippum Presbyterum in cap.14. Iob verſ.15. in 2.Petri cap.3. verſ.10. Hugonem Cardinalem, & Dionyſium Carthuſianum in cap.25. Matth. Toſtatum quæſt.463. nec minori caterua iuniores. Bañez tom.2. in 1. part. q.66. artic. 2. in reſponſione ad 1. argum. Sotus in 4. diſt.48. quæſt.1. art.3. Naclantius in cap.1. epiſtolæ ad Epheſios digreſſione, quòd omnia condita ſunt in Chriſto. Eugubinus de perenni Philoſophia lib. 10. cap. 19. Sixtus Senenſis lib.6. annotat.340. in Pſalm. 101. verſ.26. Incognitus, Iacobus de Valentia, Genebrardus, Bellarminus, Agellius in Iſaiæ cap.51. verſ.6. Arias, Pintus, Adamus in ſecundæ B. Petri cap. 3. verſ. 10. Caietanus Eſtius, Mariana, Iuſtinianus, Lorinus, Gordonus, Tirinus, Monachus in cap. 14. Iob verſ.15. Pineda & Boulduc in cap.8. epiſtolæ ad Rom. Cornelius à Muſus in cap. 1. ad Hebræos, Tena difficultate 13. ſectione 2. num.85. Viegas in Apocal cap. 21. commentario vltimo, ſect.1. num.3. Bonartius in cap.17. Eccleſiaſt. verſ.27. Feuardentius in cap.6. lib.4. Irenæi. Acoſta lib 4. de temporibus nouiſſimis, cap. 10. Torniellus tom.1. anno mundi 1657. num. 8. Pereira lib.2. in Geneſ. quæſt.1. & 2. Valentia tom.4. diſp.11. quæſt. 2. puncto 3. Henriquez de vltimo fine hominis, cap. 24. num.1. Conimbricenſes lib. 2. de cælo, cap.3. quæſt. 1. art. 2. Barradas tom.3. concord. lib.10. cap.1. Leſſius 13. de perfectionibus diuinis, cap.20. num.151. Tannerus in 1.p. diſputat.6. quæſt.4. dub.5. concluſ.2. Quorſum verò tot authores contendant Scripturæ verba, quæ ſubindicant ignem contra cælos & elementa dimicaturum, haud tamen ſubſtantiæ ipſorum corruptionem, & interitum allaturum, ſed tantùm cum accidentibus inimicitias, & odia habiturum, niſi quoniam ſupponunt Orbes cæleſtes ſui primæua conditura factos eſſe corruptelæ repugnantes. Patrum igitur & Scholaſticorum trita aſſertio eſt, nec non & recentiorum Scriptorum cælos incorruptibiles eſſe; ſi enim à quouis agente deſtrui poſſent, maximè ab igne mundi combuſtiuo. Hic autem incolumem relinquet, vtpotè inconſumptibilem; non igitur de aquis, vel cæteris elementis cæli producti ſunt, aliàs more ipſorummet corruptibiles eſſent.

8. In hac lite præter controuerſiam eſt, quanquam admittamus cælos intrinſecè, & naturæ ſuæ exigentiâ incorruptibiles eſſe, potuiſſe tamen abſolutè à Deo annihilari, ita vt quoad ſubſtantiam penitùs deficerent; nam Angelus & anima rationalia immortales ſunt, & ſecundùm naturam indefectibiles, à Numine tamen deleri omninò poſſunt, atque in nihilum redigi: loquendo autem non de hac Creatoris virtute infinita, quâ cùm omnipotens ſit, omnia inſtaurare, omnia deſtruere valeat; ſanè ex eo, quòd ab igne conſumptore mundi ſub occaſum non permittit cælorum, elementorúmque deberi ſubſtantiam, ſed affectiones & qualitates tolli, perire accidentia quædam, non infertur naturæ incorruptibilis eſſe; nam corpora damnatorum ex ſe corruptibilia ſunt, eadem nimirum eſt caro, quam hîc geſtarunt, cuius luxus, & voluptas immodica punitur; nihilominus, quamuis tartareæ flammæ ſæuiant in carnes damnatorum, ita abſumunt, vt non deſtruant, ſed in æternum ſint permanſura corpora, videlicet, quoniam, vt rectè perſpexit Suarius tom. 2. in 3. parte, diſput. 50. ſect.5. §. *vnum verò*, &c. contingit, illum ignem verè corpora alterare, & realem qualitatem doloriferam in eis efficere; ſed tamen hoc non niſi vſque ad certum gradum diuina iuſtitia menſuratum; quamobrem ſub ea tortura benè in æternum conſeruari illa queant corpora, quia nunquam incendij actiuitas eò progreditur, Numine ſic diſponente, vt per eam fiat tanta diſſolutio temperamenti primarum qualitatem, vt non perſiſtat diſpoſitio ſufficiens ad vnionem, quâ anima & corpus adſtringantur, conſeruandam; hanc ad normam de ignis conflagratorij pugna aduerſùs cælos cum elementis, ſtatuere valeamus, combuſturum, ſed non abſque cenſura, & regula, Deo ſcilicet cohibente vires, & frænante impetum, vt quidem ab accidentibus purget,

ſed

Marginal notes: Apoc.21.1. — 2.Petr. 3.10. — Eccl. 1. 4 & 3. 14. — Pſ.148 6. — *Cælos eſſe incorruptibiles, Patrum & Scholaſticorũ trita aſſertio.* — *An iidem ab intrinſeco, atque ex natura incorruptibiles.* — Suarius.

sed eas tamen qualitates non destruat, quæ ad conseruationem vnionis inter materiam & formam desiderantur, & naturæ legibus excusari nequeant; quare substantia immota perseuerat, quamquam de se corruptelæ obnoxia, & accidentibus non nimium speciosis exuitur, nobiliora pro inhonoris receptura; quare densa cohors eruditorum, qui priscè magna ex parte, qui etiam recenter iusto floruerunt numero, dum sacri textus testimonia, sic explanant, vti ntelligi contendant, mutationem substantiæ nullam futuram, non ob hoc concipiendi sunt existimasse cœlo ex creatione sua incorruptibiles factos, siquidem probè combinari valeat, licèt cœli corruptibiles absolutè existant, ignibus tamen facultatem non præberi, vt contra eorum substantiam audeant, quemadmodum nec inferri Vulcano conceditur, vt corpora damnatorum penitus deuoret, verùm ex limitatione cruciet; manebit itaque per æternitatem corpus damnati inconsumptum, non quoniam secundùm se corruptioni repugnet, sed quia flammæ circumscribitur actiuitas, & ne absolutè destruat, impeditur.

9. *Mundi pulchritudo post conflagrationem ipsius.* Quidnam ergo de cœlorum conditione arbitramur? equidem corruptibiles putandos simpliciter, vtpote ex elementis formatos aquis copiosam subministrantibus materiam, cùm harum tantus esset cumulus, vt spatium illud immane, quod à superficie terræ ad cœlum Empyreum interiacebat, occuparent. Porrò cùm cœlos generabiles temur, & corruptioni subiici natura eorum secundùm se contemplata, empyreum capitolium subtrahendum est, huius enim nobilissimæ arcis structura, cum Beatitudine donatos habitatores tantùm admittat, ortus priuilegio cœlos alios vincit, qua de causa incorruptibile factum est, nec ipsum ignis emaculabit vltimus, scoriam enim non habet, sed vndique nitet, purgamento ob præstantiæ celsitatem opus non habens, vt aptè à Suario animaduersum est tom. 2. in 3. p. disp. 58. sect. 2. §. *ex quibus non solùm*, &c. Sed fortasse cùm cœlos corruptibiles affirmare non veremur, nouum aliquid intrudimus, & pronunciati antesignanos non habemus? Carthusianus in 2. dist. 14. fine secundæ quæstionis testatur, eam prælatam sententiam ab excellentioribus Doctorum tam Latinorum, quàm Græcorum; Feuardentius in lib. 4. S. Irenæi contra hæreses cap. 6. annotat. 2. Latinos Patres ita cogitasse non paucos, Græcos ferè vniuersos; Patrum & Philosophorum satis munitam authoritate Bañez agnoscit tom. 2. in 1. p. quæst. 66. art. 2. commentarij conclusione 1. Ascanius Martinengus tom. 1. glossæ magnæ in cap. 1. Genes. pag. 128. *Verùm præter Philosophos ex nostris Patribus cœlos ex elementis compactos Græci ferè omnes, ac Latini vsque ad D. Thomæ tempestatem visi sunt diiudicasse*; & pag. 130. *Patres quamplures, & cuncti ferè, quia primitiua Ecclesia ad millesimum, & ducentesimum ferè annum degerunt, cœlos ex elementorum summitatibus depuratis compactos, & natura corruptibiles perhibent.* Patrum concordem sententiam vocat Delrius in cap. 1. Genes. de opere secundæ diei num. 35. adplacuisse Græciæ sapientibus, OEcumenius scribit comment. in 2. B. Petri vers. 3. *Nam illud volentes*, &c. Platonis cogitationem fuisse asseuerant, idque in Timæo Eusebius lib. 11. de præparat. Euangelij c. 23. Æneas Gazæus in Theophrasto: Stoicorum coluisse scholam deponunt Athenagoras in legatione pro Christianis, Eusebius Pamphil. lib. 15. de præparat. Euang. cap. 19. Zacharias Mytelenensis tractatu de mundi creatione aduersùs Philosophos; & generatim de Philosophorum sectis B. Hieronymus in illud cap. 51. Isaiæ, *leuate in cælis*, &c. Iam ex Christiana Academia tradidere Clemens Romanus recognitionum lib. 2. & 3. Diodorus Tarsensis in Plotij Bibliotheca Codice 223. pag. 663. & apud Lipomanum in cap. 1. Genes. vers. 6. Didymus Alexandrinus in 2. D. Petri cap. 3. & apud Eugubinum lib. 10. de perenni Philosophia cap. 19. Chrysostomus homil. 10. ad populum Antiochenum, & orat. 14. in cap. 8. epistolæ ad Romanos, in illud; *quippe vanitati creatura*, &c. vbi similiter interpretantur Theodoretus, OEcumenius, Theophylactus. Origenes procœmio lib. 1. Periarchon. Cyrillus Ierosolymitanus catech. 15. Nazianzen. orat. 10. in funus Cæsarij num. 26. Nyssenus de opificio hominis, cap. 23. & 24. Basilius hom. 3. in Hexaëmeron. Iustinus Martyr 1. part. quæstionum à Gentibus propositarum, quæst. 5. & secunda parte quæst. 93. Aristoteli & Peripateticis in aduersum nitentibus vale faciens, vti & in libro, quo Aristotelis decreta castigat, §. *omne quidem*, &c. Zacharias Mytelenensis disceptatione contra Philosophos de mundi creatione. Æneas Gazæus in Theophrasto non procul à fine. Procopius Gazensis in cap. 24. Isaiæ. Basilius Imperator ad Leonem filium, cap. 24. Euthymius in Psalm. 101. ad illud, *& sicut opertorium*, &c. ex Latinis verò Doctoribus Ambrosius lib. 1. hexaëm. cap. 6. in fine. Hilarius in Psalm. 118. in Lamed. Minutius Fœlix in Octauio. Quintus Iulius Hilarion tractatu de duratione mundi. Iuuencus Presbyter prologo in Euangeliorum metricam expositionem. Proba Falconia in Virgilio centonibus, titulo, de iudicio. Arnobius iunior libello de Deo Trino, & vno. Sixtus Papa III. nominis opusculo de castitate. Cassiodorus in illud Psalm. 101. initio, *Tu Domine*, &c. Alcuinus ad cap. 1. Ecclesiast.

*Suarius.* *Carthus.* *Bañez.* *Martinengus, &c.*

Et rectè quidem hoc Patres statuêre; nam 10.
iuxta ipsorum principia cœli ex forma elementari, proinde & corruptibili, ex aquis nimirum confabricati sunt, vti satis demonstratum est sectione elapsa num. 2. & 3. videlicet aquarum forma destructa occupauit materiam primam, quam illæ informabant, cœlum syderum cum reliquis orbibus, quod est fieri ex aqua cœlum astriferum, aliósque circulos ad regionem cœlestem spectantes; hoc enim nisi recipiatur Geneseos textus, qui cap. 1. vers. 6. aliæque diuinarum litterarum sententiæ memorantes cœlorum originem historicè, & propriè non explicabuntur, vt perpendimus capite præcedenti: si autem placeat forma aquæ exterminata cœli eius loco introgressum formam, erit quidem cœli forma corruptibilis, quemadmodum sunt illæ, quæ ex elementis compinguntur, sapiunt enim naturam illius, de quo generata & educta sunt. Nec prodest cogitare cum Hurtado de Mendoza disp. 1. de cœlo sect. 5. §. 29. Quanquam forma cœlorum de se, & natura corruptioni subiaceret, posse tamen dari vnionem inter materiam & formam, cui sit intrinsecum non posse corrumpi, vti quantitatis cum materia

ria vnio, & subsistentia cum anima; esto enim concedamus tale compositi vinculum, inde quidem sequetur compositum formaliter quatenus tale est, incorruptibile nuncupari debere, nec enim qua compositum corruptelæ obnoxium est, verùm modò altercatio est non de compositi firmitate indissolubili, sed de formæ cælestis natura, & soliditate, vtrùm ipsi ratione sui præcisè incorruptio adstringatur? itaque quiquid sit de hoc genere vnionis, forma cæli penes naturam suam generabilis, & corruptibilis est: de hoc autem nobis præcipua controuersiæ ratio est, dubitamus quidem, vt satis intelligi valeat vnionem inter duo extrema materialia non etiam corpoream fore, & generatam atque eductam ex aliquo extremorum; quin talis vnio si omninò independet à materia, à Deo videlicet ex nihilo creata, & à corporeis rebus nulla emendicata ope, spiritalis computabitur, qualem nemo pingat cælorum vnionem; itaque tam vnio, quàm forma cælestis compositi dissolubiles sunt; modò non patiuntur detrimenta, vigent eadem formositate, eodem robore per longissimam ætatem, nempè, quia talibus dispositionibus & accidentibus, quorum frangi indomita virtus à naturalibus agentibus haud valeat, præmunita sunt: Adamantis, quam insuperanda durities, ferri ictus vincit, de ignibus triumphat; ostendit Cæsius lib. 4. de mineralibus, parte 2. cap. 6. num. 11. Aurum incremabile est, flammæ expurant, non interimunt, testes exhibet idem Author lib. 5. cap. 2. sect. 1. num. 11. Nihil igitur mirum, cælos neque ab igne, neque ab alio pugnatore lædi. Quid? nónne elementa, quæ tamen corruptibilia sunt, per myriades annorum non exesa perseuerant? Cæterùm, cùm deleri Orbem Numini adlibuerit, tum ignem confortabit, cuius vehementiæ cælorum pertinaces illæ qualitates cum omni duritia resistere non poterunt; igitur cæli non nisi per accidens, & larga phrasi, incorruptibiles dicendi, quatenùs nimirum ob præsidiariam accidentium virtutem defensantur, hæc enim tam fortis, & vigorosa est, vt ab agentibus naturalibus ex vi generalis Dei concursus, superari nequeat; at secundùm se, à natura, & ab intrinseco mors, & corruptela illis non repugnat; quod cum Patribus edocent inter iuniores Molina disputat. 5. de opere sex dierum, ad 1. obiectionem. Becanus tractatu de opere sex dierum, cap. 3. num. 5. Salmeron Prologomeno 8. §. *non desunt*, &c. ad finem; & in secundam B. Petri epistolam cap. 3. disput. 4. §. *neque valet*, &c. vbi Peripateticorum repudiato axiomate de cælorum incorruptibilitate, subdit; *certè vt verum fatear, satis patienti animo ferre nequeo, cùm video quosdam adeò superstitiosè ac mordicus tueri Aristotelis dogmata; vt malint multos textus sacræ Scripturæ violentis glossis, ac sensibus torquere, quàm in vnum impingere Aristotelem.* Delrio in cap. 1. Genes. vers. 6. num. 35. Cornelius Alapide in cap. 1. Genes. vers. 1. Salianus tom. 1. secunda mundi die, num. 16. & 17. Adamus Contzen in cap. 24. Matth. vers. 29. quæst. 2. Iulius Cæsar Recupitus tom. 1. in 1. part. lib. 2. quæst. 12. cap. 3. num. 15. Nierembergius lib. 2. historiæ naturæ, cap. 13. Escalante lib. 8. clypei concionatorum cap. 3. confirmatione 2. Hieronymus Muñoz non incelebris Mathematicarum Professor libello de nouo cometa anni 1572. cap. 15. Libertus Fromondus Meteorologicorum lib. 3. c. 2. art. 3. Franciscus Resta de meteoris lib. 1. tractatu 1. cap. 10.

Molina. Becan.

Delrio, & alij.

11. *Cælos verisimile est, noua & præstantiori donandos forma post Orbis conflagrationem.*

Cælos autem sub temporum fine à combustionis igne dissoluendos quoad accidentia solùm incolumi reseruata substantia, melioribus deinde qualitatibus suffectis, ostendi huius sectionis numero septimo Patrum, & Theologorum communiorem theoriam esse; itaque volunt, quemadmodum homo iustus idemmet numero resurget ad gloriam iam in infinitum pulcher, & iucundissimas propter dotes corporis glorificati, sic eandem cælorum permansuram formam, sed propter nouarum qualitatum ornamentum quasi rediuiuam, & præ antiquæ formositatis gratia nobiliter speciosam, quanquam sub tanto nitore adhuc semitristem Beatorum hominum gloriæ corporali adsimilatam; nimirum, cùm ob hominis solatium, & necessitatem Orbis terrarum conditus fuerit, hero & principe mirifica pulchritudine donato, decebat & famulos lætioribus superuestiri indumentis; proinde ministrantes homini creatum velut per Prosopopœiam Apostolo introducuntur, quæ in festiuam hanc celebritatem vehementi æstuant desiderio; *Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat*, ad Roman. cap. 8. vers. 19. Rom. 8. 19.
hoc est, vt egregij interpretes declarant, omnes creaturæ auidissimè naturali velut inclinatione, & appetitu tempus illud inuocant, quo filij Dei, pij nimirum, & sancti homines gloriam accepturi sunt, vt eum eis, quibus seruorum instar benignè famulati sunt tanquam Dominis, & Monarchis, ipsæ pariter decoramentum, & innouationem consequantur; ea verò quoniam tardare videantur tempora, mœrore tanquam contabescere significantur vers. 22. *Scimus, quia omnis creatura ingemiscit, & parturit adhuc*, &c. Ibid. v. 22.
Suspirat videlicet in diem fortunatum, quo liberabitur à seruitute corruptionis; ergo si creaturæ hoc tanquam compensationis genus reseruatum est, quia hominum vsibus fideliter ministrauit, oportet eandem fore creaturam, atque ideò quoad substantiam non deperire, nec ab ignibus funditus destrui; insuper sacrum promittit oraculum, generatim quidem Psalm. 148. Ps. 148. 6.
vers. 6. *Statuit ea in æternum, & in seculum seculi*, inamissibilem durationem; speciatim de terræ elemento Ecclesiastæ cap. 1. vers. 4. *Terra autem* Eccl. 1. 4.
*in æternum stat.* Prophetæ autem de elementis, & cælis loquuti fuere, quos cognouerant, videlicet hoc præsenti mundo. Hic igitur mundus substantialiter persistet, & immutabitur solùm penes qualitates, & accidentia; postremò, cur Orbem tunc in melius perfici oporteat, Augustinus Augustin.
exponit lib. 20. de ciuitate, cap. 16. *Vt scilicet mundus in melius immutatus, aptè accommodetur hominibus etiam carne in melius innocatis*; hoc est, quo creaturæ hominis causa productæ eo venustate incredibili donato, & cælestis pulchritudinis, squalidæ & deformes non manerent, sed Dominum ornatu ipsis competenti imitarentur, disertè Chrysostomus homil. 14. in cap. 8. epistolæ Chrysost.
ad Roman. in illud, *in libertatem filiorum Dei*, &c. *Nam quemadmodum nutrix ea, quæ infantem alit regium, illo ad paternum principatum euecto, & ipsa quoque bonorum fructum percipit; ita & creatura inquit*; statímque iterum declarat *Nam veluti homines ipsi dum filius dignitate aliqua adepta prodi-* turus

*turus est, & seruos quoque splendidiore veste ad filij gloriam exornant; ita & Deus creaturam incorruptione vestit in libertatem gloriæ filiorum*; quibus
Cyrill. Alex. & alij. & exprimunt modis Cyrillus Alexandr. lib. 4. in Isaiam oratione 5. in illud cap. 51. *leuate in cælum oculos*, &c. Philastrius hæresi 32. de mundo. Cyrillus Ierosolymitanus Catech. 15. Epiphanius hæresi 64. contra Origenem. Iulianus Archiepiscopus Toletanus Prognostic. lib. 3. c. 46. Anselmus in cap. 7. prioris ad Corinth. S. Thomas in 4. distinct. 47. quæst. 2. articul. 2. Abulensis in cap. 25. Matth. quæstione 463. Igitur sicut homines, qui glorificabuntur, iidem sunt, eadem quoad indiuiduum anima, sic Mundus, qui propter hominem conuenustabitur, idem numero qui extitit, futurus est Orbis, qui homini deseruiuit; verùm nisi quoad substantiam maneret, non fuisset idemmet Orbis; igitur sic transfigurandus est vt illæsa substantia, qualitates tantùm, & accidentia vi combustionis labantur.

12. Hæc nos officiosè adprobamus, sunt enim opinionis multi, & graues patroni, nec à iactis cogimur discedere fundamentis corruptibilitatis cælorum. Nam explicuimus numero octauo cælos, etsi ab intrinseco, & natura sua destructioni obnoxios, non tamen ab ignibus vincendos ad interitum vsque, sed incombusta substantia ipsorum, incendij præliationem cum accidentibus futuram; sed ita hanc deosculamur assertionem, vt verisimilem meritò, & non spernendis suffultam argumentis arbitremur cogitationem eorum, qui statuunt elementa, & cælos prorsùs dissipandos, & priori forma deleta alteram, seu quoad speciem, seu quoad indiuiduum perfectiorem, & differentis naturæ sufficiendam; siquidem in antelapsis numero septimo, vbi quæ in hunc conducunt scopum testimonia sacro deprompta codice proposuimus, authoritates non paucas exhibuimus, quæ nouos creandos, nouam terram pollicentur: noui autem cæli, noua tellus distinctam formam innuit verborum proprietate considerata; non igitur qui olim cæli, post conflagrationem existent; insuper voces illæ, *abire, deficere, atteri, transire, euanescere fumi instar*, imprimis verò *exuri, interitum* denotant, non enim transit, deficit, crematur cuius substantia intacta perseuerat, quod animaduersum est de his ipsis sacrarum litterarum phrasibus Orbis transmutationem repræsentantibus ab Epiphanio hæresi 64. contra Origenem propè finem, & à Hieronymo in cap. 51. Isaiæ; in illud, *leuate in cælos*, &c. & in cap. 65. eiusdem Prophetæ, in illud, *quia obliuioni*, &c. Deinde, qualis magnorum in cælo luminarium post illa tempora futura sit irradiatio, Isaias enarrat cap. 30. vers. 26. *& erit lux Lunæ sicut lux Solis, & lux Solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum*, &c. lux autem Solis nobilior proprietas est; cùm igitur hæc affectio excellentior, & diuersa pingatur, forma quoque Solis diuersa erit, nam formæ commensuratur passio, ab ipsa enim dimanat, & primitiuè cum eo congeneratur, aliàs perpetuo miraculo Sol ita fulgeret; ad miraculum verò quorsum conuertamur cùm naturaliter idem præstari valeat admisso altero Sole specie aut quoad indiuiduum differenti essentiæ præstantioris? Nec verò Apostoli ex cap. 8. vers. 19. superiùs expensa verba obstant, quæ expectare creaturam innouationem filiorum Dei, ingemiscere, & parturire velut dolentes, adsignificant; perplexus enim loci sensus est, & qui aliud repræsentet, vt obseruat D. Augustinus libro 83. quæstionum, quæst. 67. August.
Sed retineamus datam interpretationem; illa per Prosopopœiam, & largè dicta sunt; nam neque in cælis strictè appetitus est vt renouentur, cùm immutatio præsentis eorum status à naturali agente insita virtute præstari nequeat, neque gemitus, & parturitio iisdem quadrat, nisi per metaphoram, neque præmio donandi qui meriti incapaces fuêre, sed neque laborauerunt, vt ob fatigationem cum hominibus, quibus cùm dura perpessi essent, remunerari oporteret; quos enim famulando pro hominibus supera illa, & conuexa aliquando sudores tolerarunt? si pro ministerio decertandum, potior foret conditio boum, & iumentorum; harum igitur contemplationum nulla efficax est. Numen pro arbitratu suo Orbem hanc condidit ea, qua modò est, figura, vt homini deseruiret pro eo temporum interuallo, quo humanum in terris perstare genus statuit; absoluta hac rerum facie hominum deinceps beatorum rationem habiturus, in eorum gratiam nobiliores alios cælos, terram, & elementa præstantiora daturus est iam, quod scribitur Ecclesiastæ cap. 1. Eccl. 1. 4.
vers. 4. *Terra autem in æternum stat*, haud abnegamus, quemadmodum & cælos permansuros, & duratura concedimus elementa, sed terra genericè concipienda, si quæ de nouo producetur specie differat; vel si intra eandem speciem terra quoad indiuiduum essentialiter nobilior creetur, specificè; vtrumque alij cæli, alius aër, diuersæ terræ prioribus extinctis, & corruptione deletis; quam amplexati sententiam Vallesius sacræ Philosophiæ cap. 89. Folengius in Psalmum 101. in illud, *ipsi peribunt*, &c. Antonius Zara in anatomia ingeniorum sect. 4. membr. 12. §. *ex his igitur clarissimè*, &c. id visi docere Catharinus in cap. 1. epistolæ ad Hebræos; & in secundam B. Petri cap. 3. Hieronymus Osorius lib. 2. in epistol. ad Roman. in illud, cap. 8. *vanitati enim*, &c. clariùs Franciscus Resta lib. 1. de meteoris, tract. 1. cap. 10. ex nostris autem apertè satis Salmeron in 2. principis Apostolorum epistolam cap. 3. disputat. 4. §. *Ad sextum dubium*, &c. Serrarius in eandem epistolam, quæstiuncula 2. propositione 1. Molina de opere sex dierum, disputat. 3. §. *Ego sanè*, &c. iterúmque disput. 15. cuius sententiam Cornelius Alapide probabilem reputat in cap. 1. Genes. in quartæ diei operibus; tradunt absolutè Becanus de opere sex dierum, cap. 3. in opere secundæ diei, num. 5. Hurtado de Mendoça disputat. 3. de cælo, sect. 7. §. 58. Franciscus Alphonsus in libros de generatione & cælo, disputat. 12. sectione 3. num. 36. Salianus tom. 1. anno 1. mundi, die 4. num. 9. Nec idem obscurè colligitur ex Patribus, quos pro corruptibilitate cælorum transcripsi num. 9.

SECTIO

## Sectio III.

*Cælum æthereum, & stelliferum, an solidum, vel potiùs liquidum & fluidum? Iobi locus ex cap. 37. vers. 18. pro Orbis syderei soliditate. Firmamenti vox de re constipata, & solida, an de fluida? Cometæ vbi generantur? num miraculosè? Maculæ Solis; quem in finem? Num ante nostram ætatem conspectæ? Tubi Optici plerisque experimentis credendum; cognitio & vsus an veteres latuerit? Planetarum, qui Iouem, Mercurium, Solem stipant, detectio an omninò noua? Planetarum antiquis alius quàm nobis ordo; ex Patribus graues, & non pauci edocent cælum astriferum liquidum putandum.*

13. *Cælum æthereum, & stelliferum, an solidum, vel potiùs liquidum & fluidum.*

FIrmamentum decreuimus cælum æthereum computandum, quo sub vocabulo non tantùm octauam adsignificamus sphæram, quàm astra immota, fixæque venustant stellæ, verùm & alios Orbes septem erronum, quos Planetas Indigetant rotas: cuius autem proprietatis globus ille tot picturatus luminibus? an solidum quid, imperuium, quod non se aperiat, neque scindatur, sine ab astris, seu à cometis, aliisve constellationibus? an potiùs aëreæ naturæ, liquidæ, & fluidæ substantiæ, quam intrare, & peruadere æquè promptum sit, vt aërem, vel maria transnatare, & profunda vtriusque rimari? Ac fortassè nonnullis videbitur, à nobis haud posse cælos admitti induratos, & solidos, definiuimus quippè corruptelæ, & interitui obnoxios esse, quod autem solidum, & firmum est, corruptionem respuit, admittunt verò liquida, tenuia, fluida; discontinuatur quippè vnio cùm partes cedunt, transcurrit, deficit antiqua, & altera de nouo producta vices obit prioris; sed benè animaduersum est à Carolo Malapertio præfatione ad sydera Austriaca, ab Arriaga disputatione de cælo, sect. 3. subsect. 1. num. 15. nulla adigi necessitate eos, qui cælos meditantur corruptibiles, eosdem vt liquidos esse tradant, non enim quod liquidum, & fluidum statuitur, incorruptibile haberi repugnat; id veterum scholasticorum authoritate, etiam B. Aquinatis stabiliuimus huius secundi libri dissertatione 1. sect. 1. num. 5. cùm intermedia cæli Empyrei liquida esse eorundem testimoniis, & asseueratu docueramus: potuit quidem Numen absolutè intransgressibiles, & solidos formare cælos æthereos, potuit liquidos, & permeabiles effingere; quales autem de facto produxit? Verùm, nonnè solidos, & constipatos, & quos interescare, & diuidere possibile non sit? Quid Iobi textus cap. 37. vers. 18. *Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt?* quam in clausulam Scholiastes Græcus productus à Nobilio in Romana LXX. Interpretum editione: Aquila pro his reddidit, *αὐτὸς ἐστερέωσε τὸν οὐρανὸν ὡς ζωνὰς, ἰσχύρας ὡς ὅρασιν συγχύσεως*, *ipse firmauit cælum in versionibus, valida velut aspectus fusionis*: vt sententia sit huiusmodi; *ipse ab antiquo firmamentum fecit validum, & firmum ex fluxili, & fusili natura aquarum, sùmque cum eo congelationis, & quasi ἀποπήξεως, mutationis in crystallum; nam interdum quidem hoc facit, interdum illud; veruntamen etiamsi aqua compacta conglaciarit in crystallum, attamen aspectus eius est sicut aspectus fusionis, id est, aquea, & fusa substantia*; eadem catena Græca in Iob cap. 37. in illud, *soliditatem cum ipso in vetustate*; quæ etiam ab Eugubino referuntur in eundem Iobi locum: significari autem declarat duas Orbium cælestium affectiones; primò duritiem, & soliditatem; secundò transparentiam: vt quanquam cælum sit robustum, & solidum, est tamen perspicuum velut gelata crystallus; sed Latinæ translationis hauriamus expositionem à S. Thoma lectione secunda in præfata Iobi verba; *Sciendum est, quòd apud nos quædam corpora sunt, quæ cedunt tangenti, & à transeuntibus diuidi possunt, sicut aer, & aqua, & huiusmodi; quædam vero sunt, quæ non cedunt tangenti, nec pertransiri possunt, sicut corpori lapidum, & metallorum; & ideò, vt ostendat superiores cælos non esse diuisibiles, aut pertransibiles ad modum aeris & aquæ, comparat eos æri præcipuè inter metalla, quia eo vt plurimum homines ad metalla vtebantur; est igitur sententia intelligentia, cælos haudquaquam fluidos esse, alias diuidi possent ab astris, quemadmodum aues volatu aërem discontinuant, & naues vndas sulcant, & aperiunt*; nec minùs distinctè Lyranus in cap. 37. Iob vers. 18. *Dicuntur autem solidi eò quòd non sunt diuisibiles sicut aer, & aqua, quæ faciliter diuiduntur, & reuniuntur*; propè eadem Tostatus in c. 1. Genes. quæst. 15. Verùm Dionysius Carthusianus commentariis in Iobum art. 65. id est, *corpora cælestia nec diuisibilia sunt, nec pertransibilia, vt aër & aqua, ac cætera mollia; sed tam firma, & indiuisibilia sunt, quasi fusa essent ex ære, quod non cedit tangenti, quo verbo redarguuntur dicentes corpora cælestia esse diuisibilia; ita, quod stellæ transirent per cælos diuidendo eosdem, sicut aues per aerem, & pisces per aquam*, Caietanus in Iobi recensitum textum monet iuxta Hebræum verti posse, *fortes sicut speculum fusum*; quippè cæli proprietates speculum venustè denotat; *soliditas*, (inquit idem,) *fortitudine, perspicuitas per speculum, planicies per fusionem insinuatur corporum cælestium*. Sed speculo, (dicas,) quid fragilius? esto, ex vitro, similive materia confecto; hic autem comparatio speculum æris conflatum ex metallo respicit, eamque ob causam, vt rectè Cardinalis de Vio obseruat, ad differentiam sphærarum elementarium ignis & aëris, quæ etiam vocantur cæli apud Hebræos, dicitur de cælestibus corporibus, *fortes sicut speculum fusum*, hoc est, speculum æreum, quod fusorio opere fit; videlicet ignis & aër cùm diuidantur, & cedant permeare tentantibus ex mollium, & fluidorum consuetudine non aptè speculo æneo assimilarentur, quia hoc solidum est, & compactæ firmitatis, cuius duritiei cælum stelliferum est; porrò confecta specula ex fortissimo, & constanti æris metallo liquet Exodi cap. 38. vers. 8. comprobántque ibi Alapide & Bonfrerius, & generatim commonstrat

Marginal notes: Malapert. — Iob 37. 18. *Pro Orbis syderei soliditate.* — Lyran. — Tostat. — Carthus. — Caietan.

strat Cæsius de minetalibus, lib. 3. cap. 10. sect. 11. nom. 7.

14. *Firmamenti vox de re cōstipata, & solida, an de fluida.* Si ergo verborum proprietas consideranda est, solidum conceptum strictè, & philosophicè cùm denotet corpus, quod ad tactum non mollescit, non sinom aperit, vel transitum permittit, elemento aëris, aquæ, ignis aprari nequeat; recta igitor & historica explanatio est, quæ de cælo æthereo syderum adamantino pauimento interpretatur; quod cùm non lateret oppositæ sententiæ plerosque, authoritatem minuere tentarunt quòd verba Eliu esse ratum haberent. Porrò non satis doctè loquutum Eliu colligunt ex capitis sequentis trigesimi octaui versu secundo; insciențiæ enim notatus est, cùm ei dictum sit à Numine: *Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis?* At relati versus inceptationem, qualiscumque ea sit, dirigi potiùs contra Iobum non minus trita cogitatio est; patronos & fundamenta exhibet Pineda numero quarto; sed probè idem, quemadmodum Sancéez, & Boulduc suggerunt, imperitiam non esse referendam ad dogmata & conclusiones, quæ exactæ sapientiæ plenum redolent iudicium, sed ad circumstantias aliquas, vt si fortassè iactantiosè nonnihil loquutus, aliòve ex leuibus vitiis sermonis præstantiam obfuscauerit. L X X. Interpretum translatio habet; *Quis est hic, qui celat me consilium, continens autem sermones in corde, & me putat celare?* tanquam suggilletur aliis datam à Deo scientiam non commonicasse liberaliter, sed retinuisse mente arcanorum cognitionem; verùm
Iob. 42. 3. de Iobo nónne similia perlegis cap. 42. vers. 3. secundùm volgatem lectionem? *Quis est iste, qui celas consilium absque scientia? ideò insipienter loquutus sum*, &c. Nihil igitur à veritate alienum tradiderunt, seu Iobo sermones adscribantur, seu Elin. Nec omittendum, quod Eugubinus in hanc ex Iobo clausulam, & in Cosmopœia cap. 1. Genesis in illud, *fiat firmamentum*, monet, ab Homero ad significandam cæli ætherei soliditatem, noncupari æneum & ferreum. Iliados ε. siue quinto libro, versu 504. Οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον; *cælum multo ære solidum & firmum*; Odyssea ο. seu lib. 15. vers. 316. σιδήρεον οὐρανὸν, *ferreum cælum*; cecinit autem Odyssea ζ. seu lib. 6. vers. 42. ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί; *Deorum sedem semper firmam.* Sed & Orpheus in hymnis prope initium, in cæli suffimento, ipsum ἀδάμαστε vocat, *indomitum, duritia insuperabilis*, quali Adamas polier. Pindarus verò Pythiorum Ode 10. ὁ χάλκεος οὐρανὸς οὔποτ' ἀμβατὸς αὐτοῖς; *æreum cælum quod ipsi nunquam conscensuri*; & Nemeorum Oda 6. in principio. ὁ δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς αἰὲν ἕδος; *sed æneum cælum firma semper sedes permanet*; æri igitur solidissimo, & impenettando assiterum propterea comparatur cælum, quia ipsum non molle, & fluidum est, qualia aër & vndæ, sed constipatum, & solidum.

15. Nec inferior probatio ex Genesis c. 1. vers. 8.
Gen. 1. 8. *vocauitque Deus firmamentum cælum*; vera autem firmamenti origo, iuxta datam à Patribus etymologiam, corpus solidum denotat, tran-
Basil. situm negans; Basilius homilia 3. in Hexaëmeron; *igitur & hic pro quodam firma, solidáque natura ad detinendas aquas, ad coërcendas idonea, quæ suapte natura dilabuntur, perfaciléque dissoluuntur; hanc à Scriptura vocem ordinatam esse arbitramur?* Vides, quàm solidum, quàm constipatum, qualiter conglutinatum, vt ne subtiles aquarum guttæ perforare valeant? ex aëris verò superiori regione pluuiæ decidunt, imber effunditur; non est itaque firmamentum aëris lo normam fluidum, & peruium: Theodoretus quæstione 11. in Genesim. *Siqui-* Theodoret.
*dem, cùm ex aquarum fluida substantia compositum sit, & natura fluida condensata, & consolidata fuerit, firmamentum nominatum est*; hoc est, ideo firmamentum dictum, quia non fluidum permansit imitatione aquatum, de quibus confectum est, verùm solidam & compactam formam sortitum est; rectè expres-
sit Ioannes Zonatas Annalium principio in- Zonaras.
quiens: *Firmamentum autem appellatum est eò quòd corpus eius solidum est, nec aquarum instar tenui, & rara natura praditum, è quibus ortum habet.* Porrò, conceptis terminis, *solidam, & addensatum* vocant Philo lib. 1. de mundi opi- Philo.
ficio. Origenes homilia 1. in Genesim, Cle- Origen. & alij.
mens Romanus recognitionum libro 1. Acacius catena Græca in Pentateuch. Genesim capite 1. vers. 6. ibidem Gennadius apud Lippomanum. Cæsarius Græcus dialogo 1. Claudius Marius Victor libro 1. Musæ in Genesim. Nouatianus inter opera Tertulliani, tractatu de Trinitate, capite 8. Hilarius in Psalmo 135. in illud, *fecit cælos in intellectu*, &c. Ambrosius libro 2. Hexaëmeron capite 2. Glossa Græcorum catena in Iob capite 37. in illud, *soliditatem*, &c. Quàm autem hæc soliditas op-
posita sit liquidorum proprietati Augustinus Augustin.
declarat libro 2. de Genesi ad litteram capite 10. aiens; *Hoc sanè nouerint nec nomen firmamenti cogere vt stare cælum putemus; firmamentum enim non propter stationem, sed propter firmitatem; aut propter intransgressibilem terminum superiorum, & inferiorum aquarum, vocatum intelligere licet*, &c. At si firmamentum liquidum, & fluidum mansisset, non esset interstitium aquas perpetuò in sublimioribus detinens, quod nullo pacto transgredi possent, neque in tettas dilabi, aliter enim contingit aquæ altiori aëris regione compressæ, quæ nubibus liberata aëtem reliquum facilè transgreditur, nempè, quoniam aër eò quòd liquidus sit, viam aperit, nec quidquam grauitate præstans, remoratur; eadem penitus qua Augustinus norma definiunt Beda in Hexaëmero. Glossa ordinaria, & interlinearis Genesis capite 1. vers. 6. Hugo Cardinalis ibidem. Historia Scholastica capite 4. in Genesim. Magister in 2. sententia, distinctio-
ne 14. Nec aliud Chrysostomus cùm exponit Chrysost.
homilia 4. in Genesim, inquiens; *quasi dicat, fiat paries, & intersitium in medio diuidens, & separationem faciens*; quem sequutus Constantinus Manasses in Annalibus, in secunda mundi die, air, *tanquam septo, muróque solido interiecto.*

Sanè *firmamentum* L X X. Interpretes στερέωμα 16.
nuncupant; Genesis cap. 1. eius rei satis exemplorum. Porrò vocis huius fidelior interpretatio est, quæ ad soliditatem, atque duriem refert Homerus Odysseæ τ. seu lib. 19. ὡς εἰ στερεὴ λίθος, ἠὲ σίδηρος; quemadmodum *lapis solidus, vel ferrum.*

Atistoteles Politicorum, seu de Republica lib. 5. cap. 11. λέγων, ὅταν ὁ τοῦ διαγράμματος ἀριθμὸς τούτου γένηται στερεός; *cùm huius descripta figuræ numerus solidus factus fuerit.* Quamobrem vt mollibus, & fluidis dura atque solida opponeret, ea dictione vsus Plutarchus opusculo aduersùs Colotem, non longè à principio: καὶ ὅταν συνέλθωσιν εἰς αὐτὸ, καὶ συμπέσωσι ξηροῖς ὑγρὰ, καὶ ψυχρὰ θερμοῖς, καὶ στερεὰ μαλθακοῖς; *& vbi congrediuntur cum siccis humida, cum frigidis calida, cum solidis mollia.* Aulus Gellius lib. 1. noctium cap. 20. *figurarum, quæ σχήματα Geometræ appellant, genera sunt duo, planum, & solidum; hæc ipsi vocant ἐπίπεδον, καὶ στερεὸν, videlicet, quod solidum densetur, στερεὸν dicunt.* Non denegat Eugubinus στερέωμα, quod L X X. Interpretibus firmamentum est solidum, spissatum, durum significare, inquit tamen in Cosmopœia ad c. 1. Genes. in illud, *fiat firmamentum*, &c. originalem vocem Hebraici textus id haud propriè significare; רקיע *Raquiah* enim propriè, & strictè expansionem, siue extensionem denotat, quamobrem Septuaginta aliter transtulisse, quàm vt Hebraicæ dictionis natura patitur, insinuat. At non benè Steuchus; quod enim ipse contendat Hebræum vocabulum non nisi diffusionem, & explicationem cælorum repræsentare, id Rabinorum fretus authoritate, qui sic in Onomasticis tradunt, facit; verùm, quæ horum comparatio cum Septuaginta senioribus, qui Hebræa exactissimè calluerunt? quibus Spiritus sancti illustratio idiomatis genuinam reuelabat intelligentiam. Nec inficiamur quidem dictione memorata *Raquiah* cælorum expansionem verè, &
Isai. 40.22. rigorosè significari Isaiæ cap. 40. vers. 22. *Qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum*; Psalm. 103. vers. 3. *Extendens cælum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius*, verùm adstruimus non vnius significationis propriæ, & rigorosæ fuisse vocabulum, sed pariter denotasse soliditatem, atque extensionem more plurimarum dictionum Hebraicarum, quæ varias res etiam interdum non subordinatas aliqua analogia exprimunt. Nec quidem repugnat idem, & solidum esse, imperuium, durissimæ materiæ, atque expandi, sicut auro, argento, æri contingit, quæ cùm sint metalla impenetrabilia, in laminas diffunduntur, qualem hîc alludi ad extensionem Steuchus ipse non abnuit; Oleaster productis sacrarum litterarum aliquibus testimoniis, vt comprobaret Raquiah extensionem denotare in similitudi-
Gen. 1. 6. nem metalli extensi, concludit ad Genes. cap. 1. vers. 6. *Significat ergo hic Raquiah extensionem ad modum laminæ malleis deductæ.* Quamobrem Iob
Iob. 37.18. cap. 37. vers. 18. Cæli comparantur non æri vtcumque, sed fuso atque extenso; *Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt*; germanè igitur, & propriè vocem Raquiah declararunt septuaginta Interpretes στερέωμα vertentes; quod sentiunt Lippomanus ad cap. 1. Genes. vers. 6. ibidem Delrio, Alapide, Bomfrerius, Ascanius Martinengus tom. 1. Glossæ magnæ in cap. 1. Genes. pag. 558. & 584. Salianus in opere secundæ diei, num. 4. & in scholiis §. 2. Porrò, cum στερέωμα id, quod solidum est partibus ita condensatis, vt ad tactum mollescere respuat, significat huius esse naturæ firmamentum, videlicet Orbes sydereos, Septuaginta eo adhibito vocabulo denotare voluerunt; solidi proinde reputandi, & non fluidi.

Nihilominùs, à non paucis huius æui Scri- 17.
ptoribus ea prælata est cogitatio, quæ astriferos cælos fluxiles, & liquidæ substantiæ meditatur, in quibus sydera transcurrant æmula cum piscibus facilitate dum vndas intersecant; id palàm testari Tycho-Brahe Astronomicorum Progymnasmatum lib. 1. parte 1. cap. 1. pag. 92. atque epistola ad Christophorum Rothmannum Mathematicum, exarata 17. Augusti anno 1588. pag. 111. Dauid Origanus tom. 1. Ephemeridum parte 2. cap. 1. pag. 214. Camillus Gloriosus lib. 4. de Cometis, cap. 1. num. 1. Nierembergius lib. 2. historiæ naturæ, cap. 11. & in Philosophia curiosa, lib. 6. cap. 14. Arriaga disputatione vnica de cælo, sectione 4. subsectione 2. num. 53. Franciscus de Ouiedo controuersia vnica de cælo, puncto 3. §. 4. num. 25. Franciscus Alfonsus de Generatione, & cælo, disputat. 12. sect. 5. num. 70. Didacus Celada de benedictionibus Patriarcharum in cap. 1. Genes. num. 32. Ioannes Mattinon in 1. parte, disputat. 33. sectione 4. num. 26. legisse se hoc ipsum in docti, & vetusti cuiusdam Rabini scriptis, & fortè ad veritatem accedere, nec quidem sibi displicere adstruit Iacobus Naclantus Clugiensis Episcopus in Medulla arcanorum sacræ Scripturæ, vbi de sex dierum operibus tractat, ad finem primæ diei § *Non displiceret quoque*, &c. probabile existimant. Hurtadus de Mendoça, qui Græcorum Patrum opinionem vocat disputat. 2. de cælo, sect. 1. §. 24. Marius Mersennus in cap. 1. Genes. vers. 8. quæstione 7. artic. 9. Cæsius de mineralibus, lib. 5. cap. 5. sect. 2. num. 12. Huius pronunciati fundamenta robustiora sunt; primum, quòd Cometæ non solùm infra Lunam generantur, sed supra ipsam in cælo æthereo producuntur. Signum igitur est regionem stelliferam mutationibus obnoxiam esse, videlicet in ipsa de nouo quædam oriuntur, enata aliquamdiu solùm perseuerant, nimirum pereunt & corrumpuntur: si autem Orbes illi solidi fuissent, & spissitudinis atque firmitatis indomandæ, nouorum corporum productiones respuissent, cùm à nullo emolliri agente queant ob duritiem; ergo non rigent, non solidescunt, verùm liquidi & fluidi sunt. At sanè de Cometis potissima admiratio est, quónam pacto intra stellatos efformari valeant cælos; causa autem stuporis, quoniam harum sphærarum omnis ambitus incorruptione subnititur, vbi autem immortalitas, & incorruptio dominatũ obtinent, vna, & perpetua est rerum facies absque vicissitudine & immutationibus, quod enim mutatur realiter, ab interitu non distat, nam vt incœpit, sic etiã desinit; agens enim naturale, quod generare potens fuerat, destruere valebit. Porrò hic scrupulus non tollitur eò quòd cæli liquidi statuantur; fluxiles enim, & tactui cedere facillimos quamuis decernamus, non implicat, vt suprà admonuimus, corruptioni inimicos definire; ergo seu duros, seu molles & cereos perbibeamus cum sub vtraque cõditione incorruptos esse fateamur, quæstio de Cometarum enascentia semper vrget; Cometarũ, quibus syderei Orbes natiuitatẽ subministrant, rariores cõprobantur apparitiones, atque vt à cõmunibus meteoris longiùs distant, ita mortalium animos formidine percellunt maiori, portendunt enim grauiores clades; quamobrem

quamobrem non malè illi coniectantur, qui istiusmodi Cometarum aspectus miraculo adscribunt, nec purum naturæ opus reputari admittunt, Clauius in cap. 1. Sacrobosci pag. 105. Conimbricenses lib. 1. de cælo, cap. 3. quæstione 1. artic. 4. Rubius lib. 1. de cælo, & mundo, cap. 3. quæstione 2. Hurtado de Mendoça disputatione 1. de cælo, sectione 5. §. 44. Tannerus in 1. parte, disputatione 6. quæstione 3. dubio 3. §. 4. num. 47. Arriaga disputatione vnica, de cælo, sectione 2. subsect. 2. numero 24. Respondebunt itaque cælorum incorruptibilitate euinci tantùm, causis naturalibus deesse virtutem ad effectus de nouo producendos, præsertim substantiales, quando Generatio vnius sit corruptio alterius; Deum verò, cùm suam potentiam in mirabilibus ostendat, quoties ipsi visum est, hoc etiam prodigiorum genere mortalium nimiam frænare licentiam; Cometę enim peregrini, atque extraordinarij præcurrunt bello, incendiis, pesti, inundationibus, sterilitati; sed demum, cùm ex miraculo prodeant, etiam sydereis & incorruptibilibus procreari orbibus valeant; non enim de potentia absoluta id fieri repugnat, sed tantùm naturæ inconcessum est viribus.

Clauius, &c.

18. Tolerabilis est hæc solutio respectu Cometarum, qui supra Lunam conspiciuntur, nam talium phœnomena rata sunt, & tardis annorum curriculis, quæ verò infrequenter accidunt, & stuporem causant, portentis annumerare inconsuetum non est; sed ecce quidpiam in cælis percrebrum, imò sanè quotidianum; maculæ nimirum Solis fulgorem obscurantes Lunæ eminentiores circulo, & Phœbum ambientes varia figura, nunc apparent, nunc retrocedunt, nunc omninò tolluntur, & fugiunt, nunc multis, nunc paucioribus diebus conspectantur, modò grandia corpora, modò ordinaria, quandoque & plurium conglobatio; Telescopij, seu optici tubi beneficio detectæ sunt; quanquam verò sensibus illudi per Dioptræ instrumentum ob distantiam sydereæ regionis nonnullis visum est, sed experimenta cùm plurima fuerint, cùm è diuersis mundi plagis vniformia semper quoad capitales articulos, cùm eorum, qui in Mathematica laudatissimi crediti sunt, eo minimè suffugio vtemur; meritò enim viri docti, qui cælos incorruptibiles, & solidos statuunt, cum hoc se grauari argumento, nec modica opprimi angustia animaduerterent, tamen fidem tubi optici eleuare noluerunt; acutam eius vim procul dissita manifestandi, & speciatim veras in Sole detegi maculas recipiunt, cælum quanquam neque fluxile, neque corruptibilitati obnoxium admittant, Lessius lib. 1. de prouidentia Numinis, cap. 2. num. 18. Tannerus 1. parte, disputatione 6. quæstione 3. dub. 3. §. 5. num. 68. Auersa Philosophiæ tom. 2. quæstione 34. sectione 9. Malapertius in syderibus Austriacis parte 3. propositione 29. & 30. Cornelius Alapide in cap. 43. Ecclesiastici vers. 2. & 3. Quin ipse Clauius simul ac tubi optici copia facta est, adquieuit, vt testatur in cap. 1. Sacrobosci, editionis quæ in folio est pag. 75. monet autem suæ disciplinæ professores, inquiens, *Videant Astronomi quo pacto Orbes calestes constituendi sunt, vt hac Phanomena possint saluari*; ergo hæc corpora, quæ Soli tanquam densatæ nubes opponuntur, & ferrugineum reddunt, cùm miraculosis adiudicari operibus non debeant, & supra Lunam consistant, à quo producuntur agente, à quo fugantur, & latebras petere coguntur, à quo prorsus destruuntur? huiusmodi enim innouamenta emergentium, desinentium corporum Orbis solidi, & incorrumpendi firma respuit conditio; Lessius memorato superiùs loco arbitratur maculas solares paruas esse stellas, quæ Solis nobis fulgorem interpositu eripiunt, & circum lampadem eius in epicyclis mouentur; cum Lessio propriis conclusas epicyclis gyrare sentit Tannerus; multorum etiam planetarum coniunctionem opinatur Carolus Malapertius sub finem præfationis in sydera Austriaca; eandem conglobationem confirmat parte 2. propositione 23. Sed rectè obseruat, cùm diuersos singulæ motus, & irregulares subeant, & idcircò miris inter se modis permisceantur, nec fixum, & stabile aliquid teneant, plures, & innumerum haud exiguum multiplicandos iis constituendos Orbes; quin verò subdit stellularum harum inter se occursus, & abscessus tam varios, & inæquales esse, vt quot sint epicycli designandi ad ineundam Phænomenorum aliquam rationem, arduum sit statuere, ita propositione 28. verùm ob hæc ipsamet difficile est credere ex asteriscis componi præfatas maculas; cùm enim eorum epicycli, seu Orbes tanquam appendices sint globi Solaris, huic enim annexi sunt, quando sanè ignoratis istiusmodi sydercculis Mathematici traderent Phœbi sphæram centies, & sexagesies ampliorem esse terræ circulo, superadditis propè infinitis nouis orbibus macularum harum Solis intra totam coaceruatis, monstruosum planè Soli delineare ambitum cogimur, & apud Sapientes fidem nullam, certè remissam valdè habiturum; vix tamen hoc tam operosum est, quàm percipere etiam studio, & indagatu adhibito, quomodo epicyclorum tanta farrago ordine, & methodo constent, & tam variis macularum per cælum itineribus, fugæ, & apparitionibus ipso non penetrato, ipso non fluido, deseruire queant.

*Cometa vbi generantur, num miraculosè.*

Lessius.

Tanner. & alij.

Clauius.

19. Profectò hæc Solis obscuramenta miraculis propriè conceptis adnumerare æquum non est; meminisse tamen operæ pretium est, quibus fulgentissimum sydus encomiis Iesus Syrach laudet Ecclesiastici cap. 43. vers. 2. *Sol in aspectu annuncians in exitu, vas admirabile, opus excelsi*; itaque labor admirabilitate conspicuus, & qui Deum ipsum structorem fuisse ob raras dotes proclamet. Sol igitur proprietatibus excellit, quas suspicere facilius est, quàm de earum origine, & natura certum aliquid prodere; has inter impedimentum illud fulgoris, quo tanquam litura denigratur. Porrò hæ maculæ Orbis, seu sphæræ, qua Sol deuehitur, partes videantur eiusdem cum Phœbi cælo antiquitatis simul congenitæ, & incorruptibiles, modò tales sint reliqui. Quòd autem interdum labes hæ expanduntur, nonnunquam minores conspicuintur, aliquando videndas se exhibeant, aliàs delitescunt, & visibus subtrahuntur, hoc nihil aliud est, quàm circuli, qui mouetur, differens portio; macularum enim quibus variegatur, diuersitas est

*Macula Solis, in quem finem: num ante nostram ætatem conspecta.*

Eccl. 43. 2.

alibi longa occupant ſpatia, alibi curtantur, modò inter ipſas plus lucidi, & tranſparentis, modò clara breuia intercedunt, ex quibus prouenit, vt parum interdum grandes aliquando iudicentur, & ob reuolutionem circuli, quæ ſuperiores erant, deſcendant, nec conſpiciantur: cur autem ita maculare, & diſtinguere Solis ſphæram Numini adlibuit? prima ratio eſt, quoniam *vas admirabile* formabat: nihil autem hactenus in Sole obſeruatum eſt, naturalibus eius contemplatis affectionibus, quod plus excitauerit admirabilitatis, quam iſtarum macularum ſingulares figuræ, & peregrini tranſcurſus; ac quanquam verborum illorum, *Sol in aſpectu annuntians in exitu idoneus ſenſus* intelligatur ad Phœbi ortum referens, & occaſum ex diurno cæli curſu, non tamen deſpicienda ſignificatio, quæ coniectatetur, per aſpectum denotari lucidam Solis faciem, & obſcuritate quauis liberam; per exitum verò, quando ob maculas integitur, & velut abſentiam feciſſe cogitatur. Quoniam autem hoc reconditum eſt, atque ſtuporem ingerit, propterea vas admirabile. Secunda ratio, eo, quòd vis comburendi In Sole ar-
Eccli. 43. 3. dentiſſima exiſtat; Eccleſiaſtici dicto cap. 43. verſ. 3. *In meridiano exurit terram, & in conſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere? fornacem cuſtodiens in operis ardoribus; tripliciter Sol exurens montes radiis igneos exſufflans, & refulgens radiis ſuis obcæcat oculos.* Quanquam autem hoc tanto eum incendio vaſtare cælos nequeat, defenſantur enim incorruptibilitate: at niſi temperentur flammæ, cùm hæ ter magis potentes adurere, quàm fornax, quæ cum diligentia exſufflatur, & incenditur, telluri nimiis æſtibus exitium afferret, fructibus viduaret, humore, animantibus, ornatu cuncto deſpoliaret; hoc autem ne contingat, atque vt lucis fulguratio reſtricta tolerari poſſit, cælum, quo reſidet conuenientibus periodis opacum, & maculoſum fabricatum eſt, vt ea denſitate cælorum Solis excipiente iubar telluris elementum tanquam vmbella vehementiſſimos arceat ignes Regis planetarum, & commodam mortalibus præbeat habitationem. Porrò Soli tantam adſcribere comburendi potentiam, vt niſi adiumentis frænetur calor excedens, periculum ſit terræ elementum deſtructum iri, nouum reputari haud debeat; nam ex Patribus multi, qui veras reſidere ſupra firmamentum aquas arbitrantur, idcircò relictas declarant, vt terræ contra igniuomos Phœbi radios conſulatur;
Baſil. quod imaginatum eſt à S. Baſilio homilia 3.
Iuſtin. Mart. in Hexaëmeron. Iuſtino Martyre quæſt. 93.
Hilar. ex propoſitis per Gentiles. Hilario in Pſal-
Damaſcen. mo 135. in illud, *qui fecit cælos*, &c. Damaſceno lib. 2. de fide Orthodoxa, capite 9. Euſtathio Antiocheno Hexaëmeri initio, Cæſario dialogo 1. Cyrillo Ieroſolymitano Catech. 9. Beda Hexaëmeri principio; concinnè hymnus eccleſiaſtici recitationis Officij ad veſperas ſecundæ feriæ; *vt vnda flammas temperet, terræ ſolum ne diſſipent.* Non cauetætheri, & ſtelliferis orbibus, quibus incorruptibilitas præſidio eſt, verùm, *Terræ ſolum ne diſſipent*; ſed quoniam licèt copioſi aquarum gurgites ardorem Solis intolerandum ſupprimere non valerent concretæ illæ cælorum partes, & opaca interſtitia creata ſunt, vt eorum interiectu mundus inferior lucem, & calorem Soli deberet, qui benignus eſſet animantibus, & frugibus.

Quamuis autem hæc obortum de ſolaribus 20. maculis ſcrupulum vtcumque leniant, ſupereſt tamen omnium difficillimus nodus; quippè Phœbum ambiunt, & variè circum ipſum gyrant tres planetæ, Mercurius, Venus, Mars, quandoque propiores facti, quandoque longiùs recedentes, vt poſt obſeruationes Tychonis Brahe omnes fermè recipiunt, de quibus Camillus Glorioſus lib. 4. de cometis, capite 1. num. 1. Saturnum duos ambire ſtipatores, Iouem quatuor velut ſatellites, admittit Clauius in capite 1. Sacroboſci, in illud; *dicit enim Alphraganus*, &c. Soli præter memoratus ex ſeptem planetis clarioris famæ alios nuperè erutos, & numero haud paucos tanquam famulari, probat Malapertius opuſculo de ſyderibus Auſtriacis; horum appropinquationes, receſſus, ſúſque, déque tranſcurſus atque migrationes, & tantùm non ſaltationes, atque choreas quónam pacto combinaturi ſumus decernentes adhuc ſolidos Orbes cælorum, & incorruptibiles? Nam ſi dicas Ioui adhærentes quatuor planetas, & idem de Saturni, & Phœbi comitatu non expoſcere diſtinctos circulos, aut zonas, ſed multiplicatis epicyclis intra eundem diſcurrere Orbem; hinc ſequitur, vt incredibiliter maiores intelligendi ſint Orbes Solis, Iouis, Saturni, quàm hactenus cogitatum ſit; video enormem hanc amplitudinem non diſplicere Malapertio præfatione ad Auſtriaca ſydera, qui Godefridum Vindelinum eo nomine laudat, quòd opuſculo de Solis obliquitate non dubiis argumentis conficere ſe putet, ſolem triplo propemodum maiorem eſſe quàm à Ptolomæo, & aliis acceperimus; atque adeò quater millies, & nonageſies ſexies tota terra eſſe maiorem. At certè monſtruoſum oportet ſolare corpus eſſe, cui tantæ circumferentiæ ſphæra neceſſaria ſit, Numini autem licèt quæuis poſſibilia ſint, tamen cùm hæc quæ cernimus, & habitamus non inſpecioſæ fecerit proportionis, vt neque magnitudo, nec paruitas offenderet, non omnes facilè adquieſcent ſpacia ſingulorum orbium tantæ vaſtitatis feciſſe; quin verò Tycho Brahe, cùm animaduertiſſet per tubum opticum ſtellarum nouas plurimas detegi ſacies vltra aſſignatas à priſcis Aſtronomis, intulit haud poſſe aſtrorum tantam cenſeri magnitudinem, quantam vulgo ferebatur, ac certè dimidio minores ratus eſt Progymnaſmatum lib. 1. parte 2. capite 6. pag. 440. & pag. 480. Iam verò, ſi eam ob cauſam, quòd Iouem quatuor obſeruent planetæ intra eundem circulum, quo ipſemet defertur, circumuehantur pariter, vt & Saturni clientes, Solem cùm Mars, Venus, Mercurius obambulent. Quamobrem non his planetis vnum Orbem, vnum cingulum daturi ſumus? imò, ſi extra Solis vagantur ſphæram propria incluſi zona, quónam modo ipſam circumire, nunc proximare, nunc recedere valeant, niſi penetrando Solis Orbem? concedit Tannerus tomo 1. in 2. parte, diſputatione 6.

quæstione 3. dub. 3. §. 6. num. 73. hos planetas non habere proprios, ac distinctos cælos terram ambientes, sed solùm epicyclos proprios in ipso Solis cælo positos, solémque ipsum ambientes, in quibus circa Solem ferantur: verùm hinc deducitur, quemadmodum pro astris Iouialibus, quæ Iouem stipare, similiter & Saturnum duos planetas communiter receptum est, nouos planetarum Orbes haud formamus, sed eorum epicyclos intra Iouis, & Saturni claudimus circulos, nimirum vt accessaria principalis sphæræ; itidem de Mercurij, Veneris, Martis epicyclis adstruendum, videlicet cælos non conficere separatos, sed vnum cum Phœbi orbe: hoc autem admittere vt non grauentur; ecce dum tanto nisu laborant cælos tueri solidos ea imprimis de causa, ne contra Astrologorum velut omnium mentem, quibus soliditate cælorum nihil familiarius, opinari videantur, à tritis eorundem regulis discedunt, qui pari concordia definiunt planetarum septem numerari cælos, & illorum vnumquémque propriam, amplissimámque habere ditionem. Est, quod etiamnum adhuc plus moueat; nam, vt Tycho-Brahe in Progymnasmatis lib. 2. pag. 190. & 305. deponit, & Camillus Gloriosus aduertit lib. 4. de cometis cap. 1. num. 1. idémque recentiores, qui cælos fluidos statuunt, supponunt, visus est per Telescopium non infrequenter Mars infra Solem descendere, ac terris fieri viciniorem; visi Mercurius & Venus, qui inferius Sole locantur, supra eum conscendere, & à terra magis Phœbo ipso distare; intersecari autem Solis orbem ab alijs planetis, & nunc altiores, nunc humiliores ferri, soliditate eius retenta concipi nequeat, cùm penetrari eum admittendum non sit; igitur liquidum imaginari cælum huiusmodi astrorum transcursus suadent. Hypothesis istius magnam esse vim Taonerus loco ooper allegato numero 75. fassus est: illius autem veritate supposita, adhuc per epicyclos, & minores circulos intra zonas maiores planetarum artificioso systemate distributos saluari posse diiudicat absque cælorum penetratione nouorum astrorum itinera, & instabiles situs; qua etiam via mox indiligentet explicata defendit Auersa tom. 2. Philosophiæ quæstione 32. sectione 7. sed non absurdè testatus est Marinus Mersennus in cap. 1. Genes. vers. 8. quæst. 7. articul. 9. conclusione 1. tot eccentricorum, & epicyclorum annulis de cælorum natura imperceptibilem reddi cognitionem, tanta enim circulorum multiplicatio ingeniis torturam magis, quàm veræ scientiæ lucem affert; quare tentandas alias vias, quæ iucundissimam de sydereis regionibus disciplinam suauiorem faciant.

21\. *Tubi optici plerisque experimentis credendum.* Quæ hactenus pro cælorum liquida, & fluxili conditione dissertata sunt, nituntur experimentis, quibus potissimum occasionem dedit Telescopij, seu Dioptræ inuentio, per hanc enim quæ ob longiorem absentiam, qualia sint diiudicari nequeant, propriùs ad aspectum, & sub oculos sistuntur; sed quem non moueat, vt hoc, vel alio consimili instrumento per spatiosas tot seculorum deuolutiones clarissimi Astronomi, nulli consequuti sint notitiam aut de maculis Solis, aut de planetis minoribus qui Phœbi, Iouis, Saturni clientes? Si quid enim hac in re perspectum haberent, litteris consignassent; itaque hoc metum aliquem afferre possit, si fortè quæ nunc per æthereas regiones conspici traduntur, hallucinationibus adscribi debeant, quam ob causam licèt veterum contemplationi eadem obiecta fuerint, vt inania despexerint, & de iis scribere superuacaneum duxerint. *Cognitio & vsus an veteris latuerit.* Respondeo, antiquitatem haud omnino latuisse vel tubum opticum, vel obseruationes hodiernas circa Planetarum aut maculas, aut stipatores astetiscos; ac quod ad Telescopium attinet, quamuis Adrianus Metius opere de primo mobili lib. 1. cap. 1. §. 4. affirmet Tubum opticum à fratre suo Iacobo Metio in Belgio inuentum, *Tubi optici inuentor quis.* & per eum stellas plurimas ignoratas manifestatas; alij propter hoc ipsum vocent *Tubum Belgicum*; tamen Ioannes Kepperus in dissertatione cum Nuncio Sydereo Galilæi narrat ante Metium repertum Telescopium, eùm de illo tractet Ioannes Baptista Porta in Magia *Porta.* naturali, lib. 17. cap. 10. Sanè ibi differens de crystallinæ lentis affectibus, ait; *posito oculo in eius retro lentem, quæ remota fuerint, adeò propinqua videbis, vt quasi manu tangere videaris*; Franciscus Sirius in Dianoia Astronomica pag. 56. tradit Albertum Magnum effinxisse Perspicil- *Perspicilli inuentor quis.* lum, quo res dissitas conspicuè discernebat: celebrat autem imprimis Leonis X. Romani Pontificis nobile instrumentum, quo ferebatur aues longissimè distantes dum per aëra volarent, & quoad speciem, & quoad numerum distinguere consueuisse; antiquiorem quoque eius vsum præfert Gloriosus lib. 5. de cometis, cap. 2. & fortassè ante quadringentos annos, quoniam liber vetustissimus in Bibliotheca celeberrimi Monasterij Schauiẽsis exaratus ante annos 400. inter alia schemata, quæ depicta habet, Astronomum demonstrat per Tubum opticum sydera in cælo contemplantem. Denique Baptista Porta Proœmio lib. 17. de Magia naturali, refert Ptolomæum Regem in Pharo Alexandrina turrim construxisse, in qua speculum constituerat, cuius Dioptra hostium naues sexcentis millibus passuum distantes anteuidebat, præcauebatque. Nec macularum Solis omnis fuit incauta inquisitio; Picus Mirandulanus lib. 10. in Astrologiam cap. 4. adstruit Auerroëm in paraphrasi magnæ compositionis Ptolomæi, dicere, se quondam in Sole duas quasi maculas nigricantes adnotasse, cúmque numeros digessisset per id tempus, inuenium Mercurium Solis radiis oppositum; testatur de Auerroë idipsum Nicolaus Copernicus lib. 1. reuolutionum cap. 10. Iulius autem Scaliger exercitatione *Scaliger.* septuagesima secunda aduersùs Cardanũ, inquit: *Scriptum est tamen in historiis, interdiu visam Mercurij stellam quasi maculam in Solis corpore*; fidem faciunt quæ temporibus Caroli Magni accidisse narrat Aimoinus lib. 4. de gestis Francorum, *Aimoinus.* cap. 95. *Nam & stella Mercurij XVI. Kalend. Aprilis visa est in Sole quasi parua macula nigra paululum superius medio centro eiusdem syderis; quæ à nobis octo dies conspicitur; sed quando primum intrauit, vel exiuit, nubibus impedientibus minimè notare potuimus.* Quidam insinuari à Cleomede *Cleomedes.* arbitrantur inquiente lib. 2. de meteoris, cap. 1. ante medium; *& quæ circa illum sæpenumero tanquam spiræ nebulosæ apparent, cum infinitis penè stadiis distent, nobis planè circa illum esse videntur*; sed probè iudicauit Robert. Balforeus commentario in

in præfata verba non esse sermonem de his, quæ intra cælum stelliferum contingunt, verùm de aëreæ regionis transmutationibus, faculæ autem eiusmodi ob nostri visus hebetudinem propè solem residere cogitantur, procul tamen absunt; alij ad has ipsas reuocare maculas insigniores quosdam Solis defectus, & multorum dierum obscuritatem voluerunt, quale temporibus Iustiniani Imperatoris à Cedreno notatum, toto anno Solem Lunæ instar sine radiis lucem præbuisse, plerumque defectum patienti similem; Zonaras tom. 3. Annalium, scribit Constantino Irenæ filio excæcato Solem per dies septemdecim obscuratum; hanc Phœbeæ lampadis obuelationem tam fuisse spissam memorat Paulus Diaconus historiar. lib. 23. anno Domini 783. vt naues in mari cursum aberrauerint. Singu-
Glaber Rod. lare etiam est, quod Glaber Rodulphus historiæ Francorum lib. 4. cap. 9. prodit; *anno siquidem millesimo, die tertio Kalendarum Iuliarum, sexta feria, Luna vigesima octaua, factum est deliquium Solis ab hora eiusdem diei sexta vsque in octauam, nimium terribile; nam Sol ipse factus est sapphirini coloris gerens in superiori parte speciem Lunæ à sua reilluminatione quarta; intuitus hominum in alterutrum velut mortuorum pallor conspiciebatur; res verò quæcumque sub aere crocei coloris esse cernebantur; tunc corda humani generis stupor, ac pauor tenuit immensus, quoniam illud intuentes intelligebant protendere quiddam fore superuentura cladis humano generi triste.* Verùm istæ defectiones Solis quanquam extraordinariæ, quoniam tamen ad eclipses inusitatas referri valeant, non est quòd à maculabus causatas arbitremur; maculæ enim si fortè partes sunt sphæræ Solem circumuectantis, continuè voluuntur, nec tandiu stare possunt, vt multorum dierum, quin ne horarum tenebras pariant. Adde maculas eas à naturæ domino prouisas, non vt Solis calorem, & fulgentiam à nobis omninò subauferant, sed vt temperent, & tolerabiles reddant; quamobrem deficientia luminis, quæ interdum accidit, non à maculabus ortum ducit, sed eclipsium effectus est; si quid in hac re certius, id quidem est, quod paulò antea ex Aimoino Monacho transcripsimus, cui attestatur, qui Caroli Magni vitam texuit prima parte historicorum Franciæ, quos Pithæus vulgauit; §. *Anno superiore*, &c. inquit; *& stella Mercurij XVI. Kalend. April. visa est in Sole quasi parua macula nigra, tamen paululum superius medio centro eiusdem syderis, quæ octo dies à nobis conspecta est.*

22. Veniamus ad Phænomena, & obseruationes cunctarum difficillimas, nempè hypotheses illas, quæ omninò statuunt, Martem infra Solem descendere, Mercurium & Venerem supra ipsum quandoque ferri, eiúsque munire latus tanta propinquitate, vt eundem habitare intra circulum tanquam Phœbi indiuidui sodales videantur. Ac imprimis illud notum est, summis apud antiquitatem Philosophis aliud Planetarum ab hodierno diuersum, systema fuisse; nam penultimò loco, & immediatè supra Lunæ globum Solis pingebant Orbem; Mercurium, & Venerem supra ipsum formabant; huius ordinis potissimi referuntur Architecti Ægyptij, quibus tribuunt Macrobius lib. 1. in somnium Scipionis cap. 19. Marsilius Ficinus opusculo de Sole, cap. 6. Ab iis hausisse Platonem adstruit Honorius Augustudunensis lib. 2. de Philosophia mundi, cap. 23. Ægyptios quoque parentes faciunt vterque Mirandulanus; senior Picus libro 10. in Astrologiam cap. 4. iunior verò lib. 5. de rerum prænotione, cap. 11. & lib. 1. de examine doctr. vanit. Gent. cap. 12. Plato equidem id perspicuè sequitur in Timæo §. *postquam igitur vniuersi*, &c. & apud eundem Timæus locri principio tractatus de anima Mundi; Aristotelem si faciamus scriptorem libri de Mundo ad Alexandrum, non minus disertè hoc ipsum affirmat capite 2. Pythagoras insuper idem sensisse traditur in exceptis vitæ ipsius Bibliothecæ Photij codice 259. §. *asserunt insuper*, &c. Democrito adscribit Clauius in cap. 1. Sacrobosci, titulo, de ordine sphærarum, &c. Comes Mirandulanus libro 10. contra Astrologiam cap. 4. Ieber acutissimum Mathematicum hoc ipsum existimasse prodit, quin & Theonem interpretem Græcum Ptolomæi relictis Magistri semitis; Alpetragium Sole altiorem Venerem statuere idem notat, & Copernicus lib. 1. reuolutionum cap. 10. Ioannes Franciscus Picus lib. 1. de examine doct. vanitat. Gent. cap. 12. Quæ à nobis fusiùs declarata sunt, quòd fortasse hunc præmeditari ordinem eos non parum stimulauerit obseruatio situs Planetarum, hunc enim cùm animaduerent vagum fuisse, & Martem interdum Solem infra descendere, supra ipsum multoties Mercurium, Venerem conspectos, Phœbum Lunæ contiguum putauerunt; his tamen, quia suspicione tantùm aliqua nituntur, omissis, illud ad rem magis facit, quòd Venus & Mercurius Soli adhærescere tanquam commilitones, & quasi intra eandem zonam nati reputati sunt, quo circa eius saltem intrant Orbem, per quem liberè exspatiantur; quare de iis Philo Hebræus libro de Cherubin ante medium *τρεῖς γὰρ τῷ τάχει ἰσοταχεῖς εἰσι*: *Tres enim hi pari celeritate sunt*; & quia in motu, cursúque socij *ἰσοδρόμους* vocant ibidem Philo, Plato in Timæo, Timæus locri de anima mundi. Aristoteles de mundo ad Alexandrum, cap. 6. Cicero fragmento in somnium Scipionis, de Sole loquutus, subdit: *Hunc vt comites consequuntur, Veneris alter, alter Mercurij*; videlicet, quemadmodum planetæ quatuor Iouem circumambientes nuper detecti, & duo Saturnum non deserentes, eorum stipatores censentur; idem de Mercurio & Venere respectu Solis veteres cogitauerint; quod verò maximè arduum est, nempè intersecari nonnunquam Solis Orbem Mercurio, & Venere, eósque Sole altiùs erigi, significare videtur, quod ex Marco Varrone narrat S. Augustinus lib. 21. de ciuitate, Augustin
cap. 8. *in stella Veneris tantum extitisse portentum, vt mutaret colorem, magnitudinem, figuram, cursum*; quoniam verò miraculosè id factum, respondent Conimbricenses in lib. 1. de cælo, cap. 3. quæst. 1. art. 3. in fine, proferamus ex Martiano Mart. Cap.
Capella lib. 8. de nuptiis Philolog. titulo, *quod sit centrum omnibus planetis; nam Venus, Mercuriúsque circa Solem laxiore ambitu circulantur, denique circulorum suorum centrum in Sole constituunt, ita vt supra ipsum aliquando, infra plerumque propinquiores terris ferantur, a quo quidem signo vno, & parte dimidia Venus disparatur; sed cum supra Solem sunt, propinquior est terris Mercurius, cum infra Solem Venus*; qua autem norma istos peragatur, declarare visus Honorius Augustudunen- Honor. Aug.

*Planetarum, qui Iouem, Mercurium, Solem stipāt, detectio an omninò noua. Planetarum antiquis alius, quàm nobis ordo.*

sis

fis lib. 2. de Philoſophia mundi, inquiens c.23. *Cùm ergo ferè æquales ſint, vnus ab alio non poteſt contineri; interſecant ergo ſeſe, ita quòd circulus Veneris inferiori parte ſui circuli interſecans ſuperiores partes circulorum Mercurij & Solis, plus comprehendit de Mercuriali, quàm de Solari; circulus verò Mercurij ſuperiore parte ſui interſecat Venereum, ſcilicet inferiori, circulus verò Solaris ſuperiori ſui parte interſecat Mercurialem, & Venereum, plus Mercurialem, minùs Venereum*; huius cùm meminiſſet diſpoſitionis Nicolaus Copernicus lib. 1.

Copernicus.

reuolutionum Orbium cæleſtium, cap. 10. ſubinfert: *Quid ergo aliud volunt ſignificare, quàm circa Solem eſſe centrum illorum Orbium? ita profectò Mercurialis Orbis intra Venereum, quem duplo, & ampliùs eſſe maiorem, conuenit, claudetur, obtinebitque locum inipſa amplitudine ſibi ſufficientem.* Non ergo latuit difficultas olim qua de cauſa Solem circumerrauerit in medio poſitum, & modò inferiorem, modò altiorem haberent Venus atque Mercurius? difficultatem autem ſoluebant per eccentricitatem Orbium horum planetarum cum Solis ſphæra, & per epicyclos, qui annulorum in morem alterutrum inſerti viam præſtabant ſuſque, deque eundi; nec aliter hodie quæſtioni ſatisfaciunt, qui cælorum retinere ſoliditatem pariter, & incorruptionem ſtudent; Veneris quoque, (cuius ſydus Luciferi etiam nomen præfert,) tranſcurſus per æthercam regionem ſubinnuit Glaber Rodulphus lib. 5. hiſtor.

Glab. Rod.

cap. 5. aiens; *ipſis quoque diebus referente VVidone Remorum Archipræſule, didicimus, quòd viſa ſit à ſuis ſtella Boſphorus, quæ & Lucifer, veſpere ſurſum, atque deorſum agitari, quaſi comminans terrigenas identitabat.*

23.

*Ex Patribus non pauci docent cælum aſtriferum liquidum putandum.*

His annectamus Patres eos, qui cùm immotum cælum arbitrarentur, ſtellis ambulationes conceſſerunt, atque per ætherem huc illuc volutarit radiderunt; modò, quid de ea ſentiendum opinione, quæ cælos ſtare concipit, opus non eſt diiudicare; certè cùm ſtellas fixas etiam cogitare potuerint, agiles tamen fecerunt, & velociter moueri per ampliſſimas cælorum regiones docuerunt, idque proprio ipſarum curſu, non autem quia orbibus inhærentes, ex eorum ſolùm agitatione concitarentur; pro quibus etſi teſtes citantur Philo libro de Gigantibus, Iuſtinus Martyr quæſt. ad orthodoxos 93. Origenes lib. 5. contra Celſum, & lib. 1. Periarch. cap. 7. verùm diſtinctiùs tradidère Chryſoſtomus homil. 6. in Geneſ. huius præceptor Diodorus Tarſenſis in catena Lippomani, in illud cap. 1. Geneſ. *& poſuit eas in firmamento*, &c. & apud eundem Euſebius

Gen. 1. 17.

Emiſſenus, Philaſtrius hæreſi 82. ante Euangelium. Procopius Gazæus Geneſ. cap. 1. verſ. 17. *poſuit eas*, &c. Lactantius lib. 3. de falſa ſapientia, cap. 3. Iſidorus Hiſpal. lib. 3. etymolog. cap. 49. tandem opiniónem hanc ſaluare omnia, quæ de ſyderum conuerſionibus, aliiſque ſtellarum feruntur proprietatibus, non abnuit S. Auguſtinus lib. 2. de Geneſi ad literam cap. 10. At quónam pacto itinera in cælis conficere ſtellæ voluerint, ſi hos ſolidos, & impenetrabiles ſupponamus? Rectè quidem obſeruatum ab Aſcanio Martinengo tom. 2. gloſſæ magnæ in cap. 1. Geneſ. pag. 1019. hæc vt conſiſtat ſententia, oportere cælos imaginari fluidos, ac molles; certè olim non ſine curioſitate, & ſtudio diſputatum, cælorum qualis fuiſſet natura? vtrùm condenſata, & impermeabilis, vel liquida, & tranſgreſſibilis; vtriuſque autem pronunciati conſideratis fundamentis viri magni ambigui hæſerunt, nec definire quidquam auſi. Chryſoſtomus homil. 4. Chryſoſt.

in Geneſim; *Sed quid tandem dicemus eſſe hoc firmamentum? aquámne denſatam, vel aerem quendam conuolutum, vel aliam aliquam eſſentiam? Haud quis prudenter hoc temerè aſſeueranerit?* & hom. 2. de incomprehenſibili Dei natura ad finem: *Dicat, qui contendit, & ſe noviſſe affirmat, quid ſubſtantia cælum ſit? Num humor quidam in gelu concretus? Num obdenſata nubes, & in ſpiſſiorem obducta ſubſtantiam? Num aër craſſius & corpulentior? Nemo certè quid ſit planè docere poteſt*; ecce conflantes ex aëre, qui groſſior ſit; aër verò omnis dummodo in aliam non tranſmutetur ſubſtantiam, fluidus atque peruius eſt; Philo Hebræus libro de ſomniis: *Quid enim poſſumus de hoc*, (nimirum cælo,) *pronuntiare? eſſe concretam glaciem, vt quibuſdam placuit, an ignem puriſſimum? an quintum quoddam corpus in Orbem mobilem, nulli affine ex elementis quatuor? quid illa extrema ſphæra fixarum ſyderum, habétne ſoliditatem, an ſuperficiem tantùm ſine altitudine, figuris in plano pictis ſimilis?* Cernis addubitari, num condenſati, & ſpiſſi cæli? animaduértis ignem puriſſimum cenſeri? ignis autem cedit tangentibus, vt aër, & reliqua fluida? de hac opinionum inter veteres diuerſitate meminit Hugo de S. Victore de fidei Sacramentis, Hugo de S. Victor.

lib. 1. parte 1. cap. 18. *Multa ſunt, quæ de firmamenti natura animum quæſtione pulſare poſſent, ſi hæc humana inueſtigatio relinquenda potius, quam diſcutienda non videret; nam vtrùm ex puro igne factum ſit, ſiue ex aere, an etiam ex aqua, vel poſtremò ex duobus, aut tribus horum commixtis; & an ſubſtantiam ſolidam, naturaque palpabilem habeant, quantáve credenda ſit ſpiſſitudo eius, & vtrùm ipſum calidum, an frigidum, aut cuius alterius qualitatis exiſtat; meritò quæreretur, ſi inde aliquid certò ſciri potuiſſet.*

Quanquam autem nonnulli rarum aliquid determinare abſtinuerint, pleríque tamen quid eis probabilius viſum fuiſſet, declararunt; copioſior numerus ſolidos, & condenſatos cælos autumatus eſt; non tamen defuerunt egregij Patres qui ſubſtantiam cælorum raram eſſe, tenuem, peruiam defenderant; quibus ducem præbemus Magnum Baſilium, qui homil. 1. in He- 24.

Baſilius.

xaëmeron ex verbis Iſaiæ iuxta tranſlationem Septuaginta, cap. 51. verſ. 6. *Sed de ſubſtantia cæli ſatisfaciunt ea nobis, quæ ab Eſaia Propheta ſunt dicta, qui vulgaribus verbis idoneum de ipſius natura ſenſum nobis aperuit, cùm dixit: Qui firmauit cælum quaſi fumum, id eſt, qui tenuem naturam, non ſolidam, neque craſſam, ad conſtituendam cæli ſubſtantiam fecit*; en negat ſolidam, & ſpiſsè induratam eſſe. Porrò ibi S. Baſilium de firmamento loquutum teſtatur Damaſcenus lib. 2. de fide Ortho- Damaſcen.

doxa, cap. 6. *Præterea firmamentum Deus cælum nuncupauit; huius naturam Diuus Baſilius inſtar fumi tenuem, ac ſubtilem eſſe tradit, à diuina ſcilicet Scriptura id edoctus*; benè, ſiquidem de firmamento Baſilius homil. 3. in Hexaëmeron, in il- Baſilius.

lud; *fiat firmamentum in medio aquarum*, &c. *Diximus, quid apud Scripturam ſignificari habeat firmamenti nomen; nimirum, naturam inſinuat neutiquam reluctantem, aut ſolidam; quævè ſuo pondere grauis ſit, aut renitens; ſcitè, neutiquam reluctantem, proinde liquidam, & tranſibilem, ideóque fumo;*

cuius fluida, & cedens est natura, assimilatur.
Ambros. Basilium exscripsit S. Ambrosius lib. 1. Hexaëm. cap. 6. inquiens: *De qualitate igitur, & substantia cæli satis est ea promere, quæ in Esaia scriptis reperimus, qui mediocribus, & vsitatis sermonibus qualitatem naturæ cælestis expressit, dicens, quòd firmauerit cælum sicut fumum; subtilem eius naturam, nec*
Eustath. *solidam cupiens declarare*; sequitur eundem B. Eustathius Patriarcha Antiochenus, & Martyr propè initium commentarij in Hexaëmeron; *Qualis porrò figuræ, naturæque cælum sit, nobis Esaias verbis illis significauit, qui stare fecisti cælum quasi fornicem; quibus etiam tenuem illius, & non solidam, neque crassam naturam esse innuit, sicuti & alibi dicit, Qui firmasti cælum quasi fumum.* Olympiodorus catenæ Græcæ in Iob cap. 38. in illud de cælo, *diffusum est autem quasi terra cinis*, &c. illius tenuitatem declarat, quod etiam Isaias fumi simile esse dixit; Gregorius autem Nyssenus, qui firmamentum, ignem arbitratur in Hexaëmero, fusè commonstrat haudquaquam densum, aut solidum esse, tandémque subinfert: *Non igitur aliquid crassum, & corporeum circa ipsum esse, putare consequentia sermonis dat, sed, vt dictum est, comparatione eum eo, quod cognitione, & mente percipitur, & incorporeum est, quicquid sensibilis generis est, solidum dicitur, etiamsi naturali tenuitate effugiat animaduersionem, & visum.* Rupertus Abbas
Rupert. lib. 1. in Genesim. cap. 22. *Firmamentum, non solidum quid, aut durum, vt vulgò putantur, sed aër est extensus, & adeò subtilizatus, vt licèt videri queat, rectiùs tamen spiritus dici possit, quàm corpus. Hoc itaque cùm solidum non sit, sed neque ita corpulentum, vt hæc inferior pars aëris, abundè tamen Scriptura illud nuncupat firmamentum*, &c. Horum sub-
Augustin. centuriones innominati quidam apud S. Augustinum, quos sanè multos fuisse indicat, inquit lib. 2. de Genesi ad litteram, cap. 1. *Multi enim asserunt istarum aquarum naturam super sydereum cælum esse non posse, quod sic habeant ordinatum pondus suum, vt vel super terram fluitent, vel in aëre terris proximo vaporaliter ferantur.* Ecce quam ob causam dicerent, aquas astriferi cæli dorsum premere non potuisse, nempè cùm graues sint, deorsum tenderent, & altera non occuparent. Quòd si dicas cælorum soliditates retinēdas, nec periculum aliquod fore vt delabantur? respondent soliditatem, densitatem, spissitudinem non cælo, sed terræ quadrare. Quamobrem cùm cælum tenue, & rarum sit, ignis, vel aëris in morem, aquæ liquidum eiusmodi, & fluidum vincent corpus, & ad ima tendent deserto altitudinis culmine; sic verò eos raciocinatos fuisse docent, quæ ab Augustino subnectuntur;
Idem. *Quod qui negant esse credendum, de ponderibus elementorum argumentantur, negantes vllo modo ita desuper quasi quodam pauimento solidatum esse cælum, vt possit aquarum pondera sustinere; quia talis soliditas nisi terris esse non possit, & quicquid tale est, non cælum, sed terra sit.* Porrò de huius sententiæ architecto non ignobiliter iu-
Idem. dicauit idem S. Doctor præfati libri capite 4. aiens: *Hanc ergo diligentiam, considerationémque laude dignissimam indico; quod enim dixit, neque contra fidem est, & in promptu posito documento credi potest.* Quoniam verò ipse aliter opinabatur, sentiens veras supra cælum æthereum aquas morari posse, adiungit; *Quanquam possit videri non impedire propria pondera elementorum, quo modo etiam super illud sublime cælum possint esse aquæ*, &c.

Ex hactenus allatis constat, neque tubi optici cognitionem aliquam, neque maculatum Solis qualem qualem notitiam, neque Phænomena, & obseruatione de Martis planetæ Solem infra descensu, de Mercurio & Venere nonnunquam Solis via altiorem prementibus semitam prorsus latuisse vetustos Astronomos, & Philosophos; quam ergo dicas ob causam ea distinctè tractare, & pro norma, atque dignitate litterarum consignare monumentis desierint? Respondeo, Numen voluisse cumulatam harum materiarum indagationem nostris reseruare temporibus, quare priscos vt Telescopij, & Dioptræ vsum habuerint, rudiora fuisse instrumenta, & paucorum trita oculis, qui etsi fortasse aliis incomperta nonnulla sydereis detexerint regionibus, veriti tamen luminibus imponi, & hallucinationes esse, quæ vitra manifestarent, noluerunt scholâ receptis opinionibus contradicere ob incerta experimenta; nostro tamen æuo tot comprobata sunt modis, vt à modestioribus ingeniis negati queat veras esse hypotheses. Quid autem mirum quæ olim inuoluta erant, timida, & dubia, nunc plenè agnita esse, & tantùm non certò, atque ex euidentia constare? Nauigarunt antiqui, & Oceano magno credere se quidam ausi, seu tamen magneticæ acus ob ignorationem, seu ob astrorum minorem peritiam, seu ob causas arcanas, & penes Numen latentes, non nisi auorum memoria in Americam aditus patuit? Quanta illuc modò cum facilitate itur? Quamdiu typographica mirabilis ars peregrina fuit. Quot seculis bombarda ignorata sunt? & puluis ille fortium virorum egregiam virtutem obscurares? Itaque licèt solidos, impenetrandos, densos esse cælos plerique tradiderint; quamuis etiam Scholastici passim affirmarent ex Peripateticorum dogmate incorruptibiles censendos, forsitan, si ea, quæ in sydereis contingere orbibus recentium Mathematicorum diligentia obseruauit, cum studio animaduertissent, aliter de planetarum circulis & motibus, aliter de cælestium spatiorum incorruptibilitate indicassent; qui enim adhuc persistunt eadem mordicus tueri, & cælorum vetus systema propugnant, non alia conciliant via quàm per eccentricitatem, & epicyclorum multiplicationem; sed quoniam hæc vt teneantur, & memoriam, & ingenium non mediocriter affligant, & verba solùm dari appareat, non autem solui nodos; alias terere semitas, & nouis inhærescere principiis, necessarium visum est. 25.

26. Itaque rectè illi considerasse iudicandi sunt, qui pertentatis vtriusque sententiæ impedimentis, statuere maluerunt, cælum æthereum atque stelliferum non nisi liquidum, & fluidum esse, substantiæ aëreæ nimirum subtilis, & pellucidæ; nam ex hac intelligitur hypothesi, quo pacto astra planetaria, & horum seu ministeriis, seu velut pompæ adscripta alia multa sydera, quæ prætorianæ cohortis instar latera stipant, nobiliorum planetarum orbes intrant, cæli diuersos tramites percurrunt, & crebris itineribus loca varia mutent; hoc enim totum in pauimento liquido, & aëreo non minus eis facile est, quàm piscibus huc illuc in salo adnatare, volatilibus per aëra. Quod si etiam maculas Solis velimus conflari

conflari ex plurium astrorum Synodo, & coniunctione, quæ dissociata congregatione postea reuertuntur, quodque ad consuetas stationes; quo etiam more alia in cælis formari possent valeant, seu cometas nuncupes, seu alio intitulare nomine placeat, quale illud, de quo Nicephorus histor. Ecclesiast. lib. 12. cap. 37. *Namque inopinata, & insolens stella in cælo media noctis tempore propè Luciferum refulgens apparuit, circa eum ipsum, qui Zodiacus circulum; paulatim verò ad eam ingens etiam aliarum stellarum vis aggregabatur; spectaculum id si vidisses, apum examini, quæ circa ducem suum in orbem obuolitant, contulisses; & qua veluti ex mutua, & violenta concussione ab omnibus eis emicuit lux, in vnam quandam commista flammam euadebat; & gladij prorsùs ancipitis, magni & horrendi cum terrore quodam relucens, faciem reddebat*, harum sanè stellarum profectiones, reditus salnare in promptu est, viam enim terunt, quæ transitum sine labore præstat; licèt, quod ad maculas Solis attinet, cùm ea esse corpora de nouo producta nonnullis certius visum fuerit, & cometas in cælo Lunam excedente, stellísque deputato recentiorum maior generari pars decernat, quo istamet suauiùs capi valeant, præter liquidatem cælorum etiam naturæ per se, & ab intrinseco corruptibilitas affigenda est; incolumi namque æthereæ plagæ naturæ, quæ vsque ad consummationem seculi perseueratura est, nihil tollit aliquid in nouam conuerti substantiam, hanc etiam deficere, & nouo suppleri auctuario, periculum enim nullum est ingenti cælorum corpori ob tales minutias, vt dissoluatur, & Deus cæli vastam magnitudinem aliis atque aliis qualitatibus inornare potuit, vt nonnulla cælorum portio existeret, cuius vinci accidentia per naturalia agentia valerent, inde & corrumpi substantia altera subintroducta forma; aliæ verò cæli partes talibus munirentur qualitatibus, quas superare nulla vis possit, excepta creatoris miraculosa potentia, quo cæli firmi, & inexcubiles persisterent, quoad conflagratorius ignis eos depopulabitur iudicij supremi aduentantibus comitiis; nos istud concedimus; quid ni verò, cùm demonstrauerimus sect. 2. num. 9. vulgatam Patrum sententiam esse, quam & recentiorum non indocta manus colit, quæ cælo intrinsecè, & natura corruptibiles asseuerat? vndè autem nouis sydereo Orbe productionibus vel substantiarum, vel accidentium, subministretur pabulam, qualeve hoc sit? Num ibi exhalationes & vapores? vtrùm aquæ quæ supra ætherem collocatæ sunt, hunc specialiter in scopum deseruiant? an cælestium quorundam corporum nobiles, & vehementes influxus adiuuant, nihil certum diiudicari queat? vt fiat, neque absurditas, neque implicantia est; modum Author vniuersi nouit.

27. Sin verò asseras, demonstrationes, quæ fiunt per Telescopium, procul dubio non parum fauere theoriæ de cælorum liquiditate; cæterùm obesse testimonia diuinarum litterarum, quæ solidos esse denotant, cui authoritati cum Doctorum Ecclesiæ plena iungatur assensio, Scripturæ & Patrum attestationes plus multò faciendas, quàm obseruationum illatum relationes, de quarum certitudine physica non datur euidentia. Respondeo, locum ex sacra pagina strennum esse Iob cap. 37. vers. 17. *Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt.* Quanquam verò Aben Esra, citatus per Eugubinum, sermonem esse de nubibus, & regione aëris contendat, nec Steucho ipsi ea displiceat interpretatio, quam vt textui germanam commendat Pineda num. 2. Do tamen præstare de astrifero construxisse cælo, soliditas tamen non ad duritiem, & impenetrabilitatem, referenda est, sed ad nitorem, & immarcescibilis gratiæ pulchritudinem; vnde ex Hebræo est, *tanquam speculum fusum*, videlicet quæ ex æris materia componebantur, & quæ in mulierum deliciis, vt liquet Exod. cap. 38. vers. 8. at certè fœmineo sexui cura maxima est de speculorum munditie & nitela, sordes abstergunt, internitare & quasi noua semper apparere diligenti procurant studio; cælum igitur stellatum quia per seculorum multa curricula fulgoris eiusdem est, nec decorem mutat tanta eius firmitas, tanta inamissibilis iuuentæ constantia meritò soliditas existimari valeat, nec obsoleta illa aut squallens, sed qualis tersi æris splendor; venustè B. Chrysostomus homilia 2. de incomprehensibili Dei natura, de hoc cælorum perpetuo flore, quam temporum nulla vicissitudo demolitur; *vides cælum hoc, quàm pulchrum, quàm amplum, quam magnificum sit, quemadmodum vario stellarum ordine exornetur, & splendore, quanto durare potuerit tempore? iam enim quinque millia annorum, atque etiam plus seruatur, & constat, nec tamen longo temporis spatio effectum est, vt senescat; sed ad corporis modum adolescentis robusti, floret, vigetque ætate, & quam principio sortitum est pulchritudinem, eandem integerrimam seruat, nulla ex parte factum deterius tanto spatio temporis.* Alterum ex diuinis voluminibus haustum argumentum, firmamenti nitebatur etymologia, quam soliditatem, & duritiem indicare multorum Patrum dicta conspitabant; verùm sex egregios Doctores produximus, qui sine ambiguitate sermonis definiebant, haud crassum aliquid, densatum, aut solidum innuere, alios non paucos retulimus ea vel syderum motibus in cælo, vel aquarum, quæ supra stellatos Orbes concipiuntur proprietatibus adscribentes, quæ obligant, vt cælos ab eis fluidos creditos esse arbitremur. Denique nonnullos exhibuimus, qui vtriusque sententiæ æqua esse pondera existimantes, ad vnam aliquam factionem non transierint; quare dici nequeat veterum Ecclesiæ Antistitum patrocinio hanc esse destitutam spartam, tot enim ex illo senatu perillustri fauentes nacta est, vt non probabilitate tantùm donauerint, sed grauitate, & splendore auxerint.

Nicephor.

Iob 38. 18.

Chrysost.

SECTIO

## Sectio IV.

*Cælum immotum stare, Patrum doctrina; quàm vera & solida? Stellæ fixæ in æthere fluido quomodo eodem situ, & distantia semper? Maculæ Solis vnde producantur? cælum globosum, & rotundum: Angeli num cælorum motores? & huius asserti quanta certitudo? astra à se moueri qui opinantur, num vitæ eis aliquam adscribere facultatem cogantur? & qualem concedi periculum non sit? ex sententia de cælorum animatione occasio faciendi sydera Deos; quidnam in stellis colerent Ethnici? Iudæi* Cælicolæ *quorsum dicti? sacris imaginibus cultum negant: quos adorare Angelos Christianis Apostolus ad Colossenses cap. 2. vers. 18. & Concilia vetant? Origenes, quum animam tribuendo cælis, errauit?*

28. *Cælum immotum stare Patrum doctrina quàm vera, & solida.* IVdicauimus, præferendam eam de cælorum natura doctrinam, quæ aëreos, liquidos, intrare volentibus peruios constituit; sed hoc euerti pronunciato suggeras vulgatissimum conceptum omnibus passim existimantibus Orbes sydereos rotati, & circumuolui: at cuius in circuitum motus quæ necessitas astris ipsis perficientibus quod sphæræ exercuissent? Audi tritum in hac materia idioma? *S. Bonauent.* S. Bonauentura in 2. sent. dist. 14. parte 2. art. 1. quæst. 2. in conclusione: *positio verò naturalium est. sicut Aristotelis, & commentatoris, quòd planetæ non mouentur, nisi motu suorum orbium, sicut clauus fixus in rota mouetur motu rotæ, non proprio, & hoc ponunt propter illius corporis incorruptibilitatem, propter quam non potest scindi, nec transitum præbere alteri corpori*, & *Clauius.* Clauius in cap. 1. Sacrobosci, in illud; *quod autem cælum*, &c. *ergo stellæ infixæ cælo mouentur ad motum cæli, tanquam clauus ad motum rotæ, vel nodus ad motum tabulæ*, &c. His tam communibus Mathematicorum principiis omninò contradicit fluidum reputari cælum, scindi enim poterit à stellis, peragrari sursum, deorsum; circumuolutionis cæli ipsius quæ vtilitas? Non vt peragant sydera cursus suos, non vt locum assuetum retineant, non vt lucem, aut calorem iaculentur, non vt in sublunarem quoquo modo influant Orbem; nihil igitur est, quod cæli motum cogat adstruere, sed hoc stante, sufficit astra inambulare. Respondeo, nouam propositionem haud putandam, quæ cælum non agitari, stellas *Iust. Martyr.* solùm currere decernit. Iustinus Martyr quæstione ad Orthodoxos 130. *Sin cælum globum esse, & in globi modum moueri impossibile est, instar cameræ verò id habere possibile demonstratum est; nulla vtique Christianorum de ignorantia fuerit condemnatio.* Chrysostomus homil. 12. ad populum *Chrysost.* Antioch. non procul ab initio: *Sed cælum quidem immotum permansit, sicut Propheta inquit; qui statuit cælum tanquam testudinem, & extendit ipsum tanquam tentorium super terram; Sol verò cum reliquis syderibus quotidie circumuoluitur*; idémque principio orationis 14. in epist. ad Hebræos, in illud cap. 8. *& tabernaculi veri, quod fixit Deus*, &c. *quod fixit*, inquit, *Deus, & non homo: vbi sunt qui dicunt moueri cælum?* atque ex iisdem Apostoli verbis Theophylactus Chrysostomo adquiescens; *Theophyl.* *Hinc obserua secundùm Ioannem Chrysostomum, quòd cælum neque moueatur, neque rotundum sit, vtraque enim tollit quod ait, fixit*, &c. Procopius *Procop.* Gazæus in cap. 1. Genes. vers. 1. In principio creauit Deus, &c. ex eadem D. Pauli clausula: *vbi igitur sunt, qui cælum quasi perpetua rapi vertigine, & sphæricum pronunciare audent? vtrumque enim Paulus suo eloquio è medio tollit*; idémque in cap. 7. Genes. in illud; *in anno sexcentesimo*, &c. *proinde perperam sentiunt illi, qui cælum fingunt sphæricum, & mobile; nam cælum consistit immobile, & via est astrorum in ipso decurrentium; nec credendum est astra, & stellas cælo esse fixas.* Eusebius *Euseb. Emiss.* Emissenus in cap. 1. Genes. vers. 17. *posuit eas in firmamento*, &c. relatus in catena à Lippomano. *Sacra ergo, ac diuina Scriptura testatur, cælum, firmum, ac immobile esse; solem verò, ac Lunam in cælo moueri, ac cursum suum peragere.* Lactantius *Lactant.* lib. 3. de falsa Sapientia, cap. 23. *& ex motu syderum opinati sunt cælum volui.* Euthymius in Ps. 103. *Euthym.* in illud, *extendens cælum quasi pellem*, &c. *Esaias autem alia quadam, atque eleganti translatione vsus, illius etiam immobilitatem, atque figuram demonstrauit, dicens: Qui statuit cælum quasi cameram*, &c. Hanc suo æuo tractatam quæstionem denotat B. Augustinus lib. 2. de Genesi ad litteram cap. 10. *Augustin.* *De motu etiam cæli nonnulli fratres quæstionem mouent, vtrùm stet, an moueatur? Quia si mouetur, inquiunt, quomodo firmamentum est? Si autem stat, quomodo sydera, quæ in illo fixa creduntur, ab Oriente vsque ad Occidentem circumeunt*, &c. Mox respondens, ait. *Hoc sane nouerint, nec nomen firmamenti cogere, vt stare cælum putemus; firmamentum enim non propter stationem, sed propter firmitatem, aut propter intransgressibilem terminum superiorum, & inferiorum aquarum vocatum intelligere licet. Nec si veritas cælum stare persuaserit, impedire nos circuitu syderum, ne hoc intelligere possimus, & ab ipsis, quippè qui hoc curiosissimè, & otiosissimè quæsierunt, inuentum est etiam cælo non moto si sola sydera verterentur, fieri potuisse omnia, quæ in ipsis syderum conuersionibus animaduersa, atque comprehensa sunt.* Duo subindicat B. Doctor, alterum, eos, quibus persuasum fuit, cælos non rotari, controuersiam diu, & studiosè examinasse: qui hoc curiosissimè, & otiosissimè quæsierunt; alterum, post longam, & acrem indagationem non amplexaturos sententiam, nisi compertum habuissent, quæ de stellarum gyrationibus, luce, influxu, cæteris propietatibus traduntur, ea singula venustè depingi, quanquam loco determinato cælum nunquam progrediatur; quamobrem, vt hoc fieri valeat, sibi non fore inuisam opinionem rectè insinuauit Iosephus de Acosta lib. 1. de natura noui Orbis, cap. 2. id autem à se præstitum ratus Ioannes Eusebius Nierembergius, absolutè de- *Nieremb.* finiuit cælum stare, immotumque esse, inquiens, lib. 7. Philosophiæ curiosæ cap. 14. *Ex multis,*

*quæ*

*quæ à nobis propoſita fuere, argumentis, conuincitur, cælum non eſſe ſolidum, verùm ſubtile & tenue, cum ipſum peregrinis tranſcurſibus oberrent Planetæ, & Cometæ, non ſecùs atque per aerem volucres exſpatiantur, nubes extenduntur, piſces gurgitem ſcindunt; vnde ſequitur, cælum non moueri circulariter, ſed ſtellas agitari per ipſum*; eadem norma Franciſcus

Ouiedo. de Ouiedo controuerſia vnica, de cælo, qui puncto 3. §.4. num.25. cum cælos liquidos eſſe probabilius cenſuerit, puncto 4. num. 14. ſubdit; *vno tantùm exiſtente cælo, & hoc immoto, rectè componi omnes motus planetarum, & ſtellarum inerrantium, poteſt enim quodlibet aſtrum liberè totum ſpatium cæli percurrere, ſicut poteſt piſcis in flumine totum aquarum ſpatium ſurſum & deorſum, ſemel, &*

Fr. Alfonſ. *iterum pertranſire.* Franciſcus Alfonſus in libros de Generatione, diſput.12. ſect.5. num.69. *Quia omnia, quæ huc uſque nouimus de motibus aſtrorum, rectè componuntur abſque eo, quòd ſimul cum illis aliquis cæleſtis Orbis commoueatur, imò & multò meliùs*; & ſect.9. num.95. *ex dictis in ſuperioribus conſtat cælum eſſe immobile*, &c.

29. *Cælos volutari, & circumagi qui ſtatuant.* Clauius. Verùm cælos volutari, & circumagi Clauius in cap. 1. ſphæræ Sacroboſci, in illud; *cælum moueri ab Ortu in Occaſum*, &c. perſuadet, quoniam experientia quotidiana manifeſtum eſt, omnes ſtellas, quæ nobis oriuntur, & occidunt, in eadem ſemper diſtantia, eodémque ſitu inter ſe mouentur paulatim ab Ortu per Meridiem in Occaſum; niſi autem ſtellæ cælo infixæ ad motum ipſius circumuoluerentur, vti clauus rota circumacta, eam non ſeruarent proportionem, nec vniformiter ſemper procederent, ſed nonnunquam vna alteram præcederet, ſpeciatim cùm ipſæ inter ſe magnitudine diſpares ſint, atque circulos inæquales deſcribant: quæ autem maiores circulos efficerent, longiores gradiendo moras protraherent. Inæqualitas igitur motus animaduerſus fuiſſet ſi propriis viribus cælo percurrerent; inſuper, liquet in partibus cæli rarioribus, cuiuſmodi non paucæ cernuntur, (vt eruditus quidam vir, & religioſus vitam degens in Prouincia Peru, quæ polum Antarcticum ſupra Horizontem habet eleuatum, teſtatur in libello, quem de ſitu, & natura Indiæ Occidentalis inſcripſit, propè polum Antarcticum; ita vt nigror quidam pleriſque in locis cæli appareat, ac ſi cælum perforatum eſſet; hæ ergo partes rariores cùm vniformiter cum ſtellis ab Ortu in Occaſum vigintiquatuor horarum ſpacio ferantur, vt non ſemel ab inhabitantibus in illo tractu terræ, eſt obſeruatum, quis dixerit illas per ſeſe moueri, & non potiùs ad motum cæli circumduci, cùm non ſint ſtellæ, ſed partes omninò raræ, & obſcuræ? Quid enim partes illas impellet, ſi non vnà cum cælo circumferantur? Porrò, eruditus ille Religioſus, cuius nomen Clauius

Acoſta. ſuppreſſit, Ioſeph noſter de Acoſta eſt, qui lib. 1. de natura noui Orbis, cap. 2. inquit: *Sunt enim inſignes prorſùs maculæ in cælo, quas in Europa cùm eſſem, nuſquam ita notaſſe me memini; eæ Lunæ laborantis atrorem prorſùs referunt, quas perpetuo tenore cum ipſimet aſtris, quibus ſunt intermixtæ, volui maniſeſtiſſima experientia deprehendimus.* Reſpondet

Camil. Glorioſ. benè Camillus Glorioſus lib.4. de Cometis, c.4. neceſſarium non eſſe ex eo, quòd aſtra, quæ dicuntur fixa, ſemper eandem inter ſe diſtantiam tueantur, quòd alicui ſolido corpori verè affixa ſint; nam fieri poteſt, quòd hæc aſtra in mundo ita à naturæ opifice ab initio conſtituta fuerint, vt hoc modo, & in eadem ſemper diſtantia mouerentur; pulchrè Iob cap. 38. verſ. 33. *Numquid noſti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra?* Tranſlatio Chaldaica: *Numquid noſti ſtatuta cælorum, aut pones rationem reuolutionis eius in terra?* Pagninus quoque & Vatablus *ſtatuta* interpretantur, leges nimirum & decreta; ſcilicet, quibus à productionis exordio ſyderibus talis proprietas communicata eſt, qualem nunc iure miramur, vt alia tranſcurrant, & vagentur, Planetæ videlicet, aliæ quaſi militari Sacramento locum aſſignatum variare non audeant, ſtationem eandem indefeſſa retinentes conſtantia; certè admirationi eſt, qualem ordinem ſeruent cùm regionem, & climata grues mutant, vt referunt Ariſtoteles lib. 9. de hiſtoria animalium, cap. 10. Plutarchus tractatu de ſolertia animalium. Plinius hiſtor. natural. lib. 10. cap. 23. Hieronymus epiſt. 4. ad Ruſticum num. 41. Iſidorus Hiſpal. lib. 12. originum cap. 7. Caſſiodorus variar. lib. 8. formula duodecima, & alij apud Aldobrandum Ornithologiæ parte 3. lib. 20. cap. 5. idémque parem ſagacitatem Thunnorum in natando, & Arithmeticam quandam induſtriam ex Plutarcho recenſito nuper opuſculo, aliiſque obſeruat lib. 3. de piſcibus, cap. 18. Similia non pauca occurrunt in terris, ſed inferiora his, quæ Olympo relucent, vnde memorato cap. 38. rurſum in Iobo verſ. 37. *Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli quis dormire faciet?* pro quibus Chaldæus Paraphraſtes: *Quis numerabit ſtellas cæli in ſapientia*; num aſtra cùm diſparis ſint magnitudinis, fulgoris, influxus, non minorem tamen harmoniam repræſentant ob ſtabilitatem iniuncti officij ab initio, quam vocum inter ſe comparatarum inæqualitas melodiam pariunt ſub dextero Muſicæ præceptore; vt minus ſit illud, quod aliquibus peregrinum viſum, quo pacto tam grandia, & denſa aſtrorum corpora non mergerentur cælo fluido exiſtente? valut enim olaum ab aquis non ſepelitur, nec glacies cùm ſpiſſior ſit, ita nec ſtellæ ſubſidunt in liquido; ſed nec eadem cùm feruntur per æthera ſonos magnos edunt; tractus enim illi talibus conſtratus eſt qualitatibus, vt perumpentes aërem fragores non edant, tacitè ſulcant, aut vt clamosè nonnunquam gradiantur, intercapedo ingens, quo minùs percipiatur, vetat.

Iob 38. 33.

Ariſtot. Plutarch. & alij.

Iob. 38. 37.

30. *Stellæ fixæ in æthere fluido quomodo eodem ſitu, & diſtantia.* Et quid ni ad Creatoris imperium ſtellæ fixæ vniformis ſemper gradiantur curſu, ſpatiis æqualibus, diſtantia, aut coniunctione eadem? exercitus ſunt, Geneſ. cap. 2. verſ. 1. vbi de ſyderibus, & omnis ornatus eorum; Hebræum transferint, exercitus eorum; cæli militia vocantur Deuter. cap. 17. verſ. 2. Reg. 4. cap. 23. verſ. 5. At nónne ex ritu, & præſtituta diſpoſitione præliantur? Iudic. cap. 5. verſ. 20. *De cælo dimicatum eſt contra eos, ſtellæ manentes in ordine, & curſu ſuo aduerſus Siſaram pugnauerunt.* Quòd ergo terreſtres facere Duces valeant, vt numeroſiſſimæ militum copiæ tenore conſimili procedant, atque vt nulla ſit diſſimilitudo ſi iiſdem incedere modis Præfecti mandent; nónne Author rerum aſtrorum ſic diſponere circumuolutiones queat, vt ne latum vnguem metas tranſgrediantur? Iam quod ad maculas cælorum ſpectat, quæ in Orbem circumducuntur pari cum fixarum ſtellarum curſibus norma, oportebat ſtatuiſſe non aliqua cor-

Iudic. 5. 20.

pora

pora distincta ab ipsis cælorum substantiis; id quanquam Fromondus non deneget lib. s. de meteoris, cap.5. art.s. In fine; addit, existimari quoque posse plurimas fusci, vel subrusi luminis stellas colligatas in vnum nodum; sic credunt plerique, & nebulosas stellas appellant; quod pariter autumatum est de maculis solaribus, de viæ lacteæ candidis semitis, de Cometarum supra Lunam existentium figuris. Ac quidem galaxiam stellarum innumeris fulgoribus, seu gemmarum splendore interstinctam arundo illa Telescopij manifestauit; cùm igitur hæ coniunctiones sint quæ socialiter, & agminatim gradiuntur astrorum, de iis, quod de cætera stellarum multitudine, statuendum, immota cæli sphæra circulos conficere, ipsasque tantum agitari: *Macula Solis vnde.* maculas autem Solis, & Cometarum terrificos aspectus licèt syderum aggregationem, & conuentum non pauci arbitrentur, cùm tamen istorum societas properè dissoluatur, nisi Angelorum fieri ministerio subscribamus, à qua naturali causa proueniat, vt ad Cometam formandam conspirent, atque ea hac colligatione funestæ in terris sequantur clades, expeditu difficile est; satius est cogitare Regionem illam astriferam halitus, & vapores delicatos subministrare, è quibuscumque demum corporibus ascendant, quorum ea alimento nouæ formentur qualitates, nonnunquam & substantia producatur; nouas enim productas stellas quanti sunt qui contendant? Quid hinc metus? quæ formidinis ratio? nempè dissoluendam, priusquam mundi superaduenіat exitus, cælorum architecturam? nullum interitus cælo periculum imminet; quanquam enim natura sua eiusdem est conditionis cum his, quæ generationi, & corruptioni subiectantur, sed Numini placuit muoire, iis conuallauit præsidiis accidentium, quæ incolumitatem certò spondent? interim, an ex partibus integrantibus nonnunquam leue aliquid victum sit, & alteram translatum in substantiam, & quo pacto hoc detrimentum recompensetur aliis detriumphatis naturarum formis; an verò nunquam decrescente substantia exhalationes nutrimentum sufficiens præstent ad nouorum effectuum quoscumque ortus, quid omnino verum sit, latet; halitus quidem exspirari à Planetarum, & fixorum syderum corporibus, à cæli globo, & inde formari vel solares maculas, vel Cometarum ignes, vel nouas alias apparentias, in quibus cælum variatur, rectè senserunt Fromondus lib.3. de meteoris, cap.2. art.6. Camillus Gloriosus lib.5. de Cometis, cap.1. Cysatus epistolæ fragmento apud Nierembergium lib.2. histor. naturæ, cap. 11.

31. *Cælum globosum, & rotundum.* Sed cùm dicitur cælum immotum perseuerare, quando vt ita sentiatur, Patrum non leuiter excitet authoritas, hanc tanti non faciendam cuipiam videri possit, quod eodem conatu defendant cælum globosum non esse, neque in sphæræ tornatum figuram, sed ad cameræ, & tentorij normam, & rotundam non perfectè, verùm ad se in circuli expressionem: hanc autem cælorum descriptionem reiiciunt omnes, nam orbicularem esse statuunt; igitur huic adsociata pronunciato de cælorum immobilitate opinio simul reiectanda est. Respondeo, licèt Patres duas coniungere propositiones consueuerint, alteram negantem cælis sphæræ imitationem, alteram moueri eisdem inficiantem, sed vtrique dicto non idem subiecisse fundamentum; causæ igitur assertionum perpendendæ, ex quarum neruis, aut deserendæ fuerint, vel amandæ. Porrò cælos dimidiatè sphærales esse Mathematicæ obseruationes non cogunt, quæcumque enim figura rotunditatem excludens seu quadrata, seu oualis astrorum reuolutionibus deseruire nequeat, minùs verò fornicis, aut cameræ similitudo, stellas enim gyrando cursum peragere solem, imprimis Ecclesiastes nobis suggerit cap.1. vers.5. *Oritur Sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur, gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem, lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur.* Eccl. 1. 5. Prouerb. cap. 8. Prou.8.27. vers.27. *Quando præparabat cælos, aderam, quando certa lege, & gyro vallabat abyssos; ex Hebræo in describendo circulum super faciem abyssi.* Ecclesiastici, c.24. vers.8. *gyrum cæli circuiui sola*; aliæ transl- Eccli.24 8. lationes; *orbem, siue ambitum cæli rotaui sola.* Porrò vt in circulum astra voluentur, nónne sphærarum expressio omnium aptissima? His autem Scripturarum effatis, quæ cælos globum formare declarant, non obstat, quod fornici, cameræ, tentatorio sacræ eædem litteræ comparent nonnunquam; non enim adæquatas cælorum proprietates loca illa repræsentant, sed hominum conceptibus se accommodant, aërea videlicet, quæ supra terram regio eleuata est, ad telluris latera tantùm descendere putatur oculis iudicibus; quare semisphæra tantùm existimabitur, nisi Philosophia manuducente, & consideratis experimentis eorum, qui terra & mari longissima susceperunt itinera, ratio corrigat, & doceat vbique circumfundi æthere glebam & aquas. Porrò diuinorum oraculorum clausulas, quæ tentorio & cameræ adsimilant Orbes sydereos, venustè explicant Hieronymus in cap.40. Hieron. Isaiæ, in illud, *Numquid non scietis, numquid non audietis*, &c. Augustinus lib.2. de Genesi ad litte- Augustin. ram cap.9. & in Psalmum 103. in illud, *extendens cælum sicut pellem.* Ioannes Philoponus lib. 3. de creatione mundi, cap. 9. Cùm igitur nihil sit, quod vetet cælos tornatos, & circulares esse, iisque hanc in normam formantes, meliùs concipiatur, quemadmodum elementa suo concludant ambitu, per ipsos gyrando stellæ exspatientur, asseuerandum est illos globosos fabricatos commonstrant Honorius Augustudunensis lib.2. de Philosophia mundi, cap.55. Pererius Honor. Aug. & alij. lib.2. in Genesim, quæst.3. Acosta de natura noui Orbis, lib.1. cap. 2. Clauius in cap.1. Sacrobosci, in illud; *necessitas, quoniam*, &c. Conimbricenses lib.20. de cælo, cap.4. quæst. 1. art.2. Rubius lib.2. de cælo, & mundo, cap.5. quæst.1. Martinengus tom.1. Glossæ Magnæ in capite 1. Genes. pag.614. Merula Cosmographiæ generalis lib.2. cap.1. Auersa tom. 2. Philosoph. quæstione 31. sect. 4. Ob præfatos igitur titulos cogitatio de cælorum semiorbiculari figura, asseclis destituta est. Cæterùm alia sententia de immobilitate cælorum, syderum mutationibus, & transcursibus nititur, non enim ob sphærarum volutationem rotantur, sed vel ipsa se agitant, vel ab Angelis transferuntur. Quodcumque autem horum contingat, superuacaneum est orbibus cælestibus motum tribuisse, hic enim motus cùm eò spectat, vt ex ipso colligatur stellarum agitatio, data alia causa sufficienti cursus stella-

rum,

rum, excusandos erit; cùm autem postea diligentes Mathematici, & Philosophi per subtilia instrumenta, & syderum diuturnas obseruationes grauissimis experimentis edocti fuerint, stellas sine ope circulorum, quibus deferri eas plerique crediderunt, loca mutare, huc atque illuc transmigrare, placuit eis iudicium de immobilitate cæli; nam sublato agitationis scopo, nempe quo stellæ suos peragerent cursus, cælum quamobrem in gyrum circumduci deinceps statuerent?

*Angelis nam cælorum motores, & huius asserti quanta certitudo.*

32. Verùm sustineri nequaquam posse, cæli vt immobiles statuantur aduertas, propterea, quòd sacrosanctum axioma Theologorum, Philosophorumque habeatur, *incorporeas intelligentias esse cælorum motrices*; quod si tollatur dictum, nullum relinqui argumentum, quo Angelorum comprobetur existentia, autumat Pereira lib. 2. in Genesim quæst. 5. num. 20. & latè conatur demonstrare Bubalus de Angelis, quæst. 50. art. 1. difficultate 1. quæsito 2. §. 6. pro eadem thesi non pauca Coimbricenses aggerunt in lib. 2. de cælo, cap. 5. quæst. 5. art. 2. Rubius de cælo, & mundo, lib. 2. cap. 5. quæst. 8. Auersa Philosoph. tom. 2. quæst. 34. sect. 7. Quin verò Bubalus loco nupertimè citato §. 2. in fine adstruit, periculosè loquutos nonnullos Scholasticos, qui contrariam defendere doctrinam ausi sunt, vtpotè communi sensui Ecclesiæ repugnantem vt Angelicus insinuat Doctor quæst. 6. de potentia, artic. 3. & opusculo 10. artic. 3. & 1. parte, quæst. 10. artic. 1. in corpore; Hurtado de Mendoça decernit disputat. 2. de cælo, sect. 4. §. 52. non posse absque temeritate negari; sed hanc indebitè laram censuram manifestant quæ idem scribit Metaphysicæ disputat. 12. sect. 2. §. 7. docet etiam Aristotelem Metaphysicæ 12. à cap. 6. *ræsequutum existere intelligentiam rationem verò*, (inquit,) *non est assequutus; sumpsit enim argumentum ex cælorum motu, & conuersione, quæ non possunt ab ipsis cælis oriri; ergo ab alio principio extrinseco: hoc autem est substantia immaterialis completa, quam Angelum nuncupamus.* Itaque stando rationi, & inhærendo Philosophiæ viribus, definir ex cælorum rotatione, & circulis non posse efficaciter colligi existere intelligentias, sed ad id per coniecturam, & probabilitatem deduci; videlicet, quoniam vel cæli per seipsos ab intrinseco moueri queant, sicut elementa locum virtute indita adquirunt; aut si ipsa se agitare non valent, & opus sit motore externo, hic Deus potest esse; conspirant in huius illationis veritatem Suarez tom. 2. Metaphys. disput. 25. sect. 1. num. 14. Valentia 1. parte, disputatione 6. quæstione 1. puńct. 1. §. *Deinde hoc*, &c. Arrubal disputatione 148. cap. 1. num. 7. Meratius disputatione 1. de Angelis, sectione 2. conclusione 3. Alarcon tract. 6. de Angelis, disputat. 1. cap. 2. num. 7. Raynaudus in Theologia naturali, distinctione 2. quæstione 1. articul. 1. num. 4. Si igitur per rationem naturalem neque à priori, neque à posteriori demonstrari valeat cælestes Orbes ab intelligentiis circumuolui, vnde huius assertionis tanta certitudo, vt ab ea resilire non liceat? Scilicet, Scripturæ, Patres, Scholastici suggerunt, demandasse Numen Angelis cælos vt moueant? verùm rectè admonet Palacios in 2. sentent. distinct. 14. disputat. 1. sub finem, ex reuelatis nihil produci, quod probabilitatis limites excedat, & obsecro, quidnam ex diuinis eruitur voluminibus, quod vel per seipsum, vel ex communi interpretatione intelligentias cælorum fore motrices innuat? nempè ex Iob cap. 9. vers. 13. *sub quo curuantur qui portant orbem?* Iob 9. 13. At quàm istorum verborum differentes, & inconformis expositio? quibusdam referentibus ad dæmonas, aliis ad viros sanctitudine conspicuos, nonnullis ad Imperatores, & Magistratus; de Angelis intelligunt quidem S. Gregorius Papa, & huius Abbreuiator Odo Cluniacensis Abbas, Strabus, Nicolaus de Lyra, Hugo Cardinalis, Angelicus Magister; verùm de motu cælorum intelligentiarum ministerio, nihil declarant, sed generatim traduot Angelos præsides, & custodes rerum inferiorum, & corporatarum, insinuari; alter non minùs iactatur locus ex Matth. cap. 24. vers. 29. *& stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur,* Matth. 24. 29. & Luc. cap. 21. vers. 26. *nam virtutes cælorum mouebuntur.* Luc. 21. 26 Porrò B. Thomas opusculo 15. de substantiis separatis, cap. 18. adstruit de sanctis Angelis omnes Doctores exponere. Agnosco, de Angelis interpretatos Origenem tractato 30. in Matthæum, Chrysostomum homilia 77. in eundem, & in catena Græca Corderij in Lucam capite 21. vers. 26. Suspicio est sermonem 49. in appendice de diuersis tom. 10. operum Augustini, qui consueuit Augustino adiudicari, & inter sermones de tempore 130. numeratur, ex Chrysostomo decerptum fuisse, qui & de Angelis declarat, vti faciunt ad Matth. cap. 24. vers. 29. Hieronymus, Beda, Theophylactus, Euthymius, Anselmus, Glossa ordinaria, & interlinearis, Paschasius Abbas, Lyra, Hugo Cardinalis, Christianus Druthmarus, Zacharias Episcopus Chrysopolitanus libro 3. Harmoniæ Euangelicæ, capite 145. in fine, Eusebius Gallicanus sermone 2. de Aduentu; sed quid in tot Patrum commentariis de Angelis, quibus cælos contorquere munus est? Nec quidem id satis declarat Eusebius in catena Græca in Lucam nom. 23. dum ex Corderij versione inquit, *virtutes, quæ primum seculum in priori illa mundi constitutione gubernabant, quæque præsunt sensibilibus partibus vniuersi, tunc mouebuntur, vt potiorem statum attingant; absoluentur enim in seculo nouo à ministerio, quo Deo seruiunt circa sensibilia corpora secundum corruptionis statum*, &c. Eusebius. Hæc autem aptè constituas de excubiis, & custodia Angelorum, qua inuigilant conseruationi rerum subluuarium; clariùs aliquantum id exprimitur à S. Thoma ad cap. 24. Matthæi, & ibidem à Tostato quæstione 166. & à Suarez tom. 2. in 3. partem, disputatione 56. sectione 3. §. *secunda expositio*, &c. Litteræ autem germaniorem sensum putamus esse, qui enarrat de polis, & cardinibus cælorum, his sub finem mundi nutantibus, quin & deficientibus prorsus vt noui, & perfectiores succedant Orbes, de quibus Iob capite 26. vers. 11. *Columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad nutum eius*; ita in Matth. Iob 26. 11. capite 24. vers. 29. Caietanus, Maldonatus, Cornelius, Alapide, Franciscus Lucas, Iansenius concordiæ capite 128. in illud, *sed in illis diebus*, &c. Salmeron tomo 4. in Euangelia, parte 3. tractato 40. in illud, *& virtutes cælorum*, &c. Barradas tomo 3. concord.

*Pereira.* — *Bubalus, & alij.* — *Aristot.* — *Suarez, & alij.*

concord. lib. 9. cap. 10. Adamus Cootzen in cap.14. Matth. verſ.19. quæſt. 3. Corderius annotationibus coniunctis cateoæ Græcæ in Lucam cap.21. verſ.26. igitur ex ſacris litteris nihil depromitur, non dicam certum reddens aſſertionem illam, ſed nec veriſimiliorem, neque in antiquis Eccleſiæ Patribus quidquam relucet, idem, quo dogma ſpeciatim ingeratur; tradunt illi cum Areopagita de cæleſti Hierarchia cap. 5. & diuinis nominibus, cap. 8. rerum viſibilium, & inferiorum gubernationem, & curam Angelis impoſitam, vt expendit S. Thomas 1. part. quæſtione 110. art. 1. in corpore, verùm, quod ſingulariter iuſſi ſunt cæleſtibus aſſidere ſphæris, atque eas rotare, à priſcis Doctoribus rarò expreſſum eſt; itaque nec Patrum ea trita cogitatio habenda eſt. Quid igitur ſupereſt? nempè à Philoſophis, & Scholaſticis communiter doceri; verùm Philoſophos in varias diſſenſiones factiones, atque alios altis contraria tradidiſſe, expendunt Euſeb. Cæſar. lib. 14. de præparatione Euangel. cap. 9. & 10. Theodoretus libro, ſeu ſermone 3. de curandis Græcor. affectionibus, qui eſt de Angelis ad medium; ſed quidnam
Theodor. idem Theodoretus in epitome diuinorum Decretorum cap. 9. de Angelis? inquit. *Angelos autem nec vt Græcorum Poetæ, & Philoſophi, in Deos referimus, nec in maſculinum, & fœmininum ſexum incorporeum naturam diſtinguimus*; modò ingenitas ſubſtantias affirmabant, modò inter diuinam, & creatam faciebant mediam aliquam eſſentiam, vt obſeruant Euſebius lib. 13. de præparatione Euangel. cap. 18. Lactantius lib. 2. cap. 14. Minutius Fœlix in Octauio, Cyprianus tractatu de vanitate idolorum. Theodoretus lib. 3. contra Græcos, à quibus ineptiis ne quidem liberum fuiſſe Platonem ipſum ſuggerunt, quod Platonis vindex Beſſarion Cardinalis non diffitetur lib. 3. aduerſùs calumniatorem cap. 7. quod hauritur non obſcurè ex ipſomet Platone 4. de legibus, & in Epinomide; ſed nec Plato, & ſcholæ ipſius cultores, quemadmodum nec Ethnicorum pleri que ex cælorum motu Angelos comprobant, ſed ex beneficiis erga homines, & animantia, hoc enim nomine Dæmonum præſtigias condecorabant, id quod ex Platonis Sympoſio diſertè liquet: igitur Peripateticæ doctrinæ Ethnicos Profeſſores ſi quoſdam excipias, in reliquorum Philoſophorum lucubrationibus haud multa reperias, quæ per intelligentias cæleſtes circumduci ſphæras, ſtabiliant.

33. Reſtat ergo, vt Scholaſticorum concordibus celebratam ſuffragiis concluſionem inficiari non valeamus? At ne hoc quidem concedere veritas patitur. Magnus Albertus in 2. diſtinct. 14. art. 6. quæſtionis vtrumque membrum æquè dubium eſſe ſtatuit; quam eius fuiſſe mentem Carthuſianus perhibet ibidem quæſt. 4. iam verò S. Bonauenturæ dictum in 2. diſt. 14. part. 1. art. 3. quæſt. 2. in corpore: Dicendum, quòd in hac quæſtione duæ ſunt poſitiones probabiles, concordes rationi & Scripturæ: Bonauenturæ adſentiuntur Gabriel præfata diſt. 14. quæſt. vnica, dub. 2. Baſſolis quæſt. 2. Palacios diſputat. 5. ad finem. Porrò, cælos moueri per ſe, & ab intrinſeco virtute ipſis innata eum in motem, quo motu progreſſiuo animalia commigrant, vel quemadmodum grauia ſeipſis ad ima tendunt, leuia ſurſum auolant, abſolutè decernunt Guilielmus Pariſienſis ſecundæ partis de vniuerſo parte 2. cap. 97. Ioannes Maior in lib. 2. de cælo, cap. 5. Albertus de Saxonia 8. Phyſic. quæſt. vlt. Franciſcus Valleſius in Phyſica controuerſ. 11. Tycho Brahe de noua ſtella anni 1572. cap. 8. pag. 575. in ſententiæ Franciſci Valleſij impugnatione circa illius Cometæ naturam §. *at demum illi*, &c. Didacus à Stunica Auguſtinianus lib. 4. Phyſic. cap. 1. Camillus Glorioſus lib. 4. de Cometis cap. 2. Ioannes Nierembergius lib. 2. hiſtor. naturæ cap. 5. A motore quidem extrinſeco conuolui Orbes ſydereos defendit P. Leſſius, ſed ab Angelis id fieri negat, cauſam primam eſſe quæ moueat adſtruens lib. 11. de perfectionibus diuinis, qui eſt de prouidentia, cap. 8. n. 46. idemque Martinus Breſſerus lib. 1. de conſcientia, cap. 1. num. 6. Chriſtianæ igitur ſcholæ Doctores non pauci reſpuunt concedere cælum Angelorum miniſterio circumrotari; alij tanquam probalius ſolùm iudicant Angelorum potentia cælos agitari: licet autem in hoc tuendo pronunciato Scholaſticis vna fuiſſet vox, tamen cùm ex principiis reuelatis non comprobent, nec enim ex Scriptura, Conciliis, Patribus demonſtrant, ſed ex Philoſophiæ manuductione, ſupponentis Orbes ſtellatos à ſeipſis impelli non poſſe, authoritas ipſorum non tanta religione colenda eſſet, nempè, à qua diſcedentes, philoſophicè, aut mathematicè tantùm errarent? imò, ne errarent quidem, debile enim cenſeri à pluribus viris doctis fundamentum perſpeximus numero elapſo, quod ſtatuit ſphæras, è quibus cælum componitur, non niſi ab Angelo moueri; nam quidem cælum graue non eſt, hac enim præditum qualitate nihil teſtatur, non locus ſupremus, quem obtinet, non ſubtilitas formæ ipſius, grauitate autem exemptum, pondere etiam vacat: pondus autem non habens cur omnium facillima agitatione, nimirum circulari, per ſeipſum moueri, negaturi ſimus? Non eſt illi pugna cum altero contratio in ordine ad locum, vel munus quodnis exercendum; in ſpatio quo rotatur, nullo obice curſus frangitur; quando igitur impedimenta circumuolutionis nulla exiſtunt, & ab intrinſeca hanc oriri virtute eius, quod impellitur, connaturalius ſit quàm ab externo motore; eam declinare in partem congruentius eſt, quæ cælo ſi mutaret vbicationem, propriam & innatam concederet vim; quoniam verò cælum fixum ſtare ducimus, de aſtrorum migrationibus, & quocumque vagatu affirmandum, non deſcribi itinera, & circulos, quos Olympo faciunt, eo quòd ab Angelis huc illuc circumferantur, ſed quia à Numine eis imbibita eſt virtus, qua progreſſiuè ſe moueant, & in cælis ſpatia percurrant tali ordine, eaque varietate, & influentia, qualem vniuerſi mains expoſcit bonum: ſed inquias, aſtra ſi in orbem gyrantur, cùm poſt mundi finem motus ceſſauerit, continget ſtellas violentiam deinceps paſſuras; quemadmodum enim flammas vim pati adſtruimus ſi quod eis naturale eſt, comburere nimirum, id impediatur; ſic quando ſyderibus connaturale, & internũ ſit in orbem moueri, hac ſublata poteſtate, violẽtè requieſcere ſupponendũ erit; nobis ex particulari opinione facile eſt hanc dirimere controuerſiã; arbitrantes enim poſt Orbis conflagrationem alterum producendum cælũ eſſentialiter diuerſum, alios nobiliores planetas, aſtrorum fulgẽtiorẽ chorum,

ſubtexere

subtexere valeamus nonorum corporum proprietatem futuram, vt quiescant, nec sphæricè circumagantur; quamobrem à motu vacatio contra exigentiam natiuam haud computabitur; iuxta sententiam verò ordinariam, quæ eadem quoad substantiam permansura cælestia corpora statuit, non displicet quod à Lessio insinuatur lib. 1. de prouidentia Numinis, cap. 2. num. 16. videlicet, supponendo motum cæli, aut si istud fixum hæreat, loquendo de sydetum transcursibus, ipsa non exigere determinatè circularem motum, quare non eis minus connaturale esse quietem, quàm volubilem agitationem; functiones enim cælorum, elementorumque vt naturales esse censeantur, nec oppressione, aut violentia grauari, non sunt tantum considerandæ in seipsis, sed cum respectu ad bonum vniuersale mundanæ fabricæ, peregrinis exemplis dimissis, satis est illud è Tyronum schola, aquæ nimirum sursum ascendentis ne vacuo locus præstetur, nec enim tunc latericibus violentia infertur, quia generalioti commodo deseruiunt, vniuersitatis rerum scilicet pulchritudini, quam vacuum inspeciosam redderet; stellis igitur motus in tantum connaturalis esse putandus est, quatenus vniuersi eum finis exigit, huius autem scopus requirit ad beneficium hominum, animantium, plantarum, totiusque sublunaris Orbis; mundi autem exitus cum aduenerit, opus non erit sydetum in terras, aut eius habitatores benignitate prouenientе à motu ipsorum; ergo, quod tum motus subauferatur, contra stellarum non est naturam, cuius ex legibus rotari tamdiu solum poscebant, quandiu gyrationes ipsorum vniuersi rectæ dispositioni salutarea iudicarentur.

34. *Astra à se moueri qui opinantur, nil vita eis aliquam adscribere facultatem & quibus essendi periculum non sit.* At motum si tribuimus astris congenitæ ipsis virtutis effectum, quomodo vitæ eis facultatem non sinua concessuri? huius enim constitutio est motum esse à principio intrinseco, nimirum, qui in agente subiecteiur & recipiatur; stellarum autem latio huius generis computatur, nam eùm locum progrediendo adquirunt, actio & terminus contra ipsas manet, ipsismet inhæret: vita autem eis largita, animam eia adscribamus oportet, non enim vitales operationes dissuunt nisi ab anima, vel intelligente, vel sensitiua, aut vegetatiua. Porrò, eò adigi, vt sydetibus animam donemus, tutum satis non est; siquidem Ethnicorum priscis Gentibus idololatriæ natam inde occasionem S. Thomas aduertit in disputatis, quæstione vnica de anima, articul. 8. ad tertium; vitandum eiusmodi dogma propterea statuit Claudius Spencæus tractatu de cælorum animatione, capitis duodecimi initio; quòd periculorum, & scandalorum in fide ac Religione Christiana plenum sit, idololatriæ, & superstitioni valdè obnoxium, imò necessariò, & inenodabiliter, (vt ita dicam,) annexum; idem Delrij iudicium lib. 1. de Magia, cap. 3. quæstione 1. §. *sed hæc omnia*, &c. quantum etiam sit discrimen, admonent Martineogus Glossæ Magnæ in Genes. cap. 1. parte 1. pag. 890. Pineda in cap. 1. Ecclesiastæ vers. 6. lustrans vniuersa in circuitu, &c. num. 5. Certè, inde Manasse vt Deorum numero conscriberentur à Paganis astra, cælúmque ipsum, docent Clemens Alexandrinus in Protreptico, Lactantius lib. 2. cap. 5. Iustinus Martyr in euersione dogmatum Aristotelis num. 56. Epiphanius hæresi 5. Minutius Fœlix in Octauio. Theodoretus in epitome diuinorum Decretorum, titulo de Angelis. Nec putemus hoc infectos errore rusticam solùm turbam, aut indoctiores quosque homines, omnium Academiarum sectas contaminauit, Pythagoreos, Stoicos, Peripateticos, Platonicos, vt memorat Clemens Alexandrinus sub finem exhortationis ad Gentes, atque Epiphanius initio Anacephalæosis; de Platone testantur Cyrillus Alexandrinus lib. 5. contra Iulianum. Tertullianus lib. 1. contra Marcionem cap. 13. & ex recentioribus Carpentarius in cap. 12. Alcinoi. Billius commentario in Damasceni lib. 2. de fide Orthodoxa, cap. 6. de Aristotele idipsum Clemens; subindicat Stromateus Parænesis non longè à fine, & de ambobus consentiunt ex iunioribus Bessarion Cardinalis libro 3. in Platonis calumniatorem cap. 7. Espencæus opusculo de animatione cælorum, cap. 12. Quid multis? Anaxagoras Philosophus ausus Soli deitatem negare, & laminam candentem, atque Ignitam dicere tanquam reus accusatus condemnationem subiit, vt lib. 2. eius in vitæ actis narrat Laërtius, & confirmant Iosephus lib. 2. contra Appionem, S. Augustinus de ciuitate, lib. 18. cap. 41. cladem hanc fuisse omnium Gentium, excepto solo Hebræorum populo vera imbuto religione, affirmat Eusebius Cæsar. lib. 7. Euseb. Cæs. de præparatione Euangel. cap. 3. *Soli ex omnibus Hebræi contrariam in tanta multitudine viam inierunt; terram, aquam, aerem, ignem, ex quibus hunc Orbem constare sentiebant; Solem pariter, Lunam, ac sydera, non Deos, sed Dei opera esse philosophati sunt; probè enim ipsi corporea substantia propriam hanc esse naturam intelligebant, vt quemadmodum fluxa illa, atque interitui obnoxia est, ita ratione simul & animo careat*, veruntandem ex ipsis Hebræis plurimi manus dederunt, & superstitione eadem deformati sunt, vt passim sacra vaticinia exprobrant eis; vnde Protomartyris sermone Protomart. Actorum cap. 7. vers. 42. *Conuertit autem Deus, & tradidit eos seruire militia cæli, sicut scriptum est in libro Prophetarum.* Quamobrem Iosias Princeps laudatissimus Regum 4. cap. 23. vers. 5. *Deleuit* 4 Reg. 23. 5. *eos, qui adolebant incensum Baal, & Soli, & Lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ cæli*; versu autem vndecimo: *abstulit quoque equos, quos dederant Reges Iuda Soli: currus autem Solis combussit igni*; sed num Iudæi ideo sydera colerent, quoniam animata putarent? Perquam verisimile est hoc eos stimulatus fundamento, vt existimant Baronius tom. 1. anno Christi 60. num. 16. Delrius de Magia, lib. 1. cap. 3. quæstione 1. §. *primò, si cui*, &c. equidem ab earum Prouinciarum, in quibus Israëlitæ aliquamdiu commorati sunt, aut quas vicinas, & familiares haberent, mortalibus hac lue maculatis, hausisse idololatriam, ab Ægyptiis præsertim, Mesopotamis, seu Chaldæis diuinæ adsignificant litteræ; Iudicum cap. 2. vers. 12. *Dimiserunt Dominum Deum* Iudic. 2. 12. *patrum suorum, qui eduxerat eos de terra Ægypti, & sequuti sunt Deos alienos, Deósque populorum, qui habitabant in circuitu eorum, & adorauerunt eos*; expendit S. Hieronymus in capite 8. Oseæ, in illud, *proiectus est vitulus tuus*, &c. Hieron. Gentes exprimuntur capite 24. Iosue vers. 14. Iosue 24. 14. *Auferte Deos, quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia, ac in Ægypto*; de Ægyptiis

*P. Sherlogi Antiq. Hebr. Dioptra.* Cc 2 Seuetia

Seuerianus in catena Græca in Pentateuchum. Gen.1.1. Genes.cap.1.vers.1. *Iudæos enim docebat, qui paulò ex Ægypto transfugerant, qui ritus eius gentis didicerant, quæ cælestia simul, & terrestria corpora colerent, Solem, Lunámque & astra.* De Mesopotamis, Chrysol. vel Chaldæis Chrysologus sermone 156. de Epiphania. *Quando vnum Deum sine Deo Chaldæus adoraret in terra, qui in cælo Diis totidem, quot syderibus seruiebat?* legendus Abulensis quæst. 7. in cap.1. Exodi. Cùm igitur à prophanis ex Gentilitate Magistris falsoa hauserint ritus Iudæi, iisdeio incitati fuere argumentis, nempè, quòd viua, & animata crederent. Certè Philo Iudæos sæpè indicat stellas etiam rationali mente excellente libro de mundi opificio, item de plantatione Noë; clariùs verò operibus de somniis, & gigantibus. Hoc ipsum ex professo docet Rabbi Moyses Ægyptius in Ductore dubitantium lib.2. cap.5. & 6. Sed vndénam ad Philonem, & Moysem hæc dimanauit opinio, nisi ex priscis Hebræorom sapientibus, qui stellas aoimam habere tradiderant? qua sententia mixi prauorum dogmatum satores, cælo & astris diuinitatem concesseront.

35. *Quidnam in stellis colerent Ethnici.* Sed verum fuerit impiæ stellarum adorationis fomitem conceptum ex assertione de vita speciatim intellectiua astrorum, interrogo, quid animæ cælorum vocabulo intellectum sit ab eius pronunciati ducibus? maximè autem ab Aristotele & Platone, qui nobiliorum scholarum conditorea? planè non esse interpretandos de forma aliqua intrinseca substantiali, ex quo ens per se consurgat, verùm de forma extrinseca intimè approximata assistente & mouente, nimirum intelligentia, qua æther & stellę circumuoluuntur, ac proinde de vnione motoris ad mobile clarè edisserit S. Thomas quæstione vnica de spiritualibus creaturis, art.6. in corpore. Sic igitur, negandum est corpora cælestia esse animata eo modo, quo ista inferiora corpora animantur; non est tamen negandum corpora cælestia esse animata si per animationem nihil aliud intelligatur, quàm vnio motoris ad mobile; quem Angelici Doctoris sensum propugnat Ferrariensis. Ferrariensis in commentario lib.2. contra Gentes, cap.70. §. *ad quartum dicitur*, &c. & distioctè S. Thom. & alij. admodum idem S. Doctor 1. part. quæst.70. articul. 3. in corpore; quòd pariter adstruitur à S. Booauentura in 2. sent. dist.14. part.1. art.3. quæst. 2. in conclusione; Aristotelis eam fuisse cogitationem statuunt Pereira in Genes. lib. 2. quæst. 7. num. 23. Cooimbricenses in lib. 2. de cælo, cap.1. quæst.1. art.2. §. *præterea quod*, &c. Raynaudus in Theologia naturali, dist. 2. q. 2. art.2. n.46. Bubalus latè in q.51. de Angelis, art.1. quæsito 2. diffic.2. à §.7. & de Platone, difficult.3. §. *secundo*; proinde generatim P. Vasquez tom.2. in 1.p. disp.183. c.1. ad finem; itaque iuxta horum omnium sententiam, qoi docent cælos animatos esse, consequitur, Angelos, seu intelligeotias cælorum animas esse; nec ab Ethnicæ Sapientiæ placitis Hebræi discrepabant; equidem superstitione falsorum Numinum delectati, cùm stellas adorarent, mototem Aogelum potius, quàm sydera coluisse videantur; & quasi ex mobili & motore, nimirum intelligentia, & astris vnum compingeretur, militiæ cælestis vocabulo vtrosque designabant; Deuter.c.17.vers. *sic stellæ* nuncupantur; Angeli autem Lucæ c.2.vers.13. quod à S. Hieronymo animaduersum est epist.151. ad Hieronym. Algasiam q.10. *militia autem cæli, non tantum Sol appellatur, & Luna, & astra rutilantia, sed & omnis Angelica multitudo*, &c. mox verò subnectit; *& vt sciamus semper eos, qui colebant idola, licèt in templo bestias viderentur offerre, non Deo eas obtulisse, sed Angelis, per Ezechielem plenius discimus; dedi eis iustificationes non bonas*, &c. Clemens Alexandri- Clem. Alex. nus lib. 6. Stromatum c.2. *Neque colite vt Iudæi, etenim illi soli se Deum nosse putantes, nesciunt se adorare Angelos & Archangelos, mensem & Lunam.* Neque inicitè Cardin. Baronius tom.1. anno 60. Baron. num.15. de nefario hoc rito loqoutom Apostolom coniectatur ad Coloss.c.2.vers.18. *Nemo vos* Coloss.2.18. *seducat, volens in humilitate, & religione Angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ*, &c. vbi commentarius, qui S. Ambrosio adscribitur; *instantur enim motum peruidentes stellarum, quas Angelos vocant, non authoritate diuina, sed superstitione humana*; respici itaque denotat ad intelligentias stellarum motrices, & suprà eodem capite vers.8. *præcauit Gentium Magister: Videte, ne quis vos decipiat per Philosophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum*; metuebat nimirum Apostolus, vt obseruat Iustinianus ad verba hæc, ne erroribus Iudaizantium, & Simooianornm impliciti Colossenses à vera Christi fide deficerent; taxare specialiter Simonem Magum hæresiarcharom blasphemum caput, adstruit Cornelius Alapide. Quid verò Simonis peruersitas moliebatur? fidem ope Philosophiæ destruere, doctrinam Christianæ repugnantem veritati ab Ethnicis traditam ad condendas hæreses transplaotare consueuerat, quem obseruasse morem hæresum inuentores Tertullianus suggerit, quam ob causam Philosophos hæresiarcharum dicit Patriarchas de præscript. cap.7. de anima, cap. 3. contra Hermogenem cap. 8. Cultum igitur Angelis cælorum motoribus ex diuinitatis priuilegio ementito impiè delatum per Gentilium Sapientes Colossensibos persuadere nitebatur; de eo S. Epi- Epiphan. phanius lib.2. Panarij, hæresi 21. *Nomina quædam supponit principatuum, & potestatum, calosque diuersos tradit, & in vnoquoque firmamento ac cælo virtutes quasdam èxponit, & nomina barbara his indit; nec posse verò aliter saluari aliquem, nisi hunc mysticum ductum didicerit, & talia sacrificia patri vniuersorum per eos principatus ac potestates offerre*; horum autem principatuum submissam venerationem humilitatis dictione intellectam Paulus vetat, vt exponit S. Augustinus epistola 59. ad Paulinum quæst. 7. *Angelos volens intelligi principatus, quos elementorum huius mundi præpositos in his obseruationibus colendos esse arbitrantur*; antea verò inquiebat; *per principatus enim, & potestates, superstitio Gentilium, vel Philosophi seducebant, prædicantes illam, quam vocant Theologiam per elementa huius mundi*; idololatriæ surculus erat, & apud Iudæos, qui à veri Numinis cultu defecerant, & inter Paganos cælorum animam diuinam habendam: forma autem hæc significabant intelligentias, per quas cæli rotantur, quas Deorum classe reponebant; has Simon Magus, vti loco memorato Epiphanius testatur, rerum omnium creatrices prædicabat, Ethnicismom volens inducere, & vt à primitiuis Christianis idem exhiberetur

*Quos adorare Angelos Christianis Apostolus vetet, & Concina.*

honor

honor Angelis motoribus cælestium orbium, quem Gentiles deferebant, quem Apostatæ Hebræi, qui Paganos imitabantur.

36. *Iudæi cælicolæ quorsum dicti.* Porrò Baronius ob eam superstitionem, qua Genios, siue spiritus astrorum præsides, atque Naucleros Iudæi colebant, eosdem cælicolas nuncupatos voluit, quo appellantur vocabulo Codice Theodosiano lib. 16. tit. 8. *de Iudæis cælicolis, & Samaritanis*, leg. 19. vbi Honorius & Theodosius Imperatores inquiunt; *Cælicolarum nomen inauditum quodammodò nouum crimen superstitionis vendicauit, hi nisi infra anni terminos ad Dei cultum, venerationemque Christiani conuersi fuerint; his legibus, quibus præcepimus hæreticos adstringi, se quoque nouerint attinendos*, &c. edictum in Christianos latum est vt commonstrat idem Cardinalis tom. 5. anno Christi 408. num. 16. qui ad Iudaismum deficientes cælicolarum nomen, errorésque ampleati fuere, ac quidem Genij à prophanis Scriptoribus cælites vocantur, à Plinio lib. 2. cap. 7. Apuleio in Deo Socratis. Martiano Capella lib. 2. de nuptiis Philologiæ; istorum proinde adoratores cælicolæ intitulantur; verùm falsò intelligentiarum, à quibus syderei mouebantur Orbes, non erat specialis Iudæorum superstitio, sed omnium Paganorum, à quibus ad Hebræos deriuata est; cuncti igitur Gentiles cælicolæ appellandi erant. quamobrem cùm denotet cælicolarum dictionem inauditum quodammodo, & nouum superstitionis crimen repræsentare, peculiare quiddam id fuerit; equidem de Iudæis pangit Iuuenalis satyra 14. vers. 97.

*Nil præter nubes, & cæli Numen adorant;*

altera lectio, *& cæli lumen adorant.* At cur nil aliud venerantur? nempè, quia effigies, aut simulachra nulla habebant, quibus diuinitas his, aut illis exprimeretur formis; cùm igitur ad statuas oculos non erigerent, deprecaturi in Olympum eos subleuabant, vbi Deum Empyreis habitare sedibus concipiebant: cælo igitur omnem religionis præstare obseruantiam videbantur; quod cùm præter omnium Gentium cæterarum *Sacris imaginibus cultum negant.* morem præstarent, *Cælicolæ*, nuncupari singulariter potuerunt; quem propter sensum *Cælicolas* vocatos adsignificat Lælius Bisciola tom. 1. horar. subcessiuar. lib. 3. cap. 7. ad finem. Hic autem minimè quadrat vocari ab Imperatoribus cælicolas ob vitæ tanquam cæleste institutum, quemadmodum opinatur Scaliger in Prologomenis ad libros de emendatione temporum, pag. 23. vide, quæ contra eum disputat Serrarius trihæresij lib. 3. c. 19. & in Mineruali lib. 3. c. 29. Iudæorum autem templis nullas admissas imagines, nulla simulachra adorationem habitura, testantur Iosephus antiquit. lib. 15. cap. 12. & lib. 18. cap. 4. lib. 1. de bello, cap. 31. & lib. 2. contra Appionem. Philo Iudæus libro contra Flaccum. Hecatæus relatus ab Eusebio Cæsari. lib. 9. de præparatione Euangel. cap. 4. Origenes lib. 4. aduersus Celsum, Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum cap. 6. quem citat Eusebius dicto nuper libro cap. 6. Tertullianus Apologetici

Dio Cassius. cap. 16. Dio Cassius lib. 37. non procul ab initio; *Simulachrum nunquam Hierosolymis habuerunt, sed ei Deo, quem aspectui non obnoxium arbitrantur, magnificè præter cæteros homines, religiosèque seruiunt.* Tacitus eadem perhibet lib. 5. histor. cap. 5. ideo Plinius lib. 13. cap. 4. Gentem *Numinum contu-*



*melia insignem* scribit, & Lucanus lib. 2. deditam incerti Dei sacris, non enim qualem Deum inuocarent externis lineamentis repræsentabant; cauisse imaginum vsu putant Azor tom. 1. instit. moral. lib. 9. cap. 6. quæsito 7. Lorinus in cap. 26. Leuit. vers. 1. & in cap. 17. Actor. vers. 25. Bomfrerios Exodi cap. 20. vers. 4. Vasquez tom. 1. in 3. partem, dispot. 104. cap. 4. Qui plures congerit eiosdem doctrinæ; iam verò Hebræi, quemadmodum imaginum eis inuisa pictura, sic Christiana florescente religione conati sunt earundem tollere adorationem, vt liquet ex Tarasij Patriarchæ oratione septimæ Synodi actione quinta in principio, idque in Græcorum pessimo Imperatore Leone Isaurico resplenduit, bellum enim manifestum primus sacratis Christi Domini, Mariæ intemeratæ, & Sanctorum imaginibus indiait, propterea *Iconomachus* vocatus; nefariæ autem persecutionis incentores fuerunt Hebræi, quorum gratia Diuorum simulachra deiecit, & combussit, vt produnt Cedrenus in compendio historiarum. Zonaras tom. 3. Annalium. Constantinus Manasses in Annalibus. Paulus Diaconus histor. lib. 21. Denique, omnes consentiunt, (ait Baronius tom. 9. anno Christi 726. num. 2.) Hebræorum impostorum, qui de eius futuro imperio vaticinati sunt, id operà factum; suspicio igitur mihi est, Christianos, qui ad Iudaismum transierant, & quos Imperatorum Honorij atque Theodosij relata verberat constitutio, ab Hebræis iodoctos, vt sanctarum imaginum cultum detestarentur, & Deum nulla pingendi arte figuratum, sed qualis commoratur supremo cælorum, tantùm adorarent; quod cùm facerent *Cælicolæ* nominari cœperunt, videlicet qui cæli Domino solum religionem præstarent, idque prout intra nubes, & ætherem continetur, nimirum inuisibili, & remoto à sensibus corporeis, non autem prout in Christianorum templis eum pingendi, aut sculpendi delineat scientia.

37. *Concil. Laodicen.* Aptior propositi instituti scopo Canon trigesimus quintus veteris Concilij Laodiceni, *quòd non oporteat Christianos relicta Dei Ecclesia abire, & Angelos nominare, idololatria abominanda congregationes facere, quæ omnia interdicta sunt: si quis ergo inuentus fuerit huic occultæ idololatriæ vacare, sit anathema; quia reliquit Dominum nostrum Iesum Christum, & accessit ad idololatriam.* Quorum verò Angelorum, vel qualis interdictus cultus? equidem eorundem extincta Gentilitate nonnulli ex Christianis negligentes erant, nonnullis eorum superstitiones interdum imitati sunt; Magicarum artium studium speciatim adamasse videantur, quod per hanc, & futurorum aliquorum prænotionem adquiri, & morborum quorumdam remedia, & mira nonnùquam à Præstigiatoribus operari cernerent; hinc canone proximo 36. idem Concilium etiam de mystagogis, & Deo initiatis, *quòd non oporteat eos, qui sunt sacrati, vel Clerici, esse Magos, vel incantatores, vel Astrologos, vel facere ea, quæ dicuntur amuleta, quæ quidem sunt ipsarum animarū vincula, eos autem qui fecerint, eiici ex Ecclesia iussimus*; generaliter Concil. Ancyranū, canone 23. aliàs 24 *Qui diuinationes expetunt, & morem Gentilium subsequuntur, aut in domos suas huiusmodi homines introducant, exquirendi aliquid arte malefica, aut expiādi causa, sub regula quinquennij iaceant secundum gradus pænitentiæ definitos*; Conc. Ancyr.

alia habet lectio; *Qui auguria, vel auspicia, siue somnia, vel diuinationes quaslibet secundum morem* Conc. Carth. *Gentilium obseruant*, &c. Concilium Carthaginense quartum canone 89. *Auguriis, vel incantationibus seruientem, à conuentu Ecclesiæ separandum; similiter & superstitionibus Iudaicis, vel feriis* Mart. Brac. *inhærentem*. Multus in ea re est S. Martinus Bracarensis in collectione Orientalium Canonum; nempè Canone 71. *Si quis Paganorum consuetudinem sequens, diuinos & sortilegos in domum suam introduxerit, quasi vt malum foras mittant, aut maleficia inueniant, & lustrationes paganorum faciant, quinque annis pœnitentiam agat*, Canone autem 72. *Non liceat Christianis tenere traditiones Gentilium, & obseruare, vel colere elementa, aut Lunæ, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda, aut propter segetes, vel arbores plantandas, vel coniugia sociando*. Canone 73. *Non liceat iniquas obseruantias agere Kalendarum, & otiis vacare Gentilibus; neque lauro, aut viriditate arborum cingere domos; omnis hæc obseruatio Paganismi est*; habes eiusdem argumenti plurima apud Gratianum secunda Decreti parte, causa 26. vbi quæst. 2. cap. 9. vetustæ consuetudinis iniustione suggeritur obseruare auguria, requirere stellarum cursus, & euentus ex iis futurorum rimari, seruare somnia, cæterisque huiusmodi superstitionibus implicari: quæstione autem quinta, cap. 3. Canon nuper prolatus septuagesimus secundus ex Martini Bracarensis diligentia iisdem describitur verbis; *Non liceat obseruare, vel colere elementa, aut Lunæ, & stellarum cursus*, &c. Nec pauca, quibus ista confirmentur apud Ioannem Filesaccum, tractatu de idololatria Magica §. 6. Quemadmodum igitur, qui statuas falsorum Deorum colebant, non ligna ipsa stupida in pretio habebant, sed eos per quos responsa dabantur, Dæmones nimirum oracula formantes; sic qui cælorum Orbes, & stellas adorabant, non ætheri, aut syderibus deferebant, sed Angelis, per quos mouebantur; quare vti Dæmones simulachris vitam, & spiritum inesse fingentibus, statuarum animas nun-Augustin. cupabant. S. Augustinus ex Mercurio Trimegisto lib. 8. de ciuitate, cap. 24. *Quoniam animas facere non poterant, euocantes animas Dæmonum, vel Angelorum, eas indiderunt imaginibus sanctis, diuinisque mysteriis, per quas idola & benefaciendi, & malè, vires habere potuissent*; ob hoc statuas animatas, & spiritu plenas adstruebant, vt cap. 23. dicitur; ita qui cælos anima præditos, sydera & nubes tradebant, spiritus & animæ vocabulo Angelos, per quos voluebantur, discurrebant impulsu, significabant; imò quidem ex cælorum agitatione, quo pacto statuas vocales reddere potuissent, didiceiunt; quare ex aëre, qua morari regione semideos his Plato statuit in Epimonide & sympofio, Apuleius in Deo Socratis, & indicare visus Philo de confusione linguarum, & libro de insomniis, in idola dilapsos animaduertunt Lactantius lib. 2. cap. 14. & 15. Minutius in Octauio, & Cyprianus de vanitate idolorum, vt quoniam cælos, & stellas Deos esse ob motum, & animationem credere fecerunt, idem persuadetent de simulachris, ex quibus vaticinia fundebant; cùm igitur Angelos nominare Christiani prohibentur, cùm elementa colere, Lunæ & stellarum obseruare cursus, iubentur vtique eos non colere Angelos, à quibus cæli & astra circumrotantur, qui per statuas loquuntur in delubris; quòd enim ab his quasi Numinibus, vel futurorum præscientiam expectent, vel alia beneficia, idololatria & paganismus est; appellatur verò à Concilio Laodiceno occulta idololatria, quoniam ad Magiam Diabolicam cùm pertineret, studebant Christiani ne id sceleris palàm innotesceret; conuenticula tamen maleficorum secretis adibant locis, & ideo congregationes facere suggillantur.

Ergo, vt ad offendiculum, cuius gratia demonstrauimus ex opinione stellatis orbibus animæ facultatem concedente sobortam idololatriam, redeamus, cùm pariter ostenderimus, eam quæ cælis attributa est, spiritus & vitæ rationem, non de forma intrinseca, vel innata qualitate intelligi, sed de externa essentia, Angeli nimirum motoris, qui largè forma, & cæli anima nuncupatur, & hoc concepisse Philosophos, qui cælum inter viuentia collocarunt; sequitur manifestè ex hac animationis figura superstitionem sydera tanquam Deos colentium adpululasse: obiectio igitur illa præter scopum est, si in eos conuertatur, qui formæ actuantis, & intrinsecæ animationem stellis, & cælo largiuntur; iam verò, vt absolutè proferamus quod ad institutum facere videatur; hac in disputatione id imprimis cauendum est, ne rationali anima, hoc est, intellectu & libero arbitrio pollente, ac eam ob causam demeriti & laudis, quibus præmia, aut supplicia respondeant, capaci, astra, vel sphæras cælestes somniemus donatas fuisse; eo inescatus est deliramento Origenes, nec vno tradidit loco; habet vigesima octaua super Numeros homil. fusiùs verò lib. 1. Periarchon c. 7. & rom. 1. commentariorum in Euangelium Ioannis, non procul à fine, vbi alterum associat pessimi germinis dogma, scilicet animas rationales ante corpora præexistere, iuxtàque culpas, aut meritum corpora consequi; deoique & sub mundi finem à corpore, quo tanquam ergastulo constringuntur, relaxandas syderum intellectualet mentes; quales ob errores Origenis scripta veneno periculoso respersa esse, proinde & cautè obseruanda, ne pro veritate hæresim propinet aconitum, admonet vehementer Theophilis Alexandrinus Patriarcha epistola 1. Paschali, Augustinus lib. 11. de ciuitate, cap. 23. Hieronymus epist. 59 ad Auitum, & epist. 65. ad Pamachium, & Oceanum. Epiphanius hæresi 64. atque epistola ad Ioannem Ierosolymitanum, quæ etiam Hieronymi inter epistolas fertur sexagesima. Damascenus lib. 4. de fide Orthodoxa, capite 6. Seuerus Sulpitius præfatione ad dialogos. Leontius Byzantius libro de sectis scholæ, actione decima. Anastasius Sinaita lib. 11. in Hexaëmeron, in illud, *Ecce Adam factus est*, &c. Remigius Episcopus Rhemensis in cap. 8. epist. ad Romanos, in illud; *Nam expectatio creaturæ*, &c. Nicetas Thesauri Orthodoxi lib. 4. titulo, trigesima prima hæresis Origenis. S. Thomas opusculo 15. cap. 12. & lib. 2. contra Gentes, cap. 44 equidem Origenis errores in quinta Synodo damnatos, atque proscriptos fuisse restantur fragmentum ex vita S. Sabbæ relatum actione prima septimæ Synodi, & incipit: *Sancta venerabilis quinta Synodi*, &c. Liberatus Diaconus Carthaginensis in Breuiario de causa Nestorianæ, cap. 23. Euagrius histor. Ecclesiasticæ, lib. 4. cap.

Margin notes: 38. — *Origenis error, animam cælis tribuendo.*

cap. 37. Ipsius verò Concilij anathemata lata contra articulos impuræ Origenis doctrinæ exhibet Nicephorus Calixtus histor. Ecclesiast. lib. 17. cap. 27. & 28. vbi *: Si quis dicit cælum, & Solem, & Lunam, & stellas, & aquas, quæ supra cælos sunt, animatas quasdam esse, & materiales quasdam virtutes, anathema sit*; id etiam colligitur luculentè ex Iustiniani Imperatoris epistola, qua nefarias Origenis sententias execratur, missa ad Menam Patriarcham, quam approbasse Vigilium Romanum Pontificem narrat liberatus Diaconus ad finem memorati iam cap. 23. eæ reperiuntur litteræ apud Baronium tom. 7. anno Christi 538. num. 34. & apud Binnium ad calcem eiusdem Synodi tom. 2. part. 2. fol. 132. ibi: *Præterea hoc quoque Origenis demonstrat amentiam, quòd affirmat Cælum, & Solem, & Lunam, & stellas, & aquas, quæ super cælos sunt, animata esse, & quasdam esse virtutes ratione vtentes*; *hæc verò apertè refellit S. Basilius in tertio sermone commentariorum in Hexaëmeron*, &c. Nugamenta appellat cogitationem Adamantij Photius non procul ab initio Bibliothecæ, & omninò quidem nugæ, quibus nullum rationis fundamentum; grauioris tamen censuræ rea est opinio, quando à Synodo quinta proscriptam fuisse, coniecturæ magnæ sint; desunt ex Concilij actis non pauca, quæ Origenistarum suppressa furto, ne Ducis sui pateret infamia, Baronius arbitratur tom. 7. anno Dominico 553. num. 244. Sed in his non immorandum quando tot habeas qui tractent, Peretium lib. 2. in Genes. quæst. 7. Claudium Espencæum tractatu de animatione cælorum, capite speciatim 12. Ascaninm Martinengum tom. 2. Glossæ Magnæ in cap. 1. Genesis pag. 889. Vasquez tom. 2. in 1. part. disput. 183. cap. 2. Conimbricenses in lib. 2. de cælo, cap. 1. quæst. 2. art. 2. Rubium in eundem lib. 2. de cælo, cap. 1. quæst. 1. Tannerum in 1. part. disputat. 6. quæst. 2. dub. 5. num. 8. Alexandrum de Angelis contra Astrologos coniectores lib. 1. cap. 13. Auersam tom. 2. Philosophiæ quæst. 33. sect. 7. & latè Bubalum, à quo multorum Theologorum notæ, quibus sententiam affirmantem inurunt, proferuntur, de Angelis, quæst. 51. art. 1. quæsito 2. difficultate 1. §. 5.

39. Ablegata ergo à syderibus intelligentis animæ nobilissima conditione, sensitiuæ etiam vitæ operationes denegandæ sunt; quod enim animalia sint cæli, & vulnerum atque doloris capacia, egeántque alimentis, quibus sanitatem conseruent, vnde colligamus? Superest igitur, vt si quam vitæ facultatem obtineant, ea sit vegetantis animæ. Nos quidem etsi per se moueri fateamur, nec indigere externo impulsu, vt viuere tamen statuamus, haud necessarium est; motus enim ille cùm ordinetur ad producendam vbicationem, quæ naturalis proprietas est, & sine qua existere nequeat, non tam tribuitur essentiæ cælorum, quàm generanti; qui enim dat formam, & consequentia ad formam tribuit. Generanti igitur talis adscribitur productio, & cùm generans sit potentia extrinseca, actio illa transiens, & ab extrinseco reputatur, ideo vitam non arguit, vt propugnat benè Arriaga disput. 2. de anima, sect. 1. subsect. 1. Num autem cæli crescant, & augeantur, & similem plantabus vitam habeant, potior difficultas est; ipsi per se, & ab intrinseco corruptelæ obnoxij sunt ex multorum Patrum, Theologorum, Philosophorúmque iudicio, & quanquam indissolubiles vsque in mundi exitum, nec formido sit, vt ab aliquo naturali agente interitum patiantur; sed cum hac firmitate non repugnat aliquam ipsorum exiguam portionem interdum destrui, huius enim dispendium excellentiorum partium conseruationi nullum subrogat periculum; cùm enim Numen statuerit vsque ad consummationem rerum eos robustos persistere, eidem curæ est principalia organa talibus munire qualitatibus, quæ cuiusque naturalis agentis vim repellant; cùm igitur implicantia non videatur ex integrantibus cælorum partibus aliquam destrui, quæ arborum & plantarum more iterum succrescat, num de facto ita contingat, dubitatio est; quod autem huiusmodi aliquid eueniat, suspicio esse queat, nam Cometæ iuxta communiorem Mathematicorum, & recentium Philosophorum arbitratum generantur supra Lnnam ipsum intra ambitum cæli astriferi; ibidem nouarum stellarum detecta copia; iam verò non exigua corpora, quæ Solis maculæ reputantur, habet & suas Luna maculas, in vtrisque autem magna varietas, instabiles apparentiæ, instabiles cursus, vt deficere quædam, enasci alia, coniecturæ detur occasio: vix autem de substantiis, aut qualitatibus istis aliud definiri queat si qualis sint naturæ expostuletur, quàm ad cælestium corporum spectare ditionem, similium esse proprietatum. Porrò miraculo tot effectus, tam crebros adscribere non æquè ferent animo naturalium causarum indagatores; oporteat itaque concipere sydereas regiones à nouis cælestium corporum generationibus non abhorrere; ipsorum partes aliquas interdum destrui, & corrumpi per introductionem aliarum formarum, quæ cælestem sapiunt nobilitatem, nonnunquam vt amissa forma cum vsura, & fœnore renouetur. Quid igitur mirum viris dictis suboriri cogitationem de anima vegetatiua cælorum, quando arduum sit concedere formarum cælestium alias corrumpi, alias generari, nullas verò augmentum capere, iisque saltem deperditæ substantiæ recompensare modis damnum, quo resectæ arbores, & plantæ frondosiores ramos adquirunt. Demum qui vegetatiuam cælis inesse animam statuerit, ne noua dicendi formula terreat, obseruabit quod rectè animaduersum est à Rubio lib. 2. de cælo, & mundo, cap. 1. quæst. 1. §. *Nostra tamen sententia*, &c. à Tannero in 1. part. disp. 6. quæst. 2. dub. 5. assert. 1. num. 9. vt errare contingat, qui animam cælis hac cum restrictione tribuat, nihil tamen asseuerare, quod fidei repugnet, sed tantùm docere, quod in Philosophia receptum non sit; quamobrem de opinione hanc saltem ad normam circumscripta, verum fuerit quod ab Augustino traditum est lib. 2. de Genesi ad litteram cap. 18. seu vltimo, & in Enchiridio ad Laurentium, cap. 58. salua fide in vtramque dissertari partem, liberum esse; quod eum sensisse memorat B. Thomas 1. parte, quæst. 70. artic. 3. in corpore, qui & S. Hieronymo adiudicat, ita namque insinuat, in illud cap. 1. Ecclesiastæ, *lustrans vniuersa*, &c. Porrò Augustini dictum de sententiæ ex vtroque membro probabilitate Angelico Doctori placuit quodlibet. 12. quæst 6. art. 8. & quæstione vnica de spiritualibus creaturis, art. 6. & lib. 2. contra Gentes, cap. 70. quemadmodum

Rubius. Tanner. August. S. Thom. Hieron.

admodum agnoscit ibi Ferrariensis in commentario 5. *Ad hanc difficultatem dicendum*, &c. Quo *Scotus.* pacto loquuntur Scotus in 2. dist. 14. quæst. 1. *Carthus.* Aureolus ibidem quæst. 2. art. 2. & quæst. 3. art. *Caietan.* vnico. Carthusianus quæstione 4. Caietanus in Psalm. 135. in illud, *Qui fecit cælos intellectu*, &c. & quidem detruncatis absurdis, quæ ex intellectuali cælorum mente originem intulisse numero elapso monstrauimus, quod ad physicam vitam spectat, problematicè adstrui posse, Patrum consideratis effatis *Vielm.* Vielmius lectione 19. *Martineng.* in c. 1. Genes. & Ascanius Martinengus in idem cap. tom. 2. Glossæ Magnæ pag. 890. existimant, certè nullam fieri euidentiam, sed probabilius tantum doceri omni genere animæ cælos carere *Suarez.* autumant Suarez Metaphys. disputat. 35. sect. 3. *Valentia.* num. 14. Valentia in 1. part. disputat. 6. quæst. 1. *Arriaga.* punct. 1. §. *Deinde hoc*, &c. Arriaga disput. vnica de cælo, sect. 2. Nec instudiosè fauet vitæ ali- *Nieremb.* quam concedentibus originem Nierembergius Philosophiæ curiosæ lib. 6. cap. 24.

---

## SECTIO V.

*Cælos quot dari existimandum? Primum mobile an secum rapiat inferiores globos? priscis Mathematicis octo cælis melior Patrum cogitatio, quorum alij duos, alij tres enumerant: Astra, num à Sole lucem mutuantur? nimium splendorem, & calorem quid temperet? eorum multitudo propè infinita: non esse tantæ magnitudinis, quantæ perhibent vulgariter: cælum non esse ex parte solidum, ex parte canalibus perforatum.*

40. *Cælos quot dari existimandum.* AT nondum cælorum à nobis fabricata ratio quietos esse patitur; quid enim Mathematicorum calculis magè comprobatum, quàm sydereos Orbes numero multos esse? Sunt qui ad duodecim porrigant, qui autem contrahunt, nouem tamen præscribunt, videlicet septem planetarum circulos, octauam sphæram, cui fixa inhærent astra, & quod primum reputatur mobile, nonum cælum Beatorum voluptatibus purissima ex materia consecratum, cui Empyrei vox *Clauius.* est; de quibus Clauius in cap. 1. Sacrobosci, in *Conimbr.* illud, *cuius nouem sunt sphæra*, &c. Conimbricen- *Pererius.* ses in lib. 2. de cælo, cap. 5. quæst. 1. art. 1. Pererius *Rubias.* lib. 2. in Genesim, quæst. 4. Rubius in lib. 2. de *Molina.* cælo, & mundo, cap. 5. quæst. 2. Molina de ope- *Tanner.* re sex dierum, disput. 10. Tannerus in 1. parte, disputat. 6. quæst. 4. dub. 4. à quo probè animaduersum est, orbium cælestium tot ambitus, & cuique planetæ vacua spatia, eadémque ingentis capacitatis, ab iis comprimis defendi oportere, qui regionem stelliferam, solidam & impenetrandam esse propugnant; nam qui fluidam opinantur, aliter component necessum est; quin verò, vt minimè liquidos esse statuatur, sed spissos, & duros Orbes illos, communibus tamen Mathematicorum principiis adquiescere, difficilis negotij est; nam quidem Telescopij, & arundinis perspectiuæ nupera experimenta, vel contemnenda sunt, aut fatendum nonos detectos planetas, qui Iouem & Saturnum ambiunt, & Iouis comites quatuor conspecti sunt, Saturni asseclæ duo tantùm; his si nouas sphæras construamus, Orbes multiplicabuntur supra quàm hactenus Mathematici inaudierint: sin autem excusandi sint noui, quos sibi circulos vendicent, & intra eandem commorari sphæram decernamus cum Ioue, & Saturno, certè iridem asseuerandum erit de Mercurio, & Venere ad Solem comparatis, famulantur quippè Phœbo, eiúsque discurrere per circulum videntur maiori etiam familiaritate, quàm Iouis, aut Saturni stipatores: non igitur Mercurio, aut Venere distinctæ assignabuntur sphæræ, atque ideò Planetarum non septem fuerint Orbes, verùm quinque solùm numero etiam Mathematicis peregrino: sed neque recentium Philosophorum ingenia satis capere valeant fundamentum quanquam satis vulgatum, quo adacti sunt, qui tot cælos comminiscuntur, aiunt enim duos notissimos in cælis obseruari motus; alterum ab Oriente in Occidentem, qui conuenit decimæ sphæræ, seu primo mobili, & conficitur supra polos mundi viginti horarum spatio, qua de causa motus diurnus vocatur: hac autem circumuolutione sphæra decima, seu primum mobile alias nouem inferiores sphæras secum rapit *Primum mobile an rapiat secum globos inferiores.* ab Oriente in Occidentem, vti qui curru, aut naui vectantur, impetu eorum feruntur: dicitur autem hic motus aliis orbibus conuenire per accidens, quoniam externa aguntur vi; ipsis autem per se, & ratione sui quadrat moueri ab Occidente in Orientem, quoniam licèt à primo mobili non rotarentur, adhuc tamen cursum hunc inirent ab Occidente progressæ versùs Orientem; ex his itaque colligi, cælos omnes vnum corpus continuum minimè efficere, quia idem corpus oppositis ferri motibus nequeat. Diuersas igitur statuere iuuat sphæras, quæ contiguæ sunt, atque ita à superioribus rapiuntur quæ inferiores existunt; verùm primo mobili subiecti Orbis, quibus motus contrarij adscribuntur, vel sanè duplicem habent oppositionem, vel vnam tantùm; postremum hoc tuendum, quia bina vbicatio naturaliter repugnat; igitur motus in rigore non nisi simplex, & vnicus est: hic autem eo quòd nonnihil obliquet, opposito ferri tramite videatur; benè quidem impulsores duo queant, & niti in contrarios motus; sed hic vnus tandem absolute futurus, quoniam impellentes aut nihil præualent viribus nimirum æquales, aut superante altero ob fortiorem potentiam, quo ille vehitur, fertur pariter quòd mouetur, nec diuersum cursum init ab eo, quem tenet, qui circumducit; vnde etiam firmum à primo mobili alias circumagi sphæras? Non est contentio in ordine ad spatium, possidet enim vnusquisque Orbis quantum sufficit; non est insertus vnus circulus alteri, vt pariter agitari necessum sit; non ob sympathiam aliquam vno non quiescente alius inquietus est; 41. *De cælorum numero Patrum cogitatio, quorum alij vnum, alij duos, & alij tres enumerant.* denique vt oporteat agitari simul circulos vniuersos cælestes, quorsum ab intelligentia motrice id præstari nequeat?

Quando igitur ex Mathematicorum trita via de cælorum numero non satis liqueat, auscultemus,

mus, quid ab Ecclesiæ Doctoribus suggeratur?
Chrysoft. & quidem B. Chrysostomus homil. 4. in Genesim, non nisi vnicum existere cælum studiosè tendere visus; fuisse hoc ipsum Græcorum Astronomorum vulgare placitum significat Ioannes
Philopon. Philoponus lib. 3. de mundi creatione cap. 3. itidem & secundò docuit S. Chrysostomus principio commentarij in Psalmum 148. visi iunuere
Tertull. similia Tertullianus contra Hermogenem c. 26.
Nyssen. Gregorius Nyssenus in Hexaëmero; verùm hi Patres cùm vnum dari cælum statuunt, loquuntor de firmamento, & cælo Mathematicis noto, sydereo nimirum, præter hoc autem Empyreum agnoscunt, claudere enim affirmant inaspectabiles creaturas, Angelos nimirum sanctos, qui cùm immateriales sint, conspici nequeant; quamobrem ipsos aggregamus his, qui apertiùs tradunt duos tantùm computandos cælos, alterum gloriosam arcem, in qua Beati florent ciues, alterum stellarum seu inerrantium, seu fixarum campum; nam de aërea regione non nisi abusiuè, & æquiuocè cælum reputandum, denotant.
Clem. Rom. Hoc Clemens Romanus distinctè exponit lib. 1. & 2. recognitionum, & acriter propugnant
Theodoret. Theodoretus quæstione 11. in Genesim; Pro-
Procop. Gaz. copius Gazæus in cap. 1. Genes. In illud, *fiat firmamentum*, &c. Theodoretus quoque initio commentarij in cap. 9. epistolæ ad Hebræos; duos
Origenes. efferunt cælos Origenes homil. 1. in Genesim,
Antioch. Theophilus Antiochenus lib. 2. ad Autolycum.
& alij. Iustinus Martyr quæst. 57. ex propositis per Orthodoxos; Diodorus Tarsensis, Acacius, Seuerianus catena Græca in Pentateuchum, in illud Genes. cap. 1. *fiat firmamentum*, &c. Eustathius Antiochenus non longè ab initio Hexaëmeri. Anastasius Sinaita lib. 2. contemplationum Anagogicarum. Alcuinus interrogatione 28. in Genesim. Claudianus Mamercus lib. 2. de statu animæ, cap. 12. Bruno Carthusianus tractatu de nouis Ecclesiæ, cap. 2. Beda in illud cap. 1. Genes. *terra autem erat*, &c. Rabanus ibidem, atque Strabus. Anselmi cum nomine, lib. 1. de imagine mundi, cap. 28. Hugo de S. Victore in summa sentent. tractat. 2. cap. 1. historia scholastica, cap. 4. Genes. Honorius Augustud. de imagine mundi lib. 1. cap. 139. Ioannes Philoponus lib. 3. de creatione mundi cap. 1. Constantinus Manasses Annalium exordio. Vsitatior proinde loquendi modus iuxta Patrum phrasim est cæli vocabulum restringere ad significandos duos tantùm cælos, Empyreum videlicet, atque stelli-
Augustin. ferum. Quoniam autem, vti suggerit B. Augustinus lib. 2. de Genes. ad litter. c. 4. liquet, aërem cælum appellari, *non solùm sermone communi, secundùm quem dicimus serenum, vel nubilum cælum, sed etiam nostrarum ipsarum consuetudine Scripturarum, cùm dicuntur volatilia cæli, cùm aues in hoc aëre manifestũ sit volare, & Dominus cùm de nubibus loqueretur, faciem, inquit, cæli potestis probare*, &c. hanc ob causam nonnulli tres cælos diuidunt, infimum totam aëris ditionem concipiunt; secundum, omne illud spatium, quod astra vendicant; tertium, aulam magnificam Empyreum, quo Beati commorantur homines, & Angeli; & iuxta hanc cælorum partitionem Apostoli verba litteraliter, & commodè exponunt, cùm po-
2. Cor. 12. 2. steriori ad Corinthios epist. cap. 12. vers. 2. narrat, raptum se vsque *ad tertium cælum*, transcendit primum cælum, aëris nempè omnem profunditatem; deinde secundum prætervectus, stellarum videlicet Prouinciam; tandem vbi gaudium Domini, tertium introgressus cælum est, Paradisum meritò ob inconceptibiles delicias nuncupatum; sic D. Basilius homil. 3. in Hexaëm. & cum eo S. Ambrosius lib. 2. Hexaëm. cap. 2. Iustinus Martyr quæst. 57. Orthod. Philastrius de hæresibus post Euang. hæresi 46. Athanasius quæst. 9. ad Antiochum. Damascenus Orthodoxæ fidei, lib. 2. cap. 6. Cassiodorus in Psalm. 148. in illud, *laudate eum cæli cælorum*, &c. Claudianus Mamercus lib. 2. de statu animæ, cap. 12. Philoponus lib. 3. de creatione mundi, cap. 1. S. Thomas 2. 2. quæst. 175. art. 3. ad 4. & ex recentioribus Alapide in præfatum epist. 2. ad Corinthios locum. Feretius in cap 40. Isaiæ vers. 22. *qui sedet super gyrum*, &c. Massutius lib. 4. vitæ S. Pauli cap. 1.

Quanquam verò Patres trium cælorum men- 42.
tionem facere consueuerint tantùm, non est autumandum eos latuisse septem planetarum Orbes dari; horum enim circulorum meminere ex Platone Eusebius Cæsariensis lib. 12. præparationis Euangelij, cap. 30. aliàs 26. quod expressiùs Platonicæ doctrinæ frequens cultor Philo exprimit Hebræus libro de Gigantibus: satis autem declarant Magnus Basilius sermone 3. in Basilius.
Hexaëmeron. Ambrosius lib. 2. Hexaëm. cap. 2. Ambros. &
Philastrius hæresi 46. post Christum. Damasce- alij.
nus lib. 2. de fide Orthodoxa, cap. 6. Remigius Antisiodorensis in Psalmum 148. Beda in Hexaëmero. Rupertus lib. 1. in Genes. cap. 43. Richardus de S. Victore lib. 2. exceptionum cap. 7. Anselmo adscriptus lib. 1. de imagine mundi, cap. 13. Hæc etsi nouissent, non tamen octo, aut nouem cælos fabricabant, verùm tres solùm, peritè quidem, etenim septem planetarum sphæræ primo mobili subordinantur, aliàs, si nullam prorsùs dependentiam haberent, intelligi non possit, qua de causa ex primi reuolutione mobilis, inferiores planetarum circuli mouerentur, vt
doctè adsignificat B. N. Parens Ignatius epistola Ignatius.
de virtute obedientiæ, inquiens num. 10. *Nam vt in corporibus, globisque cælestibus, vt alius alium afficiat, moueátque; requiritur, vt certa quadam conuenientia, & ordine inferior Orbis superiori subiiciatur*, &c. Ob hanc igitur rationem, & quia circuli omnes astriferi erant, octaua sphæra, qua fixæ relucebant stellæ, & primum computabatur mobili cum septem errantium syderum orbibus, vnum cælum completæ integritatis conficere existimabantur. Dixi autem octo globos, & horum supremum *Aplanem* nominatum, primum intitulari Mobile, quoniam prisci Astronomiæ Duces hunc cælorum tradidere numerum, Chaldæi nimirum, Ægyptijque, à quibus scientiæ huius præcipua notitia deriuata; quem & Plato coluit lib. 10. de Republica, & Aristoteles 12. Metaphys. cap. 8. text. 47. Quid postea superaddiderint Hyparchus, Ptolomæus, Alphraganus, Tabulæ Alphonsinæ & alij, referunt Clauius in cap. 1. sphæræ Sacrobosci, titulo, de numero orbium cælestium, Conimbricenses in lib. 2. de cælo, cap. 5. quæst. 1. art. 1. quorum tamen adiectamenta debilibus fulciri argumentis, proinde octo retinendos globos, commonstrat Rubius lib. 2. de cælo, & mundo, cap. 5. quæst. 1. Hos igi-
tur octo non nisi vnum nuncupari cælum, Cas- Cassiodor.
siodorus vulgari, sed congruo demonstrat exemplo,

plo, in illud Psalmi 148. *Laudate eum cæli cælorum*, &c. *Dicimus, vnum esse palatium, quod multis membris, multis spatiis ambiatur: ita forsitan & cæli partes dicimus cælos, dum complexio, atque sinus eius vnus esse monstretur*; & quidem vastissimæ aulæ pars Comitum, & Ducum superbissimis ædificiis laxior soli Imperatori deseruit; aliam thalami consors Regina sola vendicat; aliam etiam sceptro destinatus hæres occupat; tot nihilominus habitacula non plura, sed vnum insigne Capitolium faciunt; ita plures circuli, plures globi vnum tantùm cælestem sphæram pariunt. Vides igitur, quanquam Astrologorum distributio non tollatur, quanta sapientia Ecclesiæ Magistri tres cælos docuerint; nimirum litteras sacras, & popularem nominandi res normam sequuti, aëris regionem cælum primum dixerunt; septem planetarum rotas cum octaua sphæram vnum reputantes Orbem adæquatum, & integrum secundi cæli vocabolo intitularunt; Empyreum Beatorum sedes Philosophiæ externæ peregrinum, diuina reuelatas Theologia tertium appellauere cælum; quæ expedita sunt, nisi digladiandum sit, an stelliferi axes absoluta pronuntiatione octo nuncupandi cæli, vel satis sit vnum completum nominasse? quæ iam erit contentio de nomine, vt admonent S. Thomas 1. p. quæst. 68. art. 1. in conclusione: Ægidius Rumanus Hexaëmeri 2. parte, cap. 32. faciliùs autem hæc intelliguntur ea nostra sententia, quæ cælos liquidos, fluidos, penetrabiles definit; demit opinio ista omnem realem circulorum, & sphærarum diuisionem; quocumque ferantur astra, quocumque circumuoluantur, spatium realiter vnum est continuatum, quemadmodum idem Oceanus in millenas distenditur leucadas, vnde fit vt nauis longissimè distans eodem feratur Oceano, quamuis non eadem parte gurgitis amplissimi; cùm igitur stellatum cælum vnum existat, præter hoc autem alij non recipiantur cæli præter Orbem Empyreum astrifero superimpositum, & aëris tractum, qui sydereo inferior est, partitio cælorum ea legitima erit, & Patrum doctrinæ consentanea, quæ in tres dissecauerit cælos, nempè aëreum, stellatum, Empyreum; quo pacto Petrus Hortado disputat. 2. de cælo, sect. 1. §. 16. Nierembergius histor. naturæ lib. 2. cap. 12. & Philosophiæ curiosæ lib. 6. cap. 15.

43. Verùm cælorum numero perspecto, illud de astrifero non omittendum, siquidem fluidum existat, & quod ad transeuntis motum discontinuetur, viámque facilem præbeat, sanè aëris maximè conditionem induere, nec enim ignem, vel aquam esse præstat, ex aquis compactum, sed forma in specie diuersa est. Portò aëris similitudinem imprimis gerens, proprietatum nobilitate excellit, quod crassum, & turbidum est, ignorat, subtilitate viget, transparet, & delicatè tenuis, lucido appropinquat; sed ex his tantis illius encomiis oboritur controuersia: Astra, cùm propè innumera sunt, luce resplendent; sui planetarum fulgores Soli acceptos referri; at nec inter planetas Luna, quam Sol effusa liberalitate collustrat, natiui splendoris indiga est, ditatur à Phœbo, sed hic vt radios subtraheret, non tamen omni prorsus orbaretur lumine, penes se habens à naturæ opifice donatos lucis gradus aliquot;
Matth. 24. 29 quid enim Matthæus cap. 24. vers. 29. *Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum*; neoc suum, quin præter commodatos à Sole splendores, insito sibi fulgore Luna radiat; & 1. ad Corinth. 1. Cor. 15. 41.
cap. 15. vers. 41. *alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas stellarum; stella enim à stella differt in claritate*; si læti iubaris omnem gratiam Soli debet; non igitur erit alia claritas Lunæ, sed eadem, qua Sol emicat, & quidem generatim planetis, fixísque astris propriam distributam claritatem innuunt Augustinus lib. 2. de Genesi Augustin.
ad litteram cap. 16. Athanasius quæst. 55. ex po- Athanas.
sterioribus ad Antiochum, Dydimus in catena & alij.
Græca, & apud Lippomanum Genes. cap. 1. in illud, *vt luceant in firmamento*, &c. Theodoretus quæst. 14. & 16. in Genesim. Damascenus lib. 2. de fide Orthodoxa, cap. 7. de Luna autem speciatim, nempè & lucis portione modica saltem donatam, Gregorius Nyssenus in Hexaëmero. Procopius Gazæus in cap. 1. Genes. in illud, *fiant luminaria*, &c. S. Bonauentura in 2. sent. dist. 14. parte 2. dub. 3. expressiùs B. Thomas in lib. 2. de cælo, & mundo, lectione 10. inter nuperos Conimbricens. in lib. 2. de cælo, cap. 7. quæst. 4. art. 2. Vielmius de opere sex dierum, lect. 21. Martinengus in cap. 1. Genesis Glossæ Magnæ tom. 2. pag. 975. Rubius lib. 2. de cælo, & mundo, cap. 7. quæst. 1. Cornelius Alapide in cap. 1. Genes. in opere 4. diei. Alexander de Angelis ex communi Philosophorum sententia lib. 1. in Astrologos coniectores cap. 1. congruè sacro textui Genes.
cap. 1. vers. 14. *Fiant luminaria in firmamento cæli,* Gen. 1. 14.
*vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram; fecitque Deus duo luminaria magna, & stellas, & posuit eas in firmamento cæli, vt lucerent super terram*, &c. en munus vt resulgeant; splendere autem ea reuerberatione Solis non est ex officio micare, id enim cuius corpori illuminationis capaci accidere possit, & ita nubes, aliaque lucida fiunt, claritatemque diffundunt; opifexque itaque rerum ab initio, vt probè statuit Franciscus Aquilonius Opticorum lib. 5. propositione 81. ad finem, sydetibus pro essentiæ maiori nobilitate, aut minori perfectione lucis communicauit lætos honores, copiosiores quibusdam, aliis non ita vberes: maneat itaque stellas à se splendescere; sed quorsum id probare enixi sumus, nempè, docentes cælos aëreos, & fluidos esse, idque præstanti quadam norma, vt aër ille tenuis, & indefæcatus sit, eundem transparentem, & Diaphanum esse iuuat supponamus; talem verò fabricantes certè totam eius profunditatem fulgor stellarum illustrabit: quomodo igitur non lucis tanta obruimur plenitudine, vt sustinere non possimus? quo pacto sub diem astra non apparent, & radiant? cur noctem exiguè claram esse patiuntur? Adde luminis, quo stellæ insita virtute pollent, motem esse, vt per influxum in sublunaria calorem generet, à cuius procreatione nec Lunam amouet S. Thomas lectione 10. in lib. 2. de cælo, & mundo; recipiunt ibi cap. 7. quæst. 5. art. 3. Conimbricenses, & fusiùs euincit Cæsius de mineralibus, lib. 1. cap. 5. sect. 3. num. 2. Quorsum igitur à tantis ardoribus non exsiccatur terra, flumina, & riui deficiunt, homines, & bruta suffocantur? Hanc vt componamus litem, dicimus non tolli difficultatem negando cælos fluidos esse. Quanquam enim largiamur opacos esse, densos, solidos, sub ea tamen duritie, & spissitudine Sol radios ad nos mittat, lucem & calorem impertitur: quare idem

idem ab aliis planetis, à fixarum stellarum multitudine præstari nequeat? Asseuerandum ergo mundi architectum Deum, sic astrorum regere faces, & scintillationes, vt lucis & caloris excessum temperet, nec patiatur communicari terris, nisi ea mensura, quæ hominum, animalium, fructuum commoda esse valeat, aliàs frustrà mundum inferiorem condidisset si statim influentiæ cælestes interitum, & vastationem allaturæ fuissent: quid autem illud sit, quo luminis nimius compescitur splendor, calor modum seruare cogatur, diuinare promptum non est; aliqua nihilominus interponi corpora, quæ frænum iniiciant, maculæ indicant solares, quas Telescopium manifestat, & quidem harum macularum

Cæsius. quasdam tantæ magnitudinis esse vult Cæsius lib. 1. de mineralibus, cap. 5. sect. 6. num. 8. vt toti Europæ, vel Africæ pares sint, quin & nonnullas toti ferè terræ æquales esse; iam immanes igitur nubes sublunaribus robustiores, & alia id generis præsidia, luminis & caloris nimium cohibebunt impetum.

44. Sed quid de ea sentiendum opinione, quæ cælum non vsquequaque fluidum meditatur, sed ea parte addensatum, & solidum, ea parte liquidum, & interlabens; quemadmodum enim terræ elementum firmum est, & inconcussum, duritiem nimirum habens, & partes agglutinatas; nihilominus marium, & ingentium fluminum scatet canalibus & alueis, quorum numerus copiosus oculis hauritur, & nauigationibus subseruit; pars vndas occultat, & terræ per viscera abscondito meatu percurrit; quamobrem non de cælo hoc ipsum concipi valeat, videlicet robustè, & solidè compactum esse, surculos tamen & canales habere, in quibus astra fluitent, deuoluantur, non aliter quàm pisces in gurgite; nec metus est vacuo in illis spatiis foraminatis locum daudum, occupantur enim vel ab aquis elementatibus, quæ supra cælos existunt, & astrorum motus non retardant, vel ab aëre quodam tenui, & subtili, quem dari nihil vetat, qualem cælo Empyreo tribuunt, qui liquidum illud describunt. Porrò ex hac sententia illa manat vtilitas, vt cùm diuinarum litterarum testimonia videantur soliditatem probare quandoque, nonnunquam & liquiditatem; Patrum quoque effata cùm eadem varietate loquantur, combinari vtrumque possit, interpretando, quæ soliditatem indicant de parte cælorum addensata; quæ oppositum innuunt de liquida, canalibus scilicet, in quibus astra gyros exercent; huius opinionis meminere, quanquam Authores pro ea non referant, & ab illa discedunt Petrus de Aliaco

Aliaco. quæstionibus in sphæram Sacrobosci quæst. 2. §. quantum ad 1. Clauius in eiusdem Sacrobosci cap. 1. in illud, *est & aliud signum*, &c. & in

Clauius. cap. 4. pag. 299. Conimbricenses in lib. a. de cælo, cap. 7. quæst. 1. art. 1. Rubius eodem lib. 2. cap. 12. quæst. 1. Auersa Philosophiæ tom. 2. quæst. 32. sect. 6. Arriaga disputatione vnica de

Rubius, & alij. cælo, sect. 4. subsect. 1. num. 48. Non tamen adeò displicet effatum Hurtado de Mendoça disput. 2. de cælo, sect. 1. à §. 18. verùm vt de eo iudicium proferamus, statuendum, à vero aberrare quod

Sydera quot. plerique Astrologorum autumant, syderum multitudinem non nisi ad stellas mille viginti duas excrescere; Abrahamo suggerit Numen Genes.

Gen. 15.5. cap. 15. vers. 5. *Suspice cælum, & numera stellas si potes, & dixit ei: Sic erit semen tuum.* Hieremiæ

Ier. 33.22. cap. 33. vers. 22. *Sicuti enumerari non possunt stellæ cæli, & metiri arena maris, sic multiplicabo semen David serui mei.* Quamobrem & in laudibus Creatoris à regio repositum vate Psalm. 146.

Ps. 146.4. vers. 4. *Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.* Est igitur syderum copia propè infinita, vt expendunt Pereira lib. 2. in Genes. quæst. 8. Conimbricenses in lib. 2. de cælo, cap. 12. quæst. 1. art. 1. Clauius in cap. 1. sphæræ Sacrobosci, in illud; *dicit etiam Alphraganus*, &c. Martinengus tom. 2. Glossæ Magnæ in cap. 1. Genes. pag. 1001. Tostatus in cap. 1. Deuter. quæst. 6. & attestantur S. Augustinus lib. 16. de ciuitate, cap. 23. Eusebius Cæsar. de præparatione Euangelij lib. 7. cap. 15. aliàs 5. Noui priscos Astronomos excusari à recentioribus ob restricta sydera ad mille, & duo supra viginti, loquutos enim dicunt non de omni collectione astrorum, sed de conspicuis, & quæ discerni valeant; esto, hoc contigerit ob defectum instrumenti, quo sydera occultiora manifestarentur; nostro tamen æuo Opticæ arundinis beneficio innumerabiles ferme detectæ sunt stellæ, atque inter eas non paucæ magnitudine, & claritate præcellentes, vt asseuerant Tycho Brahe Progymnasmat. cap. 2. & 3. Galilæus Galilæi in Nuncio sydereo, qui videri supra decem millia pronunciat, cui annuit Ioannes Kleppertus in dissertatione cum eodem Nuncio sydereo §. *absolui alterum libelli*, &c. Dauid Origanus tom. 3. part. 2. cap. 1. pag. 114. Adrianus Metius lib. 1. de sphæra, cap. 1. & 4. Paulus Metula parte 1. lib. 2. c. 17. & cap. 22. Carolus Malepertius in syderibus Austriacis parte 1. propositione 23. & 28. Leonardus Lessius lib. 1. de prouidentia Numinis, cap. 2. num. 18. Et sanè ingentem stellarum multitudinem necesse est concipiamus si verba sanctæ Scripturæ ad litteram, vt fieri præcipitur, quoties absurdo non fit via, interpretari cupiamus, quemadmodum rectè suggerit Petrus de Hurtado disput. 2. de cælo, sect. 2. §. 25. Ex hoc igitur fundamento deducimus, non esse cauitates, & venas in cælo, quibus astra percurrant; cùm enim horum via computus iniri possit, aluei & canales propè infiniti concedendi essent; quænam verò soliditas cælo tot inter ostia & foramina? has autem semitas quàm vastas, & capaces esse oporteret? admittentes enim syderum cohortes, astra solùm claudere mille viginti & duo, sed has turmas in sex diuidunt classes Mathematici disparis magnitudinis, quarum quæ sunt sextæ magnitudinis, & omnium minimæ reputantur, octies & decies terram aquæ associato globo superant; quales itaque canales disponi operæ pretium sit, quæ tantæ magnitudini spatia idonea præbeat? iuuat potiùs cælum vniuersè fluidum arbitrari, quàm antra tam immania largiri, & velle solidum esse quod monstruosè vacuum, & inane existat.

Dici valeat, stellas, quæ ob numerum computo non subiacent, esse quas fixas appellant, quæ semper eadem cum propinquitate, & distantia cernuntur. Porrò istis foramina, & canales præparate nihil opus est, quamuis enim moueantur, sed easdem continuò vias ire, redire, easdem retinere stationes conspiciuntur; cùm igitur in his telescopij subtilitas nihil deprehenderit, quod non de iisdem antiquitas ferat, earum 45.

systema

ſyſtema mutandom non eſt; eas igitur cum ſolido affixas eſſe cælo tradiderit, vt nodus tabulæ, aut clauos totæ inbærent, cogitandum eſt per ſe non agitati, ſed moueri ad circumuolutionem octauæ ſphæræ, quam fulgoribus ornant; igitur cæli pars has ſupportans, quæ maxima eſt, cùm ipſarum multitudo ingens habeatur, ſolida cenſeri queat. Quamobrem caua, & vacuitates erronibus, ſeu planetis diſponere ſatis fuerit; cùm enim hi variè tranſcurrant, & exſpatientur, & ſodalium Orbes ingrediantur, modò ſupera tenentes, modò humiliores, modò latera ſtipantes, cùm circulos vicinos penetrare admittendum non ſit, ſpatia eiuſcemodi cogitanda, in quibus liberè vagentur, quæ non alia concipi valeant, quàm quæ fluida pinguntur; hanc igitur ad normam cæli & liquidi, & ſolidi poterunt deſcribi abſque implicantia; accedit, canales nimium vaſtos, & capaces meditari nihil eſſe quod compellat, ſiquidem aſtrorum tanta non eſt magnitudo, quantum vetuſtiores perhibuerint Mathematici, qui Solem in ſe continere terræ ambitum centies, & ſexageſies docebant; at dimidia ſaltem parte hallucinatos eſſe, & aſtrorum non tam ingentia, & ſuperba eſſe corpora monet Tycho Brahe opere de noua ſtella Caſſiopæa 2. p. cap.6. pag. 480. idem probant non inefficaciter Hurtadus de Mendoça diſput.2. de cælo, ſect.2. §.26. Arriaga diſputatione vnica de cælo, ſect.5. num. 55. Bomfrerius in cap. 1. Geneſ. verſ. 16. *duo luminaria magna*, &c. Cur ſi fixarum ſtellarum regio, cùm tamen hæ longiſſimè diſtent, ſic eis patuit, vt ſtaturam, & magnitudinem aſtrorum dimenſi fuerint, tot nobis ſyderum notitiam inuiderint atque ſubtraxerint, quot per Diopttam, & tubum opticum Mathematici poſteriores detexerunt? Verùm vt controuerſiæ ſatisfaciamus, aduertimus, innumeras conſpici ſtellas, quæ locum ſtabilem non obſeruent, neque eadem cum diſtantia ſemper videantur; has, quemadmodum adlibuerit, vel inter planetas refer, vel fixis adiungito aſtris, nihil intereſt, dummodo huc illuc peregrinari, & modò proximiores adſtare, modò procul fugere non renuas; ea autem cum varietate cerni Teleſcopij experimentis liquet, tales enim nobis ſolares maculas delineant, Synodum videlicet, & conuentum ſtellarum ad cumulum ingẽtem, in quibus tamen nihil perenne, & fixum eſt, ſed hodie plures conglobantur, cras pauciores, ex aſſociatis quædam diutiùs perſeuerant, aliæ citiùs abeunt, interdum Soli propiùs accedunt, nonnunquam è longinquo ſalutant, & quidem planetas nouos ab ignorantia vindicatos libri oſtendunt, qui Auſtriaca, qui Borbonia ſydera celebrant, horum copiam eſſe fortaſsè pluſquam facilè cogitetur, coniectaotur Klepperus in diſſertatione cum Nuncio ſydereo §. *VVackherio contra*, &c. Malapertius Præfatione ad Heliocyclia Auſtriaca, & parte 2. propoſitione 28. ſed vt ſtatui, qualem velis in ordinem redige, ſiue planetis, ſiue inerrantibus adſcribe, tantùm maneat, turmas eſſe multas, quæ ſyderam regionem variis itinetibus ſúſque, déque percurrunt; harum inambulationibus ſi vacuorum ſpatiorum cauitates deſignandæ ſint, canales eſſe quamplurimos, atque ætherem foraminibus magnis vndequaque ſcatere, nam per omnia cæli ſpatia iter complanandum eſt, neceſſum fuerit; ſed quod ædificium

Tycho Brahe.

Hurtado de Mendoça.

Arriaga.

Bomfrer.

Klepper.

Malapert.

duriſſimo quamuis marmore conſtructum, imò ex chalibe, vel ferro ædificatum, ſolidum & robuſtum cenſendum ſi oſtiorum, aut feneſtrarum ingentium multitudo parietem creberrimè diuidat? Quæ auri lamina, aut metalli fortitudines quanquam inſuperandæ, bractea non inualida fiat ſi mille partibus hiatus magnos oſtendat? Si per terram homines gradialiter non poſſent niſi liquida ſulcando, aut itinera non ſuſciperent, vel ſolidæ glebæ quàm exigua, & debilis eſſet portio, & nutationibus obnoxia fluminum, & alueorum comparatione; ergo nihil præſtat voluiſſe aſtrifera regione maritare liquidum cum ſolido; ac proinde cæli vel in totum fluidi, vel addenſati conſtituendi; perſiſtamus itaque in corrobarata hactenus ſententia, quæ aëreos, fluidos, liquidos, decernit.



## DISSERTATIO III.

## *De productionibus rerum, quas mundi dies tertia oſtendit.*



QVo dicendis clarior oboriatur lux, ſacræ hiſtoriæ adponamus narrationem Geneſ. cap.1. verſ.9. *Dixit verò Deus: Congregentur aquæ, quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum, & appareat arida, & factum eſt ita, & vocauit Deus aridam, Terram; congregationéſque aquarum appellauit Maria, & vidit Deus, quod eſſet bonum, & ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram, & factum eſt ita, & protulit terra herbam virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignúmque faciens fructum, & habens vnumquodque ſementem ſecundum ſpeciem ſuam, & vidit Deus quòd eſſet bonum, & factum eſt veſpere, & manè dies tertius.*

---

### Sectio I.

*Primi terræ fructus repentè, & miraculosè producti: an venenoſa etiam creata germina? Antipodes num fabuloſi? Zonarum quinque an ob intolerabiles ardores & frigora, inacceſſæ & inhabitabiles? Antiquis perſuaſum, regiones vltra Oceanum, ob huius ferocitatem, adiri non poſſe; veterum aliqui in Americam an nauigârint? Magnetis, & pyxidulæ nauticæ vſus priſca non latuit ſecula; Noë an poſt diluuium filij geniti? Dei mandato per ſortem gnatis Orbem diſtribuit; terreſtria docuit itinera, & contra maris ſæuitiam inſtruxit: quomodo in Phaleg natiuitatem terræ diuiſio incidit?*

AQuarum à terris diſiunctionem, & cuique 1.
elemento deſignatas metas cùm Moyſes deſcribat,

describat, suboritur statim internoscendi auiditas, qualem in modum separatio acta sit? Num quidem ex mari, & tellure vnius compactus sit globus? an terra Oceanum inferiorem babeat, vel altiora freta existant? vnde fluminum origo? fontibus quæ natiuitas? Quæ æstus marini occasio per fluxum, & refluxum? Mare salsedinem à quo hausit? verùm de his quid sentiamus interrogamentis aperuimus dissertatione 2. sectione 4. Vt igitur ad profundiorem aliquam transeamus indagationem, dicamus quæ stricta, & minùs operosa sunt de stirpium, plantarum, arborum productionibus; has igitur momentaneè grandes emersisse, flore decoras, frondibus opacas, pomorum oneratas diuersitate, pro cuiusque mundi climatis necessitate, atque futurarum rerum commodo, sacer denotat textus, vt exponunt Philo de Mundi opificio, Iosephus lib. 1. antiquit. cap. 1. S. Basilius homilia 5. in Hexaëmeron, Alcimus Auitus initio metricæ interpretationis in Genesim. Claudius Marius Victor lib. 1. in Genes. Dracontins in Hexaëmero. D. Ambrosius lib. 3. Hexaëmer. cap. 8. Chrysostomus bomil. 5. in Genes. Theodoretus quæst. 17. Damascenus lib 2. de fide Orthod. cap. 10. Beda in Hexaëm. S. Thomas 1. parte, quæst. 69. art. 2. in corpore; Suarez lib. 2. de opere sex dierum, cap. 7. num. 16. Molina disputatione 12. Hinc autem fit, vt supernaturalis, & miraculosa ea fuerit productio, ad quod operandum miraculum quanquam non repugnaret, terram ipsam instrumenti vicem gerere Dei eleuatam potentia, vt aduertit Pereira libro 1. in Genes. num. 112. id quod contigisse insinuant Lyra, & Caietanus, glebam nihilominus passiuè tantùm concurrisse, & Deum principij actiui adæquatam subiisse rationem Theologi vulgariter docent cum S. Thoma 1. parte, quæst. 71. art. 1. congruentiæ apud Suarez lib. 2. de opere sex dierum, cap. 7. num. 7. Hac etiam tertia Mundi luce volunt communiter Doctores mineralia terræ visceribus generata fuisse, terræ molem montibus, vallibus, campestribus distinctam; equidem nihil vetat, quin terræ elementum simul ac productum fuit prima mundi die mineralibus ditatum sit, profunda quoque & altitudines habuerit, & camporum latè æqualem planitiem, hæc enim omnia quanquam aquis submersa continere valebat; tamen, cum aquabus reseruatum sit in tertiam diem, vt congeries illa magna venustior redderetur Oceano, magnisque fluminibus alueo effusso, continenti sæpè gurgitem separante, & interiectu suo maiorem ambobus elementis gratiam afferente; sic etiam in tertiam protrabi diem potuit terræ vt figuræ adderetur noua compositio; verùm hæ quæstiones leuioris momenti sunt; illud dubitari consueuit, num statim ac plantæ, & virgulta prodierunt, non solùm eæ stirpes productæ sunt, quæ ob odorem, fructum, visum delectabiles censentur, sed pariter venenosa germina, spinæ item, tribuli, & sentes, aliaque ingrata germina? omne genus simul formatum, salutaria cum toxicum habentibus, aculenta & punctionibus carentia, edocent Augustinus libro 3. de Genesi ad litteram. Basilius bomil. 5. Hexaëm. Ambros. lib. 3. Hexaëm. cap. 9. Theodoretus quæst. 13. in Genes. Damascenus lib. 2. de fide Orthodoxa, cap. 10. Procopius in cap. 1.

*Philo. Ioseph. Basil. Alcim. & alij.*

*Primi terra fructus repentè, & miraculosè producti.*

*An venenosa etiam creata germina.*

*Augustin. Basil. Ambros. Theodor. & alij.*



Genes. S. Thomas 1. parte, quæst. 69. art. 2. atque ex Neotericis Molina, de opere sex dierum, disput. 13. Pereira lib. 1. in Genes. num. 113. Suarez lib. 2. de opere sex dierum, cap. 7. num. 10. Valentia 1. part. disput. 5. quæst. 3. puncto 3. Becanus cap. 3. in opere tertiæ diei, conclus. 5. Tannerus disput. 6. quæst. 4. dub. 1. num. 9. Delrio, Alapide, Bomfrerius in cap. 1. Genes. vers. 11. Salianus die tertia mundi, num. 23. Nam sanè, cum terræ pulchritudo, & admiratio de Creatoris potentia ex specierum multiplicium varietate consurgat; quorsum desineret opifex plantas, & stirpes veneneno-grauidas producere, non alia potuit esse causa, quàm ne hominibus in statu integræ naturæ, molestæ aut nociuæ fuissent; verùm, quemadmodum in eo statu feræ atroces iram deposuissent, & mites hominibus adblandirentur; sic noxiarum plantarum tanta fuisset cognitio, vt repudiare ipsas facillimum esset, quin si toxicum epotaretur Medicinæ tantæ præstantia extitisset, vt remedia in promptu essent; ea Patribus nuper memoratis Basilios, Ambrosius, Damascenus, Procopius statuunt rosam ab initio spinis caruisse, ob peccatum deinceps adiunctas; boc sic interpretantur Molina, Suarez, Becanus locis indicatis, vt de Rosa nata Paradisi intra septa, aculeos ignorasse credant; genus autem Rosarum, qood extra Paradisum formatum est etiam ab exordio cum formis prodiisse.

2. Marium autem & fluminum vorticibus per terrarum cauernas distributis in hominis commodum, qui in hæc duo elementa dominatum præcipuè exornet, oportet ediscanus, quid viri magni ex antiquitate tam ex Christiana schola, quàm ex Ethnicorum porticu, & lycæo de tantæ fabricæ constitutione senserint. Primùm igitur nonnulli arbitrati sunt præter eas Orbis partes, quas Europæi, Asiatici, & Afri incolerent, nullam aliam superesse regionem bis ex diametro oppositam, eámque ob causam Antipodes dictam, quasi obuersis vestigiis iis, qui in contrario mundi climate viuerent, existimabant quippè hos pendulos fore, nec subsistere posse, sed casuros, concipiebant namque illos tanquam qui superiora capitibus vestigia haberent, deorsum proinde vergerent; quam licet referat opinionem S. Augustinus libro 16. de ciuitate, capite 9. in ea non persistit, fautorem autem habuit præ aliis Lactantium Firmianum libro 3. de falsa sapientia, capite 23. commenti etiam loco habuisse visi Beda libro de ratione temporum, cap. 23. Isidorus Hispalens. libro 14. originum capite 5. Antonius de Florentia, parte 1. summæ bistorialis, capite 2. titul. 1. §. 2. Ioannes Tzetzes bistor. cbiliade 7. Poëmate 143. vers. 605. Lucretius inter Paganos ad finem libro 1. de rerum naturis; sed ex ignorata, vel obliuione principiorum solidæ Phisiologiæ hanc ortam cogitationem Macrobius ostendit lib. 2. in somnium Scipionis, cap. 5. Nam Antipodes cùm inter cælum & terram medij existant sicuti nos, si cadere & præcipitari illos necessum puterut, obsecro in quod labantur extremum? Non in ætherem, aut cælum, hoc enim fuisset ascendere; corpora autem grauia non sursum feruntur, sed ad imam tendunt; terræ igitur adhærerent, banc firmè calcarent, nec ruinæ me-

*Antipodes vnde sic dicti.*

*Augustin.*

*Lactant. & alij.*

Macrob.

tus esset. Scitè Macrobius loco nuperè signato: *Nunquam tamen apud nos quispiam timuit, ne caderet in cælum; ergo nec apud illos quispiam in superiora casurus est*; disputat peritè aduersùs eandem sententiam Tostatus in cap. 31. Exod. quæstione 16. in illud, *qui habitant super terram*, &c. & fusiùs in capite 7. Deuteronomij quæstione 4.

Tostat.

Verùm alij Mathematicæ regulis coacti, ex mundi ad Philosophiam compositi rationibus collegerunt, non solùm Antipodas existere, sed amplissimas alias regiones, de quibus tamen omninò incertum esset, num ab humana incolerentur genere, vacuas & agrestes fore verisimilius censeri. Huius autem placiti origo ex fasciarum, siue zonarum natura, in quas inferior, superiórque distinguitur Orbis, de quibus Philo Hebræus libro, Quis rerum diuinarum hæres sit, ad medium; *in terra verò zonæ, quas vocant, duæ inter se æquales, quæ circa polos sunt frigidæ, & ob hoc inhabitabiles, duæ item inter has, & exustam media, quas propter temperiem aiunt habitabiles, alteram ad Austrum vergentem, alterum ad Septentrionem*; & Iulius Firmicus Maternus libro 1. Astronomicon capite 4. vbi inquit: *Quæ media est, eam sempiterno calore aduri duas extremas perpetua glacie obsideri, & ideò inhabitabiles esse, alias duas esse temperatas.*

*Zona, an ob intolerabiles ardores, & frigora inaccessa, & inhabitabiles.*

Iul. Firmic.

Similia Beda libro de ratione temporum, capite 23. & Vincentius Bellouacensis tom. 4. seu speculo histor. libro 1. capite 21.

Beda.

Itaque duas zonas, nempè, quæ hinc atque illinc claudunt tanto constrictas gelu, frigoris tam immanis arbitrari, vt viuere ibi homines impossibile ducerent; deinde, cingula alia duo temperie iucunda distribuebant, quarum eam quæ borealis sit, à nobis possideri affirmabant; aliam verò non minus amœnam, quæ australis sit, existere, sed num homines illuc introiuissent, an Respublica, an agrorum cultura ignorari ab habitantibus Septentrionem, illuc enim proficisci nisi linea æquinoctiali transacta, repugnat; hanc autem transcendere quisnam audeat; nam zona media, proinde torrida, indeficienti nimirum Solis cursu adusta. Cùm igitur sic incalescat, & ferueat, vt adiri nequeat; equidem, cùm Solis accessu perspiciamus æstatem incalescere, discedente ipso brumam, & frigora intrare, dies calidiores esse, noctem incendia remittere, inferebant ea terrarum spatia, quæ æquinoctiales verberaret circulis, non posse non maximo, atque adeò intolerabili fatigari ardore ob Phœbi vicinitatem, & radiorum directè ferientium vim; quare & ipsemet Philosophorum Princeps Stagyrita eum in modum tradebat de zonarum ordine, & proprietatibus libro 2. Meteorologicorum capite 5. eius effatum probabilius esse statuêre S. Thomas 1. parte, quæstione 102. articul. 2. ad 4. Durandus in secundo, distinctione 17. quæstione 3. numero 6. suffragantur Strabo Geograph. lib. 2. Cicero in somnium Scipionis ex libro sexto de Republica, circa principium. Plinius libro 2. capite 68. Cleomedes libro 1. meteoror. capite 2, in fine. Achilles Tatius Isagoge in Phænomena Arati capite 29. Macrobius libro 2. in somnium Scipionis capite 5. Mela libro 1. de situ Orbis, capite 1. Martianus Capella lib. 6. de nuptiis Philologiæ, qui est de Geometria, titulo, de quinque zonis terræ, Vergilius lib. 1. Georgicor. vers. 232. & insinuat lib. 7. Æneid. vers. 225. de quo ad præfatum ex Georgicis carmen Probus Grammaticus: *Hanc tamen vniuersam disputationem certum est Virgilium transtulisse ab Erastothene, cuius liber est Hexametris versibus scriptus; qui Hermes inscribitur*; hoc veteris Poëtæ metrum exhibet Isagoge in Phænomena Arati capite 29. Hadrianus Iunius Animaduersorum libro 3. capite 5. Ouidius simili loqui vena libro 1. Metamorph. vers. 45. Tibullus libro 4. carmine primo de laudibus Messalæ vers. 153. Claudianus lib. 1. de raptu Proserpinæ, vers. 260.

S. Thom.
Durand.
& alij.

Prob. Grammatic.

In eo autem, quod de torridæ zonæ nimiis ignibus prisci conceperunt, omnino hallucinatos fuisse hodierna comprobat experientia, sub linea quippe æquinoctiali, præsertim in America, nec frigora, neque ardores torquent, & placidè degunt mortales; causas verò tam gratæ habitationis licèt Phœbus capitibus impendat, & directè radios iaculetur, eius plagæ olim aliquot per annos incola noster Iosephus de Acosta profert lib. 2. de natura noui Orbis, cap. 2. & sequentibus. Alphonsus etiam à vera cruce Augustianus, qui ibidem diu commoratus est, in libros de cælo, speculatione 9. Paulus Merula Cosmographiæ general. parte 1. libro 3. capite 22. Conimbricenses in libro 2. de cælo, capite 14. quæstione 1. articul. 3. causarum præ cæteris ea potior videtur, quam suggerunt, eam à Numine sub exordiis rerum inditam climati naturam, qualitatibus temperare æstus valentibus communicatis; adlubescit simul quod iidem de omnibus monent zonis, & subiectis terrarum regionibus sub finem præfati articuli, nempè quamuis ob Solis diuturniorem absentiam nonnullæ supra gelu infestantur, aliæ ob eiusdem propinquitatem calores immodicos patiantur, cunctas tamen si hominum industria accedat, & constantia laborem adiuuet, incoli posse; quod etiam adnotarunt Maluenda de Antichristo lib. 3. cap. 14. Franciscus Lopez 1. parte historiæ Indiarum, cap. 3. Franciscus Resta lib. 2. de meteoris, tract. 1. de aëre, cap. 1. subiicio demum, quo pacto non omnem protsus antiquitatem latuit torrida sub linea egregiè habitari posse; nam Geminus insignis Astronomus, qui Ciceronis æuo floruit, vt adstruit Petauius in præfatione Vranologij, & in scholiis ad eundem pag. 33. is igitur in elementis Astronomicis cap. 13. inquit: *Nam nostris temporibus iam & perspecta, & inuenta sunt loca plurima habitabilia, & non mari vbique comprehensa; harum rerum historia conscripta est, cùm ea per Reges Alexandrinos sint explorata, vnde falsi sunt, qui opinantur Oceanum fusum esse inter Tropicos; est autem ex his manifestum, quòd & illa opinio, quòd inhabitabilis sit regio inter Tropicos posita, propter æstus excessum, & maximè ea regio, quæ sit in medio zonæ Torridæ, sit falsa.* Deinde subiungit: *Polybius igitur historicus conscripsit librum, qui inscribitur, De habitatione circa æquinoctialem; hæc autem est in media Torrida zona, atque inquit habitari loca hæc, & habere magis temperatam habitationem, quam habent ij, qui circa extremitates Torridæ zonæ habitant; ac historias affert eorum, qui viderant has habitationes.*

Petauius.

Vt

3. Augustin. Vt autem nostro instituto propiùs accedamus, Augustinus sanè ex rotunda figura mundi collegit lib. 16. de ciuitate, capite 10. terrarum spatia esse, quæ cultis regionibus ex aduerso respondeant, at surgentem è diametro glebam profundissima iacere sub aquarum abysso; hæc enim quando congregatæ sunt in locum vnum, terræ latus occuparunt, scilicet obiectam nobis partem, quæ cùm sub ingentibus procellis consepulta existimat, hominum incolatui deseruire nequeat; *Nec attendunt*, (inquit B. Doctor,) *etiamsi figura conglobata, & rotunda mundus esse credatur, sine aliqua ratione monstretur; non tamen esse consequens vt ex illa parte ab Aquarum congerie nuda sit terra*; idem tradit Procopius Gazæus ad cap. 1. Genes. vers. 9. Verùm aquæ si in montes auctæ simul coacernatæ essent, terra altiores factæ, quomodo non diffluerent, illámque demergerent? nec enim miraculo cohibere perpetuò credendum sit: id tamen vt fieri nulla contradictio esset, euidens est Antipodum regiones maria non obruere, sed terrarum spatiis intermixta flumina, sicubi & sub nostro Hemisphærio; scio ingentes amnes, vastissimos lacus, & aquarum abundantissimas scaturigines Americam perluere, vti commonstrant Iosephus de Acosta lib. 2. de natura noui Orbis. Frat. Gregorius Garzia de origine Indorum, lib. 2. cap. 4. & 5. verùm iidem obseruant, aquarum licet maxima existat copia, sed continentem amplissimam esse; deponit Frat. Stephanus de Salazar Carthusianus 2. parte discursuum ad Symbolum Apostolorum, discursu 16. cap. 3. à nauigantibus supra decem mille leucas terræ vndis liberæ detectas; hoc ipsum ferme Gomara 1. parte historiæ de Indis occiduis, capite 12. pag. 9. At vti res hanc se gerant in morem, & regio æquinoctiali subiacens circulo hominum victui quam primis commoda feratur, sed inter illas terrarum partes, nostrúmque orbem occupet alueum immensum Oceanus: talem autem superare gurgitem non industria, non temeritas valet, quare nullo tempore illuc homines transmeare potuerunt; quòd si mortalium nemo illuc transierit, deserta, & inhabitata tellus est, vel alios nutrit homines, quàm ab Adamo originem trahentes; hanc in

Augustin. formam visus concludere Augustinus loco deprompto; *Nimisque absurdum est vt dicatur aliquos homines ex hac in illam partem Oceani immensitate traiecta nauigare, ac peruenire potuisse, vt etiam illic ex vno illo primo homine genus institueretur humanum*; igitur, qui in Mathematicis, & Philosophia excelluerunt prisci, cùm cælestia, & terrena disponerent, quamuis zonæ quam nos incolimus, alteram temperatam respondere persuasum haberent, ob Oceani magnitudinem, & sæuitiem illuc proficisci inaccessibile

Plinius. iudicabant, hinc Plinius lib. 2. cap. 67. *Sic maria vndique circumfusa diuiduo globo partem Orbis auferunt nobis, nec inde huc, nec hinc illo peruio*

Cleomedes. *tractu*; Cleomedes lib. 1. meteoror. cap. 2. in fine; *innauigabilis, & beluosus est, qui nos ab iis*

Tacitus. *separat Oceanus*. Tacitus de moribus Germanorum cap. 2. *& immensus vltra, vtque sic dixerim, aduersus Oceanus raris ab Orbe nostro nauibus aditur*; quare Gregorius Theologus oratione 20. in laudem Magni Basilij numero 45. & epistola 71. aliàs 68. ad Postumianum, ait, *vltra Gades mare ab hominibus traiici non posse*. Porrò & Clementem Romanum in epistola quadam sua mundum nominare, qui trans Oceanum iaceant, restatur B. Hieronymus commentatio in epistolam ad Ephesios, in capite 2. prima verba; *& vos cùm essetis*, &c. eam fuisse priorem ex duabus, quas ad Corinthios miserat epistolas Clemens, refert Photius Bibliothecæ codice 126. pag. 306. eius epistolæ quanta fuerit authoritas expendit Baronius tomo 1. anno 95. num. 1. laudat verò Sixtus Senensis Bibliothecæ libro 2. verb. *Clemens*, quomodo Clementem Origenes interpretatus;

Adamantij autem expositio quoniam præsenti instituto ad amussim quadrat, prætereunda non est; dicit igitur lib. 2. Periarchon. cap. 3. *Meminit sanè Clemens Apostolorum discipulus etiam eorum, quos ἀντίχθονας Græci nominant, atque illas partes Orbis terra, ad quas neque nostrorum quisquam accedere potest, neque ex illis, qua ibi sunt, quisquam transire ad nos; quos & ipsos Mundos appellauit, cùm ait: Oceanus intransibilis est hominibus, & hi qui trans ipsum sunt mundi, qui his eisdem dominatoris Dei dispositionibus gubernantur*; admittit igitur vltra Oceanum terras existere, & populos; sed cùm eius premere fluctus nemo inueniatur, qui audeat, hanc ob rationem, quod illud mortalium genus sit, vnde procreatum, quibus coërceatur legibus, ab vniuersis ignoratum esse. Adamant.

His tamen obstat, ex fide historiarum liquete nauigatum olim Oceanum, deuictámque eius superbiam, & ignoratas diu regiones, morésque peregrinos hominum detectos; natalem hanc suscepisse expeditionem, & ad noua, proculque distantia indaganda tegna Phœnices hortatu Neci Ægyptiorum Monarchæ, vela dedisse narrat Herodotus lib. 4. seu in Melpomene numero marginali 104. laudat & Alexandrinorum Principum studium, quòd classe sæpius adaptata sub æquinoctiali positas nationes adiuerint, Eudoxi etiam cuiusdam varios in mari alto, & procelloso labores Strabo libro 2. Geographiæ; habes, quæ Nearchus, & Onesicritus longiùs in Oceanum progressi Alexandri iussu post reditum enarrauere apud Curtium libro 10. capite 1. Hannonis tamen Carthaginensis per Oceanum itinera imprimis celebrantur; de quo Arianus libro rerum Indicarum, ad finem. Plinius libro 2. capite 67. Athenæus libro 3. Dypnosophistar. capite 7. Nobilissimam eam Mariana appellat nauigationem, & nauticæ huius temporis gloriæ non postponendam libro 2. histor. Hispaniarum capite 21. Non igitur verum est Oceani interiectu prohibitos mortales olim, ne Antipodum littora inuiserent; sed tamen, quæ de his nauigationibus referuntur, commentitia esse, & fabularum deprompta ex scriniis iudicant Gaspar Varrerius commentario de Ophyrina Regione. Fr. Seraphinus Freitas de iusto imperio Lusitanorum Asiatico, capite 5. num. 8. equidem ipsis, quos produximus, Scriptoribus Strabòni, Herodoto, Ariano, Curtio, Athenæo suspecta est narratio; Augustinus lib. 16. de ciuitate, capite 9. *Neque hoc vlla historica cognitione didicisse*

4. *Antiquum potsuasum fuit regiones vltra Oceanum, ob huius ferocitatem, adiri non posse.*

Herodotus.

Strabo, &c.

August.

*P. Sherlogi Antiq. Hebr. Dioptra.*



cisse

*ciſſe ſe affirmant, ſed quaſi ratiocinando coniectant.* Beda de ratione temporum, cap. 23. *neque vllus refert hiſtoricus vidiſſe, vel audiſſe, vel legiſſe ſe, qui meridianas in partes ſolem tranſierunt hybernum,* &c. Cleomedes lib. 1. meteorum cap. 2. *Quòd autem eſſe oporteat Antipodas Phyſiologia docet, quippè nihil horum memoratur in hiſtoria*; Macrobius in ſomnium Scipionis lib. 2. cap. 5. *Sed quibus incolitur, non licuit vnquam nobis, nec licebit agnoſcere.* Geminus in elementis Aſtronomiæ, cap. 13. Cùm autem de auſtrali zona dicimus, & de iis, qui in ea habitant, adhæc & de Antipodibus, qui in eadem ſunt; *conuenit, ea quæ dicuntur ſic intelligere, vt nos de auſtrali quidem Zona nullam hiſtoriam acceperimus, neque an vlli in ea habitent; ſed quod ratione totius ſphæræ, & figuræ terræ, & progreſſus Solis, qui fit inter tropicos, ſit aliqua etiam altera zona, ſeu plaga verſus Auſtrum, qui habeat idem temperamentum cum boreali zona, in qua nos habitamus.* Quando igitur doceant ex hiſtoriis nullam deriuari notitiam, aliunde de recenſitis ſuprà nauigationibus commentarij circumferentur, nobis inſinuatur, eiuſcemodi relationes pro apocryphis reputatas. Aliis viſum, non penitus negari debere longo ſeculorum decurſu aliquos nauigantes torridæ ſubiectas zonæ maritimas calcaſſe oras, affirmant tamen hoc vt contigerit, erroneo per maria iactatu accidiſſe; cæterùm apiatam aliquando claſſem, quæ ex arte & dato ſtudio viam eam proſequuta fuerit, ſeu ob mercaturam faciendam, ſeu ob debellandos populos, & nouum adquirendum imperium, id ante noſtrorum auorum tempora nunquam cuipiam in mentem veniſſe; ſic Acoſta lib. 1. de natura noui Orbis, cap. 16. Torniellus anno mundi 1931. num. 48. Pancirolus lib. 21. memorabilium titul. 1. Ortelius in theſauro Geographico, verb. *Ophir.* Snellius in Typho Batauo, ſeu tractatu de re nauali; & hi quidem Authores eo maximè ſtimulantur fundamento, quod antiquitatem pyxidulæ nauticæ per magnetis ad Boream conuerſionem latuerit cognitio. Porrò abſque magnetica acus directione, quanquam breuior aliqua nauigatio, nec à littorum conſpectu diſcedens confici valeat, ſed à terris longiùs abire, maria vaſtiſſima ſulcare, diu non aliud quàm pontum, & cælum adſpicere, impoſſibile ducitur. Porrò, inſtrumenti ad magnetem conformati, quo nauigatio per Oceanum non ita formidabilis cœpit eſſe, ſcientiam priſcis abſconditam fuiſſe, argumento eſt commune de eo ſilentium in antiquorum lucubrationibus; vulgata fama eſt paucis ab hinc ſeculis Campaniæ in tractu à ciue quodam Amalphitano Europam tanto beneficio donatam ſuggerunt Blondus in deſcriptione regionum Italiæ, in Campaniæ delineatione, ad finem. Pancirolus lib. 2. memorabil. titulo 11. Iouius hiſtoriarum ſui temporis, lib. 25. ad calcem. Leander Albertus in deſcriptione Italiæ in regione 5. nimirum Campaniæ; eam Italis monſtratam peritiam per Marcum Paulum Venetum, qui circa annum 1260. apud Sinas artem pyxidis didicit, ſubinnuit Guilielmus Gilbertus Anglus lib. 1. de Magnete, capite 1. Verùm Marcus Paulus in ſua Orientalium Peregrinationum hiſtoria, iſtud non denotat, cùm tamen libri 3. caput 1. inſcribit de modo nauigationis earum regionum; nec Sinas eo laudatos nomine reperi apud Maffæum, Trigautium, Semedum, alióſve, qui de eorum moribus, & inuentis accuratè ſcripſerunt.

*Beda. Cleomedes. Macrob. Gemin. &c.*

*Magnetis & pyxidula nautica vſus priſca non latuit ſecula.*

5. Verùm acus magneticæ omnem notitiam ſubterfugiſſe veteres non reor, [illegible]idem; Salomonis tam plenam latuiſſe ſcie[illegible]m vix credi valeat, præſertim cùm eiuſmodi compendio, ad nauigationes in auriferos tractus Ophir, & Tharſis maximè opus habuerit; quamobrem ei occultiſſimas magnetis patuiſſe vires Nicolaus de Lyra exiſtimat in illud capite 7. libri Sapientiæ verſ. 21. *& quæcumque ſunt abſconſa, & improuiſa didici,* &c. adſentiuntur ibidem Lorinus, Ceruantes, Alapide, Tirinus. Qui nautis optatum magnetis Arctico cum polo fœdus Salomoni reſeratum fuiſſe decernant; quod etiam viſum Leuino Lemnio lib. 3. de occultis naturæ miraculis, cap. 4. Pineda de rebus Salomonis lib. 4. cap. 15. §. 4. num. 4. Nicolao Caueo de Philoſophia Magnetica lib. 1. cap. 6. Nierembergio hiſtoriæ naturæ, lib. 5. cap. 2. & libro 5. curioſæ Philoſophiæ, cap. 10. abinde fortaſſe apud Orientales gentes eius inſtrumenti familiarior vſus; nam ſanè Turcas & Arabes, Saracenorúmque genus ad nefarij Mahometis blaſphemum proficiſcentes ſepulchrum per vaſtas ſolitudines, & itinera non certa, Magnetis ope viam tenere adſtruit Laonicus Chalcocondylus lib. 3. de rebus Turcicis, ante medium; *In hunc igitur modum neceſſaria præparantes, camelos conſcendunt, vtentes ſignis, quæ viam commonſtrant Magnetis demonſtrationibus; colligentes igitur ab Septentrionali plaga qua Orbis parte eundum ſit, eò viam coniectantes pergunt.* Si igitur, ne in terris aberrant loca auia, & ferarum veſtigiis ſolùm tritæ ad Magnetis directionem confugiebant, eo voluiſſe carere ſubſidio maria ſulcantes quis cogitet? Quamobrem inter exordia Luſitanorum nauigationis ad Indos, quos oriens beat Sol, cùm inclytus regiarum claſſium Præfectus Vaſcus Gama in Mozambique quoſdam accolas Arabicæ orationis incidiſſet, qui nauibus maria traiiciebant, offendit quidem aduersùs Oceani diffuſas ſemitas pyxidula inſtructos arte, nec barbara elaborato inſtrumento; ſed libet eius rei narratorem Oſorium Sylueſem proferre Epiſcopum, qui lib. 1. de rebus geſtis Emanuelis Regis propè ad finem inquit; *His normis ſolebant vti iam illo tempore Arabes illi; & chartis præterea, quibus maritimarum Regionum ſitus ſecundum deſcriptas in illis lineas, explorantes cognoſcebant, quadrantibus etiam Solis varias conuerſiones, & quantum quæque regio ab æquinoctiali circulo diſtabat, obſeruabant; tam multis denique erant ad nauigandum artibus inſtructi, vt non multum Luſitanis nautis de rerum maritimarum ſcientia, & vſu concederent.* Sic igitur quamuis aliquandiu apud Europæos acus nauticæ penes raros eſſet cognitio, potuit aliarum Prouinciarum mortalibus frequentior eſſe; quemadmodum Typographiæ mirabilis peritia Europam diu fugit, apud Sinas tamẽ in vſu erat, vt monent Pancirolus lib. 2. memorab. titul. 12. Hermannus Hugo de origine ſcribendi, cap. 34. Trigautius lib. 1. de expeditione Chriſtiana apud Sinas c. 4. & quidem, vetuſtiſſimam eius apud Sinas originem eſſe pro comperto adſtruit Maffæus lib. 7. hiſt. Ind. pag. 256. viguiſſe ante annos mille,

*Lyra. Oſorius.*

&

& sexcentos refert Aluarus Semedus 2. parte, tractatus de imperio Sinensi cap. 3. sub finem; quin verò & inter nostrates Gerbertus, qui postea Syluester Papa II. dictus est, cùm Astronomus esset summi nominis ante annos sexcentos, vt memorat Ditmarus lib. 6. Chronicorum, *Magdeburgi horologium fecit, illud rectè constituens considerata per fistulam quandam, stella nautarum duce;* quod Maiolus colloquio 18. de lapidibus §. *sed & annos ab hinc*, &c. interpretatur de inuestigata per illum Magoetis cum Septentrione harmonia, secundùm quam horologium adaptauit. Non igitur ob pyxidulæ ignorationem vbique Gentium mortales Oceanum scandere haud fuisse ausos putandum est; sed nec etiam eo, quòd magnas & validas fabricare naues nunquam aggressi fuissent; capaces admodum, & firmissimas habuisse ostendit Sinellius in Typho Batauo. Nihil igitur obstat, quo minus Phœnices, Ægyptij, Carthaginenses, aut quarumcumque nationum homines illuc olim proficisci potuerint, seu mercium commutandarum gratia, seu ad Prouinciam aliquam occupandam. Nihil vetat in Americæ tractus colonias duxisse, eorúmque posteros ibi perpetuos mansisse habitatores; verùm quemadmodum horum nihil absolutè repugnat, nihilominus, an de facto contigerit susceptas maritimas tales expeditiones, nihil est quod de certo persuadeat.

Ditmarus.

6. Cùm igitur Hispani roboris primi Duces, qui Peruana & Mexicana regna subiugatont, & insulabus multis domiuati sint, incredibili virorum, & fœminarum copia refertta fuisse testentur, & antiquissimam esse prosapiam didicerint, de eorum origine, transmigrationis causa, itineris modo, & via cogitandum est aliquid, cui veritas cognata existimetur: at quid aptius dicas, quàm si mediteris de reparatu Orbis post hunc submersum generali diluuio, crescentibus Noë posteris, senex Genitor terram, & maria filiis distribuit; illuc cum subole, & nepotibus, tota familia & cognatione profecti, vttamque possederunt Indiam, nempè Gangeticam, seu Lusitaniam & Americæ diffusas regiones. An vni filiorum tam vasta, & capax ditio assignata est, an pluribus, non satis exploratum: neminem autem conscriptum fuisse hæredem imperij auro, & margaritis affluentes, quod argenti venas nutrit, cuius etiam syluæ & nemora vnguentis abundant suauissimis, quisnam vt credat, induci valeat: itaque quod difficilius quispiam arbitretur, in Americam delatos, noui Orbis tecisse fundamenta ritè censuerunt Arias Montanus in Phaleg cap. 9. Ioannes Lucidus de emendatione temporum, lib. 2. cap. 4. Genebrardus lib. 1. Chronolog. anno Mundi 1688. pag. 35. Torniellus tom. 1. anno Mundi 1931. num. 47. & cum eo Spondanus eodem ab Orbe condito anno, num. 22. & 23. Salianus tom. 1. anno à mundi fabrica 1931. num. 103. Escalante in Clypeo concionatorum lib. 5. cap. 36. Basilius Legionensis 1. parte variarum, quæstione 8. expositiua, cap. 2. Gregorius Gargia de origine Indorum lib. 4. cap. 2. Isaacus Habrectus in additionibus ad Iosephi Longij Elementale Mathematicum, in elementis Geographiæ cap. 85. pag. 539. Sed dicas partitionem Orbis à Noë factam tribus filiis Sem, Cham, & Iaphet, proponi

*Veterum aliqui in Americam an nauigârint.*
Arias Mont.
Lucidus.
Genebrard.
& alij.

*P. Sherlogi Antiq. Hebr. Dioptra.*

à Iosepho lib. 1. antiquit. cap. 7. dum inquit: Iapheti, & posterorum sedes à Tauro, & Amano incipientes pertinebant in Asia ad amnem vsque Tanaim, & in Europa vsque Gades; Chamæ verò filij Syriam, & regionem Amano, Libanóque montibus hætenrem obtinuerunt, quicquid eius ad mare vergit occupando, & Oceanum vsque ditionis terminos profetendo; quartus Chamæ filius Chananæus Iudæam nunc vocatam habitauit, eiusdémque suam Chananæam nominauit; Semo verò filij fuerunt quinque, qui Asiam vsque ad Indiam Oceanum incoluerunt, ab Euphrate propagatæ ditionis initio facto; ab his parum differt quod Epiphanius tradit in fine Ancoratus: Flauio autem Iosepho consentiunt Hieronymus in traditionibus Hebraicis ad cap. 10. Genesis. Philastrius de hæresibus sub Apostolorum tempore, hæres. 70. Arnobius in Psalm. 104. Eustathius Antiochenus in Hexaëmero. Procopius Gazæus in cap. 14. Genes. & in cap. 10. Beda, Eucherius, Hugo de S. Victore, Seuerus Sulpitius lib. 1. sacræ historiæ sub principio. Ado Viennensis in 1. mundi ætate. Cedrenus compendio historiarum ad principium. Isidorus Hispalens. originum lib. 9. cap. 2. Chronicon Alexandri in principio. Freculphus tomo 1. lib. 1. cap. 27. Zonaras Annal. tom. 1. Lyra, & Abulensis in cap. 12. Genes. vers. 6. Chananæus autem, &c. Tustatus etiam in c. 10. Genes. quæst. 1. ibidem Delrio, Alapide, Bonfretios. Pereira lib. 15. in Genes. num. 156. Salmeron tom. 1. Prolegon. 41. Ribera in cap. 7. epistolæ ad Hebræos num. 18. Serrarius tom. 1. in Iosue lib. 1. cap. 1. quæstione 5. Sanctius in cap. 13. Actor. num. 18. Salianus tom. 1. anno mundi 1788. num. 7. Ecce vulgatum de mundi per Noë inter filios distributione conceptum; verùm hîc non memoratur Americæ regiones cuiquam signatas, nam quod de Indico Oceano subadditur, ea Indiæ pars, quam Alexander, & alij penetrarunt, intelligitur, & Asiæ membrum reputabatur; nec dicas, post diluuium filios genuisse Noë, Ionithum speciatim, de quo Methodius Episcopus Patarensis, & Martyr in reuelationibus scribit: his autem Indiarum tractus mandasse; quanquam enim de apocrypho sumptum est, quod de Ionitho fertur; at verùm possit esse, nec statim reiiciendum quod inter dubia, & suspecta alia reperitur, sed considerandum, num accidisse potuerit, & an sint boni nominis Scriptores, qui non contemnant; Methodij autem Ionithum recipiunt historia Scholastica Genes. capite 37. Vincentius Bellouac. tom. 4. seu in speculo historiali lib. 1. cap. 61. Lucas Tudensis in Chronico Mundi, in secunda Ætate iuxta principium, Abulensis quæstione 5. in cap. 10. Genes. VVernerus Rolevvink in fasciculo temporum in secunda ætate. Nauclerus generatione 11. Sed quicquid de Ionitho speciatim post cataclysmum suscepros ab eo filios, volunt Albertus Krantius in Proœmio ad VVandaliam. Ioannes Auentinus in Annalibus Boiorum lib. 1. VVolfgangus Lazios in Gentium trāsmigrationibus lib. 2. de Aboriginibus, atque hi quidem Berosum Annianum sequuti, sed id verum censendum strictiùs professi, vtpote quod sacræ Scripturæ non futili subnitatur explanatione, cuius loquendi morem expendunt Caietanus in Genes. cap. 9. vers. 1, vers. 18. & 19. *erant igitur*, &c.

*Noë an post diluuium filij genuit.*

Ioannes Lucidus de emendatione temporum, lib. 2. cap. 2. Ludouicus Ystella Genes. cap. 9. vers. 13. & 27. Torniellus tom. 1. anno mundi 1662. num. 3. Demus igitur hanc sententiam esse probabilem tum propter defensores eius, tum quia diuinis Oraculis non aduersatur; sed vnde constat sobolem post diluuium enatam America à Noë donatam esse? at cur tot clari scriptores cùm factam ab illo sectionem terrarum memorant, Mundi partem reliquis tribus amplitudine ferè comparandam omiserunt? postremò Methodius dilectissimum Noë Ionitbum non regno, aut Prouinciis ab eo locupletatum denotat, sed muneribus quibusdam auctum.

7. *Dei mandato per sortem quatis orbem distribuit.* Cur autem Iosephus,& cum eo veterum Doctorum pars magna vtriusque Indiæ,qua est hodie fertilitate, latitudine, opulentia, non meminere,causam indagare minimè arduum est;nam, vt hac sectione fusè expendimus, prisci quamnis ex Mathematicarum disciplinarum principiis colligerent,aliquas esse regiones habitationi idoneas, præter Asiam,Europam,& Africam; *Terrestria docuit itinera.* sed eas pertransire ad terras impossibile ducebant, tum quia zona torrida superaddita esset iter illud facturis, tum quoniam Oceanus Interpositos ob vastitatem, & sæuitiam metuendus, vincendusque esset. Cùm igitur illuc viam dirigere securiorem posse cogitarent,inferebant circa eas partes filios, & nepotes Noë aditum peperisse, ac proinde Orbis factam inter eos didistributionem Africæ, Europæ, Asiæ finibus coorentam; sed tamen operosum non erat percepisse Mundi Parentem non vsquequaque laudandum,si ex quinque Mundi circulis vnam tantùm zonam habitandam reliquisset, cæteræ iis obstruerentur impedimentis,quæ cultoribus orbarent, squalidas & desertas facerent: an hoc naturæ opificem deceat? vt quid perditio tot marium? tam pretiosæ, tam vberis glebæ? senserat hoc Noë,traditione à maioribus acceperat, per Cosmographiam, qua excellebat, didicerat, *& contra maris sæuitiam instruxit.* vt aduertit Nauclerus generatione vndecima; imò quidem Deum ipsum instructorem sortitus est,à quo de climatibus mundi,de Oceani itineribus, & meandris, atque ante vincendi maria, hausit notitiam, vt benè Genebrardus suggerit lib. 1. Chronologiæ pag. 25. inquiens: Instrumentum, & vsum nauigandi præceptore Deo hominibus monstrauit, quo factum vt posteri duce Iaphet mari se audacter committerent. Perbellè *Epiphan.* S. Epiphanius in Ancoraro non longè à fine. *Cum igitur relictus esset ipse, & tres filij eius, ne in eadem mala inciderent, sicut hi, qui in diluuio perierant, non solùm per doctrinam ipsis pietatem proposuit, sed etiam per iusiurandum ab vnoquoque ipsorum beneuolentiam erga fratrem exegit, & diuidit quidem veluti hæres mundi à Deo constitutus tribus filiis suis vniuersum mundum sub sortem missum, & vnamquamque partem iuxta sortem singulis distribuit*; sortium quoque memoria apud Iosephum lib. 1. antiquit. cap. 6. *& quo quemque sors & Deus tulit, eam terram cum suis occupauit, vt tam maritima, quam Mediterranea cultoribus replerentur*; & cap. 5. inquit, Deum iussisse propagandi generis humani causa colonias instrui,& per orbem distribui; quidem diuino eam aggressu partitionem Noë Cedrenus Initio Compendij historiarum statuit, aiens: *Noë annum ætatis agens nongentesimum trigesimum, oraculo nimirum diuinitus accepto tribus suis filiis terram distribuit.* Hæc verisimilitudinis egregiam speciem præferre rectè perspexit Salianus tom. 1. anno mundi 1931. num. 20. Nam si ad futuram Orbis instaurationem Numini tanta sollicitudo de animantibus, quæ per arcam saluata sunt, putamus non æque inuigilasse, vt doceret Noë post exsiccatam terram, quo pacto hanc Incoli, & per quos oporteret; longæuus itaque Noë tribus conuocatis filiis Semo, Cham, Iaphet, horum etiam ex gnatis, & nepotibus qui authoritate, robore, consilio præstabant, tabulas geographicas expandit, in quibus maria, & terras omnes descriptas habebat adiuncto commentario cuiusque Prouinciæ emolumenta, vel damna referente; de omnibus cùm satis instructos arbitrarus Numinis intimanit voluntatem significantis abeundum capitibus familiarum vt regna fundent, Monarchiam, & Dynastias posteris relinquant,& quidem ipse potestate fruebatur, qua orbẽ legitimè diuidere possit; erat *enim hæres mundi*, vt paulo antea vocatum à S. Epiphanio vidimus; *& cùm esset semen generis*, (vt loquitur Theodoretus quæst. 53. in Theodoret. Genesim,) *& radix naturæ, atque secundus Adam, largitur ipsi benedictionem, quam consequutus erat ille statim vbi formatus est, Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subiugate eam, & timor & tremor vester erit super omnes bestias terræ, & super omnia volatilia cæli, & super omnia, quæ mouentur super terram, & super pisces maris*, &c. Basilius etiam Se- Basil. leuciæ oratione 5. de Noë ad finem: *O Noeme hominum progenitor Adamo anteferende! O imaginis Dei firmior adsertor! O qui finis, vnáque principium naturæ fuisti?* Quamobrem, quod de Adamo meditantur lib. 4. de iustitia & iure, Sotus quæst. 3. art. 1. conclusione 3. Aragon de iustitia etiam & iure, quæst. 62. tractatu de dominio, conclusione 3. Molina tract. 2. tom. 1. disput. 20. num. 9. *Dominum mundi fuisse*, & regia polluisse excellentia tum ad ferendas leges, tum ad ipsarum violatores coërcendos; de Noë idem pariter censendum. Hoc igitur ex titulo assumere sibi potuit, vt diuisionis legitimus arbiter haberetur. Quid? quòd Genitor erat? paterna autem licentia filiis quod vnumquemque possidere conueniebat, declarare poterat: sed quoniam si distribuisset ipse, filiorum quispiam fraternæ inuidens parti, culpam in Genitorem transferret, vt qui amore ductus prætulisset chariorem inter gnatos, prouidè admodum sorti committendum duxit; hæc norma cùm placuisset, tabulabus geographicis, quas expansas habebat, orbem quàm iustissimè diuisit, ita vt si vna pars alteri quibusdam naturæ dotibus,& beneficiis excelleret, aliis ornamentis inferior esset; tum sortem aggressi fratres, vnusquisque partis quæ obtigerat, nouam delineationem à Genitore accepit, additis vtilibus regulis, quibus iter ad illas seu per mare, seu per terras pergere libuisset, monstrabatur, quibus etiam de vrbibus,& communitate facienda, de agricultura, de metallorum venis, de commerciis edocebantur.

Quando autem dispergi filios Noë, & ex his 8.
genitus nepotes, pronepotes accidit, non admodum facile est statuere? Sacra monumenta indicant contigisse sub editum Phaleg vitales inauras, Genes. cap. 10. vers. 25. *Natique sunt Heber* Gen. 10. 25.
*filij duo, nomen vni Phaleg, eo, quòd in diebus eius diuisa sit terra*, &c. Porrò ante natiuitatem Phaleg

leg trāſietant pluſquan anni centum à præterito diluuio, quo quidem temporis ſpatio multiplicari genus humanum tantam in copiam valebat, quanta ſufficeret ad terras omnes populandas; aliunde autem eſt ſcrupulus non exiguus: Ieɛtan, qoi Phaleg germanus erar, tredecim extitere filij, Geneſ. cap. 10. verſ. 26. Hi autem connumerantur inter familiarum Principes, à quibus occupata regna originem traxere; nam poſt receuſitos illos promiſcuè cum aliis, verſu poſtremo dicitur; *ab his diuiſa ſunt Gentes in terra poſt diluuium*; diſperſio autem facta eſt poſt Turris Babel cladem Geneſ. cap. 11. verſ. 9. tum igitur grandes natu erant filij Iectan, ſiquidem & ipſi ex ducibus erant migrationis, & colonias regebant, & ſiquidem pariter non infrequens ſanctis Doctoribus linguarum facta differentia in duo & ſeptuaginta idiomata, iuxta capita familiarum, qui Turrim ædificauerant, colenda ſit, ea ſtate nequeat repudiatis filiis Iectan, ſiue quibus quinquaginta nouem reperientur familiæ ex Geneſis cap. 10. ergo, num quando à turris fabrica ceſſatum, & lingua confuſa eſt, natalis Phaleg computandus ſit: ſed id fieri nequeat; genitus eſt enim Phaleg paternæ ætatis anno 34. ex Geneſ. cap. 11. verſ. 16. demus Iectan ſedecim, aut etiam viginti annis eo ſeniorem, quo more accidere valebat, vt filios tredecim haberet? tot autem gnatorum pater erat, quando terra diuiſa fuerat; non igitur Phaleg tum editus eſt. Quiſnam eſt igitur Moyſi ſcopus quando Geneſ. c. 10. verſ. 25. inquit; *natique ſunt Heber filij duo, nomen vni Phaleg, eo quòd in diebus eius diuiſa ſit terra?* Equidem ad primum Noë monitum iuſſu Dei intimantis peregrinationem in varias Orbis plagas, non auſcultaſſe poſteros illius, Ioſephus tradit lib. 1. antiquit. cap. 5. *Caterùm, Deo iubente, vt propagandi, multiplicandique generis gratia colonias deducerent, homines rudes non paruerunt.* Euſtathius Antiochenus in Hexaëmero, *Deus ad ſedandas ſeditiones, quæ propter eorum multitudinem conflari poſſent, in alias regiones, colonias deducere iubebat; at hi non audierunt præcepta, cùm optimam terram colerent, & vberes, maximóſque perciperent fructus: nouis itaque eos calamitatibus vexat, vt colonias mitterent*, &c. Agnoſcunt etiam amaro tuliſſe animo ſeparationem ad Geneſ. cap. 11. verſ. 4. Toſtatus quæſt. 7. Caietanus, Pererius lib. 16. num. 51. Hanc autem primam monitionem concipere, cùm, vt numero præcedenti diiudicauimus, Noë iactis ſortibus mundi portionem filiorum cuique diſtribuit; reuera tunc terra diuiſa eſt, & ius adquiſitum agnatis Noë in ſignatas eius Prouincias, ita vt iam Orbis nequaquam eſſet communis, vel occupare liceret cuiuiſquamcumque eius regionem; in hanc igitur diuiſionem incidiſſe Phaleg ortum, vt perhibeamus, congruè ei à diuiſione terræ nomen impoſitum eſt; ſed poſt transfuſam Orbis in filios proprietatem, quamuis Noë peroptaret, idémque eſſet vitam optimis cunctis, vt ſine mora coloniæ in viam ſedarent, & præſcripta arua peterent, tamen vix elapſis non paucis annis ſuſcepta eſt peregrinatio, ſeu quia vulgus adigi non potuit cùm Prouinciam fertilem, & amœnam habitaret, & diſgregari à ſodalibus, & cognatis moleſtum eſſet, ſeu quia neceſſaria inſtrumenta ad tam longum iter nondum parata eſſent, ſeu quoniam multitudo non tam eſſet copioſa, quantam amplitudo regnorum expoſceret, ne pleraque loca deſerta manerent; aliquot igitur luſtris prætetitis, cùm Phaleg maturæ eſſet ætatis, & Iectan filios aleret grandæuos, confuſum eſt idioma Turris Babel conſtructorum, tum autem per turmas, & cohortes diſpoſiti, abiere quique in deſtinatas mundi partes; & hæc eſt ſecunda diuiſio, nimirum executio quanquam ſpatioſior, & tardior prioris illius diuiſionis per ſortes operatæ: bina autem eiuſcemodi partitione præſumpta, intelligitur & diuiſionem contigiſſe ſub incunabulis Phaleg, vnde appellationis occaſio; ruſum & alteri diſtributioni interfuiſſe adulto iam Phaleg Iectan fratrem illius cum tredecim filiis ſub ea ætate, qua Duces familiarum eſſe valebant, eaſque remotas perferre in terras; quæ benè Salianus expendit tom. 1. anno mundi 1788. num. 1. & ſeqq.

Ioſephus.

Euſtath.

*Quomodo in Phaleg natiuitatem terra diuiſio incidit.*

---

## Sectio II.

*Noë gnati & nepotes in omnes regiones Orbis terrarum colonias ducTant: quibus viis in Americam, & omnem Indiam ſunt delati? Atlantidis inſula qualis? Num commentitia? An maria, & littora omnibus communia, vt eorum dominium adpropriari nequeat? Hominis dominatio ad quas ſe extendat creaturas? Quot ad Leucadas maris prohibere ingreſſum littorum domini valeant?*

Perſpeximus, quemadmodum à Noë diuiſus 9.
eſt Orbis inter filios: hi autem gnatis, & nepotibus comitati omnem ſtatim poſſidere terram cœperunt, inſulas etiam incolere, maria explorare, & abdititiſſimas penetrare regiones; *vt tam maritima*, (inquit Ioſephus lib. 1. antiquit. cap. 6.) *quàm mediterranea cultoribus replerentur*; nec defuerunt qui conſcenſis nauibus ad inſulas habitandas traiicerent. Euſtathius Antiochenus in Hexaëmero, *Sicque continentia loca, atque maritima, nec non & inſulas implebant; nauibus enim per mare traiecti in eas aduehebantur*; Theophilus Antiochenus lib. 2. ad Autolycum: *Hinc quidam abierunt verſus Orientem, quidam conceſſere ad partes maiores continentis, alij porrò profecti ſunt ad Septentrionem, ſedes quæſituri, nec priùs deſierunt terram vbique occupare, quàm etiam Brittannos in Arcticis climatibus acceſſerint*; & paulò inferiùs; *primò quidem loca Orienti, Meridiei, & Occidenti ſubiecti inhabitata ſunt; poſtmodum inde progreſſi paulatim homines, etiam reliquas Orbis partes inuaſerunt.* At quánam via, vel quibus modis Americam tenuerunt? Notum eſt in Timæo Platonis, cuius etiam in Critia mentionem facit, inſignem depingi inſulam, quam Atlantidem dicit, Aſiæ, & Europæ comparabilem, quam progreſſu temporum terræmotu, & illuuione ſubmerſam denorat; meminere nonnihil dictæ inſulæ Tertullianus in Apologetico cap. 40. Arnobius lib. 1. contra Gentes. Plinius lib. 2. cap. 92. Hanc autem

*Noë gnati & nepotes in omnes regiones Orbis terrarum colonias ducTant.*

Ioſeph.

Euſtath. Antioch.

*Quibus viis in Americā, & omnem Indiam delati. Atlantidis inſula qualis. Num commentitia.*

Tertull.

narrationem etsi ludicram, & fabularem cogitant Acosta lib. 1. de natura noui Orbis, cap. 21. Conimbricenses tract. 8. in libros meteorum, cap. 9. Solorzanus tom. 1. de iure Indiarum lib. 1. cap. 4. num. 28. & cap. 9. num. 56. & aliis, diuersum iudicium est, nam autumant vel partem fuisse olim ipsius Americæ, vel insulam longissimè Oceano porrectam inter Gades, & Americam, ita vt Gadibus in ipsum facilis, & breuis esset traiectus, ab ipsa in Americam transitus exigui laboris, nullius fermè discriminis; Plato cùm non viderit, sed ex traditione, & memoria vetusta acceperit, fortasè aliqua adiiciuntur, de quorum veritate dubitari queat: substantia autem rei, nimirum egregiam aliquam insulam, quæ olim insigniter florebat, & Gades inter atque Americam sita erat, absorpram fundamentis conquassatis disparuisse, inter commentitia haud quaquam reponenda est; quare reipsa extitisse quondam Atlantidem censuere Pineda de rebus Salomonis lib. 4. cap. 15. §. 3. num. 3. Bozius tom. 2. de signis Ecclesiæ lib. 20. signo 82. §. *sed age expendamus*, &c. Pamelius in Tertull. Apolog. cap. 40. num. 528. Goropius Becanus lib. 7. Hispanicorum. Maiolus tom. 1. colloquio 14. de insulis §. *fuit hæc desolatio*, &c. Gomara 1. parte historiæ Indiarum, ad finem. Gregorius Garçia lib. 4. de origine Indorum, cap. 7. & 8. Isaacus Habrectus additionibus ad Iosephi Langij elementale Mathematicum, in elementis Geographiæ cap. 85. pag. 539. Cùm igitur stante Atlantica operosum non esset Peruana adire regna, hoc quidem imprimis vsos compendio, vt illuc pergerent, quibus ea Mundi pars contigit, hoc etiam itinere animalia deuecta arbitrantur Lipsius in Physiologia Stoicorum, dissertatione 19. Fromondus Meteorologicorum lib. 4. cap. vltimo art. 7. Resta lib. 2. de meteoris, tract. 3. de terræ motu, cap. 11. Porrò extitisse quondam præclaras vrbes, lætos campos, vberrimum & amplissimum insulæ conspectu, vbi nunc maria tantùm, & cœnosus alueus, nihil vetat; irrumpentes ignes, Terræmotus, illuuiones iis cum terræ, & gurgite ludunt modis, diuellunt à continenti, quæ inarata fuerat tellus, deinceps fluuij canalis est; & vada, quæ maris diu sensere iugum, prata & nemora euadunt, quarum permutationum nomina referunt, non pauca Conimbricenses tractat. 8. de meteoris, cap. 9. Maiolus tom. 1. Canicularium colloquio 14. de insulis. Leander Albertus in descriptione Italiæ, in regione 7. siue in Brutiis, non longè à fine. Thomas Fazelus de rebus Siculis, prioris decadis lib. 1. cap. 3. ergo, quemadmodum creditu verisimile est, Atlantidem reipsa extitisse, qualem eam delineauimus, sic etiam probabile est, eam fuisse ex præcipuis viis, quas inierunt, qui ad Americam possidendam itinera sedulò vestigabant.

Acosta. Conimbr. Solorzan. Pineda. Bozius, &c.

10. Alij, quanquam nec Oceano se committere ausos putent, nec per Atlantidem traiecisse existiment, statuunt nihilominùs alicubi Americam cum reliquo adunari Orbe: suspicantur autem id sub Boreali tractu contingere, & vel terras ipsas etiamnum indiuulsas esse, aut si freti Aniani pars, aliúsve intercedit gurges, Leucadas non multas habere in latitudinem; hunc angulum quanquam nunc abstrusum, & adhuc nauigantium vel studio, vel industria non detectum, Noë filiis & posteritati cognitum fuisse, & opportunum iudicatum non solùm mulieribus, & pueris transuectandis, sed etiam ad pecora, & altilia transferenda; Acosta lib. 2. de natura noui Orbis, cap. 21. Conimbricenses in lib. 2. de cælo, cap. 14. quæst. 1. art. 4. Cornelius Alapide in c. 8. Genes. vers. 16. Torniellus anno mundi 1931. num. 46. Nierembergius historiæ naturæ, lib. 5. cap. 2. Solorzanus tom. 1. de iure Indiar. lib. 1. cap. 9. num. 4. Spondanus anno mundi 1931. num. 22. Salianus tom. 1. eodem pariter mundi anno, num. 103. Goropius Becanus in originibus Antuerpianis lib. 9. de Veneticis & Hyperboreis. Gregorius Garçia lib. 1. de origine Indorum, cap. 4. §. 4. & lib. 2. cap. 4. §. vltimo. Andreas Perez de Ribas in historia Missionum Societatis IESV Prouinciæ Mexicanæ, lib. 1. cap. 6. asserens interrogatos à se Indos longæuos ex traditione docuisse ex Septentrione antiquissimas transisse colonias. Arbitror quidem Numen pro ea, qua naturam gubernat prouidentiæ suauitate, & media offert finibus consequendis idonea, cùm præcognosceret habitandam à mortalibus Americam, sic terram & maria disposuisse, vt non nimium difficile extitisset Peruana ingredi regna; quamobrem aliquibus in locis aut terræ agglutinatæ erant, vel si vndis interfluere copia data est, littorum distantia exigua censebatur; num verò istiusmodi nunc supersunt compendia, vel temporum progressu fata magna euaserant, quæ olim Isthmos faciebant, & riparum angustias, nihil certum definiri valeat; vtcumque tamen res se habuerint cùm per Noë Orbis distributus est, validam iussisse illum fabricati classem cur metuamus affirmare; hac constructa Americam occupaturos, seu acu magnetica, seu huius æmulo alio donauit instrumento, littora, regiones, pericula chartis depinxit, nauticam docuit, commeatum suppeditauit; quibus instructi modis Oceanum alacres, sulcarunt; certè istarum rerum imperitum extitisse Noë nescio quo fundamento suspicemur; coloniæ per maria, per terras ducendæ fuerant, Deo ipso adhortatore, quē dubiis in rebus consulerent nisi Orbis Principem Noë? Huic Numen quemadmodum genus humanum iterum propagandum esset, cùm suggessisset, an non per Angelos erudiuit de necessariis hunc ad consequendum scopum; quid autem præclari gereret rudis ipse atque inscius eorum, quæ ad formandam Rempublicam desiderabantur? ad bellum, ad pacem, ad nauigationes, ad agriculturam, ad politiam, & sociabilem conuictum vniuersè spectabant? itaque magnis conscensis onerariis ventos, & Oceani decumanas procellas contempserunt; difficilius nonnihil est intelligere quali modo ferarum multa diuersitas translata fuerit? Solent enim longiori in nauigatu, præsertim verò si maria periculosa sunt, ferocire, & vel se in profundum dare, vel interfici à nautis, aut tabescere & emori: sed respondemus, cùm prima illa animalia ad multiplicanda alia, & conseruaudas species transportarentur, cuius finis gratia cataclysmo liberata fuere, Deo specialem fuisse, ne perirent, & cùm in iis alendis, conseruandísque Noë peritia excelleret, habuit enim socios Diluuij tempore, vectoribus monita dedit, quibus obseruatis tutò perferri valerent.

Acosta. Conimbr. & alij.

Illud spectandum; facta distributione insularum, 11.

rum,

*An maria, & littora omnibus communia, vt eorum dominiū adpropriari nequeat.*

Victoria.

rum, littorum, contineris inter posteros Noë, terúmque singulatum per eos, illorúmve nepotes adquisito dominio, num ita maris, & terræ elemenota adpropriarunt; vt horum deinceps nulla restaret, in quam hominibus commone ius fuisset, sic vt ab eorum commodis, aut vsu nemo prohiberi debuerit? Franciscus de Victoria relectione de Indis iosulanis parte 1. titulo *de titulis, quibus Barbari potuerunt venire in ditionem Hispanorum*, &c. statuit, ex iure gentium licere maria, & portus intrare exterarum Gentium, dum nihil concipiatur maleuolentiæ & odij, nec ad rapinam, & fraudem iter suscipiatur, sed aut ad regiones illas inuisendas doctrinæ, aut oblectationis gratia, seu ad commutandas diuitias per mercaturam, seu ad habitandum eo sub climate, & humaniter agendum, seu ad metalla effodienda, margaritas expiscandas, vbi earum rerum communis viget facultas Prouinciæ laxata habitatoribus; istorum proinde nihil sinceram mentem habentibus interdici valeat: prohibere autem tentantibus bellum iustum inferri posse, stationem armis adquiri; fauet liber secundus institutionum tit. 1. de rerum diuisione, *& quidem naturali iure communia sunt omnia hæc; aer, aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris; nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur, flumina autem omnia, & portus publica sunt*; fauet Clemens Romanus epistolæ 5. ad discipulos Hierosolymitanos, sub initio, *Communis enim vsus omnium, quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit, sed per iniquitatem alius hoc suum esse dixit, & alius illud, & sic inter mortales facta est diuisio*; refertur a patre Decreti, causa 12. quæst. 1. cap. 2. *dilectissimis*, &c. Author tractatus de regimine Principum inter opuscula S. Thomæ lib. 2. c. 12. *Via enim communes sunt omnibus quodam iure naturæ, & legibus gentium, propter quod prohibentur à nemine occupari, nec vlla præscriptione, nec quocumque temporum cursu ius de eisdem possit alicui adquiri*, &c. Victoriæ opinionem amplexati Iosephus de Acosta lib. 2. de procuranda Indorum salute cap. 13. & 14. Alphonsus Salmeron in Acta Apostolor. tractatu 38. §. *pramittendum ergo*, &c. Petrus de Lorca 2. 2. quæst. 40. artic. 1. disputat. 52. num. 7. & ex Iurisconsultis Ferdinandus Vasquez Menchaca opere illustrium controuersiarum, lib. 2. cap. 89. num. 30. Ioannes de Solorzano tom. 1. de iure Indiarum, lib. 2. c. 20. num. 55. longè alio tramite progressus ex hæreticorum caula, quo ab Holandis gratiam referret, Hugo Grotius libellolo, cui *Maris liberi* affixit nomen; nam pro sectatiorum consuetudine contra Sedem Pontificiam, & authoritatem Romanæ Cathedræ supremam à Deo concessam debacchatur ineptissimis fundamentis; deinde cum semoto religionis titulo controuersia abstrahere debuisset, eiusmodi debere esse homines, qui alienæ ditionis portus, & littora visitarent, à quibus hostile nihil formidari possit pro rebellium Prouinciarum Batauis qua potest oratonis magnitudine, & contentione agit, viris scilicet, qui nihil aliud quàm Catholicam euertere fidem dies noctésque student; qui in Deum, & legitimum Principem suum contumaces discordia, sanguine rapinis, qua terra, qua mari viuunt; denique, quibus non alia execrabilior hucusque natio, nec in maius Europæ damnum; meritò igitur Hugonis liber confixus est à sancta Inquisitione, quem argumentorum copia protriuit, & diuulsit sectarius etiam homo Ioannes Seldenus libro, quem *Mare clausum* inscripsit; qualibus autem illum pingat coloribus Fagundez, consule lib. 2. de iustitia & contractibus, cap. 8. num. 13.

15.

*Hominis dominatio ad quas se extendat creaturas.*

Porrò hactenus expensam difficultatem Fagundez dicti nunc c. 8. num. 14. vincit, inquiens; quædam ab initio à summo opifice creata, in quæ dominium proprietatis vindicari nequeat, aut eorum subiici natura, qualia aër, maria, littus, flumina; in his tamen rebus, quorum natura sub potestatem redigi nequeat, est vtilitas seu à piscibus, qui capiuntur, deriuata, seu à margaritorum, ambari, aliarúmve rerum, quæ in pretio habentur, inuentu, seu potissimum à nauigationibus mercium permutandarum fine institutis; fructus igitur hic tam multiplex præscribi, & adpropriari valeat, eiúsque communicatio aliis negari, quàm quibus possessori expedire visum fuerit; sed quidem S. Thomas quamuis distinctè tradat homini plures creaturas, quoad naturam, subiectas non esse, nec enim eas destruere potens est, vel earum passiones, & qualitates tollere; tamen eo quòd hominum vtilitatibus famulentur, absolute dominium sortiri in eas hominem decernit 2. 2. quæst. 66. art. 1. in corpore; qua ex doctrina inferunt, non tantùm sublunarium creaturarum hominem dominum computandum, verùm & cælorum cum astris, & influxibus ipsorum, hominis enim gratia conditi fuere, homini lucent & operantur, Soto lib. 4. de iustitia & iure, quæst. 2. art. 2. conclus. 1. Molina tom. 1. de iustitia & iure, tractatu 2. disputat. 18. num. 8. & 13. ergo licèt aër, mare, littora eius sint naturæ, quæ ab hominibus produci, aut destrui non possit; quia tamen multis rationibus vtilitatem eximiam possessoribus afferunt, qui ea occupant, simpliciter Domini appellabuntur; sed quoniam nominis controuersiam suboler, vtrùm dominus ote pleno intitulandus, qui in naturas rerum ius non obtinet, nec de iis pro libito decernere queat, loquamur de emolumentis littorum, & freti circumiacentis, de peregrinatione ad aliena imperia, de effodiendis metallis, de quæstu per mercaturam. Asserimus igitur nisi extrema premente necessitate, aut graui imprimis, & tum securos de malitia, & iniuriis Dynastas & Principes, maris ad certos limites ingressum, portu & littoribus societatem, aut hospitium, denique omnem, ciuilem suas ad ditiones accessum his, qui eorum subditi non sunt, verare posses; dixi ciuilem & humanum accessum ad exceptionem legationis fidei, & veræ religionis intuitu; est namque à Saluatore supremo Orbis Monarcha relicta facultas Ecclesiæ, & Pontificibus Romanis, vt omni homini venienti in hunc mundum salutis æternæ semitam demonstret, quod fit per Euangelij promulgationem missis, qui illud nunciare valeant; qui Apostolicè agentes si littoribus arceantur, nec Barbaros humanitate, & bonis artibus delinire queant, Principum Christianorum, quos Apostolicæ Sedi designare visum fuerit, opem implorare valeant, atque armis extorquere quod iustitiæ, & veritati negatum est: causa dictorum est, quoniam post legitimam rerum factam diuisionem Respublica, Princeps, vel Monarcha vetus, & singularis Dominus est regionum, quæ ei obtigerunt;

S. Thom.

*Quot ad Leucadas maris prohibere ingressum littorum domini valeant?*

obtigerunt; poteſt igitur negare extraneis ſuos in fines aditum, ſicut Titius poreſt vſum libri ſui Caio negare; & quanquam hæc ſeuetitas amicitiam, quam alere inter ſe homines, iuſtum videbatur, diminuat: at Regibus, & imperiis ſpeciatim veram profitentibus religionem, grania fundamenta ſunt, quando eum in modum ſtaruunt; deinde omni æuo ita factum à ſingulis fermè nationibus, magno etiam ſtudio à Chriſtiani nominis cultoribus, latè oſtendit

Seldenus.
Freitas.

Ioannes Seldenus lib. 1. de Mari clauſo à cap. 8. rangunt Seraphinus Freitas de iuſto imperio Luſitanorum Aſiatico cap. 10. num. 32. & c. 13.

Fagundez.

num. 13. Fagundez de iuſtitia, & contractibus, lib. 2. cap. 8. num. 13. concluſionem defendunt Molina tom. 1. de iuſtitia & iure, tractat, 2. diſputat. 105. num. 2. Couinch de actibus ſupernaturalibus, ſeu de fide, ſpe, &c. diſput. 31. dub. 2. num. 52. Granado controuerſ. 3. de Charitate,

Tannerus, & alij.

tract. 12. diſput. 4. ſect. 3. §. 1. num. 20. Tannerus tom. 3. diſputat. 2. quæſt. 6. dub. 3. num. 34. De Caſtillo tom. 1. de iuſtitia, & iure, lib. 2. tract. 1. diſputat. 10. dub. 16. §. 4. num. 299. Fagundez lib. 2. de iuſtitia & iure, cap. 8. num. 11. Seraphinus Freitas de iuſto Luſitanorum imperio Aſiatico cap. 2. num. 9. Ioannes Seldenus lib. 1. de Mari clauſo, cap. 20. admonent hi Authores, item & Mæratius diſput. 20. de iuſtiria & iure, ſect. 2. in fine. Quod continenti adiacet Mare eius ſpectare ad poteſtatem, qui littoribus dominatur, & propterea certo freti interuallo peregrinis intimare poſſe, vt abſtineant, nec emolumenta quæcumque ibi repetta communia habeant; id ſpatij pro amplitudine portus, pro littorum ſecuritate, pro claſſium, quas Monarcha habet, magnitudine & robore, fortaſſe non malè computabitur à viris prudentibus & iuſtis, extendit ad centum milliaria, quæ Leucadas tres ſupra triginta conficiunt, quorundam opinione Fagundez memorato cap. 8. lib. 2. de iuſtitia & iure, num. 4. Neque obſtat §. antecedenti prolatum teſtimonium Clementis Papæ, tum quia loquitur generatim de quarumcumque rerum diuiſione, de qua præſens non eſt diſſertatio, ſed ea ſuppoſita, an quædam manere debeant, de quibus vniuerſorum æquale ius; tum, quoniam ſcopus eſt mala inſinuare, quæ peccatum originale traxit, è quibus proprietas rerum, ſi enim naturæ ſtatus fœlix integræ permanſiſſet, & innocentiam Protoplaſtus tenuiſſet, recta fuiſſet communitas rerum, quoniam & ipſæ abundarent, & iis ſocialiter abſque liuore, & cupiditate mortales vterentur, vt aduertunt

Sotus.
Molina.

Sotus lib. 4. de iuſtitia & iure, quæſt. 3. art. 1. concluſione 1. Molina tom. 1. de iuſtitia, tract. 2. diſput. 20. num. 5. concluſ. 1.

---

## Sectio III.

*Paradiſum tertia Mundi die conditum fuiſſe: Paradiſi vox quid denotet? Spatioſus & amplus circuitus Paradiſi? Num animalia intra ipſum? Edem, an regionis nomen? Paradiſus corporalis, & verus: non erat totus Orbis; nec Oceano ſegregatus à terra vniuerſa? Num tantæ altitudinis, vt ad Lunæ globum pertingeret? Quæ eius eleuatio? an vernæ iucunditatis ibi perpetua conſtantia? Paradiſus num in Meſopotamia extiterit? fluminum Paradiſi incerti meatus poſtquam terræ viſceribus occultantur: Adam in Iudæa habitauit. Phiſon an Ganges Indiæ fluuius? Nilus Gebeon?*

13.
*Paradiſus quo Mundi die conditus.*

QVanquam B. Moyſes in enarratione operum tertiæ diei mundi de Paradiſo terreſtri nihil exprimat, cæterùm tertia conditum luce ſententia communiſſima eſt; eius fuſa commemoratio habetur Geneſis cap. 2. à verſu octauo, non quia tranſactis ſex diebus mundani opificij actum ſit de plantando delicioſo eo horto, ſed vt nobilitas pulcherrimi commendaretur viridarij, vtpote digni ſeparata hiſtoria. Porrò tertia Orbis die venuſtate donatum, arboréſque multimodas, & fluuios cum reliquo ornatu ſortitum exiſtimant

Batecpha.

Moyſes Batecpha parte 1. commentariorum de Paradiſo cap. 5. *Ac Paradiſum,* (inquit de Moyſe,) *eſſe quidem à Deo conditum commemorat, ſed non quoto die; nos tamen tertio & conditum, & conſitum eſſe ex iis verbis, quæ de ipſo apud Moyſem habentur, intelligimus, ait enim dixiſſe Deum die tertio: Producat terra herbas germinantes, ſeminiſque feraces in ſuo genere; nec non arbores fructiferas ſui quáſque generis, &c. Paradiſus itaque ante Adamum conditus eſt, & veluti ſponſo thalamus à Deo præparatus, atque inſtructus.*

Magiſter.

Magiſter in 2. ſent. diſt. 17. littera E. hiſtoria Scholaſtica Geneſis c. 13. S. Thomas 1. part. quæſt. 102.

S. Thom. & alij.

art. 1. ad 5. in cap. 2. Geneſ. verſ. 8. Lyra, Thomas Auglicus, Abulenſis quæſt. 7. Vatabius, Eugubinus, Oleaſter, Antonius Fonſeca ſcholiis in Caietanum, Leonardus Marius, Pereira, Delrio, Alapide, Bomfretius; Genebrardus Chronologiæ lib. 1. pag. 3. Palacios in 2. ſentent. diſt. 17. diſput. 2. Bellarminus libro vnico de gratia primi hominis, cap. 12. Molina de opere ſex dierum, diſput. 13. §. *pro ſolutione,* &c. Suarez lib. 2. de opere ſex dierum, cap. 7. num. 14. Granado 1. part. controuerſ. 8. tract. 2. diſputat. 5. num. 4. Arriaga tom. 2. in 1. part. diſput. 32. ſect. 3. ſubſect. 2. num. 67. Torniellus in ſacris Annalibus 3. die mundi, num. 13. quo cum Spondanus num. 7. Salianus tom. 1. die 3. mundi num. 27. Naclantus in medulla arcanorum ſacræ Scripturæ, die 3. mundi. Matthæus Beroaldus Chronolog. lib. 2. cap. 7. Opmeer initio Chronologiæ. Maluenda de Paradiſo, cap. 61. Igitur, cùm ſex diebus perfecti ſint cæli, & terra, & omnis ornatus eorum, Geneſ. cap. 2. verſ. 1. Quæ lux aptior ſacro venuſtando pomario, ea quæ dicata fuit glebæ vniuerſim fœcundandæ? atqui hæc fuit tertia dies cùm ex ſqualida, & informi redditum ſe comptam momento, gramine, floribus, arboribus læriſſimam tellus demirata eſt; tum igitur & Paradiſus ſagaciori cultura elaboratus eſt Nec obſtat textus aſſerens Geneſ. cap. 2. verſ. 8. *Plantauerat autem Dominus Deus Paradiſum voluptatis à principio;* cui conſonat Aquilæ tranſlatio ἀπὸ

Gen. 2. 8.

ἀρχῆς

*ἀρχῆς, ab exordio*, quasi prima mnndi luce conditus sit pariter cum cælo, & terra; id enim fieti non poruit, vt dispnrat Abulensis in cap. 13. Genes. quæst. 129. Quoniam prima, & secunda Orbis luce abyssus, hoc est, vorago immensa aquarum terram submergebat; gurgite igitur fluctibus terram immensam superante altitudinem Paradiso quæ venustas, quæ graria esset? & quis fluuius egrediebatur, vel qua norma in quatuor diuideretur capita, cùm spatium omne vnda
Carharin.
occuparet? Cathatinns tamen à vulgatissima discedens opinione, & primæ mnndi luci Paradisi adscribens fabricam, dicit aquas Paradisum ob celsitudinem loci, quod fundatus est, non attigisse; verùm aquæ vsque in secundam diem à terræ superficie ad Empyteum pettingebant cælum, secundo Orbis die firmamentum productum est, & separauit aquas ab aqnis, sed tum etiam vrdæ ad firmamentum attingebant, vbi igitur consitus Paradisus? Num supra firmamentum? est igitur verborum eorum, '*plantauerat Dominus Deus à principio*, legitima interpretatio, quam cuncti passim adhibent; id est, simul atqne Numen terram formosam reddere aggressus est mille picturans coloribus, nihil prius habuit, quàm vt Paradisum omni bearer amœnitate, quod rotum factum est tettia mundi die; Catharini autem paradoxæ quomodo frustrà adsciatur Parronus S. Hieronymus, disce ex Sixro Senensi lib. 5. Bibliorhecæ annotat. 37. Tantis igitur cum Theologorum, & interprerum suffragiis stabilitum sit, Paradisum tertia mundi die productnm fuisse, operæ pretium est antequam differrationem de operibns tertiæ diei claudamus, celebriora de Paradiso vri excutiamns dubia, nec in alium differamus locum, cùm nullus alius æquè idoneus existat die illo, quo natalitium Paradisi incidit.

14 *Paradisus quid.* *Paradisi* vox apnd extetnos Sctiptores non significat glebæ delicaram pottionem, qua solùm nascantur flotes pulcherrimi, stirpes & plantæ odorem emittentes suauissimum, ligna pomifera dulcissimos fructns gratam sarcinam ferentia, sed volunt pariter tantæ esse laxitatis vt feras plurimas ad venationem alant, peramplia stagnis ad pisces alendos abundent; ostendunt ex Plutarcho, Xenophonte, Philostrato, Proco-
Eugubin.
pio Historico, Gellio & aliis Engubinus in Cosmopœia ad illud cap. 2. Genes. *Paradisum volu-*
Brissonius.
*ptatis*, &c. Brissonius fusè lib. 1. de tegno Persa-
Henr. Steph.
rnm §. *palatiis verò Regum.* Henticus Stephanus
Pineda.
Thesauro linguæ Græcæ, Pineda In cap. 2. Eccle-
Maluenda.
siast. vers. 5. *feci hortos, & pomaria*, &c. Maluenda de Paradiso cap. 3. verùm ex Biblica phrasi *Paradisus* hortum denotat, cuins plantationes omnes exquisitæ sunt, ita vt quoquò vertas, non nisi teneras, & amabiles haurias voluptates, quo pacto sæpè *Hortus voluptatis* sbsolutè, Genes. c. 2. vers. 10. & 15. & cap. 3. vers. 23. Ezechielis c. 36.
Barcepha.
vers. 35. Ioëlis cap. 2. vers. 3. Quare Moyses Batcepha parte 1. commentariorum de Paradiso, cap. 16. inquit: *Paradisus verò appellatur Paradisus, quòd locus sit cultus plurimus, pulcherrimisque tum odoratu, tum gustatu iucundus, placitéque congruus, appositus, accommodatus, vt sit domicilium, sedésque & amœnitas hominum; nam huiuscemodi locum consueuerunt homines appellare Paradisum*; vbi
Gen. 2. 8.
Vnlgatus interptes Genes. cap. 2. legit vers. 8. *plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio*, Septuaginta vertunt, ϰ ἐφύτευσεν ὁ θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατ' ἀνατολάς: *& plantauit Deus Paradisum in Edem ad Orientem.* Diuus etiam Hieronymus ex Hebræo in quæstionibns Hebraicis in Genesim transfert: *plantauerat autem Deus Paradisum in Edem à principio*; quid verò sit *Edem* mox declarat ibidem super illis verbis cap. 2. Genes. *& sumpsit Dominus Deus hominem, & posuit eum in Paradisum voluptatis; ipsi igitur Septuaginta Edem interpretati sunt voluptatem; Symmachus verò, qui Paradisum paulò antè florentem transtulerat, hic posuit ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς ἄνθους, quod & ipsam amœnitatem, & delicias sonat:* Edem הארם *delicias* interpretandum ibidem Hieronymus monet, & in nominibns Hebræis verb. *Edem.* Quamobtem LXX. Genes. 2. vers. 15. habent; *& posuit eum in Paradiso deliciarum*; & Genes. cap. 3. vers. 23. *& dimisit illum Dominus* Gen. 2. 15 & 3. 23
*Deus de Paradiso voluptatis*; & Seuetianus cate-
na Francisci Zephyri in Pentateuchnm, in illud Seuerian.
cap. 2. Genes. *plantauerat autem Dominus*, &c. *Edem interpretatur delicia, vt sit, plantauit Deus Paradisum in deliciis, id est, in loco deliciis referto*; sed nunquid non in Paradiso bruta quadrupedia, & tettæ animantia alia cum aquatilibns multi generis, & canori gutturis, variatnmque plumatū formosis volucribus ad hominis oblectamentum? rectè quidem Paradiso concedunt
in hunc scopum Bellarminns libro vnico de sta- Bellarm.
tu primi hominis, cap. 15. Cornelius in cap. 2. Cornel.
Genes. vers. 8. Numquid non etiam Paradisi cir- *Paradisi circuitus.*
culus diffusi ambitus? Exaggeratio nimia est
Anastasij Sinairæ lib. 9. in Hexaëmeron sub prin- Sinaita.
cipio, dum affirmat, latitudinem Paradisi *esse*
*magnitudinis incomprehensibilis.* Verisimiliora An- August.
gustinus lib. 8. de Genesi ad litreram, cap. 10. *Neque enim exiguus locus erat, quem tantus fons irrigabat*; & in eandem sententiam Moyses Bar- Barcepha.
cepha parte 1. commentariorum de Paradiso, cap. 15. *iam verò ex fluminis magnitudine conficitur, Paradisum, qui illo rigatur, amplissimum quoque esse*;
peculiari mensura Tostatns definit quæst. 98. in Tostat. & alij.
cap. 13. Genes. *Non enim videtur, quòd oporteret maiorem magnitudinem, quam habeat insula, scilicet in longitudine tres, vel quatuor leucas; in circuitu autem duodecim, aut parum plus*; Eugubinus in Cosmopœia in illud cap. 2. Genes. *& fluuius egrediebatur*, &c. regionem fuisse trecentorum millium passuum arbitratur; Malnenda de Paradiso, cap. 62. forsitan ambitn complexum ad quadraginta, vel quinquaginta leucadas, vti decrbat pomarium Magni Principis; Suarez lib. 3. de opere sex dierum, cap. 6. num. 15. saltem ampli-
tudinem vnins regni non parui habuisse; iam *Num animalia intra ipsum.*
igitur si tam vastæ capacitatis nemus illnd fortunatum erat, si fluminibus spatia, si habitatio brutis, si volucrum & piscium ibi genus, quo pacto hortum amœnitatis, & deliciarnm nominabimns? tale enim vocamns, quibus non ingera multa, quos venustant soli flores, plantæ suaueolentes, arbores landatæ vel ob fructus singulares, vel ob odorem quem spirant gratissimum;
sanè *Edem* non intelligendum ipsum Paradi- *Edem de regione, non de Paradiso.*
sum, sed regionem, qua plantatus fuerat; quare nomen esse territorij spectantis ad Paradisum
tradidere Chrysostomns homil. 13. in Genesim. Chrysost.
Theodoretus quæst. 25. in Genesim. Hierony- Theodoret.
mus in onomastico Hebræo, verb. *Edem* Moy- Hieronym.
ses Barcepha parte 1. de Paradiso, cap. 16. *Porrò*, Barcepha.

*vt regio Edem cunctas pracellit terras,ita & ea eius pars, in qua situs est Paradisus, catera omnia, qua Edem complectitur,loca superat,neque enim in Edem vllum est solum prastantius eo, in quo Paradisus est consitus.* Possumus itaque concipere Paradisum strictè; tum viridarium fuisse iustæ amplitudinis, in qno mollia omnia erant, delicata, & sommè pretiosa,quicquid genetosnm in plantahus, florihus, athustis: at quæ magis robusta erant, Sylua infœcunda, fetæ grandi corpote, aquatum copiosæ detiuationes, volatilia maiota, istamet pet regionem *Edem* extra pumarij eircuitum dispersa fuisse. Dices, *Edem*, qui erat tractus Paradisnm claudens, delicias explicari; at quo pacto *delicia* pet tot leucas, quæ fortasse centum erant oh hahitatotum multitudinem, & quia supremi gubernatotis hominum vniuersorum Regia erat? Non immeritò quidem voluptatis, & deliciarum laudatur encomio, qnippè omnia florentia, & iocunda erant, cuncta amœnitates spitahant, sic enim opifici magno, nimirum Deo placuerat,sed quoniam intra glebæ fœlicitatem deliciæ aliis aliæ ptæstantiores sunt, ita coutigit maiorem fuisse gratiam horti, qui specialiter Paradisus dicehatur: vhique ergo deliciæ & oblectamentum,sed in viridatio deliciæ delitiarum.

15. *Paradisus num locus corporalis,& verus.*

Quanquam autem vocis *Paradisi* significationem tactam veterum aliqui non respuant, nolunt tamen adquiescere statuentihus locum enm voluptatis corporalem, & verum fuisse. Quamobrem quicquid Moyses enarrat, spiritaliter, & allegoricè interptetandum affirmant; huic cogitationi facem prætulit Philo Hehræus lih. 1. Allegoriarum, sed n ea contentiosior Origenea extitit, & Idiotas quidem nuncupat aliter expositutos lib.4. Periarchon cap. 2. ad medinm. At propter huiusmodi confictiones Scriptutæ palàm renitente littera, præsertim in hac de Paradiso narratione, quæ tam distinctè proponitur Genes. cap.2. à versu 8. Origenem seuerè Pattes teprehendunt, Augustinus lih.8.de Genesi ad littet. eap.1. & lih. 13. de ciuitate, cap.21. Hieronymus in cap.27. Ieremiæ, in illud, *in principio regni*, &e. & in cap.10. Danielis, in illud, *die autem*, &c. Epiphanius hæresi 64. atque epistola contra Ioanoem Hierosolymitanum. Sophronius Patriarcha in sexta Synodo, actione 11. Anastasius Sinaita lib. 7. Hexaëmeri. Moyses Barcepha parte 1.commentariorum de Paradiso cap.1. & 4. vberiora si cupias,dabunt Sixtus Senensis lih.5. Bihlioth. annotat.34. Pereira lih.3. in Genes. disput. de Paradiso, quæst.1. num.15. Bellarminus lihro vnico de gratia ptimi hominis, cap. 10. Suarez lih.3. de opete sex dierum, cap.6. num.5. Maluenda de Paradiso,cap.6.& 7.

*Philo, & alij.*

*Vbinam conditus.*

Cùm igitur verus, & certus extiterit Paradisus, vbinam conditus? Abrahamus Ortelius in Thesauro Geographico, verh. *Paradisus*, existimat, nullam specialem regionem hoc designari nomine; tota igitur terta suh innocentiæ statu culta,& fœlix cùm esset,tota etiam Paradisus, hoc est,voluptatis locus erat; alios tecentiores idem affirmantes producit Deltio tom.1.Adagio 789. sed tam generalis definitio Scriptutas propriè explicari non sinunt; memorant enim Genesis cap. 2. & 3. Adam extra Paradisum formatum; eundem post amissam iustitiam Paradiso depulsam, sed neque formatus est nisi in terra, nec exulauit nisi per terras; differunt igitur Paradisus,& terta vniuersim accepta; insuper Paradisi inttoitum flammeo prohihens gladio Cherub, nunquid à tetta inhahitanda prohibet? Nec melior hac opinione conceptus ille, à quo non abhottuisse priscos aliquos Doctores, è quibus Ephrem, testatut latè Moyses Barcepha patte 1. de Paradiso, cap. 12. 13. & 14. nempè reliquam tetram segregari à Paradiso maximis Oceani, à quo vndique alluitor, fluctihus, qnam Oceani vastitatem nemo superate possit; quare inaccessibilem esse Paradisum ob mare quod interiacet, profundissinium, vastissimum. Credo non malè coniectari Maluendam de Paradiso, cap.9. his significare voluisse antiquos illos Sctiptotes tegionihus vltta æquinoctialem situm,has enim aditi non posse propter Oceaoi ferocitatem persuasum eis fuerat: aut quidem indicare voluisse, quod nec Delrius spetnit tom. 1. Adagio 789. §. *restat videamus*, &c. per generalis diluuij impetum Paradisi tractum à reliquo diuulsum continenti insulam facere,longo autem spatio abreptum distare plurimum à cætero Orbe. At modò non indagamus, si quid in Paradiso innouatum sit, eùm mnndus suhmersus est ptæter Noë, & atea contentos, verùm qua forma sub exordiia rerum à Numine hortus ille complantatns sit? certè terram Oceano absque intetruptu aliquo circundari nondum audax nanigatio, quæ omnia à se perlnstrata maria iactat, perhibuit: vt autem concedamus insuperahilem tanti Oceani gurgitem esse,quomodo Adam lapsus,& non eo vigore potens,quo florebat in Paradiso,oostrum peruenire ad orbem potuerit, nostri enim generis est Authot? quæ etiam necessitas excubiarum à Paradisi inttoitn auertentium si illuc transmeare possibile non sit? itaque hæc fundamento destituta sunt.

*Paradisus & terra differunt.*

*Paradisus inaccessibilis.*

*Qua forma sub exordiis rerum à Numine hortus ille complantatus.*

*Quo loco collocatus.* 16.

Copiosiores nacta Patronos ea sententia,qoæ Paradisum vertice editissimi montis collocat, eámqne sustolli in altitudinem, vt supremam aëris regionem attingar, quin verò & Lunæ ad globum perueniat, sic enim & aëre puro est, & terræ vniuersæ dominatur, & illuuiones aquarum despicit, & à nemine conscendi valeat; & quidem Damascenus lib. 2. de fide Otthodoxa, cap. 11. supra omnem terram editiori regione subsistere tradit,quam fuisse mentem Philoxeni Mabutgæ Episeopi,refert Moyses Barcepha parte 1. de Paradiso, cap.8. quo etiam more sentit Rahanus Maurus lib.1.in Genesim cap.12. Scio & Rupertum dicere lib. 1. in Genesim cap. 37. cælo proximum esse locum,verùm ille non tam altitudinem Paradisi landare visus, quàm iucunditatem quod post Beatorum habitationem amœnitate polleat; Strabus autem in cap. 2. Genesis, in illud, *plantauit autem Dominus*, &c. in alto situm pertingere vsque ad Lunarem circulum; ad Lunæ autem sphæram eleuatum supponunt quoque historia Scholastica Genes.c.13. Magister in 2. dist. 17. littera E. Bridefertus Ramesiensis in Glossa ad cap. 41. libri Bedæ de ratione temporum; sed hæc per exaggerationem, & hyperbolem magis, quàm ad litteram tradita putat Angelicus Doctor 1.parte.quæst.102.art.1. ad 1. voluisse tantùm significare illius Authores eam tranquillitatem,& nohilitatem aëris, quem contrariorum pugnæ non infestant, teperiri in Paradiso,quæ proximè ad Lunæ globum reperitur;

tur; porrò effatum ipsum strictè conceptum Tostatus depugnat quæst. 101. in cap. 1. Genes. primò, quoniam si tanta esset Paradisi celsitudo, vt ad Lunam vsque euheheretur, altitudo, & consequenter latitudo tantæ amplitudinis esset, vt terram vniuersam basis editissimi culminis occuparet, quod ex Mathematicorum calculis, Ptolomæi speciatim, comprobat. Deinde, quoniam tam sublimis mons latere non posset, quin Astrologorum saltem instrumentis pateret, præsertim cùm talibus hodie vtantur, quibus plura intra ipsum cælum astriferum priscis incognita manifestarunt; vltimò, ex altitudine tam immani fieret, vt solaris lampas obtegeretur, & splendoris tanta copia terras non recrearet: Abulensis rationibus vtuntur Bellarminus libro vnico de gratia primi hominis, cap. 12. Pereira lib. 3. in Genesim num. 26. Suarez lib. 3. de opere sex dierum, cap. 6. num. 30. Ystella in cap. 2. Genesis num. 4. Quousque pertingeret, altiorem tamen fuisse quibuscumque aliis terræ collibus Author carminis de Phœnice inter opera Lactantij Firmiani, pangit,

*Sed nostros montes, quorum iuga celsa putantur,*
*Per bis sex vlnas eminet ille locus*
*Et cùm diluuium mersisset fluctibus orbem,*
*Deucalioneas exsuperauit aquas.*

Eleuatiorem cæteris montibus, atque eam ob causam cataclysmi repulisse vndas denotant Caietanus cap. 7. Genesis vers. 18. Catharinus 2. Genesis vers. 9. Henriquez de fine hominis, c. 25. littera N. Petrus Opmeer Chronologiæ pag. 79. anno mundi 3061. sublimem admodum fuisse, & supremam, quæ tertia aëria Regio numeratur, penetrasse Tostatus diiudicat Paradoxo 3. capite 164. distinctiùs verò Genes. cap. 2. quæst. 9. & cap. 13. quæst. 107. idem propugnat Michael de Palacios in 2. distinct. 17. disputat. 2. Sanè Paradiso ver regnasse perpetuum pratorum, arborum, florum immarcessibili decore, abfuisse ventorum ingratos flatus, æstus, frigoris excessum, temporum denique iniurias, indicant S. Basilius homilia de Paradiso. Tertullianus libro de iudicio Domini, cap. 8. S. Augustinus lib. 14. de ciuitate, cap. 10. Claudius Marius Victor lib. 1. Meteorum in Genesim. Iustinus Martyr exhortatoria ad nationes, Alcimus Auitus 1. Hexaëmeri libro. Isidorus Hispalens. lib. 14. originum cap. 3. Damascenus lib. 2. de fide Orthodoxa, cap. 11. cui adhærens B. Thomas 1. parte, quæstione 102. artic. 2. in corpore, inquit; *Quia, vt Damascenus dicit, est locus temperato, & tenuissimo, & purissimo aëre circumfulgens, plantis semper floridis comatus*; & floridè depingit Arnoldus Carnotensis tractatu de opere sex dierum, similia Thomas Anglicus in cap. 2. Genes. Cùm igitur temperies, & aër subtilis, & contrariorum leues, aut nullæ pugnæ aëris tertiam regionem commendent, in hanc Paradisi iucundissima commoratio transferenda est; nec sequitur hanc ob causam occupandam à Paradisi monte tanquam fulcrum, quo nitatur reliquum terræ ambitum, quia etiam nunc montes inueniuntur, qui supremam aëris regionem vertice, & culminibus æquent, & tamen basis eorum terræ non nimium vendicat; tales autem reperiri colles ostendunt Abulensis in cap. 13. Genes. quæst. 108. Libertus Fromondus lib. 1. Meteorologicorum cap. 2. art. 1. ad finem. Franciscus Resta lib. 2. de meteoris, tract. 1. cap. 2. Denique Pater Suarez lib. 3. de opere sex dierum, cap. 6. num. 31. statuit; verosimiliùs adstrui, Paradisum in loco montuoso, & satis sublimi esse collocatum, ita vt propè ad secundam aëris regionem accedat. Sanè edito & conspicuo plantatum loco amplector, nam ad fœlicissimi viridarij maiestatem situs conducebat eminentia; cùm autem Paradisi incolæ non infrequenter reliquas Orbis terrarum Prouincias visuri essent, ascensum talem concipere debemus, qui egredientibus, qui reuertentibus laborem non afferret, ad hoc autem altitudo sufficiebat, infrà milliarij vnius dimidiam partem: non autem, quia supra primam aëris regionem non attollimus, ideo sequatur vernæ iucunditatis perenni, & stabili caritura gloria; quanquam enim ibi futuram temporum mutabilitatem Molina disputat. 28. de opere sex dierum, conclus. 1. adstruat, æstatisque cum autumno, & bruma vices quasdam mediteretur, sed cùm addit, futuram hanc varietatem absque molestia quauis, & oblectamento, atque iucunditati ministraturam, à nobis non discrepat, contendimus enim climatis eam extituram naturam, vt voluptati, & deliciis conducat, seu hoc à causarum naturalium coordinatione proueniret, seu specialis alicuius prouidentiæ assistentia in gratiam status naturæ integræ, vt Torniellus autumat tom. 1. Annalium, die mundi tertia, num. 23: Quid? tellus sine aratura nobilissimos effunderet partus? Bruta ad hominis nutum cutuarentur & obedirent? calor, autem, venti, frigus, imbres mulcere reniterentur? Sin autem & ista blandirent, quid vernæ tranquillitati, & malaciæ defuturum cogitamus?

17. Recentiorum multorum placitum est delegisse olim Mundi creatorem Mesopotamiam, in qua Paradisum conderet; nonnulli intra Mesopotamiam & Armeniam, alij propè Chaldæam, quidam in Syriæ Palæstinæ locauere, sed copiosior, & constantior opinio Mesopotamiam designat; Steuchus Kisamensis Episcopus in Cosmopœia ad cap. 2. Genes. in illud, *lignum etiam vitæ*, &c. & scholiis in Genesim, cap. 2. vers. 8. ibidem Vatablus, Oleaster, Estius, A lapide, Bonfrerius. Naclantus in Medulla arcanorum sacræ Scripturæ, die tertia mundi. Genebrardus lib. 1. Chronologiæ pag. 7. & 14. Beroaldus lib. 2. Chronolog. cap. 7. Pererius lib. 3. in Genes. num. 40. & num. 122. Viegas in Apocalypsim cap. 1. comment. 5. sect. 4. num. 4. Delrio tom. 1. Adagio 789 ex Isaiæ cap. 51. vers. 3. Quasi hortus Domini, &c. §. *meliùs ergo*, &c. Torniellus die tertia mundi, num. 23. Spondanus eadem mundi die, num. 9. Leonardus Marius in cap. 2. Genes. num. 35. Hieronymus de la Rua controuersiar. tom 1. controuersia 3. positiua. Salianus tom. 1. die tertia mundi, num. 55. Auersa 1. parte, quæst. 75. sect. 2. § *Quantum autem*, &c. Granado in eandem 1. partem, tract. 9. disputat. 1. num. 4. Annius commentario ad librum 1. Berosi: argumento esse referunt, quòd Edem ad Mesopotamiam spectaret ex interpretum communi declaratione Regum 4. cap. 19. vers. 12. Isaiæ cap. 37. vers. 12. Ezechielis cap. 27. vers. 23. & fusiùs expendit Maluenda de Paradiso, cap. 14. & 17. Porrò Edem territorium fuisse florentis viridarij, & cingulum, & vallum ipsius, statuimus; regio igitur Paradisum cingens intra Me-

Caietan. Catharin. & alij.

S. Thom.

Paradisus vbi in Mesopotamia extiterit.

Steuchus.

Vatabl. &c.

*Fluminum Paradisi incertus meatus postquam terra visceribus occultantur.*

sopotamiam indaganda est. Deinde conficiunt idipsum ex Paradisi fluminibus satis colligi; Euphrates quippè & Tygris ex Armeniæ trahentes initium montibus cursum per Mesopotamiam, Assyriam, & Chaldæam dirigunt, quas postquam terras alluunt, & fœcundant, sinu Persico se exonerant; verosimile autem est non procul interlabi alia duo flumina Phisonem, & Gehonem, etsi non tantarum aquarum, nec externis Scriptoribus comperta. Mesopotamiam igitur cùm imprimis nobilitent Euphratis, & Tygris superba fluenta, Paradisum à quo oriuntur, non longè abesse suspicio est; ad extremum relegatus Adam à Paradisi finibus non multo, aut impermeabili distabat itinere, vt Patrum doctrina est, quos Maluenda de Paradiso, cap. 15. Nec si in remotas Orbis partes vnde via ad Paradisum inexplorata esset, abactus fuisset, Angelo demandare opus esset vt dimicaret contra ingressum tentantes; ad conspectum igitur amœni nemoris degebant; atquin primum hominem Iudæam habitasse, atque ibi diem clausisse, non leuis est coniectura, qua de materia Maluenda de Paradiso, cap. 53. & seqq. igitur à Syria Palæstinorum, à Chaldæa & Mesopotamia non multum diuulsus; verùm istas rationes non nimium firmas arbitramur; sæpè diuersorum regnorum Prouinciæ eandem sortiuntur appellationem, apud occiduos Indas & Hispaniam, & Cantabriam reperias, sæpè vrbes idem retinent nomen; Mesopotamiæ pars aliqua deliciosam nacta glebam, flores, aromata, riuos, fructuum dulcissimos producebat, semper parturiens, semper læta & virescens; hanc imitatricem Pomarij ab initio consiti vocabulo intitularunt eodem nuncupantes Edem, hortum scilicet voluptatis; ex fluuiorum quoque Tygris & Euphratis per Mesopotamiam transitu, vel quod in Armeniæ montuosis caput, ostendunt, & inde labantur, solidum nihil conflaueris; quid si enim non longè à Paradiso cauernas intrant, & alueum habere incipiunt terræ ventrem? sic occultata quas flectuntur in vias? quæ mutant regna, quot decurrunt milliaria per ignotas mortalibus semitas cæcitati, & tenebris damnata? Semel ne, an pluries exerunt se, nec vna mundi parte atua rigant, quis definiet? certè, quando Paradisum latere quosque Numini visum, rectè fluuiorum illius cursus ignoratur; ac potuisse quidem sic distribui Paradisiacas aquas quidnam verat? de facto autem, & reipsa ita à summo perpetratum opifice iudicarunt, ipsique nota, mortales autem latere horum amnium peregrinos meatus, ortus remotissimos, sub terram & profunditatem, & an fructus. Sicubi autem interdum prosiliant, adscribere ibi Cosmagrophos principium, sed hallucinari, cùm fortasse natiuitas leucarum etiam myriadibus separetur, Epiphanius in Ancorato ad medium, cuius probat authoritate Anastasius Sinaita, iuxta alios Nicænus quæstione 23. in sacram Scripturam. Augustinus lib. 8. de Genesi ad litteram cap. 7. ex cuius testimonio S. Thomas 1. parte, quæstione 102. articul. 1. ad 2. Theodoretus quæstione 29. in Genesim. Moyses Barcepha 1. parte commentariorum de Paradiso, cap. 21. Rupertus lib. 2. In Genesim cap. 24. Hugo de S. Victore annotationibus in cap. 2. Genesim. Tostatus exemplis aliorum fluuiorum comprobans in

*Adam in Iudæa habitauit.*

*Epiphan. & alij.*

Genesim capite 13. quæstione 191. Suarez libro 3. de opere sex dierum, capite 6. num. 16. Bellarminus libro vnico de gratia primi hominis, capite 13. Valentia 1. parte, disputatione 7. quæstione 4. puncto 2. Delrio in caput 2. Genesis numero 49. Maluenda de Paradiso 50. Postremò, recipimus Adam Iudæam habitasse, ibique immorientem sepulchro datum, cùm Hieronymus adstruat epistola 17. de commigratione Marcellæ in Bethleem; *in hac vrbe,* (Ierosolymorum nempè,) *imò in hoc tunc loco, & habitasse dicitur, & mortuum esse Adam; vnde & locus, in quo crucifixus est Dominus noster Caluaria appellatur, scilicet quòd ibi sit antiqui hominis Caluaria condita, vt secundi Adam, id est, Christi sanguis de Cruce stillans, primi Adam, & iacentis Protoplasti peccata dilueret.* Dicimus autem postquam se Paradisi vita amœna indignum reddidit Adam, delicioso eiectatum pomario aliquandiu vicinis commoratum terminis, fixisse ibidem domicilium, tempore autem prolabente, & incassam regressus spem habens, sedes mutare statuisse longa suscepta peregrinatione, & prolixæ ambulationis in Chananitidem vsque; Epiphanius hæresi 46. contra Tatianos propè finem; *egressus enim de Paradiso, cùm habitasset è regione ipsius multo tempore, & per multos dies peruenisset, & postea abiit eo, & in loco hoc, Hierosolymarum videlicet, debitum naturæ persoluens, illic sepultus est in loco Golgatha.* Moyses Barcepha parte 1. de Paradiso, cap. 1. *Quin & D. Cyrillus in eo commentario, quem in Isaiam Prophetam condidit, censet Adamum postquam Paradiso esset egressus, in Iudæa primùm habitasse; ait enim, postquam varia peruasisset loca, tandem Hierosolymis obiisse mortem; re igitur ipsa, huc, illuc vagatus fuerat.* Cur verò Adam eam sibi Prouinciam maximè delegit, qua mortem expectaret, & defungi vellet? credibile est reuelatione edoctum ibi Dei filium carnis passibili cum indumento nasciturum, ibi ligno suffigendam, vt noxa, quam Protoplastus intulit, liberaret genus humanum, & clausas adoperiret cæli ianuas; delicti igitur pœnitens Adam cum coniuge dolente piaculum infaodum illuc viam direxere, potiorem eam existimantes glebam, cui talem alere Redemptorem datum est cultissimis quibusque mundi terris; quantum amissi Paradisi fœnus talem sortiri liberatorem? Quanto beatior primo horto Iudæa talem editura fructum? Huc respexerit S. Basilius circa principium enarrationis in cap. 5. Isaiæ; *obtinuit fama quædam in Ecclesia memoriam conseruans, non quidem scripto proditam, quæ & talis est; quod prima vtique Iudæa hominem habebat incolam, nimirum Adam simul atque excidit deliciis Paradisi in hac terra collocatum; ad mitigandam iacturam bonorum, quibus fuerat exutus.* Cùm igitur primus homo post aliquot annorum commorationem non longè à Paradiso, Iudæam statuens adire, nationes plurimas permensus sit, vias triuerit distantissimas, valdè remotam mundi adiuerit partem; hinc quidem potiùs deducitur à Syria, Chaldæa, Mesopotamia Paradisum incredibiliter distasse.

*Hieron.*

*Caluaria vnde nominata.*

*Epiphan.*

*Barcepha.*

*Basil.*

Ex Authoribus, qui Paradisum in Mesopotamia, aut coniunctis Prouinciis collocauere, nihil se stabilire opinantur, si Phisonem primum Paradisi fluuium cap. 2. vers. 11. & Gehonem eiusdem

eiusdem secundum amnem eos esse patiantur, quos hactenus, & Theologorum, & interpretum communis explanatio tradidit esse, nempè, quòd Phison Orientalis Indiæ nobilissimus fluuius Ganges intelligeretur, Gehon Nilus haberetur, nam hæc flumina nec iis contineri appellationibus, nec originem à Paradiso trahere, existimant Eugubinus in Cosmopœia ad Genes. cap. 2. in illud; *nomen vni Phison*, &c. & scholiis in totum librum Geneseos, cap. 2. vers. 11. Beroaldus Chronolog. lib. 2. cap. 7. Pereira lib. 3. in Genesim num. 102. & 112. Alapide in cap. 2. Genes. vers. 8. Salianus tom. 1. die tertia mundi, num. 61. Supponunt enim cùm hæc quatuor flumina vno capite nata, vna ea scaturigine demanauerint, saltem quoad origines, & primos cursus vicina extitisse, is enim mos est eorum fluuiorum, qui commouem parentem eundem agnoscunt fontem; sed inter Gangem, & Tygridem atque Euphratem interuallum est immane, intercedunt enim septuaginta gradus, hoc est, amplius quatuor mille, & trecentis milliaribus; Ganges prorumpit in Caucasi montis editissimo fastigio; Euphratem & Tygralem montes Armeniæ parturiunt; nec maior affinitas Nili cum Euphrate & Tygri; oritur quippè intra Æthiopiam, quam Abassini possident in regno Goyanæ ad radices montis Lunæ, vt latiùs describit Nicolaus Godignus lib. 1. de Abassinorum rebus, cap. 11. Deinde Euphrates, & Tygris profluunt è Septentrione, Nilus aquas vehit ex meridie, infinita propemodùm distantia, & cursu opposito; sed vulgaram deserere sententiam ob hæc non oporteat; conspiramus eodem genita ex capite; largimur propè & socialiter aliquandiu fluere, verùm adnectimus sorberi qua parte terrarum Deo visum est in magno aoira, vias reperire intra gremium telluris amplissimas, longissimi cursus, per caliginem igitur vadunt, atque semiris intritis, donec post peragrata spatia quàm multa, & fuga à sociis capta, terram rursus aperiunt diuisa ab inuicem interuallo longissimo; non itaque Gangis incunabula quærenda inter Caucasi horrentia saxa, non Euphrates cum Tygri in Armeniæ rupibus, non Nili in Æthiopia ad montis Lunæ fundamenta, progrediendum vlteriùs in immensum ferè per canales subterraneos, quibus interlabuntur donec Paradisus attingatur, ibi seminarium & coniunctio, ibi non nimium separatis, neque contrariis itineribus tandiu decurrunt, quoad Numini suffocare non placeat; postquam verò carceri mancipat, & subtus terram pergere mandat, diuellit societatem, fluentiam variat, & alibi propter fleauosos mæandros Septentrionem idem flumen, alibi Meridiem à tergo relinquit. Quamobrem Peretius rectè quidem existimat lib. 3. In Genesim disputatione de Paradiso, quæst. 4. num. 38. dubiam, & fallacem esse viam, & rationem illam Inuestigandi locum Paradisi, nimirum Tygris & Euphratis persequendo alueos vsque ad ipsorum capita Paradiso coadunata; idque propterea, quòd incertum arbitretur, num fontes illi primam eorum originem complectantur, de quibus modò fama est continere, Armeniæ nimirum ea montanis; fieri enim potest illa potius alibi procul nascentia per subterraneos meatus occulto cursu longinqua peragrare spatia, primùmque de nobis in Armenia manifestare; quod & aliis fluminibus contingere notum est. Porrò, cùm Nili, quæ in aperto cernuntur auspicia in Occidentali Æthiopia, seu Africana Abassinorum, vt à nostri æui scriptoribus passim circumfertur, Inuie lib. 18. historiar. Osorio de rebus gestis Emanuelis lib. 9. Maffæn lib. 1. histor. Indic. Nicolao Godigno lib. 1. de Abassinorum rebus, cap. 11. Conimbricensibus tract. 9. de meteoris, cap. 10. ponenda sint, nec inficiantur aduersæ sententiæ defensores, Moysen tamen cùm de Gehone adstruit Genes. cap. 2. vers. 13. *Ipse est, qui circuit omnem terram Æthiopiæ*; non de Æthiopia Africana, sed de Orientali, quæ vicina est Arabiæ, & Mesopotamiæ, loquutum volunt, metuunt nimirum si origines fluuiorum Paradisi tam longo diuidant tractu, vt alij profluant ex Armeniæ collibus, alij ex montibus Lunæ in Abassina ditione, ne cogantur fateri diuersas habere natiuitates, ac proinde à Paradisiacis differre fluminibus, qui vno exoriuntur riuo; huic tamen scrupulo paulo antea opem attulimus, ostendentes, indiuisas alicubi aquas cùm sub terram ingrediuntur, separatissimis prosilire glebis in auras, quas ebullitiones primam vndarum venam autumant homines, cùm origo vera procul admodum distet; sic etiam referunt, cùm de Phisione asseritur Genes. cap. 2. vers. 11. *Ipse est, qui circuit omnem terram Heuilath, vbi nascitur aurum, de territorio*, quod Ganges humectat, non esse interpretandum; *Heuilath* enim, de qua Genes. cap. 25. vers. 18. & Regum 1. cap. 15. vers. 7. nequaquam Indiæ quadrare potest, sed Prouincia cogitanda est, quam Ismaëlitæ inhabitarunt inter Ægyptum, & Assyriam; verùm dicimus *Heuila & Ophir* natos Iectan Genes. cap. 10. vers. 29. ad orientis Solis plagas colonias duxisse, ibidem regnasse, & quemadmodum *Ophir* ditissimas terras, quæ ipsi contigerunt, in quas multis euolutis seculis Salomon Regum magnificentissimus, classem destinabat, vt fusè commonstrauimus tom. 3. in Canticum Canticorum, vestigatione 35. num. 9. suo appellauit nomine; ita & *Heuilam* sibi subiectam Prouinciam suo intitulauit vocabulo; duæ itaque admitrendæ regiones eadem cum nuncupatione. Porrò Anthorem vetustate, & numero quantum exeedat opinio, quæ Phisinem Gangem explicat, Gehonem Nilum declarat, detegunt Pereira lib. 3. in Genesim num. 102. & num. 112. Maluenda de Paradiso, cap. 28. & capite 39. à quo cumulatè diluuntur quæ opponi consueuere; præstant itidem Delrio num. 54. & 57. in cap. 2. Genesis. Bomfrerius ibidem vers. 8. in illud, *qui inde diuiditur*, &c. Leonardus Marius ibi quoque à num. 51. Hieronymus de la Rua tom. 1. controuers. controuersia 3. positiua 5. *dicamus rursus*, &c.

* * *

*Phison an Ganges India fluuius. Nilus Gehon.*

Beroald. Pereira. Alapide. Salian.

Godignus.

Gen. 2. 13.

Gen. 2. 11.

*P. Sherlogi Antiq. Hebr. Diaptra.*

Ee 4 Sectio

## Sectio IV.

*Sub statu innocentiæ futuras ciuitates, regimen Ecclesiasticum & politicum: multiplicato genere humano tunc, extra Paradisum viuerent plurimi mortales: Paradisus in medio Orbis terrarum, qua determinatione, regione, ignoratum: Paradiso centum leucarum ambitus; an modò extet? in eum translatus Henoch: arbor scientiæ boni & mali cuius speciei? lignum vitæ senectam perpetuò abigeret; sæpe eo vesci opus; virtus naturalis; multiplicandum genere humano propagato; vita quibusdam in Paradiso ad duo millia annorum; Henoch & Helias ligno vitæ aluntur: nam viatores & meriti capaces? Cherubin, an adhuc Paradisi custos?*

19. *Mundi clima, & hortus deliciarum.* Suarez.

QVid igitur tandem de mundi climate statuimus, sub quo hortus deliciarum complantatus sit? Suarez libro 5. de opere sex dierum, capite 6. numero 41. autumat solidum nihil tradi posse, nec regionem aliquam peculiarem cum fundamento exhiberi; sanè ex iis terrarum partibus, quæ hactenus patuerunt, alicui signatim adiudicare non audemus; tentemus nihilominus an supponendo quædam, aliquid dicere valeamus? Ac quidem non immeritò coniectatur P. Suarez si status innocentiæ diu stetisset, & vsque in generis humani magnum, per propagationem, incrementum, durasset, fore vt homines ciuitatibus per varias regiones distributi cum subiectione ad Principem degerent, Magistratúmque haberent Ecclesiasticum, & politicum: famulatus autem strictè concepti allegata seruili conditione, & tyrannidis vitata specie omni Monarcha paternè gubernaret adscitis in adiumentum Consiliariis, missis Proregibus, qui distantes nationes moderarentur cum omni humanitate, & à quibus si aliquis statum innocentiæ peccando violaret, coërceri possit; sic ille libro 5. de opere sex dierum, capite 8. numero 8. quem tradere quod sit admodum verisimile iudicant

Arriaga.

Arriaga tomo 2. in 1. parte, disputatione 43. sectione 2. numero 16.

Martinon.

Martinon in 1. parte, disputatione 45. sectione 3. numero 45. Idque satis ab

S. Thom.

Angelico detectum Doctore 1. parte, quæstione 96. articul. 4. in corpore, dum inquit; *Tunc verò dominatur aliquis alteri vt libero, cùm dirigit ipsum ad proprium bonum eius, qui dirigitur, vel ad bonum commune, & tale dominium hominis ad hominem in statu innocentiæ fuisset; primò, quia homo naturaliter est animal sociale, vnde homines in statu innocentiæ socialiter vixissent; socialis autem vita multorum esse non posset nisi aliquis præsideret, qui ad bonum commune intenderet*, &c. alteram dat causam, quòd doctiores, & sanctiores aliis essent, & minus eruditos à sapientioribus tanquam Magistris illuminari, eisque obedientiam deferre æquum duceretur: rectè autem supponens homines simul aggregandos, nempe domibus intra eundem circulum fabricatis, vt contingit in vrbibus, infert Prætoris, & magistratus necessitatem, à quo multitudini certæ, & communes præscriberentur ordinationes; cum B. Thoma sentiunt Molina disputatione 31. de opere sex dierum. Molina.

Valentia 1. parte, disputatione 7. quæstione 3. puncto 2. in fine. Valentia.

Peretius libro 4. in Genes. disputatione de imperio hominis in animalia, numero 71. Peretius.

Adiicimus his, perseueraute in multas ætates statu immaculato, auctum iri genus humanum, cúmque nec viuendi tempora breuia essent, nec steriles vteri fœminarum, futuram Adæ posteritatem insigniter numerosam; quamobrem etsi regioni Edem, qua hortus voluptatis plantabatur, centum leucadas pro ambitu septi ipsius tribuamus, exigua spatia sunt tantis continendis populis; quod existimatum à Peretio libro 3. in Genesim disputatione de Paradiso, quæstione 3. numero 33. Valentia in 1. parte, disputatione 7. quæstione 6. puncto 1. ad 2. argumentum. Maluenda de Paradiso, capite 63. Granado in 1. parte, controuersia 8. tractatu 9. disputatione 2. numero 3. Hieronymus de la Rua tomo 1. controuersia 3. positiua, §. *neque conturbare*, &c. Bomfterius in Genesim capite 2. vers. 8. §. *potes secundò*, &c.

*Totum orbem incolas habiturum sub statu innocentiæ.*

Itaque hi Doctores statuunt orbem totum incolas habiturum sub statu innocentiæ; quanquam verò glebæ amœnitas vbique, præsertim Paradisi fœlix, non adæquaret solum, hominum tamen partim cultura ex Paradiso nobiliora omnia semina deferentium suis vt nascerentur in aruis, sed Dei imprimis ordinatu volentis æmulas Paradiso voluptates iis suppeditate cùm statum innocentiæ tenerent, contingeret terram vniuersam ob amœnitatem, & delicias Paradisum computari posse; his comprobatis, arbitramur supremum Imperatorem, quem si innocens mansisset, credibile est non alterum, quàm Protoplastum futurum quoad vixisset, Capitolium & aulam habiturum intra viridarium, specialiter Paradisum vocatum; extra hortum verò per regionem Edem, quod est territorium, & Prouincia ad Paradisum spectans, habitarent magnificè Consiliarij Monarchæ, tam qui fidei, & religionis normam edocerent, quàm qui ciuiles tractarent materias, & horum quidem Palatia Paradiso coniuncta essent; per reliquum tractum glebæ Edem in vrbibus nonnullis commorarentur longæuiores, ij verò imprimis qui sanctitudine, & doctrina plus eminerent, quibus ad æternam Beatitudinem translatis merendi spatio adimpleto, adsciscerentur loco ipsorum, qui vel extra, vel intra Paradisum iisdem fulgerent ornamentis.

namentis. Quoniam igitur ex omnibus mundi partibus crebræ susciperentur peregrinationes ad Paradisum, partim, vt dubiis quæstionibus de quaqua materia fieret satis, partim vt horti illius ad tempus fruerentur incolatu, partim vt ligni vitæ alimoniam depasti vigorem recuperarent, cogitabamus ad horum

*Paradisi situs.*

itinerum commoditatem Paradisi situm meditullio Orbis quærendum; quid enim aptius communicationi? quid magis idoneum poni?

*Ierusalem an in medio terra Chanaan ædificata.*

Sic & Ierusalem in medio terræ Chanaan eædificatam, quo facilius adire possent Iudæi, atque vt centrum regni occuparet, disertè tradunt

Aristeas.

Iosephus, & alij.

Aristeas in historia septuaginta duorum Interpretum, Iosephus libro 3. de bello, cap. 2. & annuunt Egesippus de excidio Hierosolymitano libro 3. capite 6. Genebrardus in Psalm. 73. vers. 14. Villalpandus in apparatu vrbis ac templi, parte 1. libro 5. capite 4. Quod verò sit terræ medium, qui propriè vmbilicus ipsius, satis obscurum est, neque à Mathematicis constans, aut solidum aliquid definitur; illud non nihil obstare queat, vbi Vulgatus legit Genes.

Gen. 2. 8.

cap. 2. vers. 8. *Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis a principio*; Septuaginta transferunt, *Paradisum voluptatis ad Orientem*; significari autem plagam Orientalem mundi, vt sub eo viridarium positum extiterit, non verò ad Meridiem, Boream, aut Occasum, demonstrat Maluenda de Paradiso, cap. 20. & 23. Non igitur benè à nobis in medio terræ describitur.

*Responsio Authoris.*

Respondeo, vt memorat S. Hieronymus in traditionibus Hebraicis, Septuaginta interpretari *contra Orientem*, vt fortasse sensus habeatur, ita collocatum vt nascentis Solis primos radios exciperet ad maiorem Pomarij mirabilis lætitiam; siue, vt surgente Phœbo moniti cùm vultum, & oculos perstringeret, ad Orientem preces facturi conuerterentur, eam enim religiosam ceremoniam fuisse veterum Christianorum, proinde non mirum si in statu innocentiæ Sanctum

Bellarm. Baron.

duceretur, commonstrant Bellarminus lib. 3. de cultu Sanctorum, cap. 3. Baronius tom. 1. anno Christi 58. num. 106.

20. Sed vbicumque tandem Paradisi extitit Regio tot nominibus fortunata, & laudanda, numquid etiamnum deliciæ illæ persistunt, florúmque & pomorum antiqua gratia? Sanè Bellar-

Bellarm.

minus libro vnico de gratia primi hominis, capite 14. affirmat, nullum ex veterum Scriptorum classe à se perlectum, qui dicat Noëtici diluuij cataclysmo, aliove excidij genere deletum Paradisum, aut modò non extare; similia prodit

Maluenda. Sixt. Sen.

Maluenda de Paradiso, cap. 85. non satis consonam fidei oppositam sententiam putauit Sixtus Senensis lib. 5. Bibliothecæ, annotatione 36. audacem vocauit Palacios in 2. sentent. distinctione 17. disputatione 2. Nec verò negant, qui Paradisum non subsistere autumant antiquitatis se destitutos patrocinio, suggerunt tamen controuersiam eius generis quæstionum vnam esse, de quibus salua fide in vtramque partem indifferenter, & probabiliter disputari queat, & in quibus non tam authoritas Doctorum præstat, quàm rationis fortior vis; vtcumque ea opinio satis tuta est, plurimúmque verisimilis, quam proinde docere recentiores multi eruditissimi nihil veriti sunt, quales Augustinus Eu-

Eugubinus, & alij.

gubinus in Cosmopœia, ad illud cap. 2. Genes. *Paradisum voluptatis*, &c. & annotationibus in Pentateuchum, in illud cap. 2. Genes. *plantauerat autem*, &c. Genebrardus Chronologiæ lib. 1. pag. 7. & 14. Naclantus in medulla arcanorum sacræ Scripturæ, die tertia mundi. Oleaster in cap. 2. Genes. in illud, *plantauit Dominus Deus*, &c. Iansenius concord. Euang. cap. 141. in illud, *prætereuntes autem*, &c. Maldonatus in capite 27. Matth. vers. 44. Viegas in capite 11. Apocalyps. comment. 5. sectione 3. numero 3. Pereira libro 3. in Genes. disputatione de Paradiso, quæstione 5. num. 49. Alapide in cap. 2. Genes. vers. 8. ibidem Bonfrerius §. *porro tertiò*, &c. ibidem quoque Leonardus Marius numero 36. Guilielmus Estius annotationibus in sacram Scripturam, in Genes. capite 2. vers. 8. Gaspar Sanchez in 4. Regum cap. 2. num. 21. & 28. Salianus tom. 1. die mundi tertia, num. 39. Antonius Zara in anatomia ingeniorum, sectione 4. membro 11. pag. 560. Aversa in 1. parte, quæstione 75. sectione 2. §. *attamen non*, &c. cogitationem valdè probabilem esse recipiunt Suarez tom. 2. in 3. parte, disputatione 55. sectione 1. §. *dico quartò*, &c. & contra Regem Angliæ libro 5. capite 13. numero 11. Torniellus in sacris Annalibus, die tertia mundi, num. 25. Spondanus die pariter mundi tertia, num. 10. Tannerus 1. parte, disputatione 6. quæstione 7. dub. 2. num. 92. Horum Scriptorum plerisque istud adstruendi causa fuit, quòd existimarent non futilibus argumentis se ostendere Paradisum in Mesopotamia conditum; ea autem in Prouincia cum ab antiquissimis seculis non reperiatur, indicarunt vniuersali diluuio sic attritum, vt decoris & gratiæ nihil remanserit, sed glebæ facies talis euaserit, qualis reliquum solum terræ Mesopotamiæ; hoc nobis placitum cùm non arriserit, non est quod ob eam rationem Paradisum de medio tollamus; sed tamen ipsi viridario cum ambiente illum regione Eden centum leucarum spatium damus; hunc enim circulum necessarium esse putabamus, vt Adæ habitatio eius fuisset maiestatis, qualem decebat Monarcham Orbis totius, vt ibi commorari cum eo valerent consiliarij, & digniores ob ætatem, doctrinam, sanctitudinem, postremò, vt venientibus quotidie ex omnibus mundi partibus ad inuisendum Paradisum, & negotiorum grauium consultationes non angustum hospitium foret.

*Paradisum in Mesopotamia conditum, qui statuant.*

Si igitur Paradisus huius capacitatis, & amplitudinis est, si idem, vt statuimus, non in angulo aliquo remoto Orbis, sed in gremio, & vmbilico terræ complantatus, cur nemini patuit accessus ad ipsum, cùm longinquos terrarum homines tractus adierint, Oceani difficillimas semitas familiares reddiderint? videlicet, cùm reipsa non extet, occurrere non potuit. Respondeo tamen, cùm Numini placuerit non dari regressum ad Paradisum, terras circumiacentes in eum abiisse horrorem, vt ob sentes, paludes, rupes, ferarum lustra, nemo cùm eousque perueniat, vltra progredi tentet, speciatim cum iis superatis periculis nulla inueniendi Paradisi certitudo existat, hoc D. Thomas insinuat 1. parte, quæstione 102. S. Thom.
art. 1. ad 3.

Cur autem negari debeat cùm Mundus sub- 21.
mersus est generali diluuio non tum aquas Pa-

radisum vastasse? quòd enim altius conscenderint Genesis monet teatus cap. 7. vers. 20. *Opertique sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cælo, quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat*; decteuimus enim Paradisum quamuis supra montem assurgeret, vltra primam aëris regionem fastigium nou attollere; at sunt colles ad tertiam & supremam aëris partem eleuati; hos autem cùm vndæ quindecim soperatent cubitis, Paradisum quoque cur non obruerent? verùm, suppono Enoch in Paradisum terrestrem, quo Adam quondam versatus est, translatom fuisse, id quamuis non adeò certum sit, quantum contendit Siatus Senensis lib. 5. Biblioth. aonotatione 36. tamen Pattum communior opinio fuit, & receotiorum maior amplexator numerus; congerunt testes Suarez tom. 2. in 3. parte, disput. 55. sect. 1. Maluenda de Paradiso, cap. 87. & 88. Cornelius Alapide in eap 44. Ecclesiastici vers. 16. vbi Syracides, *Henoch placuit Deo, & translatus est in Paradisum, vt det gentibus pænitentiam*; *Paradisi* autem vox in sacris litteris primariò viridarium illud initio Orbis conditum denotat, cuius ad similitudinem horti alij cultissimi ad maximam eorum commendationem Paradisi appellari consueuère; qoare vocabulum absolutè, & indistinctè positum sensu imprimis litteræ congrooeoti accipi debeát, pro vero igitur, & strictè concepto Paradisi nomen sumendum memoratis Ecclesiastici verbis; quis enim probet, aot vnde hauriatur Paradisum non eatitisse quando Eooch translatus est? qood si ille in terris vitam peracturus vsque in mondi fioem loco aliquo deliciosa reponendus erat, id qood ab omnibus supponi commune est, quorsom nooæ fabricandæ amœnitates, cùm Adami Paradisus primæuo flore iucunditatis eacelleret? ergo nihil verosimilios, quàm illoc transportatum fuisse: rectè igitur perpendunt Bellarminus libro vnico de gratia primi hominis, cap. 14. Suarex lib. 3. de opere sea dierum, cap. 6. num. 38. Delrio tom. 1. Adagio 789. §. *restat videamus*, &c. Maluenda de Paradiso, cap. 84. Torniellus tom. 1. die tertia mundi, num. 24. Diluuij fluctibus Paradisi ostia tangentibus miraculum aliquod fieri oportuisse; aut enim cohibendæ fuerant aquæ vt starent, & Paradiso non illaberentur, aut si intrandi eis copia daretur, Henoch saluti prospiciendum erat, videlicet aut eleuando ipsum supra aqnas, retineodo qooad decrescerent aërea in regionè, aot secunda translatione deferendo illom in Orbis partem, & præparando in eius gratiam pares horti, quem amiserat, delicias. Quando igitur miraculum non admitti aliquod impossibile videatur, æquum magis appareat, & Dei erga Sanctos munificentia congruentius, ob amorem in Henoch conseroatum viridatium, frænatis Diluuij procellam iram deposuisse vt ad Paradisom defluxere, stetisse vndas & vallasse pomœrium; hoc igitur ea titulo liquet, Paradisus quomodo conseruatus sit, atque existat. Statuunt prætetea recensiti nuper Doctores, & cum illis Valentia tom. 1. dispotar. 7. quæst. 6. puncto 2. Granado in 1. parte, controuers. 8 tract. 9. disputar. 1. nom. 6. quamuis aquæ mensibus non paoeis Paradisum coosepultum haberent, non inde sequoturum horti venustatem, & gloriam deperditam iri, neque enim arbores loco mouerer, nec stirpium & plantarum radices terræ visceribus effoderet, nec temperiem climatis variaret, quare euanescentibus vndis cito antiquam commereretor laudem? in dubium tamen vocari queat, num arbores cum cæteris Paradisi donis, eius sint firmitatis, vt in quinque mille annos perstiterint seoium oblitæ; nec enim si status innocentiæ inamissus fuisset, haoc eis concedere longæuitatem consentaneum videretur; sed quomodo tunc Paradisus constanter vernaret, non indifficulter perciperetur, homines enim pro marcidis, & senescentibus arboribus nouos collocarent surculos, æuum etiam iuuaret cultura periti hortulani: nunc autem ab Adæ relegatu nemine hoc supplementum præstante, vel dicendum est arbores Paradisi vltra quinque mille annos naturaliter viuere tetenta, quod stupendum sit, primæ iouentæ omni gratia & amœnitate, vel miraculosè à Deo conseruari, vtriusque pronunciati scrupulus est; cur enim Numeo non patiatur senescere Paradisi iucondam syluam si arbores illæ marcere, & deficire queant? corruptelæ autem ex natura haud obnoxias peregrinum asseueratu est: in dubium etiam trahi possit, quando Paradiso com regiooe soa, & integrè eoncepto ambitus leucadas centum tribuerimus, & hortum ipsum deliciosum à reliquo territorio diuisetimus; quamobrem cùm ad habitationem, & solariom Heooch sufficeret viridariom Paradisi ab vndis defendere, nou sunt illæ passæ reliquam obruere, & deuastare glebam? Propter hæc, mihi nuu displicet effatum Delrij tom. 1. Adagiorum, ex cap. 5. Isaiæ vers. 3. *quasi hortus Domini*, &c §. *potest etiam*, &c. Adagio 789. arbirratur, diluuio Paradisi maximam euersam partem, conseruatum autem simul cum arbore scientiæ boni & mali, & cum ligno vitæ spatium sufficiens commorationi Heooch, & Heliæ, igitur ipsum Paradisi viridariom propriè, & rigorosè intellectum, quo deliciabantur Adam & Eua occupant Elias & Henoch, siue arbores & plantaria illius ipsi iuconda exercitatione interdum renouant, seu Angelorum ministerio gratia nunquam decidit beati Nemoris, cuius circuitus ad sex leucadas vt extendatur, satis capaa iudicari valeat; reliquam Paradisi Prouinciam, scilicet territorium dictum Edem eiosdem fermè gloriæ cum Paradisi horto, arboribus, floribus, herbis venostissimum, & naturæ voioersis pigmentis, deletam esse, & glebæ communi adnuioeratam, seu violentia aquarum id contigerit per cataclysmum; seu vulnere magno tum accepto arbores, & stirpes cultoribus destitutæ ætate longa steriles, & decrepitæ redditæ sint, nullis fructibos, nulli pulchritudioi idoneæ; Paradisus igitur partim extat, partim defecit.

22. Paradisi inter generosa arbusta, & froudosam opacitatem, duo oobilioris famæ, alterum, quæ scientiæ boni, & mali arbutus vocata est Genes. cap. 2. vers. 9. de cuius fructu oè manducarent, Adamo, & coniugi iotimatum est dicti cap. vers. 17. cur eo diceretor vocabulo declatat Arnoldus Carnotensis tractatu de opere sex dierum §. *duo tamen*, &c. *lignum scientia boni, & mali malum non erat in sua natura, nec fructus eius vel ante prohibitionem, vel postea noxius fuit, sed ideo sic nuncupatum est, quia in illa prohibitione experimentum inobedientia positum est, cuius obseruatio bonum, prauaricatio malum esset; scientiam quidem mali ante peccatum homo non habuit, id est, nesciuit quantum*

Gen. 7. 20. Sixt. Sen. Suarez. Maluendá. Alapide. Eccli 44. 16. *Τὸ Paradisus de viridario initio Orbis condito.* *Paradisi arbores.* Delrius. *Paradisus partim extat, defecit partim.* *Paradisi generosa arbusta duo.* Arnold. *Arbor scientia boni & mali.*

*cum malum esset non obedire Deo: sed docuit eum propria confusio, & pœna peccati, quid esset peccatum;* S. Thom. itaque B. Thomæ 1. parte, quæstione 102. art. 1. ad 4. & communis Scholasticorum, atque interpretum propter futurum euentum ita vocatum; quanquam enim Protoplastus ante degustatum illius fructum, & contemptum Dei mandatum speculatiuè nosset gulam interdicti pomi grauissimos allaturam labores, sed aliter longè de hoc sentire damno cœpit, cùm verberare ærumnis crectos auspicatus est; à practica ergo communicata notitia appellatio desumpta; consule Bellarminum de gratia primi hominis, cap. 17. Maluendam de Paradiso, cap. 69. ficulneam fuisse arborem, ex traditione maiorum scripsit Isidorus Pelusiota. Pelusiota lib. 1. epist. 51. ad Theopompum Tribunum, asserens post actam mentionem de arefacto à Christo Domino eius generis ligno: *Quin & in hac quoque re arcanus quidam sermo annexus est, à senibus sapientibus ad nos grassatus, nempè hanc transgressionis arborem esse, cuius etiam foliis ad corpus tegendum, ij, qui mandatum violarunt, vsi sunt;* cùm igitur huius arboris folia tantæ videantur longitudinis cum latitudine æquali, vt hominem vnum alterumve abscondere valeant, statuimus tom. 2. in Canticum Salomonis, vestigatione 15. num. 17. ficum Indicæ simillimam, cuius fructus Botri figuram retinent, & ita vitis repræsentationem non abhorrent, folia autem vasta, & capacia sunt, idque eo libentiùs Paradisi pomum. amplexati sumus, quòd *Pomum Paradisi* nuncupatum accuratus Terræ sanctæ delineator Borchardus, siue Brochardus, tale depingit, qualiter ficum Indicam nobis expressere Iosephus de Acosta lib. 4. de historia naturali Indiarum, capite 21. Consaluus Hernandez de Ouiedo lib. 8. historiæ Indiarum, cap. 1. §. 10. & ex iis, qui ocu-Brochard. lati fuere testes, alij mutuati sunt; at Brochardi stylum dare iuuat, qui secunda parte descriptionis Terræ sanctæ, cap. 1. inquit; *Sunt & fructus dicti poma Paradisi penitus admirabiles; Poma huiusmodi crescunt in modum botri vna, & est botrus ille interdum magnus, vt cophinus, id est, sporta competens; habet grana aliquando centum, aliquando plus; sicut vua, grana illa aliquando sunt longa ad quantitatem sex digitorum; aliquando sphærica ad quantitatem oui gallinæ, habéntque folliculum, siue pellem sicut faba crocei coloris, qua quidem pelle extracta relinquitur granum mundum sicut amygdala excorticata, est enim intus granum illud albi coloris, aliquando vertitur ad croceitatem; saporis est delicatissimi, & dulcis vt mel, grana intus semen penitus non habent, sed tota eorum substantia comestibilis est; fructus ille vix vno anno crescit, & maturat, arbor cito deficit, est enim eius periodus trium annorum ad plus, deinde arescit, qua arescente alia ex radice prodire incipit, consimiles fructus producens; arescente secunda procedit tertia, & sic successiue; arboris huius folia longa sunt ad hominis staturam; adeo lata, vt duo sufficiant totum hominem tegere, &c.* Modò igitur idem conìectamur, quod relato in Canticum Canticorum volumine probabilius iudicabamus, ficum talem extitisse, qualem pomum Paradisi efformat, nempè visu pulchram, esu delectabilem, & quod peculiare est, foliorum tantæ expansionis, quanta ad integendos qui se absconderent, aptissima cogitari valeat; Auctoribus verò enumeratis commentario releto hoc Baron. opinantibus superaddimus Baronium tomo 1. anno Christi 34. num. 9. Maluendam de Paradiso, cap. 67. Petrum Opmeer Chronologiæ pag. 79. anno mundi 3061. Hieronymum de la Rua tom. 1. variarum, controuers. 3. positiua 5. *difficultati imprimis*, &c. Maluenda. Opmeer. De la Rua.

Alterum syluæ illius fœlicissimæ ornamen- 23.
tum singulare arbor vitæ; nam si perdurasset Lignum vitæ. innocentiæ status, neque Adam, neque posteri morte corporali obiissent, sed incolumitate semper vegeta, robore membrorum obfirmato, sanitate plena vitæ lætos traducerent dies, quoad translati ex contubernio cæterorum hominum, qui in gloriam prædestinati essent, Empyreis collocarentur regionibus. Augustinus lib. 14. Augustin. de ciuitate, cap. 26. *Viuebat itaque homo in Paradiso sicut volebat, quamdiu hoc volebat quod Deus iusserat; cibus aderat, ne esuriret, potus ne sitiret, lignum vitæ ne illum senecta dissolueret;* nam vt ratiocinatur egregie B. Thomas 1. parte, quæstio- S. Thom. ne 97. articul. 4. duo in corpore humano iuxta suam naturam considerato defectus occurrunt, ex quibus nisi remedia propulsent, resolutio & mors prouenier; alter est consumptio humidi per actionem caloris naturalis; huic damno opitulatur cibi degustatio, quos vt opulentos, & deliciosos Adam haberet; facultas ei concessa est, vt ex omni ligno Paradisi vesceretur, excepta arbore scientiæ boni, & mali Genes. cap. 2. vers. 16. aliàs est diminutio continua, quæ causatur vel ex ipso calore naturali per repulsionem à cibo, & alimenti reactionem; vel in humido, quod minus, minúsque perfectum à condimentis reparatur, hoc detrimentum ligno vitæ compensabatur, de quo non insciè pronunciauit Author quæstionum veteris, & noui Testamenti, Augustino tributus, non alimoniæ solius rationem habuisse fructus illos, sed Medicinæ, quæ efficacior multo est ad pristinas redintegrendas vires; ait quæstione 19. ad finem; *cibus enim vires præstabat, vita autem arbor medicina modo corruptionem omnem prohibebat, sic enim homini erat quasi inexpugnabilis murus;* hinc sequebatur, vt expendit Suarez lib. 3. de opere sex dierum, capite 15. num. 4. florenti, & æquali statu pulchritudinis, & roboris conseruandos mortales è ligno vitæ; nam sumptus post annum, exempli causa, restituebat temperamentum humidi, & calidi ad fortitudinem, qua tum pollebant; rectè igitur senium abegisse memoratur, corruptelæ enim obnitebatur, & sanitatem perennem alebat. Dices, igitur nisi homines definito tempore exactis certis annorum lustris è Paradiso terreno ad Beatorum consortia transferendi essent, sempiternam incolumitatem lignum vitæ eis præstitisset, nam senium & morbos arceret, ex quibus ab intrinseco mors sequitur; Pererius Scotum sequutus in 2. sentent. distinct. 19. quæstione 1. adstruit lib. 3. in Genesim, disput. de Paradiso, quæstione 3. num. 69. non fuisse arbori vitæ facultatem ad conseruandos homines in infinitum. Primò, quia agentis finiti virtus quoque est limitata & finita, proinde operari nequeat aliquid infinitudinem claudens. Secundò, quia hominibus in statu innocentiæ limitatum in Paradiso terreno commorandi tempus præfixit Numen: lignum autem vitæ ordinauit ad conseruandos eos sanos pro hoc interuallo; effectus igitur arboris vitæ ad interuallum solùm est, ac proinde limitatam habens efficaciam.

Tertiò, quia arbor ipſa non duraret perpetuò, ſed per ætatem deficeret, ea verò tabeſcente quo pacto hominum deinceps vita conſeruaretur? eandem cogitationem adprobant Franciſcus Valeſius ſacræ Philoſophiæ cap. 6. Alapide Geneſ. cap. 2. verſ. 8. Verùm, non malè ſuggerit Torniellus, die tertia mundi, num. 32. ſuper hoc diſſidio contentionem verſari poſſe in nomine; admittimus enim de facto vitæ terrenæ ſpatia, quæ arbor illa conferebat, annorum limitatum curriculum fuiſſe, & ita ſempiternæ durationis cauſam non extitiſſe: at verò dum inquirimus, verùm interminabilem durationem ſuppeditaret, id intelligendum, ea hypotheſi, quòd hominem Numen certa periodo annorum ad gloriam Beatorum non transportaret, & aſſerimus tum alimonia ligni vitæ morbos abigendos, ſenium depellendum, roboris conſeruandam integritatem, hoc enim erat munus arboris, hæc illius prærogatiua; his autem beneficiis præſtitis morti acceſſus non patebat, letho autem fugato humo ſine fine victurus fuiſſet; quare immortalitatem, & vitam exitu carituram donandam à ligno vitæ rectè ſentiunt Abulenſis in capite 13. Geneſ. quæſtione 175. & 176. Suarez lib. 3. de opere ſex dierum, cap. 15. num. 4. Aoerſa in 1. parte, quæſtione 75. ſectione 3. Hieronymus de la Rua tom. 1. variar controuerſ. 3. poſitiua § *ſed quamuis iſta*, &c. Nec obſtant propoſitæ obiectiones; quanquam enim de facto vitæ arbor roboris, & pulchritudinis gratiam non niſi ad tempus eodem cum vigore præſeruabat, puta quingentis, vel mille annis, non ideo tamen hoc contingebat quòd arboris virtus eo expleto annorum numero defeciſſet, alioqui alios homines, quibus vitæ longior periodus conceſſa eſt in duo, vel tria millia annorum, qua norma confortaſſet; virtus itaque fructus nullis limitibus coërcebatur, ſed manducantem nacta, eum perenniter incolumentem, & floridè valentem redderet; quod autem inſinuatum eſt, plantam ipſam non duraturam in æternum, atque ideo nec poſſe largiri aliis, vt ſine termino viuant occurrit ſufficienter Bonfrerius in cap. 2. Geneſ. verſ. 8. §. *non verisſimile*, &c. ad Dei prouidentiam ſpectaſſet, vt antequam ſterileſceret vna arbor, altera pullularet, & ita nunquam deficeret lignum vitæ, ſeu Deus ſolus agricola eſſet, ſeu inſpiraret Paradiſi habitatoribus quando nouum ſurculum ad prioris ligni vices ſubſtituendas, plantarent.

24 Potior ſcrupulus, quo pacto agens finitum, & creatum naturaliter facere valeat durare hominem abſque termino, & exitu? ſuppono enim cum vulgato Scholaſticorum, & interpretum placito, arbori vitæ ſanitatis perpetuandæ donum congenitum fuiſſe, aliàs de Adamo maculato & lapſo, Paradiſi habitatione deſpoliando non fuerat præcauendum Geneſ. cap. 3. verſ. 22. *Nunc ergo, ne fortè mittat manum ſuam, & ſumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum*; ſiue enim æternum pro interminabili exiſtentia accipiatur, ſeu pro ſeculorum aliquorum longitudine, Adamo nihil conferret alimonia ſupernaturaliter corroboratura, Deo enim nolente ſupernaturalem adhibere concurſum, arbor ex ſe inutilis erat; verùm, quoniam lignum vitæ non ex miraculo operabatur, Adamum licèt ſtatu innocentiæ viduatum, perpetuò conſeruare poſſet. Ac quidem Bellarminus libro vnico de gratia primi hominis, cap. 18. ſententiam docet, quam & Scripturæ & Patribus & rationi affinem laudat, hanc collatam immortalitatem à ligno vitæ ſemel deguſtato: hoc autem mirabilius eſt, in tantum poſſe vnam fructus naturalis ſumptionem; mihi quidem impoſſibile non videtur vt ab agente finito, & creato infinitum ſecundùm quid, hoc eſt, actus infinitæ intenſionis, aut duratio non corrumpenda producatur, non enim exigitur vt cauſa, & effectus eadem in ſerie cateant, ſed vt effectus in cauſa, & principio formaliter, aut eminenter contineatur, nec enim etiam in ſpecificantibus tam exacta proportio deſideratur, cognitio ſcilicet Deum etiam ſupernaturaliter attingens non eſt infinita ad obiectum, quanquam ſimpliciter infinitum tendat, illudque repræſentet; eſto igitur non implicet lignum vitæ vt ſemel manducaretur tantùm, vitam per æternitatem conferre, tamen arborem vitæ Paradiſo locatam frequenter adeundam fuiſſe, & eius ſæpè deguſtandos fructus, quo ab hominibus ſenium auerteretur, & omnis languor, tradunt S. Thomas 1. parte, quæſtione 97. articul. 4. & quæſtione 5. de malo, articul. 5. ad 9. Abulenſis quæſtione 10. in cap. 2. Geneſ. & quæſtione 24. in cap. 3. & quæſtione 176. in cap. 13. Suarez lib. 3. de opere ſex dierum, cap. 15. num. 4. Valentia in 1. parte, diſputatione 7. quæſtione 4. puncto 2. §. *atque hoc*, &c. Palacios in 2. ſent. diſtinctione 19. diſputatione 1. Maluenda de Paradiſo cap. 71. Granado in 1. parte, controuerſia 8. tractatu 7. diſputatione 4. num. 2. Auerſa in 1. partem, quæſtione 75. ſectione 3. Arriaga tomo 2. in 1. parte, diſputatione 41. ſectione 1. ſubſectione 2. num. 15. Nam quidem in Paradiſo vita cibis alebatur donatis in hunc ſcopum omnium arborum fructibus, excepta ſola arbore ſcientiæ boni, & mali. Porrò calidi naturalis cum radicali humido concentus incolumitatem, & valetudinem præſtat; ad hæc autem duo fouenda, quanquam alimoniæ vſus comprimis deſtinetur, idque ſub initio obtineat, *poſtmodum verò*, (vt ait S. Thomas 1. parte, quæſtione 97. articul. 4.) *quod aggeneratur, non ſufficit ad augmentum, ſed ſolùm ad reſtaurationem deperditi; tandem verò in ſtatu ſenectutis, nec ad hoc ſufficit, vnde ſequitur decrementum, & finaliter diſſolutio corporis; & contra hunc defectum ſubueniebatur homini per lignum vitæ: habebat enim virtutem fortificandi virtutem ſpeciei contra debilitatem prouenientem ex admixtione extranei*; cùm igitur per cibos, & condimenta calor naturalis progreſſu temporis degeneris fieret conditionis, & humidum radicale in deterius progrederetur, quemadmodum vini ſubſtantia, (qua Angelicus Doctor loco memorato comparatione explicat,) initio ab infuſa lympha non nimia vix detrimentum ſentit, at ſi aliæ atque aliæ laticia amphoræ inſtillantur, flacceſcit, & generoſos deperdit ſpiritus; ad hæc compenſanda damna, opus erat medicinam adhibere, quæ ligno vitæ continebatur; huius autem munere priſtini roboris vigore concepto, quia iterum cibus humidi, & caloris natiui gratiam deprimebat, recurrendum ſecundò ad vitæ arborem, & ita frequenter longos vitæ terreſtris dies

Bellarm.

S. Thom. & alij.

Scrupulus.

Gen. 3.22.

dies habituris; hoins autem crebræ sumptionis si nulla occasio, quorsum cibis vesci opus fuisset? nam fructus ligni vitæ semel io stomachum traiectus cætera quæque excusabat remedia, cùm valetudinem robustam, & perpetuam largiretur.

25. Augustin. Complementum magnum fœlicitatis Paradisiacæ describens Augustinus lib. 14. de ciuitate, cap. 26. *Nullus intrinsecus morbus, nullus ictus metuebatur extrinsecus; summa in carne sanitas, in anima tota tranquillitas*; quod autem præclarissimus Doctor narrat, nullius extrinsecæ violentiæ periculum extitisse, vt quòd ignis, aut ferrum non læderet, aquæ non submersissent, haud putandum est à fructu ligni vitæ communicatum, vt contra eiusmodi infortunia homines tuti essent, sed id peculiari Numinis prouidentiæ debitæ statu innocentiæ, sanctorum Angelorum excubiis, & hominum ipsorum vigilantiæ adscribendum; arbor illa sanitatis custos erat non externorum casuum defensio: at, num sola vna arbor fructus vitæ? vnicam fuisse

Tostat. Salian. quoad speciem, & indiuiduum perhibent Tostatus in cap. 13. Genes. quæstione 163. Salianus tom. 1. die mundi tertia, num. 56. Verùm, quo pacto arboris vnius quanquam prægrandis, & licèt fœcundissimæ, poma tantæ multitudini sufficerent, hominum enim ingens futurus erat numerus sub statu innocentiæ? respondent, tum multiplicanda arboris indiuidua, seu Dei iussu tantùm noua pullularent germina, seu hominum agricolatione surcalis amputatis, & humo commissis, vtcumque prouisum fuisset

Palacios. Perer. Maluenda. Rua. necessitati, nec parca manu, Palacios in 2. sentent. distinct. 19. disputat. 1. Pererius lib. 3. in Genes. disputatione de Paradiso, quæstione 2. num. 64. Maluenda de Paradiso, cap. 74. Hieronymus de la Rua tom. 1. controuersia 3. positiua §. *ex prædictis*, &c. verùm, cùm dicerimus, vt status innocentiæ perseuerasset totum orbem terrarum à mortalibus inhabitandum, num, quæso, ab extremo Orbis angulo itinere ob interiecta terrarum spatia longissimo proficiscendum esset io Paradisum ad fructus ligni vitæ carpendos? Nónne hæc grauissima sarcina toties ire redire, (crebrò enim degustandos fructus statuimus,) per maria, per terras? Num statum tantæ fœlicitatis tam prolixæ deceant

Granado. peregrinationes? Granado occurrit controuersia 8. in 1. parte, tractat. 9. disputat. 2. num. 4. affirmans; si tunc aliqui ad arborem vitæ peruenire non valerent, aliis viis & rationibus præseruaturum eos Deum à morte; verùm quis suauior, & congruentior modus, quàm vt variis terrarum partibus lignum vitæ pullularet, vt indicat Bomfrerius io cap. 2. Genes. vers. 8. §. *nota verisimile*, &c. itaque germina salutiferæ arboris sic disponerentur locis opportunis, vt sine molestia à quibuscumque adiri possent, sed quanto tempore viuerent, quibus tam efficax medicina in promptu erat? non vltra centum annos com-

Bellarm. Suarez. Arriaga. moraturos in Paradiso terrestri existimant Bellarminus libro vnico de gratia primi hominis; cap. 19. §. *ad secundam obiectionem*, &c. Suarez de opere sex dierum, lib. 5. cap. 12. num. 8. in fine. Arriaga tom. 2. in 1. part. disput. 43. sect. 8. num. 49. verùm certè ad tam breuem annorum terminum quid opus ligno vitæ? an cibi quotidiani generosi, & nobiles, videlicet arborum Paradisi non satis essent? equidem si prima mundi ætate victus, quem terra suppeditabat, vitam nonnullis io mille fermè annos protrahebat, quid putamus, (ait Valles de sacra Philosophia cap. 6.) de ligno vitæ, an non in duplum protenderet? & quidem io decuplum, iuxta Pereiram lib. 3. io Genes. disputatione de Paradiso, quæst. 3. num. 74. Sed nimium est decem mille annis visionem beatam differri electis; Abulensis io cap. 13. Genes. quæst. 166. ad duo, vel tria millia annorum superuicturos cogitat, & idem fermè Maluenda de Paradiso, cap. 74. Verùm, aliud est quid lignum vitæ conferre ad sanitatem, & longitudinem dierum possit, aliud quantum merendi spatium habere voluit Numen transferendi è terrena habitatione ad cælestem? arboris quidem fructus vitam in centum mille annos prorogarat, imò in perpetuum, vt suprà firmauimus, sed merendi tempora à Deo limitata fuere; verisimile tamen est hanc periodum nequaquam centum annis terminatam; quippe lignum vitæ ad senectutem propulsandam specialiter concessum est, quemadmodum ex Augustino didicimus, sed in statu illo fœlici naturæ integræ, & hominis incontaminati, non fatiscebant vires, tum citò nec canis adspergebatur caput: senectus igitur post quingentos aut octingentos annos pedem inferret, vt Mathusalem, & aliis etiam in statu naturæ lapsæ contigit; probabile est igitur duraturos in terris homines vltra mille annos, nonnulli duobus, aut tribus millibus annorum fortassè, quos toto eo tempore vegetos, & incolumes esse arbor vitæ faceret. Abulens. Maluenda.

26. *Enoch & Elias ligno vitæ aluntur.* Iam verò nec Paradiso nunc etiam deest præcipua ipsius gloria, scilicet, incolas habuisse rationales sanctitudine, & innocentia claros, nam Enoch & Eliam possidet, magna imprimis nomina ob iustitiam, & probitatem, de quibus intelligendus Alcimus Auitus lib. 1. carminum in Genesim,

*Proque reis dignè fœlici ab sede repulsis*
*Cælestes hac sancta cœpit nunc terra ministros.*

Quanquam autem ex Patribus nonnulli, speciatim Epiphanius hæresi 64. contra Origenem post fragmentum Methodij, Hieronymus epistola 61. ad Pammachium aduersùs Ioannem Hierosolymitanum cap. 10. Bernardus sermone 3. de ascensione Domini, significent Eliam & Enoch corporali aliquo non vesci cibo, sed liberos terrena grauedine, & corpore animi functionibus quoad alimentum, somnum, aliáve onera subdito, mentalem cum Deo semper agere familiaritatem, & hoc Suario verosimilius appareat tom. 2. in 3. part. disput. 55. sect. 1. conclusione 3. Verùm quid opus sit suprà status innocentiæ priuilegia aliud comminisci? rectè Augustinus lib. 1. de peccatorum meritis, & remissione contra Pelagianos cap. 3. *Ita fortassè in Paradiso pascuntur, sicut Adam priusquam propter peccatum exinde exire meruisset; habebat enim, quantum existimo, & de lignorum fructibus refectionem, & de ligno vitæ stabilitatem contra vetustatem*; quod etiam à S. Thoma insinuatur 2. sentent. dist. 29. quæst. 1. articul. 5. ad 4. Isidorus Hispalensis de vita, & obitu Sanctorum, cap. 3. loquens de Enoch; *meruit in eum locum transferri vnde fuerat Protoplastus exclusus, scilicet in æqualem habitationem beatæ vitæ*, nempè, vt quemadmodum Adam ibi Epiphan. Hieron. Bernardus. Augustin. S. Thom. Isidor. Hisp.

ibi incolumis perseueraturus erat in perpetuum si opus esset sumptione fructuum ligni vitæ immarcescibili florens robore ampmiata molestia qualibet carnis pœnam allatura, cur non Elias & Enoch eadem via sanitatem habeant indeficiente, nihilo per senium vigori, aut pulchritudini detracto? cur nouum & iugens fabricandum miraculum nunquam degustati cibi alicuius, quando naturali virtute arboris à vita nuncupatæ idipsum præstari queat; quamobrem ita absolutè contigisse docet Tostatus in 4. Regom cap. 2. quæst. 24. & Paradoxo 5. cap. 165. concinnè Augustinus lib. 9. de Genesi ad litteram cap. 6. *Neque enim arbitrandum est Heliam vel sic esse iam sicus erunt Sancti quando peracto operis die denarium pariter accepturi sunt; vel sic quemadmodum sunt homines, qui ex ista vita nondum emigrarunt, de qua ille tamen non morte, sed translatione migrauit; iam itaque aliquid melius habet quàm in hac vita posset; quamuis nondum habeat, quod ea hac vita rectè gesta in fine habiturus est*; igitur nec ad tantam peruenisse fœlicitatem vult, vt putetur beatitudine donatos, & gloria sanctarum animarum, quæ Deum facie ad faciem vident; nec tam exiguè prosperum, vt parum à conditione nostræ mortalitatis, verùm nostras supergredi tes longo interuallo, & statum, quem Adam in Paradiso habuit, quoad immunitatem à quacumque corporis molestia atque labore æmulari. Atque hæc quidem norma descripto Heliæ in Paradiso commoratu, facilius concipiatur ipsum adhuc viatorem esse, & mereri actibus omnium virtutum supernaturalium, in quibus ingiter, & ardentissimè versatur; quemadmodum Protoplastos, & eius nepotes si status iustitiæ originalis perseuerasset quoad iotetris vixissent, semper mereri possent; & in via esse, & promereri in Paradiso bonis operibus gratiæ & gloriæ postmodum dandæ incrementa Enoch, atque Eliam diiudicant Viegas in capite 11. Apocalypsi. commentar. 5. sect. 4. num. 3. Henriquez de vltimo fine hominis, cap. 23. littera N. Tenas in cap. 11. epistolæ ad Hebræos, difficultate 4. sect. 3. num. 17. Maluenda lib. 9. de Antichristo, cap. 9. Montesinos 12. quæstione 114. disputat. 35. quæst. 5. num. 84. Tannerus tom. 4. disput. 2. quæst. 4. dub. 1. num. 28. Franciscus à sancta Maria histor. Propheticæ lib. 1. cap. 28. num. 9. Michael Muñoz in Propugnaculo Heliæ lib. 3. titulo 2. cap. 2. artic. 1. num. 8. Nec inde sequeretur B. Virginis sanctitatem, & gratiam propè adæquaturos Enoch & Elias; ostendi quippe volumine 3. in Canticum Canticorum, vestigatione 32. num. 48. hominum omnium, & Angelorum gratiam collectiuè perpensam infra gratiam Beatissimæ Dei Genitrici largitam semper futuram; quòd si ne hic propè immensus cumulus non tantus futurus, haudquaquam de Heliæ, aut Henoch continuis luctis metuendum; cæterùm, cur Baptistæ & Apostolis sanctitudine pares non euadant, imò cur non vincant, qui Nomiois tanto æstnant amore, quibus omnia cooperantur vt iotensissimè diligant, non ita promptum est dicere. Quamobrem cùm Theologorum volgatus conceptos sit post intemeratam Dei matrem, quibus copiosior gratia infusa est, censeri Præcursorem Domini, Virginis Sponsum B. Iosephus Apostolos Christi, congruentius secûre opinamur illos, qui mereri in Paradiso Eliam & Enoch denegant; Suarez tom. 2. in 3. parte, disputatione 55. sectione 1. §. *sed quæres*, &c. & tom. 2. de gratia, lib. 12. cap. 15. à num. 9. Vasquez tom. 2. in 12. disputatione 216. cap. 4. ad finem. Gaspar Sanchez in 4. Regum cap. 2. num. 31. Zumel tom. 2. in 12. quæstione 114. articul. 1. difficultate 2. titulo, Maior præcedentium explicatio, §. *dices forsan*, &c. Ludouicus de Torres 2. 2. quæstione 2. articul. 9. disputatione 51. dub. 2. Cornelius Alapide in capite 5. Genes. vers. 24. Granado tom. 2. in 3. parte, controuersia 13. de Nouissimis, tractatu 1. disputat. 1. num. 4. Auersa 1. 2. quæstione 114. sectione 16. in principio; sed quid de Cherubin ante Paradisum voluptatis collocato, & flammea obarmato romphæa ad custodiendam viam ligni vitæ Genes. cap. 3. vers. 24. Fuisse enim ex Hierarchiis sanctorum Angelorum non esse dubium commonstrat Bellarminus libro vnico de statu primi hominis, cap. 19. Numquid ianuæ adhuc assidet prætorianus custos? puto non malè ratiocinari eos, qui cælestem spiritum, seu vnum, siue multos excubitores designatos cogitant eum in finem, ne Adam, qui in confinio Paradisi partem ætatis exegit alia rursus Diaboli tentatione deuictus, immortalis esse cuperet in statu naturæ lapsæ, vt talis fieri valeret, ingressum ad ligni vitæ fructus procuraret; eo autem in longinquas postea regiones profecto, aut post eius mortem cùm iter ad Paradisum ignoraretur; aut demum cùm illuc Enoch transportatus est, qui defendere possit Numinis speciali gratiæ aditus, desiisse Cherubin aditum intercludere, ipsiúsque & flammei gladij visionem terrificum demptam; sic Palacios in 2. sententiarum distinct. 17. disputatione 2. Maluenda de Paradiso, cap. 81.

Tostat.
Augustin.
Suarez.
Vasquez, & alij.
Cherubin an adhuc Paradisi custos.
Palacios.
Maluenda.



## DISSERTATIO IV.

### *De factis à Numine quarta mundanæ productionis luce.*



MOYSIS sic habet beatus calamus Genes. cap. 1. vers. 14 *Dixit autem Deus, fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem & noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terram; & factum est ita, fecitque Deus duo luminaria magna; luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti, & stellas, & posuit eas in firmamento cæli, vt lucerent super terram, & præessent diei, ac nocti, & diuiderent lucem, ac tenebras, & vidit Deus, quòd esset bonum, & factum est vespere, & manè dies quartus.*

## SECTIO I.

*An Sol, & Luna ortum cœperint quarta mundanæ productionis luce, an tantum decorem? qualiter ab eis tempora regantur, & sint naturalium effectuum signa? Quot in Zodiaco irradient, eorum qualitas, & discrimen. Quæ solstitia, & æquinoctia quatuor anni tempora, & in horum honorem quatuor factionum Romani Circi colores. Vnde anni initium, huius apud Ægyptios diuersa symbola Solis, & Lunæ cum sponso, & sponsa comparatio?*

1. *Sol & Luna, vnde tantum cœperint decorem.*

SVper his sacræ paginæ verbis disquiri imprimis consueuit, num Solis aureus ille, atque mirificè fulgens globus, ortum, primaque incunabula hac quarta sortitus fuerit die? vel retro auspicia nactus; scilicet cum cælo & terra primordiali sex dierum Orbis luce, ornatum, quem tunc assequutus non sit, modò accipiat, & ex nonnihil informi decorus redditus sit? qua nos in controuersia eas tuemur partes, quæ Solem ante quartam mundi diem, nunquam editum, defensant; quod pro virili anteactis differtationibus commonstrauimus, nempè differtatione 1. sectione 6. num. 43. Num verò sydera ex ignis compacta sint elemento, declarauimus differtatione 2. sectione 1. num. 1. quo loci cùm ostenderimus ex Patrum sententia cælum æthereum, seu firmamentum, quod stellarum aula, & capitolium est, ex aquis compaginatum, de astrorum conflatione idem censemus, ex aquæ pariter elemento coaluisse; quanquam enim à firmamento, seu astriferis orbibus, simul & ipsa inter se ratione formarum, & proprietatum specie differant; materiam tamen vt specie diuersum adscribamus, nihil vrget. nam vt inde colligas ex natura, & ab intrinseco corruptibilia futura; quemadmodum de cælis statuimus corruptibiles eos putandos, atque huius pronunciati conspicuos numerauimus testes differtatiõne 2. sectione 2. num. 9. itidem de Planetis, & in errantibus stellis dictum habito; siue igitur ex firmamenti nonnulla portione, seu quod maximè vero accedat, ex aquarum, quæ super cælos relictæ fuerunt copiosis inundationibus, sydera materiam desumpserunt, & comproducta sunt; quónam autem more se gerant, num orbibus affixa, non nisi ad sphæræ conuolutionem moueantur? an magis ipsa se impellant, atque in firmamento velut in pelago squamosum pecus, transcurrunt? quot numero? quantæ magnitudinis? lucem cui acceptam referant, præcedenti differtatione indagauimus. Cæterùm, qualiter à Sole, & Luna, & tædiferis stellarum agminibus tempora regantur, placet describentem auscultare Theophilum Alexandrinum Episcopum epistola 3. Paschali: Dies & nox certis horarum sibi succedunt spatiis, paulatimque decrescentes, quod amittunt, recipiunt, & quod recipiunt, tribuunt, ad eandem mensuram bis in anno conuenientes, nec manent in eodem statu, sed breuitate, & longitudine horarum momenta discriminant, vt vtilem mundo faciant temporum diuersitatem; namque dies ordine, & circulo suo de noctis temporibus mutuatur, & rursum nox recipit, quod largita est; dumque vicissim & tribuunt, & recipiunt, & Orbe quodam quod paulatim amiserant decrescentes, sensim crescentes recipiunt, Creatoris Dei interpretantur sapientiam; atque in hac vicissitudine spatiorum vel menstruus Lunæ Orbis efficitur, vel Solis sua per vestigia reuertentis annus impletur dum crescunt, atque decrescunt, & lapsui præteritorum futura succedunt, eadem semper, atque alia tempora commutantur; Lactantius libro de ira Dei, cap. 13. Sol irrequietis cursibus, & spatiis inæqualibus orbes annuos conficit, & aut Oriens diem promit ad laborem, aut Occidens noctem superinducit ad requiem, & tum abscessu longiùs ad Meridiem, tum accessu propiùs ad Septentrionem, hyemis, & æstatis vicissitudines facit; Luna quoque nocturni temporis gubernatrix, & amissi, & recepti luminis vicibus menstrua spatia moderatur, quibus consonat Magnus Basilius homilia 6. in Hexaëmeron. Ambrosius lib. 4. Hexaëmer. cap. 5. in fine. Beda de ratione temporum, cap. 33. Rabanus lib. 10. de vniuerso, cap. 11. Isidorus Hispalens. tractatu de natura rerum, cap. 7.

2. *Qualiter ab eis tempora regantur, & sint naturalium effectuũ signa.*

Modum etiam solaris cursus nobis affabrè tradit Claudius Ptolomæus in quadripartito libro 1. cap. 12. inquiens; prima namque signorum differentia est, quòd quædam eorum Tropica, quædam æquinoctialia dicuntur; Tropica namque duo sunt, gradus scilicet 30. qui æstiualis solstitij punctum sine interuallo sequuntur, & sunt Cancri gradus, & alij etiam 30. gradus puncto hyemalis solstitij ordinatè succedentes, qui sunt Capricorni gradus; hæc autem idcircò his nominibus designantur, quoniam illud in his euenire manifestum est, nempè Sol cùm ad istorum duorum signorum initia peruenerit; versùs motum, qui est in latitudine contraria motui, quem priùs habuit, tunc conuertit; cúmque fuerit in Cancro æstatem, in Capricorno verò facit hyemem; æquinoctialia quoque duo sunt signa, videlicet signum Æquinoctij vernalis punctum loco proximo subsequens, suntque gradus arietis, & signum autumnalis æquinoctij punctum ordinatim succedens, quod est signum libræ; hoc quidem nomen sortiuntur ex hoc, quod in eis indubitanter euenit; cùm Sol enim eorum ingreditur initia, nocti dies vbique coæquantur; de iisdem terminis succinctè sextus Empyricus lib. 5. aduersùs Mathematicos, cap. 1. aliàs lib. 1. cap. 21. & Tropica quidem, seu mutatoria signa sunt, in quibus cùm Sol fuerit, transmutat, & facit ambientis aëris conuersiones; eiusmodi sunt Aries, & quod ei aduersatur ex diametro, nempè Libra, Capricornúsque, & Cancer; nam in Ariete quidem verna fit conuersia, in Capricorno hyemalis; in Cancro verò æstiua, & in Libra autumnalis. Iulianus Imperator oratione 4. de Sole: Maiores nostri caput anni illigati consentaneè iusserunt, quando Rex Sol extremo meridiano limite derelicto, rursùm ad nos reuertitur, & ad Capricornum *Empyricus.*

pricornum tanquam ad metas, cursum reflectens, ab Austro ad Septentrionem progreditur, vt annua commoda nobis impertiat; has Solis remeationes ob tropicos circulos pulchrè Salomon expressit Ecclesiastæ cap. 1. vers. 5. *Oritur Sol, & occidit, & ad locum reuertitur, ibique renascens gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem, lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur*; est autem eorum verborum apta interpretatio Caietani docentis: circuitus Solis secundùm vtrumque motum Solis affertur; de motu itaque Solis, qui appellatur *diurnus*, dicit; *oritur Sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur*: de motu verò Solis in Zodiaco, subiungit, *vadit ad Meridiem*, hoc est, ad Tropicum Capricorni, & circuit ad Aquilonem, hoc est, ad Tropicum Cancri; modus verò, quò vadit ad Austrum, & Aquilonem, describitur, subiungendo, circumiens; non enim per lineam rectam mouetur Sol à Tropico in Tropicum, sed multiplicando circuitus per modum lineæ Helicæ. Porrò Zodiaci signa, vt memorat Sacroboscus cap. 2. Sphæræ, alia Borealia siue Septentrionalia habentur; illa nimirum, quæ sunt à principio Arietis vsque ad finem Virginis; alia meridionalia, vel australia, seu antarctica reputantur, quæ sunt sex signa à principio libræ vsque ad finem piscium; vocatur igitur Tropicus Cancri Arcticus, siue Septentrionalis, quia tum percurrit Sol Borealia signa; appellatur verò Tropicus Capricorni australis, quia tum permeat signa meridionalia; Tropicus Cancri nuncupatur æstiualis, quoniam Sol tum primum gradum Cancri tenens, efficit æstiuam conuersionem, & dies anni longissimos, noctes breuissimas; Tropicus Capricorni Brumalis æstimatur, quia Sol primum Capricorni gradum intrans, hyemalem inducit conuersionem, & tunc eo à nostris discedente partibus, dies breuissimi fiunt, non longissima euadit: cernis igitur, quam affabrè Salomon descripsit, dum gyrare per Meridiem, & flecti ad Aquilonem refert de Sole, innuens, vt eum obseruant ad locum Pineda, & Alapide, snouum eius motum, & accessum, atque recessus inter Tropicos Cancri, & Capricorni, cùm iam in signis meridionalibus, iam in Borealibus versatur, vt eleganter insinuat Theophilus Alexandrinus epistola 3. Paschali, dicens; *Quis verò possit digne sermone exprimere Solis cursum, & anni circulum rationi menstrua congruentem dum per quatuor voluitur tempora, & in se semper reuertitur, eadémque mensura conscendit, atque descendit, & æterno ordine labitur; vt quod Lunare spatium triginta diebus implet, & noctibus, hoc Solis cursus spatio anni vertentis reficiat? cúmque ad æqualitatem diei, noctisque peruenerit, & parumper in libra iusti cursus steterit, festinat ad inæqualitatem, deserens ad quod peruenerat*; quod puto Ecclesiasten, (ne de alienis nostra fontibus hauriamus,) in volumine suo dicere, gyrans gyrando vadit spiritus, & in circulos suos reuertitur spiritus; Solis cursum significantem, eadem tempora rota in semet reuertitur, rediens ad ea, vnde profectus fuerat; breui clausula D. Hieronymus commentario in Ecclesiastæ capite 1. Hinc possumus æstimare hyemis tempore Solem ad meridianam plagam currere, & per æstatem Septentrioni esse vicinum.

Eccl. 1.5.

Theophil. Alex.

S. Hieron.

3. Sol etiam dum præfato more graditur, quatuor etiam celebres. Anni cardines profert, duo nempè solstitia, & totidem æquinoctia, verna- lia scilicet, & autumnalia; quatuor etiam temporum membra, ver, æstatem, autumnum, hyemem, de quibus Varro lib. 1. de re rustica, cap. 27. Seruius in illud primi Georgicor. *Humida solstitia*, &c. Isidorus Hispal. origin. lib. 5. cap. 34. Beda de ratione tempor. cap. 33. atque hanc ob causam quadriga triumphare vetus fabula concepit; Fulgentius in Mythologico ad finem libro 1. titulo, Apollo, &c. Huic quoque quadrigam adscribunt, eam ob causam, quod aut quadripartitis temporum varietatibus anni circulum peragat; aut quod quadrifido limite diei partiatur spatium: Isidorus Hispal. etymolog. lib. 18. cap. 36. Quadrigas ideò Soli adiungunt, quia per quatuor tempora annus vertitur, ver, æstatem, autumnum, hyemem; bigas Lunæ, quoniam gemino cursu cum Sole contendit; siue quia & die & nocte videtur; sed hac de materia ingenioso lusit carmine Corrippus Africanus lib. 1. de laudibus Iustini Minoris Augusti cap. 17.

*Quatuor celebres anni cardines.*

*Quatuor membra tempestat.*

Varro. Seruius, & alij.

Corrippus.

*Solis honore noui grati spectacula circi*
*Antiqui sanxere Patres, qui quatuor esse*
*Solis equos quadam rerum ratione putabant,*
*Tempora continuò signantes quatuor anni,*
*In quorum specie, signis, numerisque, modisque*
*Aurigas totidem, totidem posuere colores,*
*Et fecere duas stadia in contraria partes*
*Vt sunt æstiuis brumalia frigora flammis.*
*Nam viridis vernus campus, seu concolor herbis*
*Pinguis oliua, comis luxu nemus omne virescit*
*Æstatis roseus rubra sic veste refulgens,*
*Vt nonnulla rubent ardenti poma colore*
*Autumni venetus ferrugine dives, & ostro*
*Maturas vuas, maturas signat oliuas,*
*Æquiparans candore niues, hyemisque pruinam,*
*Albicolor viridi socia coniungitur vna.*

Corrippi Musam firmant quæ Cassiodorus habet lib. 3. variar. formula 51. inquiens, colores autem in vicem temporum quadrifaria diuisione fundantur; prasinus virenti verno; venetus nubilæ hyemi, russeus æstati flammeæ, albus pruinoso autumno dicatus est; vt quasi per duodecim signa digrediens annus integer signaretur; sic factum, vt naturæ ministeria spectaculorum composita imaginatione luderentur; biga quasi Lunæ, quadriga Solis imitatione reperta est; equi desultorij, per quos Circensium ministri missos denunciant exituros, Luciferi præcursorias velocitates imitantur; sic accidit, vt dum se colere astra putarent, religionem suam ludicra similitudine profanarent, &c. atque his comparationibus particula illa, *vt sint in tempora*, nonnihil illustrata est; quod autem associatur, *vt sint in signa*, quid portendant astra, & quibus eorum physica, & naturalia, (quo solùm genere pollent, nam de futuris cōtingentiis quæ à voluntate pendent, nihil repræsentant,) prognostica deseruiant, exponit S. Basilius homilia 6. in Hexaëmeron; nam si non vltra modum signa quispiam, quæ ab ipsis proficiscuntur, exploret, vtiles ipsorum obseruationes inuenerit,

inuenerit, quas experientia longa probauit; complura cuique sanè de imbrium alluuione, complura de siccitatibus, complura de flatuum agitationibus, aut in parte, aut in vniuerso, vehementioribus, ac leuioribus discere licet, & paulò inferiùs; quanto autem emolumento sint vitæ humanæ, quantamque vtilitatem eidem præstent tales ex hisce luminaribus obseruationes, quis ignorat? licèt nautæ suam intùs in portu continere nauem ex ventorum agitatione ventura pericula præuidenti: licèt viatori incommoda cæli vitare ex ipso cælo tristitia mutationem aëris expectanti; licèt & agricolis, qui in serendis seminibus, cultúque stirpium elaborant, omnium hinc officiorum, operúmque suorum exercendorum opportunitatem, tempúsque

S. Thom. semper idoneum inuenire, &c. consonat S. Thomas 1. parte, quæst. 70. art. 2. quibus de Prognosticis legendi Ptolomæus in quadripartito lib. 1. cap. 13. & Iouianus Pontanus lib. 1. Vraniæ, siue de stellis, pag. 6.

4. *Sol & Luna.* Illud tamen clarissimorum sydērum; imprimis Solis atque Lunæ præstantissimum ministerium, annos constituere cum mensibus, ex quibus conflantur; *Basil.* Basilius homilia 6. de opificio mundi; sed ad annos agendos Sol, atque Luna principes sunt constituti; nam Luna cùm duodecies suum peregerit cursum, effectrix est anni, excepto mense intercalari, cuius egere persæpè ad exactissimum temporum agendum concursum; solaris autem annus est, cùm ad idem Sol punctum, siue signum, vnde profectus est, suapte *Ambrosf.* motione redierit, & Ambrosius lib. 4. Hexaëmeron. cap. 5. *Solstitialis annus.* solstitialis quoque annus est, cùm Sol expleto per omnia signa circuitu, in id, vnde principium cursus sui sumpsit, recurrit; quónam ex Zodiaci signo Phœbus primum solueret, qua anni tempestate cursum ordiretur, non vna Gentium opinio extitit, contendentibus nonnullis à verni temporis amœna iucunditate annum inchoandum, aliis in autumnum transcribentibus, quibusdam per hyemem auspicantibus, *Iulian. Imp.* vt Iulianus Imperator suggerit oratione 4. de sole; etenim anniuersarij circuitus initium quidam ab Æquinoctio verno repetunt, quidam ab æstate media, plerique ab inclinante iam Autumno; expressiùs Isidorus Hispalens. *Principium anni petendum.* libro de natura rerum, cap. 6. principium autem anni alij à bruma petunt, vt populi Romani; alij ab Æquinoctio verno, vt Græci; alij ab autumno, vt Ægyptij, id latiùs prosequitur Iouianus Pontanus lib. 1. Vraniæ, seu de stellis, titulo, de annorum varietate; licèt igitur in assignando solstitialis cursus principio diuersitas extiterit, id tamen communi receptum suffragio, annum haud absolui donec Phœbus ad easdem verteretur metas, quas primùm deseruerat; quare orbem & circulum conficiebat, qua de *Anni etymologia vnde.* causa, & anni etymologiam inde sumunt, & Hieroglyphico repræsentant; Isidorus Hispal. lib. 5. originum cap. 26. annus est Solis anfractus, cum peractis CCCLXV. diebus, ad eadem loca sydērum tendit; annus autem dictus, quia mensibus in se recurrentibus voluitur; *Annulus quasi annus, id est, circulus.* vnde, & annulus quasi annus, id est, circulus, quòd in se redeat, Virgilius, *Atque in se sua per vestigia voluitur annus*; sic enim apud Ægyptios indicabatur ante inuentas litteras picto dracone caudam suam mordente; quia in se recurrit, &c. Quòd de circulo scribit, ex Varrone stabilitur lib. 5. de lingua Latina, aienre, tempus à bruma ad brumam dum Sol redit, vocatur annus; quia vt parui circuli, annuli; sic magni dicebantur circites, anni, vnde annus, & quidem quid circites, exponens Festus de significationi- *Festus.* bus verborum, Circites, (dicit,) circuli ex ære facti; *Circites, ex ære facti circuli.* alterum de serpente in caudam reuoluto indicatur à Seruio in illud 5. Æneid. *septem ingens gyros*, &c. Annus enim secundùm Ægyptios significabatur ante inuentas litteras picto *Annus secundùm Ægyptios quid.* dracone caudam suam mordente, quia in se recurrit; Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 14. *Macrob.* Hinc Atteius Capito, annum à circuitu temporis dictum putat, quia veteres *Am* pro circum ponere *Annus à circuitu.* solebant, vt Cato in originibus oratorum; cui adstipulatus Beda de ratione temporum, cap. 34. Annus vel ab innouando cuncta, quæ naturali ordine transierant, vel à circuitu temporis nomen accepit, quia *Am* pro circum ponere solebant, vt Cato dicit in originibus oratorum; Nonnus Dionysiacorum lib. 40. vers. 376. Solem *Sol temporis filius.* appellat filium temporis, annum duodecim mensium voluentem, circulum post circulum agentem; & Corrippus Africanus lib. 1. de lau- *Corrippus.* dibus Iustini minoris Circi cum anno similitudinem exprimens, cap. 17. pangit

*Ipse ingens Circus, plenus seu circulus anni*
*Clauditur in teretem longis anfractibus orbem.*

benè Orbis, quoniam in se redit, & sphærica imitatur, Georgicor. 2. vers. 402. Maro, *Virgil.*

——— *redit agricolis labor actus in orbem.*

Rotæ proinde non incongruè collatus; Seneca *Seneca.* in Hercule furente actu primo, vbi chorum introducit, *volucrique die, rota præcipitis voluitur anni*; & Prudentius in Peristeph. hymno 12. de Petro & Paulo Apostolis, *vt teres Orbis iter flexi rota percurrit anni*; habes annorum insignem descriptionem apud Claudianum lib. 2. de laudibus Stiliconis sub finem vers. 425. vbi serpentis, quo vsos emblemate Ægyptios monuimus, comparatione facta, inquit; caudámque reducto ore vorat, tacito relegens exordia lapsu, significans orbem imitari draconem, annum quo circulum facere declararet.

5. Quamobrem non inuenustè coronæ symbolo repræsentatur quoque, quo pacto Proclus in *Corona symbolum.* Chrestomatia dixit, coronas annum cursum denotare; vnde regius Psaltes Psalm. 64. vers. 12. *Ps. 64. 12.* *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate*; ibi commentarius B. Hieronymi cum nomine, circulum, & semper in se currentia anni tempora, coronam vocauit; sed ve- *Corona, anni circulus.* rum authorem proferamus Isidorum Pelusiotam lib. 2. epist. 158. Martiniano, Zozimo & aliis: Quod autem tempus, rotam appellauit, propter *Rota, de tempore.* orbicularem, ac rotundam figuram, (in seipsum enim voluitur,) confirmat Psalmista, qui coronam ipsam nominauit, dixitque ad Deum, *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ*, nam hîc quoque ab orbiculari figura tempus corona meritò nuncupatum est, Solis igitur corona annus est, quem ob titulum sponsus nuncupatur à Dauide Ps. 18. vers. 6. *& ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam*, &c. Cy- *Cyrillus.* rillus Hierosolymitanus Catechesi nona; cuius matutinos ortus describens Psaltes dixit, *& ipse tanquã sponsus procedens de thalamo suo*; splendoris illius proportionem pro ipsius modo apparentis in

in cælo descripsit. Porrò sponsus non nisi coronatus prodit è thalamo, monstraut fusè tomo 3. in Canticum Salomonis vestigatione 27. num. 16. quare Isaiæ cap. 61. vers. 10. & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona; Phœbi autem sponsa Lunæ reportanda, nam & ipsa coronam gestat, suum nempè habens annum modò duodecim, modò tredecim mensium; tales nominauit duo magna cælorum luminaria incertus Autbor sermone in adoratione venerandæ Crucis apud Gretserum tom. 2. de Cruce, tractatu de exaltatione sanctæ Crucis 5. *qui ad crucem accedere*, &c. firmamentum vocatur ab illo; liber aureis litteris exaratus, astris quasi argenteis filis intertextus, cæruleus thalamus, & conclaue igneum; in quo Sol & Luna vt sponsus, & sponsa præsident. Denique hinc meliori titulo Phœbus Rex nuncupatur, Luna Regina, quàm ob radiorum eiaculationes, nam & aliis syderibus pariter concessum radios diffundere; sextus Empyricus lib. 5. contra Mathematicos cap. 1. loquens de Chaldæis Astrologis, ait: Cæterùm septem quidem stellis arbitrantur præesse Solem, & Lunam: minorem autem his vim habere ad eorum, quæ efficiuntur, euentus, quinque reliquas; quam ob causam Ægyptij Regi quidem, & dextero oculo Solem assimilant; Reginæ autem, & sinistro oculo Lunam; lictoribus autem & satellitibus quinque stellas; reliquo autem populo alias inerrantes; Philo quidem Hebræus libro de mundano opificio, adstruit; cùm vniuersum tempus distributum sit in duas partes, diem, & noctem; diei præfecit Pater ille Solem tanquam magnum Regem; nocti verò Lunam cum cæterarum stellarum multitudine. Mundi principale regimen, sydetum, cælique rectorem vocat Plinius lib. 2. cap. 6. Mundi caput intitulauit Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 19. Regem frequenter appellat Iulianus Apostata oratione 4. de Sole vide quædam eundem in scopum apud Carolum Paschalium lib. 9. de coronis, cap. 14. Lunam quoque Reginam bicornem Horatius in carmine seculari nuncupat. Reginam quoque salutat Apuleius lib. 11. de Asino aureo: equidem Ieremiæ cap. 7. vers. 18. Iudæi, qui ad idololatriam deflexerunt, reprehenduntur ob placentas, quas Reginæ cæli offerebant; ob eadem sacrificia Propheta rursùm increpat, cap. 44. vers. 18. Quæ autem intelligenda sit Regina cæli, Hieronymi commentarius in illud cap. 7. Hieremiæ. Nónne, &c. Lunam esse statuit; ergo Reges & Regina Sol atque Luna, diadematis vice anniuersario orbiculari curriculo tanquam corona decorantur.

*Solis & Lunæ cum sponso, & sponsa comparatio.*

Plinius. Apuleius.

* * *

## SECTIO II.

*Quibus mensibus annus fuerit descriptus à diuersis, & quot diebus mensis? Distributionem anni quis primùm inuenerit? Cur Ianus bifrons; eius statua facie quadruplici. Noë rationem temporum edocuit, & ante eum Enoch syderalem scientiam monstrauit. De diebus, horis, & minutis nostri anni. Dies intercalares. Bissextum quando recurrat.*

Statuimus annum ad easdem, à quibus prosiliit, redire metas, circulum, & rotam conuolutione Solis atque Lunæ facere; his autem difficile est combinare annorum descriptiones, quibus veterum non paucos vsos fuisse memoria est; Censorinus de die natali, cap. 19. & in Ægypto quidem antiquissimum ferunt annum bimestrem fuisse, pòst deinde ab Isone Rege quadrimestrem factum, nouissimè Arminon ad tredecim menses, & dies quinque perduxisse; item in Achaia Arcades trimestrem annum primò habuisse dicuntur; Cares autem, & Acarnanes semestres habuerunt annos; Lactantius lib. 2. diuinar. institut. cap. 12. ait Varronem tradere, apud Ægyptios pro annis menses haberi; eos quidem annum cum Lunæ senio finire Plinius refert lib. 7. cap. 48. testatur ipsum hoc Xenophon in Æquiuocis, qui Iberos, annos renuisse quadrimestres adiungit; hæc ipsa fermè indicant Plutarchus in Numa. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 12. Solinus in Polyhist. cap. 3. Theodorus Gaza libro de mensibus, cap. 8. Augustinus lib. 15. de ciuitate Dei, cap. 12. lusit carmine Iouianus Pontanus lib. 1. Vraniæ, siue de stellis.

6. *Annus quibus mensibus descriptus à diuersis, & quot diebus mensis.*

Lactant. Plinius. Xenoph. Plutarch. Macrob. Solin. Gaza. Augustin. Pontan.

*Dicendum & variis fuerit qui gentibus annus*
*Ægypti primi veteres fecere bimestrem,*
*Mox que quater geminis complerunt mẽsibus, inde*
*Per bissena pari duxerunt sydera tractu*
*Arcades*, &c.

Certè à quacomque tempestate anni ducatur initium, quatuor temporum facere varietatem omnia testantur climata, Ver nimirum, æstiuos calores, Autumnum & Brumam, nec dico vt sub omni cælo harum anni partium eadem sit constitutio, alibi enim frigora longum dominantur, alibi torret diutissimè Phœbus, plerisque tamen regionibus ad tres fermè menses perstant assignata anni membra, vt suggerit Varro lib. 1. de re rustica, cap. 27. Quónam ergo pacto contingere potuit annum, qui non prius absoluebatur, quàm præfatis quatuor exactis temporibus vno, vel quatuor, aut sex clauderetur mensibus? Respondet Onuphrius Panninus comment. in lib. 1. Fastorum pag. 135. 5. de anno vertente, intelligendum speciatim de Ægyptiis, quando rudea & ineuiti erant; verùm tam obtusos aliquando fuisse, vt annum cum menstruo Lunæ circuitu definirent, credi vix queat; probabilius nonnihil, quod quidam coniectantur, Ægyptiorum Poëtas eam sibi vendicasse licentiam, quo mensibus

Varro. *Quæstio.* *Responsio.*

pro annuo curriculo receptis, ipsi mortalium antiquissimi haberentur; ita subindicant Diodorus Siculus lib. 1. Biblioth. cap. 32. Plutarchus in Numa. Plinius lib. 7. cap. 48. Theodorus Gaza libro de mensibus, cap. 8. Lactantius tanquam fabulosam contemnit lib. 2. diuin. instit. cap. 12. id quod etiam Petrus Viola facit tractatu de veteri, nouáque Romanorum temporum ratione, pag. 5. Respondeti insuper valeat, mensium inæqualitatem olim difformem admodum extitisse, Censorinus de die natali, cap. 22. At ciuitatum menses vel magis numero dierum inter se discrepant, sed dies habent vbique totos; apud Albanos Martius est sex & triginta, Maius viginti, & duum, Sextilis duo de viginti, September sedecim; Tusculanorum Quintilis dies habet triginta sex; October triginta duos; idem October apud Aricinos triginta nouem; & Plutarchus in Numa tradit, sub Romuli imperio, mensium quosdam nec viginti constasse diebus, alios quinque & triginta numerasse, alios plus etiam excreuisse; ergo suspicandum quanquam annuo spatio non assignauerint nisi duos, vel tres menses, hos tamen in paucos menses tot coacervasse dies, quot Sol producit dum Zodiaci omnia percurrit signa, qui cùm sint trecenti sexagintaquinque dies cum quadrante, eorum mensium vnusquisque vltra centum dies progredietur. Quamobrem non rectè illi, qui Patriarcharum ætas ne stupori sit, quòd millesimum nonnunquam attingeret annum, Genesis cap. 5. annum nescio quem paucorum mensium commenti sunt, quasi indicant nostris comparatos omnia minorem longè factorum numerum; nam esto, mensium non nisi quatuor, vel sex distinctio appareter, sed hi toi claudebant dies, quot annus communis modò, vt expendunt Lactantius lib. 2. cap. 12. Augustinus lib. 15. de ciuitate, cap. 14. Isidor. Hispal. tractatu de natura rerum, cap. 4. Quemadmodum licèt Mexicani anno statuerent menses decem, & octo, vt refert Acosta libro 6. de histor. morali Indor. cap. 2. non tamen anno plures adscribebant dies, quàm trecentos sexaginta quinque, quibus menses accommodabant.

Siculus. Plutarch. Plinius. Gaza. Lactant. Viola.

Lactant. Augustin. & alij.

7. *Distributio anni quis primum inuenerit.* Sed anni tam mirifica distributio quibus mortalium adscribenda est? cui Genti prima desferenda gloria? Hanc deberi laudem Ægyptiis indicant Diodorus Siculus lib. 1. Biblioth. cap. 32. pag. 46. de Thebæis enim, qui Thebas, seu Heliupolim Ægypti splendidissimam vrbem inhabitabant, loquutus, ait, vetustissimos omnium mortalium se esse prædicant; apud quos omnium primos Philosophos, & exactior Astrologia sit inuenta, adiuuante ipsos terræ situ ad ortus, & occasus syderum illustriùs cognoscendum; modóque peculiari menses, & annos apud se ordinatos esse; de iisdem Laërtius lib. 1. in vita Thaletis Philosophi edoctum per ipsas licet anni tempora, illorumque vicissitudines primùm inuenisse ferant, eumque in trecentos sexaginta quinque dies diuisisse; Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 12. Anni certus modus apud solos semper Ægyptios fuit; aliarum gentium dispari numero, pari errore nutabat; Iulianus Imperator oratione 4. de Sole excusans anni apud Romanos primis temporibus confusionem, inquit; quippè nondum illis erant canonum adeò limata subtilitas cognita; quos à Chaldæis, &

Laërt.

Macrob. & alij.

Ægyptiis repertos Hipparchus, & Ptolomæus absoluerunt, &c. Herodotus lib 2. seu in Euterpe sub initio; omnium hominum primos Ægyptios annum comperisse, distinguentes eum in duodecim temporum menses, & hæc comperisse ex astris. Theodorus Gaza libro de mensibus, cap. 9. Primi autem omnium Ægyptij ad Solem duodecim mensibus vsi videntur, &c. Clemens Alexandrinus Stromatum libro primo, primi Ægyptij lucernas accendere docuerunt, & annum in menses duodecim diuiserunt: quæ ex Clemente profert Eusebius Cæsar. lib. 10 præparatione Euangelij, cap. 6. Theophilus Alexandrinus Prologo ad Theodosium Imperatorem de sancto Paschate; Ægyptij enim primi propter Lunæ celeritatem, ea qua apud quosdam dierum error nasci solebat, ea Solis cursu menses, ac dies supputando faciliùs crediderunt, eò quòd Sol tardiùs cælum quàm Luna circumeat, atque possit faciliùs comprehendi; Theophili sententiam exhibent Beda de ratione temporum, cap. 9 Isidorus Hispalens. lib. 5. originum, cap. 33. Honorius Augustudonensis lib. 1. de Philosophia mundi, cap. 85. Ægyptum Astronomiæ parentem nominat; verùm hac in re id exploratum est, quod suggerit Clauius præfatione ad commentarium in cap. 1. Sacrobosci, huius de anni fabrica scientiæ, quemadmodum & aliarum disciplinarum Doctorem primum Adamum fuisse; at hominum præter octo animas submersis omni genere cùm alias restauraret artes Noë, tum syderalem edocuit facultatem, & annum iusta pro norma diuisit, vti de illo memorat Berosus Ioannis Anoij lib. 3. docuit item illos astrorum cursus, & distinxit annum ad cursum Solis, & duodecim menses ad motum Lunæ; qua scientia prædicebat illis ab initio, quid in anno, & cardinibus eius futurum contingeret, &c. atque in his quidem Berosi meritò recipienda fides; nam quemadmodum peritè statuit Abulensis in cap. 6. Genes. quæst. 14. Noë constitutus fuit Patriarcha, vel principium generis humani restaurandi; sicut Adam fuit Patriarcha generis humani nouiter procreandi, & dilatandi; similibus igitur disciplinarum præsidiis instructum esse decuit Noachum; qualibus Protoplastum imbutum fuisse recipimus, quo posteros omnibus excolere notitiis honestarú artium, & facultatum valeret; atque id quidem, quod Noë appellatum Ianum eodem memorat loco Berosus, huiusque ficti Numinis cum vocabulo mentitis adscriptum Dija eundem à Paganis plerique Scriptorum annuunt; iam verò quanta dispositorum per Ianum temporum, anni speciatim argumenta, aius ex statua, & templis colliguntur; quadrifrontem pinxere, vt suggerunt Augustinus lib. 7. de ciuitate, cap. 4. Isidor. Hispal. lib. 8. originum cap. 11. Is autem desumpsit ex Seruio Grammatico; in illud Æneid. 7. *sunt geminæ belli portæ*, &c. Supponens vulgatem Iani bifrontis descriptionem, subnectit; postea captis Faliscis, ciuitate Thuscię, inuentum est simulachrum Iani cum frontibus quatuor; vnde, quod Numa instituerat, translatum est ad forum transitorium, & quatuor portarum vnum templum est institutum: cur autem tot vultus Iani ostenderet statua, explicat ibidem, dicens: Ianum sanè apud aliquos bifrontem, apud aliquos quadrifrótem esse, non mirum est; nam alij eum dici dominum volunt,

Beda. Isidor. &c.

*Ægyptus Astronomiæ parens.* Clauius.

*Adamus anni fabricæ primus Doctor.*

*Ianus bifrons.*

*Anni status facit quadruplex.* in quo ortus & occasus est; alij anni totius, qui in quatuor tempora constat esse diuisus; hoc quidem de quatuor anni partibus, vere, æstate, autumno, hyeme, cùm adprobasset Bartholomæus Marlianus lib. 4. Typographiæ vrbis Romæ, cap. 8. addit; vnde in singulis frontibus duodecim loculi, siue fenestræ spectantur; quæ videntur significare ipsum Diuum principium, & ianuam esse totius anni in duodecim menses diuisi; sed cardines relatos quatuor, annum constantes insigniter expressit Vetus simulachrum, cuius ex prisco rerum Mediolanensium historico Galuaneo à flamma delineationem exhibet in Mediolanensibus antiquitatibus Ioannes Antonius Castellionæ parte 1. fasciculo 1. pag. 6. inquiens: Caput fuit quadrum in modum trabis quadratæ; in primo quadro erat sculpta imago pueri iuuenis; in alio facies hominis; in alio facies senis; in alio facies viri decrepiti; & hoc significat, quod Ianus apud Subres distinxit annum in quatuor tempora; in ver, ecce pueritia; in homine æstatem; in antiquo, siue sene autumnum, in decrepito hyemem; & his quidem anni longiores periodi affabrè designantur, cæterùm in dierum gratiam, è quibus conficitur, mox superaddit; Illud idolum fuit dedicatum astro Solis, quia facit in anno 365. dies, & istud idolum habebat in manu dextera numerum CCC. & in manu finistra numerum LXV. qui numerus anno solari competit; testatur hoc ipsum Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 9. Plinius libro 34. cap. 7. sed ad 355. dies restringit; narrat Forcatulus lib. 1. de imperio Gallorum pag. 8. Phœnices principem Ianum venerantes in sacris, ac eius imaginem exprimentes, Draconem in orbem redactum effigiare solitos; quo emblemate denotari suprà indicauimus anni in se redeuntis circulum; quamobrem de Iano Martialis non absurdè, cùm lib. 8. epigrammat. 1. Fastorum Genitorem, Parthenémque nominat, & lib. 10. epigrammat. 27. annorum pulcherrimum satorem vocat.

*Macrob. Plinius. Forcat.*

8. *Noë rationem temporum edocuit.* His igitur characteribus expressus Ianus, quid Noë circa annos, menses, dies, variásque temporum formas, filios, atque nepotes, edocuerit, repræsentabat; verosimile quidem est illius, qui prodierant è fischa, & colonias in remotas terrarum oras duxerunt, modum anni constituendi tenuisse ex Astronomiæ veris principiis; sed multarum nationum Gentibus paulatim ad barbariem, & idololatriam deflectentibus, scientiarum pariter neglexerunt, & nec annos, nec menses nisi perturbatos habebunt; cùm verò apud Ægyptios traditarum à maioribus disciplinarum conseruandi honor esset, deficiente aliis in Prouinciis Philosophiæ, & bonarum artium amore, ibi sapientes inueniebantur, præsertim ex Sacerdotum genere, apud quos syderum notitia cum anno ritè dispofito florebat; atque hos fortasfè ob titulos creditum de ipsis primos extitisse, à quibus anni perfectior compositio manauit; sunt tamen è vetustate graues scriptores, qui ob litteratam apud Ægyptios Astronomiæ scientiam, & ignoratos annorum dies, quantamque aut Sol aut Luna cælestibus morarentur in signis, innuunt, eamque, quam postea gloriam consequuti sunt, vt in Astronomicis peritissimi haberentur, Abrahamo permagno Patriarchæ, acceptam referre debuisse; in Ægyptum enim descendentes, vt tradit Iosephus libro 1. antiquit. cap. 9. Numerorum eis scientiam, & syderum benignè communicauit; nam ante Abrahæ ad se aduentum Ægyptij rudes erant huiusmodi disciplinarum; quæ à Chaldæis ad Ægyptios profectæ, hinc ad Græcos tandem peruenerunt; quæ ex Iosepho transcribit Eusebius Cæsar. lib. 9. de præpar. Euang. cap. 16. proximè autem adhærente cap. 17. ex Eupolemo huc recenset in modum. Cæterùm, cùm apud Heliopolim Abrahamus Ægyptiorum Sacerdotum consuetudine plurimum vteretur, multa ipsos, nec non Astrologiam, quæque ad eam pertinent, omnia illo docente didicisse tradit; sic tamen eorum inuentionẽ Babyloniis, atque Abrahamo ipsi attribuens; vt principem illorum Authorem Enochum fuisse statuat; quippè, qui primus omnium Astrologiam inuenerit, non autem Ægyptij, alludit ad Enoch, qui fuit septimus ad Adam in linea nepotum Genes. cap. 5. vers. 18. atque in Paradisum transferri meruit, de quo Græcus glossarius apud Lippomanum in cap. 5. Genes. Hic verò primus dedicit litteras, & signa cæli, & conuersiones temporum, & menses litteris mandauit; Theodoreto autem adscribuntur catena Græca in Pentateuchum Francisci Zaphyri, vbi ad illud, *ambulauítque cum Deo*, &c. c. 5. Genes. Hic ille est Henoch, qui primus litteras didicit, primus descripsit cælestia signa, mensiúmque conuersiones obseruauit; etenim Seth Patriarchæ nepotes, (quin aliquem vnum specialem inuentorem distinguat,) narrat Iosephus lib. 1. antiquit. cap. 3. syderalem scientiam, ac cælestium rerum cognitionem excogitasse, quæ ne dilaberetur ex hominum memoriis, duabus inscripserunt columnis, altera lateritia, altera lapidea; sed damus hæc, nempè floruisse ante diluuium, qui Vranologia præcellerent, & ab Adamo deriuata præcepta primus fortasfè Enos cum methodo publicauerit; damus post cataclysmum non Abrahæ tribuendam originem Astronomiæ disciplinæ, sed venerando Noë; modò tantùm contendimus tam longè abfuisse Ægyptios à laude primæ inuentionis cursus astrorum & Solis, vt si cui palma deferenda esset, non eis, verùm Abrahæ, quo Magistro vsi fuere, lautea concedenda esset; Iosephi de Abrahamo testimonium recipiunt Cedrenus in compendio histor. pag. 24. Zonaras tom. 1. Annalium pag. 15. cùm fames premeret, abiit in Ægyptum, ibique ob sapientiam admirationi habitus, Arithmeticam, & Astronomiam rudibus tum artium illarum Ægyptiis tradidit; Beda de temporum ratione, Græcis, Romanis, Ægyptiis enumeratis, sub infert cap. 4. sed neque ab his gentibus, quamuis Græci se iactitent, verùm ab antiquioribus Chaldæorum Astrologia cœpit; à quibus Abraham Patriarcha, vt Iosephus testatur, edoctus; vt Deum cæli, syderúmque conuersione cognouit; ipsam mox disciplinam veraciùs intellectã Ægyptiorum genti aduexit, cùm apud eos exularet.

*Iosephus.*

*Enoch syderalem scientiam inuenit.*

Porrò annus Astronomiæ regulis circumscriptus, temporis id est spatium, quo Sol proprio motu omnem percurrit Zodiacum, initio sumpto ab aliquo puncto alicuius duodecim signorum, quoad eundem terminum reuertatur; hoc tempus quot dierum esset, ad certum Astrologi nondum reperire potuerunt, inquit Censorinus de die natali, cap. 19. Quamobrem motus solaris inexplica 9.

*De Anno, Mensibus, horis, & minutis.*

inexplicabilem esse rationem Plinius existimabat lib. 18. cap. 25. Scio tradere Ammianum Marcellinum lib. 26. historiar. annum ex Astronomiorum peritiorum calculis, diebus constare 365. & horis sex, & quidem Iulius Cæsar de anni commodatione optimè meritus, talem vulgauit, atque, vt Ammianus subiungit, ne ab iis horis confusio suboriretur, placuit ferias illas horas, quæ quadriennio viginti colliguntur atque quatuor, in vnius diei, noctisque adiectæ transire mensuram; verùm hoc pinguius dici, atque ad populi captum, animaduertit Isaacus Monachus Argyrus computo de Paschate c. 16. nam subtiliter expensum Solis iter iuxta obseruationes Astronomicas aliquid detrahendum sex horabus, neque enim tot Sol diebus 365. superaddit; quamobrem cautè Achilles Tatius Isagogo in Phœnomena Arati cap. 19. statuit; appellatur annus Solis ab eodem signo ad idem redeuntis conuersio in 365. diebus, & exigua insuper parte; noluit definire quot horarum esset, certum enim nihil dixisset; nam summorum Astrologorum ea super re quam discrepans sensus? Hyparchum per hypotheses collegisse aduersùs anni Iuliani compositionem, quod supercrescit diebus 365. minus esse quarta diei parte contendit Ioannes Picus Mirandulanus lib. 8. in Astrologiam cap. 9. Ptolomæus, qui post fundatam Christianam religionem viuebat anno 130. deprehendit particulam dictam sex non explere horas, sed quinque solùm cum minutis 55. & secundis 12. itaque minor est Iulij supputatione trecentesima fermè vnius diei parte: Albategnius ex Maurorum natione iuxta salutis annum nongentesimum, etsi non tantùm à Cæsaris computo discessit, horas tamen solùm concedebat quinque cum minutis 46. & secundis 24. Alphonsi Castellæ Regis tabulæ, quæ ad annum 1250. prodierunt, decernunt horas quinque, minuta 49. secunda 16. Nicolaus Copernicus annum solarem cum summæ magnitudinis censetur paulo esse minorem Ptolomæi Alexandrino anno, nempè dierum 365. hor. 5. minut. 55. secundorum 57. ter. 40. cùm verò maximè decrescit, & contrahitur, nonnihil minorem reperiri eo, quem Albategnius formauit, scilicet dierum 365. hor. 5. minut. 42. secund. 55. ter. 7. Alphonsinus annus medio graditur tramite inter maximi, & minimi anni spatia; quamobrem Clauius in Apologia Calendarij Gregoriani cap. 3. § *tertiò quoniam*, &c. Ad hanc vsque diem nullæ tabulæ conditæ sunt ab Astronomis, per quas veri stellarum motus ad omne tempus certo, & sine vllo errore inquiri possent, & cognosci; sed quilibet obseruationibus sui temporis congruentes tabulas semper confecit; quæ longo deinde tempore elapso deficere à vero deprehensæ sunt; propterea, quòd ne vnius quidem motus cælestis periodus exquisitè, ac penitùs cognita adhuc sit, & explorata; eodemque rursum cap. 4. Quis enim ab Orbe condito ad nostra vsque tempora tam excellens in Astronomia repertus est, qui periodos cælestium motuum ita definiuerit, vt post aliquot annorum secula à vero nihil discederent propter minutias quasdam in cuiuslibet Planetæ periodo abundantes, aut deficientes; quæ in magno temporis interuallo non leuem errorem inducunt. Petauius etiam tom. 1. de doctrina temporum, lib. 4. cap. 35. ex hoc opinionum, iudiciorumque conflictu prudens lector intelligit, quàm abstrusa, & inextricabilis sit solaris motus, ac circuitus anni ratio; quam qui accuratè constituere student, coniecturis potiùs, quàm certis ad id argumentis, & idoneis vtuntur; atque hunc ferè in modum diiudicant Albertus Pighius tractatu de Æquinoctiorum, solstitiorumque inuentione fol. 6. Ioannes Picus lib. 9. contra Astrologiam cap. 9. Petrus Pitatus opusculo de vera anni solaris, atque lunaris quantitate, tract. 1. propositione 2. Franciscus Valesius sacræ Philosophiæ cap. 55. Nicolaus Nancelius libello de septimestri, & octimestri partu, parte 2. Mariana opusculo de mortis Christi die, cap. 3. Gordonus in quæstionibus Chronologicis, cap. 19. num. 12. Quare meritò sectariorum immanem illam demirantur inuidiam, qua Calendario Romano detrahunt, quòd motus cælestes ex omni Astrologiæ rigore non obseruet, cùm hoc impossibile ducatur, & commodum non attulisset, sed rixas multas; quanta maior prudentia, vt quæstiones & discordiæ tollantur, motuum syderalium rigidas definitiones Astronomorum curiositati relinquere, & scholarum diatribæ, hisque exclusis motus arripere medios, qui æquales, & vniformes sunt; vel cyclos modiis congruentes motibus ad mobilium festorum iudicandas periodos, quando captu faciles, aptare?

10. *Annus solaris.* Constat igitur solarem annum dies conficere CCCLXV. cum horabus aliquot, licèt ad quadrantem vigintiquatuor horarum, è quibus dies naturalis consurgit, illæ non perueniant; verùm & liquet pariter ab Ægyptiis lunaris anni obseruatione neglecta, solstitialis cursus itinera tantùm Astronomicas relata fuisse in tabulas; qua de causa Censorinus de die natali, cap. 18. ad Ægyptiorum verò annum magnum Luna non pertinet: Diodorus Siculus lib. 1. Biblioth. cap. 32. nam dies non ad Lunæ, sed ad Solis motum exigunt; Iulianus Imperator oratione 4. de Sole: Nos Soli cum Ægyptiis ad solares circuitus annorum dies metimur; causam prodit Theophilus Alexandrinus Prologo tractatus de sancto Paschate ad Theodosium Imperatorem; Ægyptij enim primi propter Lunæ celeritatem, ex qua apud quosdam diei error nasci solebat, ex Solis cursu menses ac dies supputandos faciliùs crediderunt, eo, quòd Sol tardiùs cælum, quàm Lunæ circumeat, atque possit faciliùs comprehendi; eiusdem causæ testes Beda de ratione temporum, cap 9. Isidorus Hispalens. originum lib. 5. cap. 33. Perspiciamus igitur quale spatium annuo Solis cursui tribuere consueuerint? equidem Ægyptios nullum habuisse pensum horarum, quæ supercrescunt CCCLXV. diebus, quos Phœbi per Zodiacum generat circuitus disertis significasse verbis Censorinus visus, cui in his quæstionibus non leuiter deferendum, cap. 18. de die natali; nam eorum annus ciuilis solos habet dies trecentos sexaginta quinque sine vllo intercalari; itaque quadriennium apud eos vno circiter die minus est, quàm naturale quadriennium: non autem vno die minus esset si laborassent ex cuiusque anni particula illa horarum aliquot, ad finem quarti anni vnum conflare diem, & bissextilem formare, hoc quia minus curabant, nec ad temporum rationes horas illas paucas adstringebât,

ideò apud eos non tot dierum quartus quisque annus, quot Solis ei meatus tribuebat, nam ex Solis cursitatione vigintiquatuor fermè accedebant horæ, quæ vni complendo diei integro, & naturali desiderabantur; fauet Herodotus in Euterpe, seu libri secundi initio; Græci quidem tertio quoque anno intercalarem mensem introducunt temporum gratia; Ægyptij verò numero tricenorum dierum, quibus duodecim menses taxant, adiiciunt quotannis qui nos dies, vnde eis ratio circuli temporum constat eodem redeuntis; ecce nihil de horabus, quæ præter CCCLXV. dies, inueniuntur, scilicet quoniam eas Ægyptios ad temporum integrandos numeros haud referebant: Geminus autem in elementis Astronomiæ cap. 6. de mensibus, ista non solùm confirmat, verùm & causas profert; agunt enim annum 365. dierum, duodecim enim menses agunt triginta dierum, & quinque dies epactas addunt; sed quadrantem illum diei non intercalant, vt videlicet illis festa anticipent; nam in quatuor annis vno die Ægyptij deficiunt à Sole, in quadraginta annis decem diebus deficient propter annum Solis; itaque etiam totidem diebus anticipant festa, vt ne contingunt secundùm easdem quadrantes anni; In hanc declinat opinionem Albertus Pighius Campensis tractatu de ratione Paschalis celebrationis fol. 7. adstruens, Ægyptios non nisi post emendationem factam anni ab Imperatore Iulio Cæsare, bissextili eius ad exemplum vsos anno, cum retroactis seculis annis quibusque tantùm largirentur trecentos sexaginta quinque dies. Aliter tamen de Ægyptiis non pauci tradunt, nimirum, curiosos extitisse in horabus illis obseruandis, quibus ad finem quatuor annorum associatis diem vnum integrabant, quo quartus quisque annus excedebat, cùm numeraret, dies CCCLXVI. Horus Apollo lib. 1. hieroglyphico 5. vertentem annum significantes, quartam arui partem pingunt; itaque annum volentes dicere, quartum dicunt, propterea, quòd vno, vt tradunt, syderis, cui Sothis nomen fecimus, ortu, ad alterum, quarta fit interiecta diei pars; hoc à Canicula, sub qua Ægyptij annum exordiuntur, ad aliam Caniculam non solùm intercedunt dies 365. verùm & quarta diei pars, de qua mox subdit: etenim Dei, (solem Ægyptiis charum Numen subintelligit,) annus trecentis sexaginta quinque diebus absoluitur; quamobrem & quatuor quoque anno superuacuum diem computant, atque intercalant Ægyptij, quatuor siquidem dierf quadrantes, diem perficiunt; ergo ad finem quarti anni horæ illæ copulantur, & diem vnum constituunt: Diodorus Siculus Biblioth. lib. 1. cap. 32. pag. 46. Nam dies non ad Lunæ, sed ad Solis motum exigentes, tricenos mensibus dies tribuunt, & post duodecimum quemque mensem, quinque dies cum quadrante intercalant; eóque pacto circulum annum absoluunt, Theodorus Gaza libro de mensibus, cap. 9. Primi autem omnium Ægyptij, ad solem duodecim mensibus vsi videntur, & iis quidem tricenariis; & quinque dies quotannis adiecisse, particulámque diei excurrentem ad supplementum totius anni ex multis annorum circuitibus aceruatam, in vnum diem integrum coniecisse; Strabo Geograph. lib. 17. ad medium, de quibus Ægyptiorum Sacerdotes Eudoxum, & Platonem docuere; ij, (inquit,) excurrentes diei, ac noctis particulas supra CCCLXV. dies, ad anni complementum tradiderunt: his subcenturiabis à quibus proditum est normam anni laudatissimam, quam Iulius Cæsar Romanis fastis intulit ad effigiem anni Ægyptiaci descriptam. Cùm igitur Cæsaris studium fuerit Ægyptiorum in temporibus annui circuitus diligentiam imitari, quando sanè præter controuersiam existat annum Iulianum vltra dies Solaris per Zodiacum itineris 365. quartam diei adiecisse partem, è qua sub exitum quatuor annorum bissextum conficiebat annum, sequitur apud Ægyptios anni eadem lecta vestigia. Porrò Cæsarem ab Ægyptiis mutuatum anni formam, eosdémque expressisse dies, & horas ad iustam temporum rationem, testantur; Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 14. post hoc imitatus Ægyptios solos diuinarum rerum omnium conscios, ad numerum Solis, qui diebus 365. & quadrante cursum conficit, annum dirigere cœpit; Beda de temporum ratione, cap. 10. tandem Iulius Cæsar imitatus Ægyptios, ad numerum, Solis annum, sicut hodie seruatur, instituit; Appianus Alexandrinus ad finem lib. 2. de bellis ciuilibus, & annum ad id ætatis inæqualem propter intercalares menses, (nam ratione Lunari vtebantur,) iuxta Solis cursum ordinauit Authoribus Ægyptiis.

Id igitur tantorum Authorum oppositis narrationibus? equidem non facile est statuere, quid præferendum sit? Ausculta, quæ Dion Cassius lib. 43. in Cæsare scribit: Dies enim parum antea inter se consentientes, (nam tum cum Lunæ ratione menses congruebant,) in præsentem ordinem adduxit; id Cæsar ex Alexandria, in qua commoratus erat, reportauit; nisi quòd apud illos singuli menses triginta diebus constant, deinde toti anno quinque dies adiiciunt; Cæsar verò iisdem mensibus ad eos quinque, duos quoque, quos vni detraxit, addidit, adiuncto ad extremum quinto cuique anno, (seu, vt alij ex meliore volunt lectione; quarto cuique anno,) eo die, qui quatuor partibus compleretur; en duo, in quibus Cæsarem ab Ægyptiorum discessisse norma, indicat; primum, quòd menses aliter disposuerit; secundò, quòd cùm Ægyptij dies tantùm 365. anno Solis conscriberent, & paucarum horarum subsequurum intercallum nihili ducerent, neque anno alicui vincularent, ipse in quartum quemque reposuit annum; ergo Ægyptij quadrantem diei temporum vsibus non accommodabant, sed superfluere patiebantur. Dici valeat, putationem annorum, vel mensium duplicem considerandam; aliam, quam natura parit, hoc est, Solis cursum ad amussim obseruatus per Astrologorum coryphæos, atque in his nihil deerescit, nihil redundat quantum humani ingenij conatus assequitur; alteram, non ex Astronomiæ rigidis principiis, verùm his ipsis populi rudioris captui, aut inclytæ consuetudini ex æquo, & bono conformatis; vnde Beda de ratione temporum, cap. 9. Sed in computando consuetudo, vel authoritas, vel certè compendium calculandi naturæ prævaluit, & Columella lib. 9. de re rustica, cap. 14. Verùm in hac ruris disciplina sequor nunc Eudoxi, & Metonis, antiquorumque Astrologorum fastus, qui sunt aptati publicis sacrificiis; quia & notior est ista vetus

Marginal notes: II. — Diô Cassius. — Beda. — Columella.

vetus agricolis concepta opinio ; nec tamen Hyparchi subtilitas pinguioribus, vt aiunt, rusticorum litteris, necessaria est ; itaque Hyparchi acutas speculationes sapientum dissertationibus relinquens, laxioribus aliis vtebatur regulis ad Ruricolarum captum, & ad morem introductum festa celebrandi ; hoc igitur pacto Ægyptiorum Sacerdotes, penes quos annorum ordinatio vulgo numerabant, solùm solaris anninersarij cursus dies 365. ipsi autem sibimet adiiciebant quinque horas, & minuta ; quamobrem cùm apud eos versati essent per tredecim continuos annos Eudoxus, & Plato, quo rerum cælestium abstrusiori edocerentur notitia, quam illibenter, & auarè communicabant, diutino tamen obsequio victi, ex reconditis præceptis nonnulla detegentes, speciatim manifestarunt, excrescentes diei ac noctis particulas supra CCCLXV. dies ad anni integrationem. Non igitur hoc eos latebat, sed in arcanis seruabant, nec nisi doctorum virorum alicui, idque post multam in deprecando patientiam aperiebant ; liquet ergo potuisse quosdam Scriptores tradere, Ægyptiorum annos naturali Solis cursui pares non extitisse, quoniam trecentis sexaginta & quinque diebus tantùm constabant ; ab aliis etiam æstimari potuisse annos eosdem supra 365. dies, aliam quartam diei partem complexos, vt rectè obseruatum est à Petauio in Vranologio variar. dissertationum lib. 5. cap. 4. Caussino in obseruationibus ad Hieroglyphicum quintum hori Apollinis, Ægyptij annum in Caniculæ ortu inchoant, quibus primus mensis Thot, Augusti extremæ periodo, aut Septembris principio respondens, vt suggerunt Horus Apollo Hieroglyphico 4. Porphyrius de antro Nympharum. Censorinus de die natali, cap. 18. & 21. Lactantius lib. 1. diuinar. institut. cap. 6. Beda de ratione tempor. cap. 9. S. Maximus 2. parte computi Ecclesiastici, cap. 11. mensium 12. nomina sic illustrat Author incertus 1. florilegij Græcorum libro cap. 91. num. 1.

*Mēsium nomina.*

*Primus* Thot *nouit falcem ad vuam erigere,*
*Piscatoribus* Phaoti *fert communem piscationem,*
*Pleiadum apparens* Athyr *indicat tempus,*
Chæac *seminatarum spicarum ostendit generationem,*
Tybi *verò purpuream consularem vestem demittit.*
*Indicat nautis* Mechir *nauigationem instituere,*
*Martis arma ferre* Phamenoth *demonstrat pugnatoribus,*
*Vernarum pranuncius est* Pharmuti *rosarum,*
*Segetes florentes* Pachon *falce custodit,*
*Fæcundi verò* Payni *prænuncius est autumni,*
*Et vuam tenens pulcher vitibus est* Epephi,
*Et* Mesoti *Nili fert naturam vificantem aquam.*

De his mensibus, quibus antiquitus Ægyptij vsi sunt, non ineleganter Kerquerus noster in Prodromo Copto, seu Ægyptiaco cap. 5. pag. 140.

12 Non omittam suggerere, Dionem Cassium, cùm in Iulij Cæsaris gestis, lib. 43. meminit de Romanorum emendato eius consilio, & authoritate, anno, significate, quartam diei partem 365. superantem diebus, non quarto copulari anno, sed quinto cuique ; & quidem Xiphilini Græcos textus lectionem eorum, qui sic transferunt, defendit ; διὰ πέντε ἢ αὐτὸ ἐτῶν ; Ioannes tamen Leuenclauius notis ad præfatum Dionis locum deprauatum ab aliquo Xiphilini librum existimat, & substituendum pro quinto anno quartum, vti ipse sua facit in translatione ; vertit enim, diem quoque illam, quæ ex dierum quadrantibus conficitur ad quartum quemque annum, (tribus in medio omissis annis,) aptauit, &c. Sed quid si aliter Dio narrat, quàm aliorum historicorum communes habent relationes, inde quidem contingat, lapsum eius materiæ in veris referendis circumstantiis, vel memoria lapsum scriptorem, quin textus aliter se habebat, quàm ab eo prodierit, & formatus sit? Deinde si intercalatio, & embolismus fiebat sub exitu quarti anni, cùm dies sequens quinto daret ortum anno, nihili interest, cui adiudices anno, quarto, vel quinto ; ad finem verò quarti anni consueuisse numero Solinus subindicat capite 3. Ac certè cum Astrologiæ rigore si componere velimus, non inepta videbitur copulatæ ad quintum annum diei cogitatio ; siquidem à nobis diffusè probatum est num. 9. quadrantem diei, quæ sex horarum tempus exigebat, non expleri, verùm horas quinque solùm cum assignatis minutis ; deest igitur temporis nonnihil etiam quadriennio integro computato, vt dies naturalis suis absolutus numeris, videlicet horarum vigintiquatuor, emergat ; quòd si quinto vinculemus anno, iam dies vna vndequaque perfecta reperietur, suppeditante ipso quod ad vigintiquatuor horarum complementum deerat ; non igitur absurdum est in quintum transcripsisse annum. Denique talis pronunciati non solus, & vnicus, seu Dio Cassius, seu Xiphilinus : S. Ambrosius Hexaëmeri lib. 4. cap. 5. ad finem ; Luna per tricenos dies duodenis vicibus cursum conficiens consummat annum secundùm Hebræos ; aliquibus diebus adiectis secundùm Romanos, bissexto semel intra quinquennium vnius diei adiectione celebrato ; clarior Plinij definitio lib. 2. cap. 8. Deinde Solis meatum partium quidem trecentarum sexaginta ; sed vt obseruatio vmbrarum eius redeat ad notas, quinos annis dies adiici, supérque quartam partem diei ; quam ob causam quinto anno vnus intercalaris dies additur, vt temporum ratio Solis itineri congruat, & Ausonius in Edyliis, Edylio 14. num. 316.

*Ad tropicum pergit signum gelidi Capricorni*
*Octo dies, decies octonis insuper addens*
*Quadrantémque diei ; quinto qui protinus anno*
*Mense Numa extremo nomen capit embolimæi.*

Quæ à me commemorata sunt, non ad communis sententiæ odium aliquod, sed vt studeamus potius scriptorum saluare pronunciata, quàm textui, si difficilior eius appareat intellectus, deprauationem adscribere.

* * *

## Sectio III.

*Græcorum annus Solis, an Lunæ cursum sequutus fuerit, an vtriusque? Vnde eorum annus inceperit. Cycli decemnouenalis origo. Quæ Atheniensium circa tempora numeratio. Annus Romanorum decem mensium, à Numa Pompilio auctus, à Iulio Cæsare reformatus.*

*Græcorum annus Solis, an Lunæ cursum secutus fuerit, an vtriusque.*

13. GRæcorum aonus qualisnam extiterit, ciuilis oimirum, & publicus, oum quidem Lunæ menstruis adaptatus cursibus, vel potiùs Solis directus ad progressom? Solari quidem delectaros anno, sicut & Ægyptios Strabo subsignificare visus Geographiæ lib. 17. Scribit enim Eudoxum, & Platooem in Ægyptum profectos post tredecim annorum spatiosam expectationam, tandem anni oormam edoctos; igootabatur, (ait,) eo tempote apud Græcos, quemadmodum & alia multa, anoos, donec iuniores Astrologi ab iis ea acceperuot, qui Sacerdotum monumenta in Græcam lioguam transtuleruot; testatur eadem de re Theodorus Gaza libro de meosibus, cap. 9. Cùm igitur ab Ægyptiis noo aliam anni fabricam didicerint, qoàm merè solaris, (quippè de Lonæ circuito illis cura ooo erar,) equidem solstitialis anni dispositionem eos professos autumandom. Primi autem omnium Ægyptij, (inquit Gaza,) (*Gaza.*) ad Solem duodecim mensibus vsi videotor, & iis qoidem triceoariis; & quioque dies quotannis adiecisse, particulámque diei excurrentem ad supplementum totios anni ea multis annorum circuitibos aceruatam, io voum diem integrum coniecisse: eo solstis anoi constitutionem. Quid igitur statim subnectit idem scriptor? Græci verò ab illis cum alia permulta rerum cælestiom; tum hæc præcipuè motoò acceperuot; hoc autem quæ oisi solstitialis anni methodos; hanc igitur ab Ægyptiis subtractam Græcia obseroare cœpit; & quidem Laërtius lib. 1. in vita Thaletis Philosophi, cùm (*Laërtius.*) docuisset eum Ægyptiacorom Sacerdotom familiaritate vsom, addit mox reuersum io Græciam, annom in treceotos sexagiota quinque bipartitom dies; scilicet, qualem ab eis anoi compositionem hausit, suis publicaoit, solarem videlicet, qui tantum ad tot pertingit dies; denique Simplicios in quiotum physicæ auscultationis Aristotelicæ, edocet Græcos annom (*Simplicius.*) cum æstioo solstitio auspicati, imitatiooe oimirum Ægyptiorum, qoi paulo seriùs ad ortum Caniculæ aonum exordiuntur; quamobrem noo Lunari, sed eo, qui Solis dicitur, vsos anno Græcorum populos Scaliger contendit lib. 1. (*Scaliger.*) de emendatione temporum, titulo de aono æquabili mioore Græcorum, & lib. 3. Canonum Isagogicarum cap. 3. scribit Geminus in elementis Astronomiæ, cap. 6. voiuersim de Græcis, morem eis fuisse, meoses quidem agere secundùm Lunam, aonos verò secundùm Solem; neqoe inscitè hoc cogitarunt, nam mensis à Luoæ motu dictus est, vt Varro sentit libro quinto de lingua Latioa; Beda de ratione temporum, cap. 9. Isidor. Hispalens. lib. 5. originum cap. 33. Theodoretus qoæst. 15. in Genesim. Hieronymos commentario in cap. 59. Ezechielis sob finem, & io cap. 4. Amos, io illud: *Ego quoque prohibui*, &c. Theophilos Alexandrinus Prologo in tractarum de saocto Paschate ad Theodosium Imperatorem; sed vti mensibus Lona appellationem dedit, ita Phœbus annum facit, & nuncupat; qua de causa Seneca lib. 4. de beneficiis, cap. 23. Quin ille, (Solem indicat,) annum obseruabilem fecerit circumacto suo: hæc, (nimirum Luna,) mensem minoribus spatiis se flectens, & Rabbi Aben-Esra in cap. 12. Exodi vers. 12. definit; anni vocabulum Solis cursui tantùm competere; menses ioxta Lunam computari. Sic igitor ad mensiom, & annorum perfectam notitiam, opos est, præter Solis per Zodiacum transcursum, Lonæ pariter obseruare motum; quod factum studiosè à Græcis, & Hebræis Anatolius Laodicensis Episcopus commemorat; habemus fragmentum ipsios apud Ægidium Bucherium volumioe de doctrina temporum, pag. 439. inquit. Nam in veteribus exemplaribus, id est, Hebraicis & Græcis voluminibus, ooo tantùm Luoæ cursum, sed etiam Solis non solùm gressus, sed etiam singula, ac minotissima horarum momenta inuenimus computata; de Græcis autem Marcus Tullius lib. 2. in Verrem; est coosoetudo Siculorum, cæterorumque Græcorum, qoòd suos dies mensesque, coogruere velint cum Solis, Lunæque ratione.

*Menses in Lunæ motu dictus. Varro, &c.*

Opinamor itaque Græcorum sapientiores, qoanqoam solaris anni iotegram hauserint doctrinam ab Ægyptiorom Hierophantis, nequaquam tamen adquieuisse, vt Ægyptiorum ex similitodine io Solis totam, & conuolutiones tantùm defixi, Luoæ memoriam oon haberent; imò meosibus ad Lunæ circuitus aptatis, cùm obseruarent anouos Luoæ circulos diebus vndecim à Solis cursu deuinci, per embolysmos, & intercalationes, addito nouo meose ad finem tertij cuiusque anni, vel nonounqoam ad calcem secundi, decem & nouem annorum spatio vtriusqoe Planetæ æquabaor curricula, vnde Cyclus inclytus ille decemnoueoalis ortum sortitus; Græcorum igitur potissima cura de Luoæ moto, quem cum anno Solis ex Ægyptiorum schola depromptum confœderare nitebantur, quo detraheodo, quo adiicieodo dies nonoullos; quod de Græcis qoidem proditum à Diodoto Siculo lib. 1. Bibliothecæ cap. 35. cap. 46. ab Herodoto libri secundi initio, à Censorino de die natali, cap. 18. à Macrobio lib. 1. Saturnal. capite 15. Quos imitatum io prima Romani anoi comptioti disciplinam Nomam Regem ibidem capite 14. oarrat, & subscribit Theodorus Gaza libro de mensibos, cap. 8. Iulianus imperator ait oratiooe 4. de Sole tantùm à Romanis, atque Ægyptiis solares obseruatos annos, scilicet Græcos cum reliquis Gentibus lunari addictos anno; Vlpianus enarratione in orationem Demosthenis de falsa legatiooe; quoniam, vt nouimus, ad Lunæ cursum nomerant Athenienses, & hanc ob caosam mensem à vetustissimis Græcis intercali coosueuisse tradit S. Basilios homilia 6. in Hexaëmeron; Suidas verb. ἐνιαυτὸς, sit vt inter solarem atque lunarem annum discrimen 14.

*Cycli decemnouenalis origo.*

*Siculus. Herod. &c.*

*Quæ Atheniensium circa tempora numeratio.*

*Basilius, &c.*

men existat dierum vndecim, vnde Græci octauo quoquo anno tres menses intercalant; quin verò decemnouenalis Cycli inuentum, quod conciliandis lunaribus annis cùm Solis motu repertum est, Græcos habuisse Authores Festi Auieni musa redolet, qui Paraphrasi ad Arati Phœnomena, titulo Prognostica, circa initium ludit.

*Namque Solem hyberna nouem putat æthere volui,*
*Vt Lunæ spatium redeat; vetus Harpalus ipsum*
*Ocyus in sedes, momentaque prisca reducit:*
*Inius ad numeros prolixa decennia rursum*
*Adiecisse Meton Cecropia dicitur arte,*
*Insediteque animis; tenuit rem Græcia solers*
*Protinus, & longos inuentum misit in annos.*

Num autem præclari Cycli decemnouenalis parens Græcia extiterit, apparebit inferius cum de anno Hebræorum sermo instituetur; cæterùm de Græcorum anni norma, de mensium nominibus, & loco cumulatè Theodorus Gaza libro de mensibus, & Lilius Ferrariensis opusculo de annis & mensibus.

*Romanorum annus decem mensium.*

15. Romanorum annus, quamuis tandem Caij Iulij Cæsaris studio, & authoritate maximè nobilitatus est, obscura & confusa habuit principia, decem enim mensibus solùm constans, neque Solis, neque Lunæ cursum tenebat; Plutarchus quidem mala hac fama liberare conatus, eiúsque penè in sententiam concessit Onuphrius Panuinus commentariis in lib. 1. fastorum pag. 135. Scaliger apertiùs mulíò lib. 5. de emendatione temporum, titulo, de veteri anno Romanorum, pag. 172. Plutarchi mentem habes in vita Numæ per illum conscripta, & in Problematis Romanis quæst. 16. Licinium Macrum, & Fenestellam eiusdem fuisse animi narrat Censorinus de die natali, cap. 20. Negari tamen haud queat scriptores passim aduersari, videlicet Liuium decade 1. lib. 1. cap. 19. Eutropium in Breuiario Romanæ historiæ lib. 1. Seruium in illud lib. 1. Georgicor. vere nouo gelidus, &c. Plinium de viris illustribus, cap. 3. Florum lib. 1. cap. 2. Censorinum de die natali, capite 20. Macrobium lib. 1. Saturnal. c. 12. Theodorum Gazam libro de mensibus cap. 8. Isidorum Hispalens. tractatu de natura rerum, cap. 4. Bedam de temporum ratione, cap. 10. Freculphum Chronicor. tom. 1. lib. 3. cap. 13. Solinum Polyhist. cap. 3. narrant enim annuum sub Romulo decem in menses tributum, quod ad integramentum defuerat, superadditum à Numa Pompilio, nempè menses alios duos; equidem Plutarchus locis assignatis supponit annum à Romulo formatum trecentorum, & sexaginta dierum extitisse, & mensium nonnullos vltra triginta, & quinque dies comprehendisse; cui fidem defert Theodorus Gaza libro de mensibus, cap. 8. His si credendum, ad solaris anni æquandam magnitudinem Romuleo anno quinque tantùm dies, & paucæ horæ deerant, quarum fortassè scientiam habebant, sed anni feriis admiscere temporibus nolebant, verùm otio, confabulationibus, ludo ad populi recreationem sequestrabant, vt Mexicanos fecisse prodit Iosephus de Acosta lib. 6. histor. moralis Indorum, cap. 2. tot autem dies complexus Arinus nihil refert decem solum constasse mensibus, nam in his temporis idem spatium, quod in duodecim mensibus; cæterùm planè edocent Censorinus de die natali, cap. 20. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 12. annum Romulo imperante trecentos, & quatuor dies non amplius, complexum: quod satis mirum est, quoniam Astrologiæ vel imperiti facilè diiudicare poterant annum quatuor afferre tempora, Veris hilaritatem, æstatis feruorem, autumi lucra, hyemis mœstitudinem, diesque assignandi erant, qui has periodos clauderent, quibus pauci fuerant trecenti, & quatuor dies; insuper per Asiam, & Græciam totam anni methodus magnam nacta est perfectionem sub Romuli ætate, à quibus ediscere promptus erat: vtcumque tamen res se habuit, annum sub Romulum næuis laborantem à Numa castigatiorem redditum communis vox est, sed quidem ille ad Lunæ coaptauit illuminationes, & motus Liuio testante decade 1. lib. 1. cap. 19. atque omnium primum ad cursum Lunæ in duodecim menses describit annum; Dio Cassius in Iulio Cæsare lib. 34. dies enim parum inter se consentientes, (nam tum eum Lunæ ratione dies congruebant,) in præsentem ordinem adduxit; Dionysius verò Halicarnasseus historiæ lib. 10. ad finem; menses autem pro cursu lunari tunc obseruabant, & plenilunium in ipsas Idus incidebat; Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 14. cum Romani ex distributione Pompilij ad Lunæ cursum vti Græci annum proprium computarent; necessariò etiam mensem intercalarem instituerunt more Græcorum; tandem Iulius Cæsar ne bellorum quidem incertis, & irrequietis euentibus deterritus, non castrorum labore indefatigabili superatus, classica inter, & pugnas assiduas Astronomiæ studiis impensè vacabat, vt ipsemet de se testatus apud Lucanum lib. 10. vers. 184.

*Plutarch. & alij.*

*A Numa Pompilio auctus.*

*——— media inter prælia semper*
*Stellarum, cælique plagis, superisque vacaui,*
*Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.*

*à Iulio Cæsare reformatus.*

Fœtus impigri ardoris anni Iuliani nobilissimum monumentum priorum temporum inconstantia, atque in fastis turbatione subiata; sed eo quid redundet in anno, quantum habuerit germanitatis solari cum Ægyptiorum anno perstrinximus suprà num. 9. & 11. vulgata sunt, quæ transcribi poterant, & obuia habes in Censorino de die natali, cap. 19. Solino Polyhist. cap. 3. Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 15. atque ex recentioribus ventilant Albertus Pighius tractatu de ratione Paschalis celebrationis fol. 5. Onuphrius Panuinus ad lib. 1. fastor. pag. 135. Lilius Gyraldus libro de annis & mensibus. Beroaldus Chronolog. lib. 1. cap. 6. Aldus Manutius in quæsitis per epistolam, quæsito 3. Tostatus in cap. Exodi 12. quæst. 2. & Cæsarem quidem Solis cum anfractibus combinasse annua spatia, cùm totum Phœbi hauserit cursum, & diebus trecentis sexagintaquinque, quartáque diei incluserit parte, exploratum est; non tam certum, quanquam solaris anni præcipuam rationem habuerit, nam lunaris quoque anni aliqua manserit existimatio, sit vt huius quoque nonnullus vsus esset in Calendario, & fastis, verùm non protsùs abolitam de Luna memoriam, Kalendarum, atque Nonarum cum Idubus retentio subinnuit; dictas namque Calendas simul, & Nonas à nouæ Lunæ splendoribus testantur

*Solin. Macrob. & alij.*

ſtantur Varro de lingua Latina lib.5. cap.4. Feſtus Pompeius verbo Nonæ. Macrobius lib.1. Saturnal. cap. 15. Beda de temporum ratione, cap.11. alterum promit argumentum Contarenus Cardinalis epiſtola ad Genneſium Sepuluedam, quæ incipit; *Accepi opuſculum tuum*, &c. quoniam ſuis in faſtis Iulius Cæſar autem numerum XIX. annorum collocauit; is verò Cyclus ordinatur ad confœderandos annos lunares, atque ſolares. Quicquid tamen Cæſar egerit, Auguſti ſub imperio, Lunam Calendario inſertam Euſebij Cæſarienſis dictum quoddam admonere videatur; nam in Chronico Olympiada 186. anno 3. inquit: Lunæ ſecundùm Romanos curſus inuentus.

---

## Sectio IV.

*Hebræorum annus à Luna exordium capit; Solari nihilominus vſi ſunt ad plura, & quare vtriuſque, nempe Solaris, & Lunaris vſus promiſcuus. Cùm de annis ſit mentio in Scriptura, quomodo intelligendi. Menſium alij pleni, alij deficientes. Neomeniarum celebritas. Initium Lunæ coniunctionis quale.*

16. *Hebræorum annus.* SEd tandem potiſſimo diſſertationis ſcopo adproperemus; is Hebræorum in perſcrutando anno verſabitur, & quidem Iudæos in menſibus Lunam ſequutos, nihil communius; à noua Luna primum auſpicati diem cum Luna terminabant, & octaua Luna Niſan eis decimaquarta, ſextadecima, ac ſi nobis vel Martij, vel Aprilis dies octauus, quartusdecimus, decimusſextus; quod ſi quidem menſium omnem diſpoſitionem Lunæ curriculo adaptabant, Soli quod darent, nihil reliquum erat. Annus ex menſibus coaleſcit, qui igitur Lunæ menſes integratim dicauerant, annum quidem obſeruabant, non qualem Sol producit, ſed quem Lunæ generant circuitus; itáque ſolarem ab Hebræorum gente neglectum annum, Lunæ ſpatiis commenſuraſſe annorum, & menſium terminos multis veterum, & recentiorum perſuaſum eſt: *Cæſarius.* Cæſarius Gregorij Theologi frater Dialogo primo ſub finem; Luna trecentos quinquaginta quatuor dies abſoluit per anni circuitum ſecundùm Hebræorum ſupputationem; non enim norunt illi menſes Romanorum, qui apud nos ſunt, ſolam ſequentes Lunam; eundem propè in *Baſilius.* modum S. Baſilius homilia 6. in Hexaëmeron. *Ambroſ. &c.* D. Ambroſius lib. 4. Hexaëmer. cap. 5. Iulius Africanus volumine quinto temporum, quem citant Euſebius Cæſar. lib. 8. de demonſtratione Euangelij cap.2. S. Hieronymus in cap.9. Ezechielis in illud; *ſeptuaginta hebdomadæ abbreuiatæ ſunt*, &c. ait: A viceſimo autem anno Artaxerxis Regis vſque ad Chriſtum complentur hebdomadæ ſeptuaginta, iuxta lunarem Hebræorum ſupputationem; qui menſes non iuxta Solis, ſed iuxta Lunæ curſum numerant; ipſe Hieronymus lib. 18. in Iſaiam, in illud cap. 66. *quia ſicut cæli noui*, &c. Luna complebitur, & ſuo curret ordine, vt efficiat menſem, id eſt, Calendas, quæ Græcè appellantur *νεομηνίας*, hoc eſt, menſis noui exordium; apud quos, (nimirum Iudæos,) initium Calendarum non iuxta Solis curſum, ſed iuxta Lunæ circuitum incipit, & finitur: confirmat in cap. 29. Ezechielis ad finem; & in cap. 4. Amos, in illud; *Ego quoque prohibui*, &c. Theophilus Alexandrinus Prologo ad Theodoſium Imperatorem de S. Paſchate; decimamquartam autem diem menſis appellant, non ſecundùm Solis curſum, ſed ſecundùm Lunam; Hebræi enim non ex Solis curſu, ſed ex Lunæ cyclo menſem fieri debere dixerunt, quoniam & menſis ſecundùm Lunam dicitur; Victorius Aquitanus in Canone Paſchali, cap.9. Lunæ, quæ iuxta Hebræos menſes facit. S. Gaudentius tract.1. in Exodum: ſecundùm Lunæ enim curſum numerantur in Scripturis diuinis dies.; decima die menſis ſecundi, & Luna decima; Beda libro de ratione temporum, cap. 9. Antiqui enim menſes ſuos non à Solis, ſed à Lunæ curſu computare ſolebant; vnde, quoties in Scriptura ſacra, ſiue in lege, ſiue ante legem, quota die menſis quid factum, dictúmve ſit, indicatur, non aliud quàm Lunæ ætas ſignificatur; à qua ſemper Hebræi, quibus credita ſunt eloquia Dei, antiquo Patrum more menſes obſeruare non deſinunt; eadem Rupertus lib.2. in Exodum, in illud cap.12. *menſis iſte vobis primus in menſibus*, &c. qui lib.1. in Geneſ. cap.45. Hebræi namque, quibus data, vel à quibus profecta eſt hæc Scriptura ad nos, ſolos nouerant lunares menſes, & annos; nec à relatis diſcrepant Epiphanius hæreſi 70. contra ſectam Audianorum. Damaſcenus lib. 2. de fide Orthodoxa, cap.7. Iſidorus Hiſpalenſ. lib.5. originum cap. 33. Rabanus Maurus lib. 10. de vniuerſo, cap. 10. Suidas verb. *ἐνιαυτὸς*. Cedrenus in compendio hiſtoriarum, num. marginali 89. Lyra in cap. 8. Geneſ. in illud, *vigeſimaſeptima die*. Hugo Cardinalis in cap. 12. Exod. verſ.2. in idem caput Paulus Burgenſis additione 1. Toſtatus in cap. 12. Exod. quæſt.3. & in cap. 23. Leuit. quæſt.19. & defenſorij 2. parte, cap. 14. Oleaſter in cap. 12. Exod. verſ.1. & 2. ibidem Rabbi Aben-Eſra, Cornelius Alapide, Bonfrerius, Leonardus Marius in cap.5. Geneſ. num. 14. Sanchez in cap.9. Danielis num. 65. Salianus tom. 2. anno mundi 2544. num. 93. Henricus Philippi quæſtionibus Chronologicis quæſt.2. in cap. 5. Geneſis. Baſilius Legionenſis tom. 2. variar. diſputatione de agno typico, cap.2. & 7. Samuel Petitus in eclogis Chronologicis lib. 1. cap. 1. Carolus Sigonius lib. 3. de republica Hebræorum, cap.1. Scaliger lib.2. de emendatione temporum, pag.102. Petauius tom. 1. de doctrina temporum, lib. 2. cap. 27. Ægidius Bucherius de doctrina temporum, tractatu de Paſchali Iudæorum cyclo, cap.5. Ribera lib.5. de templo, cap.2. Clauius in Calendario Gregoriano cap.1. num.2. Mariana opuſculo de die mortis Chriſti, cap.9. Vaſquez tom.3. in 3. part. cap. 3. num.24. Bellarminus de cultu Sanctorum, lib. 3. cap. 13. §. *tertium quia*, &c. Henriquez lib.8. de Euchariſtia, cap.10. num.6.

Sunt tamen, qui velint abſolutè pronuncian- 17.
dum, Hebræos ſolarem tenuiſſe annum, & iuxta

cum

eum ſacra, prophanaque tractaſſe negotia; quòd adſtrueotes nolunt denotare menſes eorom dies æqoaſſe CCCLXV. cum quadrante, quos Sol producit Zodiaci abſoluto circuitu; verùm, cùm duodecim menſes peragtatis à Luoa doodecies circumacta ſpatiis definirent, Lunæ autem circumoolutio ooo niſi dies 354. pareter, contingebat tempus aniuerſarium à Sole geneiatum, lnnarem vndecim ſuperare annum diebus, cùm vt medetentor damno, tertiò anno ea vndecim cuiuſqne anni diebus redundantibus ob magnitudinem ſolaris curſus, menſem dectmumtertinm conficiebant, & diebus qni ſupereacreuerant huic menſi, tres nimirum transferebant in ſextum annum, quem ſuperiunctis vndecim diebus, in quibus Sol vincebat, donabant & ſextum annum menſe etiam terttodecimo; accidebat ipſum hoc fieri anno octauo, anno vndecimo, anno decimoquarto, anno decimoſeptimo, anno decimonono. Hi igitur omnes anni ob ſuperadditi menſis auctarium tredecim lunationum erant, idctreò intercalates, ſeu emboliſmares nuncupati; hæc conſociatio aonorum lunatium cum ſolaribus cyclus iile eſt memotabilis appellatus decemnouenalis, ob decem & nouem quos pottat aonos, quibus combinatis Lunæ annis eadem competunt ſpaꝛia cum anno, quem Sol efformat; de qno vberiùs tractant S. Epiphanios hæreſi 70. contra Andianos. Damaſcenus lib. 2. de fide Orthodoxa, cap. 7. Beda de tempotum ratione, cap. 40. Dionyſius exiguus epiſtola 1. de ratione Paſchæ. S. Maximus Martyr in computo Eccleſiaſtico 1. parte, cap. 7. qui mox cap. 9. tradit: Anni lunares vniuerſim ſunt nouemdecim; quorum ſeptem intercalares menſes accipiunt, iidémque diebus conſtant 384. duodecim verò communes appellantur, qui ſcilicet dies habent 354. Porrò dies omnes ex decemnouem annia lunaribus collecti, adhibitis nimirum intercalaribus menſibos, dierum oumerum exæquant, qui ex XIX. annis ſolaribus eaiſtit, quorum ſinguli CCCLXV. diebus conſtant; nam propterea ſeptem emboliſmi menſes annis lunaribus aceedunt, vt hi numerum dierum cum ſolaribus annis parem faciant; ab bis nihil diſcrepant Iſaacus Monachus Argytus io computo de Paſchate, cap. 5. Toſtatus 2. parte defenſotij cap. 14. Aben Eſra in cap. 12. Eaod. verſ. 2. Hoc igitur à maiotibus traditum accepetunt, oportere ſeptem totius enneade cæteridis annos de Concilij ſententia intetcalares fieri; vt in totum menſes illi ſint 235. dies 6939. cum beſſe diei, ſiue horis 16. & momentis 595. atque hi ſunt annj Solis XIX. ſine additione vlla, vel detractióne; verùm non penitus æquales euadere annos, ſed ab alierius aſtri curſu io decemer nouem annis, alterum ſeſqui hora fermè ſuperari. Lunam puta à Sole Clauius demonſtrat in Calendario Gregoriano cap. 8. num. 6. etſi modum non deeſſe ſuggerat hanc tollendi differentiam; meminit & emboliſmi, quo vno quandoque intercalaro menſe lunarem annum Solis motui adaptare Palæſtini conſueuerant, Galenus commentario in 1. Epidem. ergo his circumſpectis, inquit Franciſcus Suarez tom. 1. in 3. parte, diſputatione 1. ſect. 2. §. *ſed imprimis dubitari*, &c. Quo eirca, licèt verum ſit, ad celebranda nonnulla feſta mobilia obſeruaſſe Hebræos lunarem anoum; ſemper tamen illis curæ fuit reuocare, & corrigere lunarem per ſolarem, intetcalando, & interdum ſecundo anno quoquo vnum menſem, atque in voico anno tredecim menſes concludendo, vt hoc modo numerus annorum lunatium numero annorum ſolarium reſponderet; & ita ad menſurandas ætares, regnorum durationes, ac deoique ad omnes deſcriptiones temporum, lunari anoo ſic correcto, vel, quod perinde eſt, anno ſolari pro menſura vtebantur. Cetnis, quorſum affirmari cum proprietate ſtatoat Iudæos ſolarem obſeruaſſe annum, iuxia eius oormam ſupputaſſe? nempè ob confœderationem lunarium anoorum cum ſolatibus in ambitu anuorum nouem & decem, nempè hæc combinatio æquiualet ſtricto Solis anno; quare cum Iudæis ſimpliciter tribuunt Arias Montanus libello, qui inſcribitur Daniel, ſiue de ſeculis in principio & fine, Nicolaus de Lyra in cap. 9. Danielis, in illud; *Tu ergo animaduerte*, &c. Galatinus lib. 4. cap. 14. Driedo lib. 4. de dogmatibus, & ſacra Scriptura, cap. 5. parte 4. Ioannes Lucidus lib. 7. de emendatione temporum, cap. 3. Couarruias variar. reſolut. lib. 4. cap. 18. num. 1. Tornielius anno mundi, 2544. num. 8. Gordonus in quæſtionibus Chronologicis cap. 19. num. 11. Baſilius Legionenſis tom. 1. variar. diſputat. de agno typico, cap. 7. qui monet adhibitum ab eis ſpeciatim ad chronologicam, & temporum rationem. Genebrardus lib. 1. Chronologiæ initio, & ad finem ſecundi.

Epiphan. Damaſcen. & alij.

*Anni lunares vniuerſim nouemdecim.*

Neque his obſtabit, vſum oumeri aurei, ſeu 18.
oouem ſupra decem annorum cycli inuentionem, Hebræis non tribuendam, ſed Græcis. Metoni quippè Athenienſi, qui floruit propemodum 431. ante Seruatoris natalem, adſcribendam, ſubinnuit Clauius in Calendarium Gregorianum cap. 8. num. 3. Ioannes autem Mariana opuſculo de die mortis Chriſti, cap. 9. inquit, Iudæos formam cycli decemnouenalis, vel à Latinis accepiſſe patribus; vel longè poſt filij Dei Incarnationem ab eis excogitatam, ſcilicet, congregatione illa Tyberiadis, quam magnam nuncupant, habita anno ſalutis 512. Sed credimna potius Magno Baſilio homilia 6. in Hexaëmeron, affirmanti, Hebræos à vetuſtiſſimis temporibus lunares annos per emboliſmum cum ſolaribua adæquaſſe; Cyrillus verò Aleaandrinus Prologo pro cyclo 95. annorum cap. 4. pòſt annus emboliſmius occurrit; quem tredecim menſes lunares, hoc eſt, trecentos octogintaquatuoc dies habere, ſancto Moyſi diuinitùs reuelatum eſt, &c. in eandem ſententiam Beda tractatu de temporum ratione, cap. 41. loquens de patribus 318. Concilij Nicæni; ne videlicet ſi aliter decernerent, iodiſſolubilis ille omnis annorum, & embolyſmorum ſtatus ſolueretur; quem inuiolabiliter obſeruandum diuinæ legis authoritate Hebræis tradentibus agnouerant. Sanè, ex recentibus Iudæorum interpretibus Aben-Eſra commentario in cap. Exod. 12. verſ. 2. parallelum Solis, & Lunæ annorum repertam eacogitato numero aureo per annos XIX. illos maritante, Moyſi non fuiſſe derectam ſtatuit, ſed à Concilio Sanedrim poſt Babylonicam captiuitatem inſtaurato elaboratam, ſubnectit tameo Synodum tradidiſſe, quòd à maioribus traditum erat; quod autem ea maiorum traditione deſcenderat,

*Numerus aureus.*

derat, priscum, & antiquum erat. Habebant igitur Iudæi ootitiam aurei numeri, vtebaotur cyclo decemnouenali ad lunarium annorum confraternitatem cum solaribus annis; sed esto precor lnnaris anni dispositio ad templi ministeria, ad festos dies, ad sacrificia, & oblationes deseruierit; esto non minùs commodus repertus sit ad agriculturam, ad maria sulcaoda, ad nundinas, multaque alia tam ciuilia, quàm sacra negotia; verùm, quo pacto satis idoneus ad hominum ætatem comprobandam? ad tempora, quibus Monarchæ regnauerint, indicanda? ad computanda spatia, quæ ab egressione filiorum Israël de Ægypto transierant? Quæ ab ædificato per Salomonem templo, defluxerant? nam ponamus intercalarionem fieri tertio anno, (ante hunc enim non supersunt dies ad mensem, qui adiuugendus sit, integrandum.) Si annos consideraueris, Simeon exempli causa, qui initio primi anni io lucem prodiit, duobus quidem vixit annis; sin autem temporum labentium veras rotationes attendas, cùm duorum eorum annorum cuilibet dies vodecim detrahantur, in quibus Solis motus præcellit: Simeoo autem duos solares compleuerit anuos, equidem maior nato est duobus annis lunaribus, quippe cum illis, & viginti duos numerat dies, quo Solis conuolutio Lunæ curriculo maior est; quare de temporum prationibus generatim Nicolaus de

De Lyra. Lyra in cap. 9. Danielis, illud: *Tu ergo animaduerte*, &c. §. *sed hoc dictum*, &c. Item in toto veteri Testameoto fit computatio per annos solares, & omnes sic computant, sicut manifestè pa-

Died. & alij. ret in Genesi, & aliis libris; Ioannes Diedo lib. 4. de Dogmatibus, & sacra Scriptura, cap. 5. part. 4. verùm hîc sciendum est, quòd Hebræi supputantes ætates hominum, & tempora, noo secundùm lunares annos supputant, sed secundùm solares, quemadmodum & nos; Salmeron Prolegomeno 43. §. *ad tertiam dicendum*, &c. Deinde si iuxta Lunæ cursum io Scripturis anni sunt interpretandi, nihil nobis in illis certum, aut solidum permaneret; Suarez tom. 1. in 3. parte, disputat. 1. sect. 2. §. *sed imprimis*, &c. Dubitari noo potest, quio Hebræi, & veram solaris anni durationem cognouerint, & illo ad Chronographias, & annorum rationes computandas, vsi fuerint; primùm, quia quotiescúque Scriptura onmerat annos, v. gr. Adam vixisse tot annis, Hebræos fuisse in Ægypto quadriogentis trigiota anois; vel in captiuitate Babylonica septuaginta, sine vlla controuersia de aonis solaribus intelligenda est; alioqui, omnis aunorum computatio, quæ in Scriptura est, dubiè coostaret: Magister Frat. Basilius Legionensis tom. 1. variar. disput. de agno typico, cap. 7 quare, in ea sua sententia, vt credam, duplex mensium genus apud Hebræos in vsu fuisse; primùm solarem, deinde lunarem, duplexque item annorum genus; luoari vsi sunt ex Moysis institutione ad obseruanda festa; solari verò in annorum computationibus ante Moysem, iuxta Ægyptiorum consuetudinem, qui dies quinque iotercalabaot in fine anni, vt annum solarem 365. dies constantem haberent, Ptolomæo teste lib. 3. Almagesti c. 2.

*Cùm de annis sit mentio in Scriptura, quomodo intelligendum.*

*Duplex annorum genus.*

19. Equidem Ægyptij, quos solari vsos anno demonstrauimus, enim, sanè Gemino adsertore in elementis Astronomiæ, cap. 6. ad trecentos sexaginta quinque dies extendebant, ea profectò norma, vt duodecim menses parem dierum numerum continerent, videlicet quisque trigiota amplectebatur dies; ex quibus conficiuntur CCCLX. dies; redundantes verò adhuc dies alios quinque cum horis aliquot superaddebant mensium imperturbata æquabilitate; idem Theodorus admonet Gaza libro de mensibus, cap. 9. Hieronymus commeotario io c. 4. Amos, in illud, *Ego quoque prohibui*, &c. & quomodo Sol iste, quem cernimus annuum cursum, donec ad pristinam metam redeat, duodecim explet mensibus, qui singuli tricenis voluuntur diebus, &c. Procopius Gazæus io illud cap. 1. Genes. *fiant luminaria*, &c. Sed quomodo lunaris anni menses triginta affluebant diebus? Respondet Dionysius exiguus epist. 1. de Paschatis ratione; sed nec hoc prætereundum esse putauimus, quòd nimis errant, qui Luoam peragere cursum sui circuli triginta dierum spatiis æstimantes, duodecim lunares meoses in trecentis sexaginta diebus numerant, quibus etiam quinque dies adiiciunt, quos intercalares appellauit antiquitas, vt solarem adimplere aonum videreotur; cùm diligens inquisitio veritatis ostenderit in duobus Lunæ circulis oon sexaginta dies, sed quinquaginta nouem debere numerari; ac per hoc in duodecim lunaribus meosibus trecentorum quinquagiota quatuor dierum summam colligi; Martianus Capella lib. 8. de nuptiis Philolog. seu de Astronomia, titulo, de Lunæ meatu; verùm Luna circuit totum signiferum diebus 27. & bisse; sed Solem 29. diebus, & media die, noctisque parte consequitur; & mox, Luna implet annum suum CCCLIV. diebus, nam duodecim eius coitus hoc numero peraguntur; sicque fit, vt annus solaris diebus vndecim maior habeatur; quod intercalationum diuersitatibus compensatur, &c. quibus consona scribunt Geminus in elementis Astronomiæ, cap. 6. Vitruuius de Architectura lib. 9. cap. 4. Damascenus lib. 2. de fide Orthoduxa, cap. 7. S. Maximus 1 parte computi Ecclesiastici cap. 7. & 9. Beda de ratione temporum, cap. 9. Hinc apud Hebræos, vt Lyra perspexit in cap. 8. Genes. in illud, *vigesima septima die*, &c. mensium alij pleni, & integri censentur; alij deficientes, & cauti quod etiam Tostatus obseruationum 1. parte defensorij cap. 14. Cùm enim menses, ad Lunæ scilicet cursum efformati, spatio temporis constarent taotùm dierum 29. cum dimidia diei parte, menses duo ambitu claudebant dies quinquaginta nouem; primò igitur mensi dies assignabantur triginta, alteri nouem supta viginti, qua de causa primus mensis pleni, & cardinalis erat numeri, secundus imperfecti. Quando igitur sex menses anni lunaris 29. nouem dies solùm claudetent, annum, quem Solis producebat cursus, æquare non valebant; huius namque singuli menses dies triginta vindicabant.

Capella, & alij.

*Mensium alij pleni, alij deficientes.*

Fateor, si res hæc ex physica temporum natura, ex rigido Solis cursu, ex Astronomiæ Theorica, definienda esset, haud posse lunares menses ad triginta dies exteodi; cæterùm in mensibus, & annis, vt à principiis Astronomiæ non longiùs abeatur, huius seueris legibus mitigatis, noonulla disponenda sunt, quemadmodum sacris & humanis negotiis populorum plus conueniant, & quidem io rigore trigesimus dies veterem, & nouam Lunam exhibet, est finis vnius 20.

mensis,

menſis, principium alterius, ſicuti expendunt Varro lib. 5. de lingua Latina. Vlpianus enarratione in orationem Demoſthenis de falſa legatione, quare dimidium ſibi vterque vendicat menſis, quod Solonem præſcripſiſſe Plutarchus in eius memorat vita, inquiens: Perſpecta itaque menſis varietate, nec curſum Lunæ vel cum exortu Solis, vel cum obitu prorſus congruere, verùm ſubinde eam Solem eodem die & aſſequi, & prætergredi; hunc ipſum diem ἔνην καὶ νέαν, id eſt, nouiſſimam, & primam Lunam iuſſit appellari; partem eius, quæ coitum Lunæ cum Sole antecedit deſinenti, reſiduum inchoanti arbitratus tribuendum; nihilominus Hebræi non partem trigeſimæ lucis cuique partiebantur menſi, ſed primo totum adiudicabant, ob quod ille cui acceſſit triginta numerabat dies, ſequens, qui deſpoliatus eſt, vigintinouem conſtabat diebus, & rectè illi, alias dies primus menſis nullum certum haberet initium, ſed modò in claritatem diurnam incideret, modò in noctis tenebras, nunc ſub auroram, nunc ſub veſperam, aut in ipſo feruore diei; fauet iſtiuſmodi accommodationibus temporum temperatis nonnunquam Aſtronomiæ regulis Clauij pronunciatum Apologia pro Calendario Gregoriano capite 4. numero 5. Neque verò magni intereſt, (quod ad ſolemnitatem Paſchalem attinet,) ſiue Æquinoctium in ipſum diem 21. Martij incidat, ſiue eum antecedat, ſiue ſubſequatur, dummodò ab eo non longè abſit; non enim Eccleſia tam accuratis, ſubtilibuſque Aſtronomorum præceptis vnquam adſcripta fuit, cùm neque Hebræis ipſis, quibus omnia ceremonialia erant, præceptum fuerit, vt verum, aut medium Æquinoctium in Paſchæ ſollemnitate obſeruarent, ſed tantùm tempus, quo dies iudicio ſenſus noctibus æquales fiebant; quod quidem triduum, aut quatriduum ſine magna differentia complecti ſolet; ergo, cùm Iudæorum Magiſtri, & ſeniores lunaribus tantùm vſi fuerint menſibus, hos eum ordinarunt in modum, vt annum idoneum facerent non ſolùm feſtorum cultibus, & politicis curis, ſed imprimis ad temporum per hiſtorias aptè texandam rationem vitæ, & regnorum indicatis ætatibus, & quamdiu hæc, aut illa perdurarunt; ſed huic ſcopo Lunæ vt deſeruirent menſes, oportebat dierum eadem præditos eſſe copia cum menſibus anni ſolaris; aut ſi cui hoc concedere violentum ſit, oſtendat ſacram paginam diuerſos adhibere menſes, pluriumque dierum, quando memorat ſpatia quibus Reges imperarunt, cùm epochas annorum vel ab egreſſione filiorum Iſraël de Ægyptióne, vel a Salomoni templis iactis fundamentis deducit. Patres, & interpretes ſemper intimant Hebræorum menſes lunares fuiſſe; eorundem maior factio ſuggerit anno ſolari vel prætermiſſo, vel ignorato, Lunæ ex motu annum compoſuiſſe circulum; hæc autem Chronographiæ, & Annalibus conſociari nequeant, niſi intelligamus menſes tricenorum fuiſſe dierum, & Lunæ ſpatiis nomine tenùs ſolaris curſus dies omnes CCCLXV. cum minutiis horarum exceſcentibus adiudicatos. Quid? nónne graues Scriptores menſtruo Lunæ Orbi triginta aſſignant dies? Cleomedes Meteorum lib. 1. cap. 5. ad finem; ſed cum Sole trigeſimo die coit. Plinius lib. 2. cap. 9. trigeſima luce rurſus ad eaſdem vices erit; Martianus Capella lib. 8. titulo, de duodecim partibus latitudinis Zodiaci, &c. Si trigeſima eſt, obſcurationem Solis terris facit; Horus Apollo Hieroglyph. 4. at in ſenio triginta diebus complens cornua deorſum inflexa gerere, &c. Theophilus Alexandrinus epiſt. 3. Paſchali, vt quod lunare ſpatium triginta diebus implet, & noctibus. Dices, non negari Lunam ad trigeſimam prouehi lucem, verùm diei trigeſimæ tantùm dimidiam rapit partem, altera autem pars ad Neomeniam, ſeu Nouilunium ſpectat, ideóque ad ſequentem menſem, principium quippè menſis Neomenia, ſeu Luna noua eſt; quare non inuenuſtè Hypocrates libro de octimeſtri partu ad finem: Oportet autem vel maximè hoc conſiderare quod Neomenia, ſeu Nouilunium, quod dies vnus exiſtit, trigeſima menſis pars eſt; Horatius etiam lib. 1. ſatyra 9. verſ. 69. Hodie trigeſima Sabbata, vnin curtis Iudæis oppedere, ibi priſcus Scholiaſtes Aaron, quæ Iudæi Neomenias dicunt, quoniam per Sabbata Iudæi numeros appellant lunares; verùm, quòd Neomeniæ celebritas, quæ læta & feſta Iudæis erat, in trigeſimam lucem caderet, non ideò fiebat, quoniam trigeſimus dies ad menſem antiquum non pertineret, ſed quia Hebræi, vt fusè edocuimus in antelapſis, feſtiuitates ſuas à veſpera præcedentis diei auſpicabantur; à veſpera igitur diei trigeſimæ cum Neomeniæ proclamaretur ſollemnitas, ideo ad trigeſimam tenuiſſe lucem, ſed reuera iam trigeſimus dies completus erat cùm ad butam veſperarum perueniebant; dies enim apud Hebræos vt comprobauimus, ſcilicet naturalis, à veſpera exordium ſumebat. *Neomeniarũ celebritas.*

Igitur Hebræi patem facere optantes Solis, atque Lunæ curſum, ſimiléſque annos dierum computo, triginta dies menſibus adſcribebant, 21.
vt edocent Theodoretus quæſt. 15. in Geneſ. Ambroſius lib. 4. in Hexaëmer. cap. 5. in fine; Luna per tricenos dies duodenis vicibus curſum conficiens conſummat annum ſecundùm Hebræos; verùm iſta probant lunari anno CCCLX. concedi dies; quid autem de aliis quinque diebus cum quarta diei parte? Reſpondeo, aliquos menſes etiam trigeſimum ſuperaſſe numerum, & vndetriginta locupletatus diebus; Beda libro de temporum ratione, cap. 9. enumeratis Hebræorum menſibus ſubiungit; quos videlicet menſes propter Lunæ circulum, qui 29. ſemis diebus conſtat, tricenis, vndetriceníſque diebus alternantes, ſecundo demum, vel tertio anno exacto, menſem ſuperfluum, qui ex anni vndecim Epactarum diebus confici ſolet, intercalant; Rupertus lib. 2. in Exodum, in illud cap. 12. *menſis iſte primus*, &c. cap. 2. Hebræi ſecundùm legem ſolos lunares menſes, & annos nouerunt, vnde quoties in hac Scriptura ſancta, ſiue in lege, ſiue ante legem, quota die menſis quid factum, quídve dictum ſit, indicatur; nihil aliud quàm Lunæ ætas ſignificatur; & alius quidem triginta, alius vnius & triginta dierum menſis habetur; ſed eſt peregregium D. Auguſtini effatum, eorum auerſato placito, qui annos Patriar- *Theodoret. Ambroſ. & alij.*

charum, de quibus Geneſ. cap. 5. vt credi faciliùs poſſint, ſiniſtra explanatione interpretabantur de alio annorum genere paucorum menſium, & anno breui, ſubiofert lib. 15. de ciuitate Dei, cap. 14. Prorſos, tantus etiam tunc dies fiat, quantus & nooc eſt, quem viginti & quatuor horæ diurno curriculo, nocturnóque determinant; tantus menſis, quantus & nunc eſt, quem Luna cœpta, & finita coocludit; tantus annus, quantus & nunc eſt; quem duodecim menſes lunares additis propter curſum ſolarem quinque diebus & quadrante, conſummant; ecce menſes facit duodecim & lunares, ſcilicet, quos Luna cœpta & finita conclodit; ecce tricenos dies iis attribuit. Nam deeſſe tantùm quinque dies ad æquabilitatem ſolaris anni ſtatuit, hos qooque & diei quartam ſuperaddi, vt ad amuſſim Soli reſpondeat, reſtatur; hæc anni norma priuſquam diluuium ſubmerſerat; eam ex traditione maiorum acceptam Iudæi conſetuarunt, & qui lunarem annum à Iudæis mutuati ſunt Græci, paribus fermè modis eundem cum Sole conſiderati ſunt. Cicero lib. 2. in Verrem; eſt conſuetudo Siculorum, cæterorúmque Græcorum, quòd ſuos dies, menſeſque congruere volunt cum Solis, Lunæque ratione, vt nonnunquam ſi quid diſcrepet, eximant vnum aliquem diem, aut ſummum biduum ex menſe, quos illi ἐξαιρέσιμος dies nominant; item, noonunquam vno die longiorem menſem faciunt, aut biduo, &c. ergo annum non Soli, ſed Lunæ nuncupatum obſeruaſſe Iudæi videbantur, ſed anous à Luna vocatus omnia emolumenta ſolaris continebat anni; menſium, dierum æqualis numerus; quamobrem ſiue ad feſta, ſeu ad politicæ vitæ exercitamenta, ſeu ad temporum noſcendas memorabiles periodos Iudaicum referas annum, quanquam Lunæ morem gerere ſupponas, atque eius fabricatorem in gratiam, anni tamen ſolaris ibi beneficia omnia reperias.

22. At ſuggeras, cùm Lunæ motibus dies CCCLXV. addito quadrante donantur, falſo, & commentitio iſtamet niti fundamento, verè enim atque reipſa Lunæ vndecim deficiunt dies; cur ergo Iudæi cùm poſſint veraces aſſumere dies ſolari amplexato anno, maluerunt fabuloſum Lunæ imaginari circuitum? Verùm, exploratum eſt, menſis initium apud Hebræos à nouæ Lunæ viſione computari, diéſque primus Neo-
Hieron. &c. menia vocatur, hoc eſt, (inqoit B. Hieronymus in illud, cap. 66. Iſaiæ, *quia ſicut cæli noui*, &c.) menſis noui exordium; Lunæ autem iuueneſceotis primos adſpectus obſeruare difficilis labor eſt; quippe Galeno animaduertente lib. 3. de diebus decretoriis; noo ſemper vnum tempus eſt, quo clarè Luna conſpicitur, plerumque triduo in coito Solis remorata, planè inuiſibilis eſt; idem teſtatur Plinius lib. 2. hiſtor. natur. cap. 9. Quare non niſi tertio apparitionis die, quod vſque ad hunc contuendam ſe Luna non præberet, publicaſſe Iudæos Neomeniam Scaliger adſtruit lib. 1. de emendatione, titulo de menſibus pag. 9. & lib. 2. titulo de anoo Arabico pag. 131. Vt autem citiùs, certiúſque naſcentis Lunæ ortus detegeretur, in montium, & locorum ſublimium apicibus ſpeculatores vigilabant, quos oportebat viros eſſe omnium ſcelerum puros; hi Lunam ſimul ac conſpicabantur, ad ſeniores referebant, ab his populus admonebatur, hoc non alienum exiſtimat Paulus Foroſopronienſis voluminis de Paſchate, parte 2. lib. 2. cap. 2. & quidem Macrobio adhærens lib. 1. Saturnal. cap. 15. à Beda refertur tractatu de temporum ratione, cap. 11. Romanos inter priſcis temporibus Pontifici minori eam delegatam prouinciam, vt nouæ Lunæ primum obſeruaret aſpectum, viſúmque Regi ſacrorum nunciaret, à quo ciues poſtea diſcebant; verùm cùm menſem vno, atqoe eodem die Hebræi cuncti inciperent, contingere ſæpiùs poterat non eodem tempore ab omnibus cerni ſpeculatoribus, ſeu qoooiam nubibus obtecta lateret, ſeu quia non omnium par diligentia in obſeruanda Lunæ natiuitate. Deinde, quod neceſſum eſſet ad hoc muneris homines eligi vitæ integerrimæ, vanum eſt, cur enim id deſideretur? Quamobrem hanc contemnunt traditionem Scaliger lib. 2. de emendatione temporum, titulo, de periodo Iudæorum Alexandrea pag. 102. Serrarius lib. 4. in cap. 5. Ioſue quæſtione 27. Magis igitur conſentaneum eſt putaſſe Aſtronomiæ ex principiis tabulas confeciſſe, in quibus Solis, atqoe Lunæ coniunctiones deſcriptæ erant, ex his deriuaſſe ſtabilem aliquam regulam pro menſium Neomeniis, & exordio; ſed quoniam Aſtrologi non ſatis inter ſe conueniunt de Synodo, ſeu coniunctione Solis atque Lunæ, eámque priùs contingere decernant, quàm à nobis animaduerti queat ex Lunæ fulgoribus; Calendarij Hebraici, & feſtorum ordinaodorum præpoſiti habendam exiſtimarunt potiorem rationem, vt populorum concors eſſet religio in feſtiuitatum celebrationibus, in negotiis publicis, & priuatis ritè ordinandis, in ætatum & temporum ediſcenda veritate, quàm vt ſyderalis notitiæ præcepta rigidè colerentur; proinde ſecundùm æquum, & bonum Neomenias diſponebant; ſi Lunæ ortus in horam decimamoctauam ex quatuor & viginti diei naturalis incidebat, à ſequenti luce Neomeniam auſpicabantur, & ſi hanc impediri feriam maiori aliquo feſto contingebat, non niſi ea tranſacta, menſem ordiebantur, vt memorat Paulus Burgenſis additione ad cap. 26. Matthæi §. *primum præſupponendum eſt*, &c. & recipiunt Ianſenius concord. capite 128. in illud, *Appropinquabat autem*, &c. Mariana opuſculo de die mortis Chriſti, cap. 9. & 15. Vaſquez tom. 3. in 3. parte, diſputatione 172. cap. 3, num. 24. Scaliger lib. 2. de emendatione temporum, titulo, de anno Iudæorum nouitio pag. 131. Sapienter Burgenſis loco proximè citato de Calendarij præfata norma. Nec ſentiendum eſt erroneum, ſeu contra mentem legis loquentis ſimpliciter de prima die menſis; nam computatio menſium quantum ſpectat ad cultum feſtiuitatum, ſufficit, quòd ſit vniformiter regulata, & apud omnes communiter recepta, & aliqualiter veritati propinqua; venuſtè vltimum hoc, *& aliqualiter veritati propinqua*; nam, vt Henriquez obſeruat lib. 8. de Euchariſtia, capite 10. numero 6. Neomenia, ſeu Nouilunium, qood incipit à coniunctione Lunæ cum Sole diuerſimodè numeratur ab Hebræis in ſacra Scriptura, quàm à prophanis Aſtrologis; nam Scriptura menſem inchoat à Luna primum apparente, ſed quia ſub radiis ſolaribus communiter latet biduo,

Astrologi initium coniunctionale mensis sumunt à puncto medio coniunctionis; hinc quod Scriptura vocat 14. Lunam in plenilunio, Astrologus reiicit in 15. aut vlteriorem diem; computus igitur Hebræorum à rigore Astrologiæ biduo interdum discrepat, sed hoc non est nisi aliqualiter à veritate speculatiuæ scientiæ discedere, & quoniam de his nimium inter se Astronomi digladiantur, quoniam in fixa periodo non conueniunt, ideo satius est eorum regulas pinguius interpretari, quàm rixarum præbere occasionem super festiuitatum cultu, super mensium & annorum norma; etiam de Ecclesia Romana Clauius Apologiæ Gregoriani Calendarij cap. 4. Nam Ecclesia obstricta non est, neque vnquam fuit exquisitis Astrologorum legibus, motibusque, sed satis illi est si Solis, aut Lunæ motus pingui quadam, (vt aiunt,) Minerua assequatur, dummodò non multum à vero recedat; id quod antiquissimus vsus à primitiua Ecclesia ad nostram vsque ætatem continuatus atque perductus euidenter demonstrat. Synagoga igitur, cùm veram Numinis religionem profitebatur, annorum & mensium spatia congruè ita potiùs disposuit, vt Ecclesiasticis & politicis functionibus idonea reperirentur, quàm, vt Astrologiæ canones rigidè tenerent; eámque ob causam vndecim dies, quibus Sol Lunæ cursum vincebat, lunarem distribuit per annum, dies quidem non absolutè fingens, sed quo carebat Luna, tempus quanquam reipsa alienum, Soli nempè proprium, ei ob ciuilium, & sacrorum negotiorum vtilitatem, adscribens; nec adiectio notabilis est vndecim dierum per vastos dierum tercentum quinquaginta quatuor dispersorum.

23. Quanquam verò, vt Lunæ, & Solis æquarentur spatia annuo considerato circulo, dierum numero, & mensium longitudine, Astronomiæ nonnihil inuertere præcepta necessum erat; tamen, ne quid iustæ querelæ relinqueretur etiam hominibus doctis, alterum Iudæi modum inuenerunt, videlicet cyclum annorum decem & nouem, qui aureus vocatus Numerus, & à Græcis ἐννεαδεκαετηρίς, hoc est, Decemnouenalis; eo quippè annorum interuallo per mensis decimitertij additionem tertio, aut secundo aliquoties anno duodecim Lunæ mensibus, Lunæ totidem competunt dies, quot Soli, vt suggessimus num. 17. itaque Solis & Lunæ rigorosam æquationem Hebræi & nouerunt, & exercebant; esto tamen, inquias, sed quid tanto impendio opus, vel ad Lunam qua de causa recursus, cùm sine labore, & ambagibus Solis annuo obseruato cursu singula faciliter, & distinctè componi valuerint? Respondeo, ex capite duodecimo Exodi constare mensium nouum ordinem Israëlitis præscriptum, & Nisan anni destinatim exordio; ab eo autem tempore Lunæ præcipuam habitam rationem ad festa maximè concelebranda, speciatim ad typici Agni immolationem, edocent Iosephus antiquit. lib. 3. cap. 10. Mense autem Xantico, qui nostris *Nisan* vocatur, & annum exorditur, Luna quartadecima, Sole arietem obtinente, quandoquidem hoc mense ab Ægyptiaca seruitute liberati sumus, sacrificium, quod tunc exeuntes fecisse diximus Pascha nominatum, quotannis instaurare lege iubemur, & Philo (Philo.) lib. 3. de vita Moysis, post medium; eius mensis die quartadecima sub ipsum tempus, quo Luna suum orbem solet complere lumine, celebratur migrationis publica festiuitas, quam Chaldaicè Paschæ nominant, &c. Hanc fuisse Iosephi, & Philonis mentem declarat Anatolius Alexandrinus Laodicensis Episcopus apud Eusebium (Anatolius.) Cæsar. lib. 7. histor. Ecclesiast. cap. 26. & cernere est in canone Paschali ipsius, quem ex manuscripto publicauit noster Bucherius de doctrina temporum, pag. 439. Sed nec à nobis, (loquitur Anatolius,) exordium sumit hæc ratio; antiquis Iudæis fuisse comprobata monstratur, & ante aduentum Christi obseruata; sicut euidenter docet Philo, & Iosephus, sed & iis antiquiores Agathobulus, & ab eo eruditus Aristobulus ex Panneade, qui vnus ex illis septuaginta senioribus fuit, qui missi fuerunt à Pontificibus ad Ptolomæum Regem Hebræorum libros interpretari in Græcum sermonem, quíque multa ex traditionibus Moysi, proponenti Regi, percunctantíque responderunt; Theophilus Alexandrinus Prologo ad Theodosium Imperatorem de sancto Paschate: in decimaquarta autem die istius mensis primi obseruari Pascha præcepit, non propter aliam causam, nisi propter similitudinem Lunæ, quæ tunc in fulgore plenum habet globum proprium, & mox decimumquartum diem mensis appellat non secundùm Solis cursum, sed secundùm Lunam, Hebræi enim non ex Solis cursu, sed ex Lunæ cyclo mensem fieri debere dixerunt, &c. (Th. Alex.) Augustinus epistola 119. ad Ianuarium cap. 9. nam Iudæi mensem nouorum tantummodò, & Lunam obseruant à quartadecima vsque ad vigesimamprimam, igitur Ægyptum deserentes Hebræi, ad Lunam festorum celebritates, & mensium formam coaptare cœperunt; nam quidem in sacram eligebatur Republicam, quæ verum coleret Deum, & quibusdam peculiariter assisteret cæteris nationibus Ethnicismo infectis; volebat itaque Gentilium moribus dissimiles esse, nec quoad Religionis insignia tantùm, verùm quoad temporum dimensiones: Quamobrem, cùm Ægyptij solari imprimis anno addictissimi essent, horum quod maximè quosque ritus vitare illos cuperet, intimauit Solis motu derelicto, ex Lunæ circuitu, annum, & menses fabricarent; author historiæ Scholasticæ non infestiuè in Exodum c. 15. ad illud; *mensis iste erit vobis primus*, &c. voluit quippè Dominus Iudæos à cæteris nationibus differre, sicut religione, & charactere Circumcisionis; ita & temporum ratione. Similia Hugo Cardinalis in Exod. cap. 12. vers. 1. Salianus tom. 2. (Hugo Card.) anno mundi 2544. num. 92. Voluit, (ait,) Dominus hunc populum suum, quantum fieri potuit, vt in omnibus legibus, moribus, & institutis; ita etiam temporum distributione ab alienigenis differre: neque nunc disputo, vtrùm filij Iacob antequam in Ægyptum descenderent, ex maiorum suorum vsu annum iuxta Lunæ aspectus composuerint, fortasse enim sic peractum est, quemadmodum verisimile iudicaui lib. 1. dissertatione 3. sectione 8. numero 48. eosdem Patriarchas annum à tempore verno auspicari consueuisse; sed auorum morem cùm ob Ægyptiorum gratiam despexissent, temporum repertam apud eos normam amplexati sunt; itaque ad ipsorum similitudinem Septembri annum aperiebant, ductóque illius

principio à fructibus autumnalibus Solis ducatum in mensibus, & festorum sollemnitatibus sectabantur, Sol eis totum regebat anni circulum; hunc igitur abusum corrigere volens Creator Deus Ægyptum fugitantibus intimat, aliter temporum degerant rationes, quàm eousque fecerint; cui auscultantes mandato deinceps anni formam Ægyptiorum maximè oppositam regulis disposnerunt; nam caput anni in vernæ tempestatis exordia transtulere autũno valedicentes, cuius primus mensis initium dabat iuxta Ægyptiorum statuta, menses autem non ad Solis exigere cursum, sed ad Lunæ conformare splendorem nunc crescentem, nunc deficientẽ cœperunt.

---

## Sectio V.

*Quis mensis fuerit anni principium apud Hebræos. In quo agnus immolabatur. Azymorum dies. Paschæ celebritatis tempus post æquinoctium vernum: huius initium. Mensium Hebræorum nomina; annus sacer, & prophanus Calendarũ dies solemnis. Mos Turcarum, & Sinarum in Lunæ exordio. Neomeniarum festum non erat ex præcepto.*

24 *Mensis anni principium apud Hebræos quis.* QVando Hebræorum annus, cuius fuerit normæ, declaratum sit, perspiciamus, an fixum aliquod, & stabile principium nactus sit? Liquet profectò Exod. cap. 12 mensem eum, quo Agnus immolabatur, anno exordium tribuisse: at huius mensis quæ indicia ex sacro textu? nempè, quod tum fructuum prima munera noui subministrar anni liberalitas Exod. c. 13. vers. 4. *Hodie egredimini mense nouarum frugum*; Exodi c. 34. vers. 18. *In tempore mensis nouorum, mense enim verni temporis egressus es de Ægypto*, Deut. cap. 16. vers. 1. *Obserua mensem nouarum frugum, & verni primum temporis, vt facias Phase Domino Deo tuo, quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto in nocte*; at tempus nouarum frugum non est certum aliquod, sed vagum, & mutabile, proinde & anni principium apud Iudæos vicissitudinibus obnoxium; quippè interdum terræ dona festinè maturitatem consequuntur pro benignitate anni, pro Solis in calefaciendo robusta virtute; interdum hyems serò discedit, imbres & frigora Veris partem occupant, & neque flores progerminare sinunt, nec segetes adolescere, nec arbores sapidum aliquid gestare in ramis; hanc ob causam Rabbi Aben-Esra commentatio in cap. 12. Exodi vers. 1. statuit, nullis determinatis anni diebus Israëlitas obstrictos fuisse, quibus primum mensem adscriberent, sed interdum anticipasse, non raro procrastinasse pro annorum socordia, vel diligentia in maturitione sementis & fructuum: quippè varietas, (inquit,) ex Planetarum dispositu, vt pluuiæ aliàs copiosiores sint, aliàs minores; calor item, aut frigus abundent in quocumque mense; qui ab nota, & visitata conditione degenerat; proinde nouorum mensis minimè interdum occidet, cùm Sol ad illud punctum reuersus fuerit, quod initio anni superioris obtinuit, & vbi nouorum mensis fuit; neque hanc aduertentiam Perauius contemnit Vranologij, seu Auctuarij lib. 2. c. 11. §. *vt autem tu*, &c. Sin autem obtendas temporum rationibus non obesse fortuitos casus; quare etsi contingat Martium Brumæ rigidissimis mensibus asperiorem euadere, non ideò tamen hyemi adiudicatur, sed Veris ad iucunditatem ostium est, quoniam hyemis induisse naturam tanta horribilitate, peregrinum & inusitatum est; ita & primus mensis licèt insolito euentu fruges non præberet, haud tamen propterea nouarum frugum largitor esse desineret, non tamen similitudinis eadem efficacia; cogitemus mensem primum, seu nouorum Iudaici anni, respondere Martio anni Iuliani; celebratur Pascha die mensis decimaquarta; dies subsequutus initium suggerit Azymorum festo; die secundo Azymorum, qui est decimussextus primi; & vernalis mensis offerebant manipulus spicarum, Leuit. c. 23. vers. 10. *Cùm ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & messueritis segetem, feretis manipulos spicarum primitias messis vestræ ad Sacerdotem, qui eleuabit fasciculum coram Domino, vt acceptabile sit pro vobis, altero die Sabbati, & sanctificabit illum.* Non autem intelligendas spicas virides, & immaturas, denotat ipse textus non leuiter, hoc enim fieri oportere innuit sub messis tempore, eodémque exponit more Iosephus lib. 3. antiq. c. 10. secunda Azymorum die, quæ est mensis huius decimasexta, frugibus demessis, & hactenus intactis incipiunt frui; æquúmque rati Deum huius vbertatis authorem per gratitudinem honori, hordei primitias offerunt in hunc modum; elegantur Isidorus Pelusiota lib. 3. epist. 110. ad Isidor. Diaconum; hoc enim duntaxat tempore spicarum summa capita grauantur, atque ob fructuum, & messis tempus, deorsum propendent, ac velut falcem ad sese vocant; iam ergo si decimasexta die mensis nouorum, puta, vt dixi, apud nos Martium, nam Hebræis Nisan est, necessũ habeatur manipulos spicarum, quæ plenam consequutæ sunt maturitatem, Numini offerre; sed toto eo mense segetes vt demetantur, non sunt aptæ, quoniam hyems longior extitit, & caloris ad maturescendum requisiti beneficio caruerunt; quódnam ergo fiet, nisi vt primus mensis eo anno tardius incipiat, quàm consueuerit annis, quibus segetes citò ad falcẽ disponuntur, hoc enim si minus agatur, lex de offerendo manipulo spicarũ die secunda Azymorũ otiosa futura est; ergo mẽsis primus & nouorum certam, nullã anni periodum obtinebat.

*Exod. 13. 4 & 34. 18.*

*Deut. 16.*

*Perauius.*

*Azymorum dies.*

*Leuit. 23. 10.*

*Iosephus.*

*Pelusiota.*

Dicimus, in calidioribus Prouinciis, quarum de numero Iudæa est, nunquam accidere Brumæ tyrannidem cadere contra vernæ amœnitatis delicias, nec frugibus maturitatem impedire; quod de Palęstinæ gleba eò magis credendum est, quoniam hanc cæli influentiæ non tantùm benignè aspiciebant, sed Deus ipse in gratiam populi sui specialiter tanquam saginabat, alioqui, qua de causa cæteris excelluerit regionibus vbertate, nempè terra lacte, & melle fluens? Quamobrem primo mense non solùm hordeaceum granum messoribus succumbit, sed etiam triticum ad falcem maturum est; quod ex Iosue c. 3. vers. 15. deduco: Iordanis autẽ ripas alnei sui tempore messis impleuerat; cuius verò messis? quidẽ triticeæ; nam ita Romana septnaginta Interpretum editio deuotat; ὁ δὲ Ἰορδάνης ἐπλήρου καθ' ὅλην τὴν κρηπῖδα *Iosue 3. 15.*

*[illegible] αὐτοῦ ὡσεὶ ἡμέραι θερισμοῦ πυρῶν: Iordanis autem plenus erat per totam crepidinem suam, sicut dies messis tritici*; quę eadem lectio reperitur apud sanctum Augustinum lib. 6. quæstionibus super Iosue q. 3. vbi subnectit: Hoc incredibile videtur regionibus nostris; ibi autem sicut perhibent, qui nouerunt, in initio Veris est messis tritici; tunc autem ille fluuius repletur ampliùs, quàm per hyemem. Porrò sic stagnare Iordanem mense primo anni, ex Paralipomenorum primo constat libro c. 12. vers. 15. Isti sunt, qui transierunt Iordanem mense primo, quando inundare consueuit super ripas suas; atque ex ipso Iosue libro, nam post transactum Iordanem cùm intumesceret Pascha, celebrarunt quartadecima die mensis in campestribus Iericho: Paschæ autem celebratio ad quartam decimam lunam primi mensis spectat, Exodi cap. 12. vers. 6. tum itaque Iordanis supereffluit, tum segetes procumbunt; quamobrem Iosue cap. 5. post peractam Agni festiuitatem, subditur vers. 11. *& comederunt de frugibus terræ die altero, azymos panes, & polentam eiusdem anni*; hoc est, anni nouiter incepti in primo mense; verùm fieri potuit, quoniam etiam tunc nó hordea solùm, verùm & triticeæ spicæ granum maturum suppeditabant; id rectè affirmari decernunt Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 173. c. 3. num. 17. Serrarius lib. 2. in Iosue c. 5. q. 5. quæstiuncula 3. Petauius in Auctario operis de doctrina temporum, lib. 1. c. 11. Addimus, licèt Iudææ aliquo tractu speciatim ex vergentibus ad Septentrionem accideret segetes in maturando segniores esse, non tamen id in omni Prouincia generatim vnquam contingere, erat enim beatissima regio in ordine ad prouentus annuos. Porrò mandatum de oblatione manipuli spicarum, vt aduertit Abulensis quæst. 11. in cap. 23. Leuitici, non erat generale, quia non cogebantur omnes Israëlitæ offerre, imò nullus cogebatur, sed qui voluisset sponte offerre, offerebat, & hoc ipsum dijudicant Leuit. c. 23. vers. 10. Caietanus, & Alapide vers. 17. Lorinus; quibus igitur deuotio primitias frugum Deo libare in manipulis spicarum; vt demos sanè ea parte Iudææ, quam ipsi accolebant, nondum maturas segetes, sed poterant mediocri labore, & pretio aliunde arcessere, misso domesticorum aliquo, qui inde deduceret, vbi fama esset messem peragi, & spicas ad offerendum idoneas reperiri.

Pascha celebratur. Vasquez. Serrar. Petauius. Caietan. Alapide. Lorin.

26. Hunc verò primum mensem anni Iudaici caput nobilem duo faciunt alia præter nouorum fructuum munificentiam, & iucunditatem, nimirum, quòd & Agni immolationem Paschali festo exhibeat, & verni Æquinoctij cardinem ostendat, & quidem Paschatis ibi sedem esse compertum est ad decimamquartam mensis Exod. c. 12. vers. 6. Quòd si quis obiiciat, (ait Venerabilis Beda de ratione temporum, cap. 59.) non Æquinoctij memoriam, sed tantùm primi mensis, & tertiæ in eo septimanæ posuisse legiferum; sciat, quia etsi Æquinoctium nominatim non exprimit; hoc tamen ipso, quod à plenilunio primi mensis Pascha faciendum præcipit, Æquinoctij transcensum plenaria ratione depromit; quoniam absque vlla dubietate constat, eam, quæ prima transito Æquinoctio plenum suum globum ostenderit, primi mensis existere Lunam; hæc eadem Rabanus Maurus lib. 2. de institutione Clericorum, cap. 39. vbi decernit: Nunquam ergo contingere potest, vt Luna 14 primi mensis ante vernale Æquinoctium, quod fit in 12. Calendis Aprilis, eueniat; quia luminare minus luminare maius sequi in plenitudine sua, non præcedere debet; cæterùm, quamuis ex sacris litteris probari nequeat Pascha Æquinoctium subsequi, id tamen ex Maiorum traditione Iudęos hausisse Rupertus denotat Abbas lib. 6. officiorum c. 27. inquiens; diuinæ namque authoritatis est, & ex antiqua lege Moysi traditum, vt non celebretur ante primi mensis plenilunium, videlicet, vbi primùm plena Luna post vernale occurrit Æquinoctium; Socrates Eccles. hist. lib. 5. cap. 21. Atqui, vt isti ad hunc modum inter se de Paschate dissiderunt; sic cæteros vniuersos, qui partes versùs occasum Solis, & Oceanum accolebant, ex veteris traditionis pręscripto, post Æquinoctium idem ipsum celebrasse constat. S. Epiphanius hæresi LXX. contra Arianos cap. 2. Non igitur potest peragi nisi præterierit Æquinoctium; quod apud Iudæos non seruatur, neque exactè volunt tale perficere negotium; corruerunt enim apud ipsos, & confusa sunt omnia; simile Apostolicarum constitutionum Clementis Romani lib. 5. cap. 16. id verò luculentè disserit Anatolius Alexandrinus Laodicensis Episcopus, qui tertio Ecclesiæ floruit seculo; meminit strictè Nicephorus Callixtus lib. 6. histor. Ecclesiast. cap. 36. sed pro dignitate Eusebius Cæsariensis histor. lib. 7. cap. 26. distinctiùs autem Analecta ipsius è manuscriptis vendicata, non enim id solum à Philone Hebræo, & Iosepho Flauio, quorum mentem patefecimus num. 23. scriptum esse testatur, sed authorem quoque profert Aristobulum ex Panneade vnum ex Septuaginta duobus, qui Biblia in Græcam verterunt linguam, Ptolomæi Philadelphi Regis imperatu; huius etiam præceptorem Agathobulum; ipsi ergo, (ait,) cùm quæstiones Exodi exponerent, dicebant Pascha non prius esse immolandum, quàm Æquinoctium vernale transiret, &c. quamobrem ex his colligitur Lunam decimamquartam typici Agni ritibus signatam, & primi mensis exploratum argumentum, non enim nisi primo mense fit Agni immolatio semper aut Æquinoctio indiuiduum comitem, propterea quòd eodem exoriantur die, aut illud proximè sequi, idcircò non habendam rationem decimæquartæ Lunæ Æquinoctio prioris, hæc enim neque primum mensem ingreditur, nec Paschati occasionem præbet; huic tamen non adstipulatur documento Lyra in Exod. cap. 12. in illud; *mensis iste vobis primus*, &c. Sciendum, (ait,) quia hoc regulariter verum est, quòd primus mensis Hebræorum semper incipit à principio lunationis propinquioris æquinoctio vernali; siue principium dictæ lunationis sit ante Æquinoctium, siue pòst, siue ibidem; regulam hanc Nicolai amplexantur Tostatus quæst. 3. in cap. 12. Exodi. Ribera lib. 5. de templo, cap. 2. §. 1. Henriquez lib 8. de Eucharistia, cap. 10. num. 7. Vasquez tom. 3. in 3. part. dispur. 172. cap. 3. num. 24. Verùm, hunc Canonem non satisfirmum esse, probè demonstrat Clauius Apologia pro Calendario Gregoriano cap. 1. num. 8 aduertit namque contingere posse, vt duo Nouilunia æqualiter distent ab Æquinoctij die; cui tam lunationi adiudicabitur Paschæ sollemnitas? eam sibi vendicat lunatio proximior Æquinoctio; sed æqua distantia est duarum lunationum. Porrò hanc posse subnasci

Exod. 12. 6. Socrates. Epiphan. Anatol. &c. *Primi mensis Hebræorum initiũ à principio lunationis propinquioris æquinoctio vernali* Tostat. Ribera, & alij.

ſubnaſci incertitudinem, liquet, diem vigeſimumprimum Martij, exempli cauſa, Æquinoctium impleat; plenilunium, ſeu medij motus oppoſitio magnorum luminarium Solis, & Lunæ meridiem præfatæ diei 21. Martij occupet; tanto aberit interuallo nouilunium præcedens, quanto ſubſequens à puncto meridiano diei 21. Martij, vtriuſque enim abſentia dies interponit 14. horas 18. minut. 22. ſecunda 2. ferè; iacebit igitur incelebratum Paſcha, quoniam ſub lite eſt, quamnam pertineat ad lunationem? tenenda igitur veterum regula, Lunam decimamquartam primi menſis, qua agnus occidebatur, æquinoctium præcedere nequaquam ſolitum; ſed vel eadem coniungi die pariter æquinoctium, & Lunam quartamdecimam; vel ad æquinoctium proximè ſubſequi Lunam decimamquartam; eadem, quæ Clauio meus, Bellarmino lib. 3. de Sanctis, cap. 12. Pereiræ diſput. 1. in cap. 12. Exodi num. 5. Cornelio Alapide in idem cap. verſ. 1. §. *quæres vnde*, &c. Torniello, anno mundi 2544. num. 10. Saliano tom. 2. Mundi, eodem anno 2544. num. 96.

27. Aſſeras, controuerſiam ſemper fuiſſe etiam inter ſummos Aſtrologiæ proceres, neque in hanc diem alicuius induſtria, quantumcumque ſe magna fatigauerint ingenia, conſopitam, de Æquinoctiorum & ſolſtitiorum fixa aliqua periodo; dato quidem Æquinoctium vernale contingere Sole Arietis ingreſſo ſignum, adhuc non leuis quæſtio, num ſtatim atque Arietem Phœbus percurrit, Æquinoctium incipit, aut qua ſigni parte, qua dilabentis tum menſis luce? id colligere eſt ex Hyparcho lib. 2. ad Arati, & Eudoxi Phœnomena cap. 3. Achille Tatio Iſagoge in Phœnomena Arati cap. 23. Seruio Mauro in illud 1. Georgicor. *Hædorumque dies ſeruandi*, &c. Columella lib. 9. de re ruſtica, cap. 14. Cauſam benè Franciſcus Valleſius attigit cap. 55. ſacræ Vallesius.
Philoſophiæ: *Quanquam enim*, (inquit,) *motus Solis omnium ſit regulariſſimus, & ordinatiſſimus, nunquam tamen conueniſſe ſummos Aſtrologos in puncto aliquo fixo, ac proinde inæquales facere annos ob inæqualem Solis motum, quod aliquando velociùs, aliquando tardiùs curſum conficiat*; huius pronunciati multos graues aſſertores exhibuimus ſuprà num. 9. quo ex fonte promanauit, vt cùm à ſanctiſſimis Patribus Nicæni Concilii Æquinoctio deſignatus fuerit ſtatutus dies, ſcilicet Martij 21. ab eius tamen Synodi temporibus vſque dum Calendarium Sedis Apoſtolicæ mandato reformatum eſt, retroceſſerit Æquinoctium, & ad Martij vndecimam aſcenderit feriam, videlicet, quia in diebus centum tringintaquatuor versùs menſium principia remeat; igitur ſi de æquinoctio Hebræi fixum nihil ſtatuere valebant, & certam eius natiuitatem ignorabant, quî fieri potuit vt per æquinoctia Paſchalem regerent celebritatem, ſupponentes Lunam decimamquartam vel ab æquinoctio indiuulſam, vel proximè illi coniunctam, ſicut enim longè retroceſſit poſt Nicænum Concilium à 21. die Martij, cui affixus erat decem ſuperatis, exhauſtiſque diebus, & vndecimam Martij occupans lucem, cur non longo diſtare interuallo à decimaquarta Luna primi menſis queat? Reſpondet ſapienter Clauius Iudæos in obſeruandis Æquinoctiis, provt hæc Calendarij, & feſtorum vtilitatibus miniſtratura erant tabularum Aſtronomicarum non adhibuiſſe ſeuera præcepta, verùm populi ſe ingenio aptaſſe, & craſſioribus delectis principiis decreuiſſe, tum Æquinoctij aduentum proclamandum, quando communi iudicio fama eſſet, dies, noctesque pares euaſiſſe; id autem in Palæſtina cum accidere ante Paſchatis celebritatem vulgatim crederetur, propterea Æquinoctio initium computatum vel decimaquarta die primi menſis, vel ſtatim poſt hanc dilapſam; Clauij verba ſunt Apologiæ pro Calendario Gregoriano cap. 4. num. 5. Neque Hebræis ipſis, quibus omnia ceremonialia erant, præceptum fuerat, vt verum, aut medium æquinoctium in Paſchæ ſollemnitate obſeruarent; ſed tantùm tempus, quo dies iudicio ſenſus noctibus æquales ſunt; quod quidem triduum, aut quatriduum ſine magna differentia complecti ſolet. Quare Ioſephius Flauius de Paſchatis menſe loquutus lib. 3. antiquit. cap. 10. tantùm denotat eum eſſe, quo Vernale contingit æquinoctium, nempè Arietis ſigno per Phœbum conſcenſo; Anatolius quoque Laodicenſis Epiſcopus cum hac ipſa indiſtinctione pronunciat in Canone Paſchali, dum autem ſigni Arietis gradus Sol pertranſit, quam determinato puncto adæquatio fit dierum, atque noctium, proinde & æquinoctium, nihil definiunt, propterea nimirum, quòd non Aſtronomici, & ſyderei Æquinoctij tanta ratio habeatur; quanta vt populus concipere poſſit Æquinoctij ſuperueniſſe tempus vocabulo æquinoctij latiùs intellecto.

Et quidem Æquinoctio vernali ſub hac norma conſiderato, ſiquidem ad maiorem clarita- 28.
tem dies aliquis certus, & ſtabilis aſſignandus, non alius præferendus, quàm quem Magni Concilij Nicæni, teſte D. Ambroſio epiſt. 83. ad Epi- Ambros.
ſcopos Æmiliæ Beati Patres præfixerunt, quemque Gregorianum amplexatum eſt Calendarium, videlicet Martij diem vigeſimumprimum, quo ferè tempore, (ait Clauius Apolog. pro Ca- Clauius.
lend. Gregoriano cap. 4. num 5.) Æquinoctium fieri conſueuit, etſi ſecundùm calculum Aſtronomicum interdum ante eum diem, vel paulò pòſt contingere deprehendatur; rectéque infert poſtea num. 7. diem veroi Æquinoctij, aut Lunas XIV. Paſchales non fore examinandas per Ephemerides, & Aſtronomicas veri, aut medij motus tabulas, ſed ſatis eſſe ſi per regulas populares, & perceptu faciles indicentur; hinc autem deducitur decimamquartam menſis primi lunationem, in qua Luna plena eſt, reſpondere Martij vigeſimoprimo diei, quippè oſtendimus Æquinoctium præcedere debere Paſchæ feſtiuitatem, aut ipſum cum Paſchæ luce agglutinari; Paſcha autem 14. die primi menſis celebratur, ponamus tum auſpicati æquinoctium, non autem incipit niſi 21. die Martij; ergo qui Iudæis primi menſis quartusdecimus dies eſt, nobis Martii vigeſimaprima lux eſt; quamobrem primi menſis exordium, Neomenia, ſeu Nouilunium Martij diei octauo reſpondet, & protenditur ad quintum diem Aprilis pro dierum, quos habuerit, numero, cui vulgatim triginta aſſignantur dies; deinde, Eccleſia Romana ſuum Ecclesia Romana Pascha.
Paſcha, Chriſti nimirum Seruatoris glorificam Anaſtaſim non infrequentèr intra Martij terminos menſis celebrat; itaque vigeſimoſeptimo Martij Reſurrectionis Dominicam feſtis gaudiis peragimus, aut deinceps; verùm in Eccleſia

Catholica

Catholica adnigilatum est summopere, præsertim seculis ad Concilium Nicænum, & Magni Constantini regnatum sequutis, ne Christianorum Pascha in decimamquartam diem primi mensis, in qua est plenilunium, caderet, sed in Dominicam, quæ quartamdecimam Lunam primi mensis proximè consequitur, ob causas, quas congerunt Bellarminus lib. 3. de Sanctis, cap. 12. Mariana tractatu de die mortis Christi, cap. 7. Clauius in Calendarium Gregorianum cap. 1. num. 4. Ægidius Bucherius de doctrina temporum, commentario in Canonem Paschalem Victorij cap. 1. & seqq. Cùm igitur Pascha nostrum victorialis Resurrectionis filij Dei supponat processisse Iudæorum Pascha, nam nisi hoc transacto Resurrectionis lætus non promicat dies, planum est Lunam decimamquartam primi mensis, qua tantùm Iudæi Agnum immolare poterant, ex legis præscripto Martio correspondere mensi; limites primi Iudæorum mensis ex parallelo cum nostris mensibus ab octauo Martij die ad quintam Aprilis lucem Beda sæpè decernit opere de ratione temporum; egregiè cap. 41. primi mensis, quem Hebræi *Nisan* vocant, exordium hac regula debet obseruari; vt nunquam Luna Paschæ XIV. vernum præcedat Æquinoctium, sed vel in ipso Æquinoctio, hoc est, XII. Calend. Aprilium die, vel eo transgresso legitima procedat; vnde fit, vt ab octauo Iduum Martiarum vsque in Nonarum Aprilium diem, lunaris anni sint quærenda primordia; ipsa autem Luna XIV. cùm primùm XII. Calend. Aprilis], cùm nouissimè XIV. Calend. Maias occurrendo, diem festi Paschalis ab XI. Calend. April. vsque in VII. Calend. Maias faciat inquirendum; confirmat eadem cap. 49. & 57. Sanctus Ambrosius epistola 83. ad Episcopos per Æmiliæ regionem cap. 8. incipit autem mensis non secundùm vulgarem vsum, sed secundùm consuetudinem peritorum, ab Æquinoctio, qui dies est duodecimus Calendas Aprilis, & finitur vndecimo Calendas Maij; inde maximè intra hos triginta & vnum dies, sæpè celebrari Paschæ dies. His affinia apud Cyrillum Alexandrinum Prologo pro cyclo 95. annorum §. 3. Dionysius verò Abbas cognomento Exiguus epist. 1. de ratione Paschæ de mense primo Hebræorum: sed quia mensis hic vnde sumat exordium, vel vbi terminetur, euidenter ibi non legitur, (scilicet in diuinæ paginæ libris, quibus de illo mentio ingeritur,) præfati trecenti & octodecim Pontifices, (Concilij Nicæni Patres denotat,) antiqui moris obseruantiam, & exinde à S. Moyse traditam, sicut in septimo libro Ecclesiasticæ refertur historiæ, solertius inuestigantes, ab octauo Idus Martij vsque in diem Nonarum Aprilium, natam Lunam facere dixerunt primi mensis exordium, & à duodecimo Calendarum Aprilium vsque in decimumquartum Calendas Maias, Lunam decimamquartam solertiùs inquirendam, &c. conspirat Rabanus Maurus lib. 2. de institutione Clericorum cap. 39. initium videlicet primi mensis obseruandum est ab octauo Iduum Martiarum vsque in Nonarum Aprilium diem; quartadecima verò Luna Paschæ à duodecimo Calendar. Aprilis, vsque in decimamquartum Calendas Maij, quærenda est, &c.

Bellarmin. Mariana. Clauius, &c.

Ambros.

29. Habemus igitur, primum diem mensis primi Hebræorum tum exordiri cùm apud nos Martij dies octauus enascitur, tum desinere cùm Aprilis dies quintus elucescit; hinc verò promanat quanquam Hebræorum menses duodecim sint, quales & nostri, hi etiam dierum parem complectantur numerum, aliis triginta dies, aliis triginta & vnum possidentibus, semper tamen Hebræorum menses partem aliquam duorum ex nostris sibi vendicare mensibus. nam quemadmodum primus mensis, & in Martium, & in Aprilem excurrit, & de amborum partibus coalescit, ita secundus mensis Aprilis surripit nonnulla, partem quoque Maij, itidemque de reliquis mensibus. Mensium Hebræorum nomina, primi *Nisan*; Estheris cap. 3. vers. 7. mense primo, cuius vocabulum est Nisan, &c. secundus *Iiar*, qui olim dictus Zio Regum 3. cap. 6. vers. 1. tertius *Siuan*, de quo Esther cap. 8. vers. 9. quartus *Thammuz*, quintus *Ab*. sextus *Elul*, de quo Esdræ 2. cap. 6. vers. 15. quanquam non ibi expressum sexti gessisse mensis officium; septimus *Thisri*, qui vocabatur priscè *Ethanim*, Regum 3. cap. 8. vers. 2. octauus *Merhesuan*, aliàs *Bul* Regum 3. cap. 6. vers. 38. nonus *Chasleu* Zachariæ cap. 7. vers. 1. Machabæor. lib. 1. cap. 4. vers. 52. decimus *Tebeth*. Esther cap. 2. vers. 16. vndecimus *Sabath*. Zachariæ cap. 1. vers. 7. duodecimus *Adar*, Esther cap. 3. vers. 7. de his Pereira disputatione 1. in cap. 12. Exodi num. 4. Ribera in cap. 2. Haggæi, à num. 6. Matthæus Beroaldus lib. 1. Chronologiæ cap. 6. Salianus tom. 2. anno mundi 2544. num. 94. quo eodem volumine tabulas expansas exhibet Calendarij Hebræorum. Duodecim igitur mensibus Iudæorum circumscribebatur annus; hinc Regum 3. cap. 4. vers. 7: Habebat autem Salomon duodecim Præfectos super omnem Israël, qui præbebant annonam Regi, & domui eius; per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant. Porrò assignata vocabula mensibus Hebræorum recentiora esse, nempè à Chaldæis mutuata sub exilij Babylonici captiuitate, cùm antiquitus Iudæi omissa speciali appellatione numeraliter mensium designarent ordinem primum, secundum, tertium, & sic ad duodenariam periodum transeuntes, subsequentes nominantes aduertunt Paulus Burgensis additione 1. ad cap. 12. Exodi. Aben-Esra commentario in eiusdem capitis versum primum; quod recentioribus communiter non displicet; frequens sanè diuino contextui est primum, tertium, sextum, octauum recitare mensem, quin proprio afficiat titulo, de quo specimen Paralipom. lib. 1. cap. 27. Cæterùm, cùm aliquorum quamuis paucorum mensium congeminata legantur nomina, vt secundus *Iiar*, qui *Zio* pariter vocatur, septimus *Thisri*, qui simul *Etharàm* dicitur, octauus *Merhesuan*, aliàs *Bul*, semper quidem habuisse proprias nuncupationes, sed excidisse prisca vocabula opinantur Pradus in cap. 1. Ezechielis vers. 1. in illud, *in quarto*, &c. Sanchez in cap. 1. Zachariæ num. 6. Sollemne quoque est de Hebræorum existimasse anno, eum duplicem considerandum, sacrum nempè ac prophanum; sacrum, qui festiuitatibus, immolationi victimatum, expiationibus, religiosis quibusque cultibus dicatus erat, initium à verno duceret Æquinoctio, à Paschatis sollemnitate mensium principatu in Nisan translato, quem nostri Martij partem occupare statuimus;

*Mensium Hebræorum nomina.*

Pradus.

*Annus sacer, & prophanus.*

tuimus; prophanum, videlicet contractibus, nundinationibus, aliísque huius normæ curis reseruatum à septimo mense, qui *Thisri* dicebatur, & Septembris portionem deuorabat, exordium traherc; quod Iusephus Flauius ducuisse creditur lib. 1. antiquit. cap. 4. recipiunt verò Hugo Cardinalis ad cap. 12. Exud. vers. 1. Abulensis quæst. 2. in cap. 12. Exodi. Oleaster in cap. 12. Exod. vers. 1. ibidem Pereira disput. 1. num. 1. Bumfrerius vers. 2. Arias Montanus libellu de seculis. Ribera in cap. 2. Aggæi num. 4. Christuphorus de Castru in cap. 1. Haggæi num. 3. Sanchez in cap. 1. Zachariæ num. 2. Torniellus anno mundi 2544. num. 8. Salianus tum. 2. anno mundi 2544. num. 91. Verùm ea sacris litteris perobscurum est, hanc colligere differentiam; vnam tantùm series mensium duodecim subinferre voluimus, quibus Nisan sacri anni exurdium caput assignatur, huius anni mensibus omnia gestorum seu ad ciuilem, seu ad Ecclesiasticam politiam spectantium genera adscribuntur; nulla mensium separatio, quorum alij humanum committentur annum, alij sacrarum; proinde nec anni ipsius gemina facies; vel si quid simile ulim vetustioribus obseruatum seculis, abrogatum postea est, illiusque à diuinis Bibliurum narrationibus semotus vsus; consule huius coniecturæ fautores locis nuperrimè descriptis Riberum, Turniellum, Castru, Sanchez.

Flauius. Hugo Card. Abulens. &c.

30. Mensium autem natales, quæ Calendarum, & Neomeniæ, hoc est, Nuiluuij appellationibus designantur, Hebræi cum pompa, & lætitiis magnis celebrabant, vt constat Numerorum cap. 10. vers. 10. cap. 28. vers. 11. Psalmo 8u. vers. 4. Isaiæ cap. 1. vers. 13. expendit Tustatus Exod. cap. 12. quæst. 3. Numerurum cap. 28. quæst. 18. Reg. 4. cap. 4. quæst. 33. sic effatur: Sciendum autem, quòd dies Calendarum erat sollemnis apud Hebræos in sacrificiis valdè, nam magis sullemnizabatur quàm dies Sabbati; de cuius sacrificiis, & libaminibus habetur Numerur. cap. 28. erat etiam dies ista sullemnis quantùm ad gaudium Iudæorum, nam gaudebant nimis in die illa, & clangebant in tubis argenteis sacris, vt patet Numerorum decimu; erat etiam sollemnitas ista valdè famusa inter alias sollemnitates, vt patet Psalmo 80. *Buccinate in Neomenia tuba, insigni die sollemnitatis vestra*, id est, Neomenia est dies sollemnitatis insignis, hoc est, magnæ, vel famusæ; vnde Deus loquitur de Sabbatu & de Neomenia, tanquam de festiuitatibus æqualibus, vel similibus Isaiæ cap. 1. &c. Nihiluminus Bumfrerius In Numerorum cap. 28. vers. 11. cuntendit, Neomenias tubarum clangore nequaquam indicati cunsueuisse; neque id prubari ex Psalm. 8u. vers. 4. *Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die sollemnitatis vestra*; nuu enim sermo est de Neomeniis communibus à cuiusque mensis initio desumptis, sed de speciali Neomenia mensis septimi, aduentante scilicet tubarum festu, quod periuclytum erat; verùm esto Psalmi lucus nou insinuet litteræ rigidiori sensu; at nou rectè ille subaddit, neque Numerurum cap. 10. vers. 10. exprimi, cùm dicitur, *si quando habebitis epulum, & dies festos, & Calendas, canetis tubis super holocaustis*; quanquam enim ob sacrificij hunorem tubas resunare iussum sit, at sacrificia, eaque cunspicua, fieri in Nouiluniis cùm mus esset, & lege id præscribatur Numerur. cap. 28. vers. 11. prufectò Calendis aspirantibus, & superueniente cuiusque mensis Neomenia, tubas inflare, iísque ciere ad festiuitatem Neumeniarum vsus, & cunsuetudo; quem in modum verba ex Numerorum cap. 10. vers. 10. data exponunt Euthymius, Genebrardus, Bellarminus in Psalm. 8u. vers. 4. Caietanus & Alapide in cap. Numerorum 1u. vers. 1u. Ribera de templo lib. 5. cap. 2. Sanchez & Gabriel Aluarez in cap. 1. Isaiæ vers. 13. Turcas, qui ex disciplina Arabum lunares obseruant annos, nascentem mensis exurdio Lunam, sclopeturum, & lituurum strepitu salutare narrat Antunius Geufræus 1. parte aulæ Turcicæ lib. 2. pag. 53. Sinas, tripudio & cantibus, variísque ludorum, & epularum formis anni principium, quud à Martij Nouiluniu deriuant, celebrare Maffæus adstruit histur. Ind. lib. 6. pag. 254. & propè quidpiam simile à Iaponibus factum Ludouicus noster Froës lib. 4. Indicarum epistolarum, subindicat epist. 3. Trigautius quidem lib. 1. expeditionis ad Sinas cap. 7. sub finem, eos prima anni nouilunium, lucernarum & multitudine, & ingeniusiori arte, festam, hilarémque reddere tradit, quo pactu Iudæos Herodis coluisse natalem à Persio denurari cùm satyra 5. ait,

Calendarum dies solemnus.

Psalm. 80.

Bomfrer.

Psalm. 80. 4.

Mos Turcarum & Sinarum Luna exordia.

Geufræus.

Maffæus.

Froës.

Trigaut.

*Herodis venere dies, vnctáque fenestra*
*Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ,*
*Portantes violas, rubrúmque amplexa catinum.*

Existimant Causabonus Notis ad Persium, & Martinus de Rua singular. lib. 2. cap. 14. At Neomeniæ, seu Calendarum dies, cùm ob sacrificia, epulas, recreationes tantu haberentur in pretio, num absolutè ex festis Hebræorum erant? Negant interpretes, quamobrem licuisse seruilibus operari ministeriis, & mechanicis insistere functiunibus decernunt; hoc autem vt statuant Leuitici cumprimis cap. 23. stimulantur; ibi quippè catalogus eorum describitur festorum, in quibus seculi amotis neguriis, religioni, & Deo vacandum sit. Nun est autem mentio de Calendis, seu Neomenia, proinde ad festiuitates, quæ serniles excludunt operas, nun spectant; ita Tustatus in cap. 28. Numerurum quæst. 18. Curnelius & Bomfrerius ad caput idemmet vers. 11. Sanchez & Gabriel Aluarez in cap. 1. Isaiæ vers. 13. Ribera de templo, lib. 5. cap. 2. Henriquez lib. 8. de Eucharistia, cap. 10. num. 6. Eius igitur festiuitas à copia, & dignitate sacrificiorum, quæ tanta erat, vt verosimile credat Abulensis loco præmunstratu, quamuis præcepto nou obstringebantur Hebræi, ne seruilibus exercitamentis victum sibi, suísque compararent, sponte tamen vacationem à mundano labore amplexatos; quemadmudum verò Sabbati obseruantia creationis rerum memoriam exacitabat, ita Nuëmenias institutas in honorem gubernationis & prouidentiæ, qua Orbis regitur à supremo Munarcha, edocet Angelicus Præceptor prima secundæ quæst. 102. art. 4. ad 12.

Neomeniarũ festum non erat ex præcepto.

Tostat. Cornel. Bomfr. &c.

S. Thom.

*F I N I S.*



LOCA



# LOCA
## SCRIPTVRÆ SANCTÆ
## QVÆ ENVCLEANTVR.



Ex

## Ex Aggæo.



## Ex Matthæo.



## Ex Luca.



## Ex Ioanne.



## Ex Actibus Apoſtolorum.



## Ad Romanos.



## Ad Corinthios I.



## Ad Corinthios II.



## Ad Coloſſenſes.



## Ad Titum.



## Ad Hebræos.



## Petri I.



## Apocalypſis.



# INDEX
## RERVM, ET VERBORVM.

*Prior numerus paginam notat, posterior est marginalis.*



Angeli

*Dæmon.*

Moloch

&

*F I N I S.*